UNIV. OF
TORONTO
LIBRARY

LGP
A866S
Athenaeus Naucratita
Deipnosophistarum libri X
[Vol. 9]

ANIMADVERSIONES
IN
ATHENAEI
DEIPNOSOPHISTAS

POST

ISAACUM CASAUBONUM

CONSCRIPSIT

IOHANNES SCHWEIGHAEUSER
ARGENTORATENSIS
INSTITUTI SCIENTIAR. ET ART. POPULI GALLO-FRANC. SOCIUS
ANTIQUAR. LITERAR. IN SCHOLA ARGENT. PROF.

TOMUS QUARTUS.

ANIMADVERS. IN LIB. VII. ET VIII.

ARGENTORATI
EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS BIPONTINAE
ANNO XI. (1803.)

UNIVERSITY OF TORONTO
LIBRARY

21434
b

ANIMADVERSIONES IN ATHENAEUM.

IN LIBRUM SEPTIMUM.

Ed. Caſaub. p. 275.

AD CAP. I.

a Ἐπιτελουμένου δὲ ἤδη τοῦ δείπνου. » Iam Deipno-» ſophiſtae *coenam legitimam aggrediuntur*, ut diximus quarti » libri initio. Pisces, primi omnium menſae illati, ante » alia omnia deſcribuntur hoc libro, & magna etiam ſe-» quentis parte. « Casaubonus. — Omiſſo iſto introitu, Abbreviator librum hunc ab illis verbis (lit. b.) incipit, Κλέαρχος, Ἀριστοτέλους μαθητής.

οἱ Κυνικοὶ πάντων μᾶλλον ηὐφραίνοντο. » Verbum εὐφραί-» νεσθαι non intellexerunt interpretes. Illi aiunt, *quam cae-» teri magis laetabantur.* [Nempe ſic Dalecampius.] Debe-» bant: *avidius, quam omnes alii, epulabantur.* εὐφραίνεσθαι » id eſſe, ad Suetonium docuimus. « Casaub. — Eius vide Commentar. in Suetonii Iul. Caeſ. cap. 38. Nihilo minus vero ſatis eſſe exiſtimavi, ſi generali verbo *oblectabant ſeſe* uterer. Confer quae ad Evang. Lucae c. 12, 19. ad-notavit Wetſtenius.

λόγοις γὰρ ἑστιᾷ. Vertit Dalecampius: *dicendi nam-que epulis tu nos accipis.* Adnotavitque in ora: »λόγοις » ἑστιᾷς. Frequentem Platoni hunc dicendi modum iſtic » videtur uſurpare. « — Inde Casaubonus: » Perperam » emendant interpretes ἑστιᾷς pro ἑστιᾷ, cum ait Cynul-» cus, Ἕως ἡμεῖς δειπνοῦμεν, ὦ Οὐλπιανέ, λόγοις γὰρ

» ἔστιᾷ, προβάλλω σοι. Id eſt: *Quoniam tibi, Ulpiane, pro a*
» *epulis ſunt ſermones, interea dum nos coenamus, propono ti-*
» *bi hanc quaeſtionem.* ἔστιᾷ paſſivum eſſe non animad-
» verterunt. «

Φαγήσια ἑορτὴ, καὶ Φαγησιπόσια. φαγησία & φαγησιποσία ſcribitur in ed. Ven. & Baſ. Sed antepenacute ſcripta nomina in ed. Caſ. & ſic puto etiam in ms. *A*. Vide paulo poſt; & quae ad initium capitis ſequentis adnotavit Caſaubonus.

Καὶ ὃς, - - - καίτοι ἤδη οὔσης ἑσπέρας· Οὐ συμπεριφέρομαι, &c. » Seriem orationis miré pervertunt iidem in-
» terpretes, &, quae auctor facit loqui Cynulcum, ipſi
» nullo iure tribuunt Ulpiano. « [Immo, vice verſa, quae *Ulpianum* loquentem facit Athenaeus, ea *Cynulco* tribuerat DALECAMPIUS, ſic convertens iſtum locum: *Haeſitans ille*, (Ulpianus,) *ut pueri patinas circumferre deſinerent, iuſſit. Atqui tametſi iam veſpera ſit, inquit Cynulcus, non tamen, o vir ſapientiſſime, cum his circumagor: itaque hoc ut explices iam eſt tempeſtivum, quo ſuavius ac libentius coenes: vel, ſi gratiam habiturus es, cum id te docuero, ego dicam.*] » Quaeſtio proponitur Ulpiano haec a Cynulco:
» Παρὰ τίνι εἴρηται Φαγήσια ἑορτὴ, ἢ Φαγησιπόσια; Quum
» nihil veniret in mentem Ulpiano quod reſponderet, pri-
» mum *circumlationem ciborum inhibet*, ut ſine fraude ſua re-
» vocare in memoriam poſſet quod legerat olim. Deinde,
» cum interiectâ modici temporis morâ nihil ei ſuccurreret,
» Οὐ συμπεριφέρομαι, ait, ὦ σοφώτατε. Id eſt: *Non con-*
» *cedo tibi, o Cynulce, quod a me petis.* Significat, elegantiſſi-
» mo loquendi genere uſus, *ſe, quo vocaretur a Cynulco,*
» *non venturum*; neque ſatisfacturum propoſitae ab illo
» quaeſtioni. Invitati ad convivium, ſi vocationem ad-
» mittebant, *conſenſum* verbo συμπεριφέρομαι indicabant:
» ſin ituri non eſſent, οὐ συμπεριφέρομαι inquiebant; quod
» erat dicere, *non ibo quo me vocas*, &, ut Xenophon loqui-
» tur, παραιτοῦμαι τὴν κλῆσιν. Uſum hunc iſtius verbi,
» nemini adhuc (opinor) adnotatum, expoſuimus libro
» IV. cap. XXVI. [Vide ad V. 177. d. Animadv. Vol. III.
» pag. 20 ſqq.] Dalecampius, eâ voce non intellectâ, ab-
» ſurda multa hîc commiſit. Sed ipſa auctoris verba inſpi-
» ciamus. Καὶ ὃς ἀπορηθεὶς, ἐπισχεῖν τε κελεύσας τοὺς παῖ-
» δας τὴν περιφορὰν, καίτοι ἤδη οὔσης ἑσπέρας. Omnia
» haec Athenaeus ex perſona ſua de Ulpiano. *Cum illi*,

» ait, *haesisset aqua, iussissetque pueros, ut desistlerent cibos cir-*
» *cumferre, licet iam advesperascebat.* Sequuntur ipsius Ul-
b » piani verba: Οὐ συμπεριφέρομαι, ὦ σοφώτατε. ὥστε λέ-
» γειν σοι καιρὸς, ἵνα μᾶλλον καὶ δειπνήσῃς ἥδιον. Deest
» verbum φησὶ, post οὐ συμπεριφέρομαι. Malim etiam ἵνα
» καὶ μᾶλλον δειπν. *Non exorari me sinam, inquit, vir*
» *sapientissime: itaque iam accinge ipse te ad dicendum, ut eo*
» *magis & lubentius coenes.* Subiicitur Cynulci responsum
» usque ad illa, Θαυμασάντων δὲ πάντων τὸ εὐπαίδευτον
» τοῦ Κυνούλκου. « CASAUBONUS. — Verbum φησὶ persae-
pe apud Nostrum simillima ratione subintelligendum omittitur. ἵνα μᾶλλον καὶ legas, an ἵνα καὶ μᾶλ-
λον, perinde esse videtur. Sed, adverbio μᾶλλον ea-ne vis h. l. insit, quam latina voce *magis* Casaubonus, nos voce *copiosius* expressimus, id quidem addubitari haud immerito potuerit. Rectius enim fortasse fuerit, si (structurâ verborum in hunc modum conceptâ, ἵνα καὶ δειπνήσῃς μᾶλλον ἥδιον) vocem μᾶλλον cum comparativo ἥδιον iunctam intelligas, eâdem ratione quam ad III. 81. c. observavimus; de qua & Vigerus in Idiotism. Graec. monuit, cap. VII. sect. 8. reg. 3. Quae ratio non mere pleonastica est, sed similem aliquam vim comparativo addere videtur atque illam, quam adverbiis *multo* vel *longe* exprimere latine licet; aut certe facit, ut paulo longius immoretur lector ei notioni, quae per vocem in comparativo positam effertur; quo pacto hîc verba ista ἵνα καὶ μᾶλλον ἥδιον, fere cum Dalecampio, haud absurde reddideris, *quo etiam suavius & libentius.* Verbum συμπεριφέρομαι eis in locis, ubi de homine ad coenam vocato dicitur, ex generali illo & satis pervulgato usu interpretandum est, quo *adsentiri, adnuere, obsequi*, significat, & *ad voluntatem alterius se adcommodare:* de quo usu consuli potest Index noster Graecitatis Epictetеae, & Adnot. ad Epicteti Dissert. III. 14, 7. Cui notioni hactenus hîc locus esse potest, ut hoc dixisse intelligatur Ulpianus: *Tu me invitas, ut sermonibus utar pro epulis: non obsequor tibi; non accipio conditionem.* Sit penes eruditum lectorem iudicium, ista-ne interpretatio potior videatur, an illa quâ nos in subiecta Graecis Latina versione usi sumus, cum *Non recordor* scripsimus; pro quo perinde, *Non habeo compertum*, ponere potueramus. Valet enim idem verbum συμπεριφέρομαι etiam, *mente & cogitatione adsequor, intelligo, novi,*

compertum habeo: quem verbi uſum frequentem apud Polybium olim obſervavimus. Caeterum, ut quavis occaſione ſolet, ſic & hîc in verbo iſto ludit Auctor noſter, ſcilicet aliam quamdam eiusdem verbi ambiguitatem ſpectans. Etenim manifeſtum videtur, verbum illud nunc potiſſimum ab eo hîc eſſe adhibitum, quoniam modo praeceſſit vocabulum περιφορὰ, ab eodem verbo περιφέρειν derivatum; ſed longe alia notione, de *ciborum circumlatione*, ibi uſurpatum. *Circumlationem autem ciborum inhibere pueros iuſſerat Ulpianus*, non tam (puto) eâ cauſſâ, quo commodius in memoriam revocare poſſet (ut ſtatuit Caſaubonus) quae olim legiſſet, quam ut *ſilentium* eſſet & *otium*, quo exaudiri poſſent ea quae ſuper quaeſtione a Cynulco propoſita disputanda forent ab uno aut altero Deipnoſophiſtarum. Itaque videndum, ne in ipſa illa verbi ambiguitate ſimul ludere ſuo quodam more voluerit Athenaeus, quaſi uno verbo ſimul duas res, aut etiam tres, dixiſſet Ulpianus: *non tibi morem geram;* ſive, *non recordor;* &, *non patior ut fiat circumlatio, ſed ſilentium & audientiam tibi paro praeſtoque.* Mox, quod ait ὥστε λέγειν σοὶ καιρὸς, pro ὥστε per operarum errorem ὡς κε expreſſum eſt in ed. Caſ. 2. & 3.

Κλέαρχος - - - ἐν τῷ προτέρῳ περὶ Γραφῶν. Ad vulgatam hoc loco olim ſcripturam Περιγραφῶν, adnotavit CASAUBONUS: »Legitur alibi [nempe, XIV. »648. f.] περὶ Γραφῶν, quod arridet magis. Sic alii »multi *de Pictura* libros ediderant. Antigonum & Xeno»cratem laudat Plinius lib. XXXV. cap. 10. [ſect. 36. »num. 5.] Niſi tamen verum eſt περὶ Γρίφων: nam »ex libro Clearchi *De Griphis* multa etiam alibi recitan»tur Athenaeo. vide lib. X. [pag. 448. c.] Libro XIV. »Παραγραφῶν inſcribuntur hi libri, ut puto, mendoſe.« — Nihil hîc, quod ſciam, mutant veteres membranae. Sed lib. XIV. pag. 620. c. ubi in ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. ἐν τῷ προτέρῳ Παραγράφων legitur, in ed. Caſ. 2. & 3. vero ἐν τῷ προτέρῳ Παραγραφῶν, ibi perſpicue membranae *A.* περὶ Γραφῶν exhibent, quemadmodum XIV. 648. f. in libris omnibus ſcribitur: quam ſcripturam adeo hîc quoque recipiendam putavi. Sin Παραγραφῶν aut Παραγράφων darent libri veteres, ſuſpicari licuiſſet, totum illud Clearchi opus per breves *titulos* vel *paragraphos* fuiſſe diſtributum, indeque inſcriptionem illam in fronte geſſiſ-

b se. Illorum titulorum vel paragraphorum exemplum habituri eramus in eis ipsis verbis, quae mox adferuntur.

κρατῶ γὰρ καὶ τῆς λέξεως, διὰ τὸ σφόδρα μοι εἶναι προσφιλῆ. Adiectivum προσφιλῆ referendum videri poterat ad τὴν λέξιν: *quoniam mihi percara sunt verba;* nempe ipsa vocabula φαγήσια & φαγησιπόσια, quaeve de illis scripserat Clearchus. Sed, quoniam perparum est quod de his festis scripsit Clearchus, certe quod ex eius libro profert Cynulcus, rectius videtur Epitomator fecisse, ad ipsum *Clearchum* referens. Sic enim diserte scribit ille, διὰ τὸ σφόδρα μοι εἶναι προσφιλῆ τὸν Κλέαρχον: sic & Eustathius ad Odyss. φ'. pag. 759, 1. ubi verba ista ex Athenaei Epitoma recitavit.

Φαγήσια· οἱ δὲ Φαγησιπόσια &c. »Clearchi locus, ut »est editus, sensum nullum habet. Φαγήσια, οἱ δὲ Φαγη»σιπόσια, προσαγορεύουσι τὴν ἑορτήν. ἐξέλιπε δὲ αὕτη, »καθάπερ ἡ τῶν ῥαψῳδῶν ἣν ἦγον κατὰ τὴν τῶν Διονυσίων, »ἐν ᾗ παριόντες ἕκαστοι τῶν θεῶν οἷον τιμὴν ἀπετέ»λουν τὴν ῥαψῳδίαν. Dalecampius scripsit ἑκάστοις: « [nempe hoc in versione expressit:] »idque reperimus »in Epitoma; ubi est etiam παρόντες pro παριόντες: & »καὶ ἡ τῶν Διονυσίων, mutatâ distinctione, pro κατὰ τὴν »τῶν Διον. Placebat nobis τῷ Θεῷ scribi; caeterorum »nil mutari. Sensum hunc eliciebamus: *Phagesiorum fe»stum celebrari desiit, ut & rhapsodorum: quod per Baccha»nalia agitabant. In eo festo statuam dei* (Bacchi nempe) »*praetereuntes singuli rhapsodi versus recitabant, atque hoc illi »quasi honorarium pendebant.* « CASAUBONUS. — Φαγησία & Φαγησιποσία habent ed. Ven. & Bas. cum ms. *A.* & Φαγησία habet etiam ms. *Ep.* At, antepenacute Φαγήσια & Φαγησιπόσια (quemadmodum Casaubonus edidit) scriptum oportuisse, cum usus Graecorum in festorum nominibus docet, tum etiam ipsa orationis constructio; nisi cum msto *Epit.* φαγησιποσίαν malueris, quod non probo. Caeterum vocabulum Φαγήσια possis perinde vel in nominativo vel in accusativo casu positum intelligere. Si in nominativo: veluti in plurium aliorum festorum recensu nominatum fuerit hoc ipsum; de quo nihil praeterea adnotaverit Clearchus, nisi quod *aliud eiusdem nomen* commemoraverit, & *obsoletum sua aetate festum* dixerit. Et sic accipiendum id vocabulum fuerit, si post illud cum editis & msto *A.* interpungas, reliqua autem (οἱ δὲ φαγη-

σιπόσια προσαγορεύουσι τὴν ἑορτὴν) uno tenore absque distinctione scribas: quam in partem haud dubie accepit Epitomator, ita scribens: Φαγησία. οἱ δὲ, Φαγησιποσίαν προσαγορεύουσι τὴν ἑορτήν. Sin ita distinguas verba, quemadmodum in Animadversionibus fecit Casaubonus, quartus erit casus: & sic intelligenda Clearchi verba, ac si dixisset, Προσαγορεύουσι τὴν ἑορτὴν Φαγήσια· οἱ δὲ Φαγησιπόσια. id est, *Festum illud Phagesia vocant, alii vero Phagesiposia*. Quae si valet ratio, intelligendum fuerit, praemisisse Clearchum *descriptionem* aliquam huius festi, (omissam hîc ab Athenaeo,) & tum demum *nomen* illius declarasse. Quod deinde, ubi de *Rhapsodorum festo* agitur, pro ἕκαστοι τῶν θεῶν, quod est in vetustis membranis, ἑκάστοις τῶν θεῶν scripsit Epitomator, id homo haud indoctus, quum mendosam esse veterum exemplarium scripturam intellexisset, sua ex coniectura ita correxisse videtur: quam quidem coniecturam merito improbavit Casaubonus, τῷ θεῷ praeferens, nempe τῷ Διονύσῳ. Cum eodem Casaubono probavimus nos verbum παριόντες, quod cum editis tenent veteres membranae: sed non tam *praetereuntes*, quam *prodeuntes*, *in medium prodeuntes*, interpretandum putavimus.

Mox: »Cum ait, καὶ τὸ βιβλίον κεκτημένος οὐ φθονήσω, a »significat *se possidere librum* Clearchi. κεκτημένος valet, qui »*nactus sim & penes me habeam*: non, [ut Dalec. accepe»rat,] *cum nactus fuero*.« Casaub.

Ad sequentia verba, quae sic olim legebantur, καὶ γὰρ Καλλίαν ἱστορεῖ τὸν Ἀθηναῖον γραμματικὸν συνθεῖναι τραγῳδίαν, ἀφ' ἧς ποιῆσαι τὰ μέλη καὶ τὴν διάθεσιν Εὐριπίδην ἐν Μηδείᾳ, καὶ Σοφοκλέα τὸν Οἰδίποδα: haec adnotavit Casaubonus: »*Callias* ille, a quo dicitur *Euri»pides* quaedam sumsisse, haud scio an alius sit a Callia »Comico, ex cuius fabulis transtulisse quaedam Menan»drum in suas observat Clemens Alexandrinus. De eo »Suidas.« — Clementem vide Stromat. libro VI. p. 743. ed. Potteri; Suidam vero, in Καλλίας Ἀθηναῖος κωμικός. Et *Callias* quidem *Athenienses Comicus*, satis notus: *Grammaticum Calliam* non modo novit nemo; sed, qua aetate vixit is *Callias*, de quo hîc agitur, nec dum ne nomen quidem *Grammaticorum*, quatenus doctorum hominum genus aliquod ita olim adpellatum est, exauditum erat. Ipsum autem hunc *Calliam Athenienſem*, qui Sopho-

a clem & Euripidem aetate nonnihil anteceſſit, (quem non eſt cur dubitemus eumdem fuiſſe cum Comico Callia) fabulam edidiſſe docet Athenaeus (lib. X. p. 453. c.) Γραμματικὴν θεωρίαν dictam, id eſt, *Artem legendi ſcribendique*; quo e Calliae dramate ibidem, (lit. e.) pariter atque hîc, & *Euripidem*, ait, *Medeae* ſuae cum argumentum, tum carminis genus adopraſſe, & *Sophoclem* in *Oedipode* neſcio quid eſſe imitatum; quae cuiusmodi ſint, cum ad illum locum acceſſerimus, disquiremus. Interim illud denique teneamus, eamdem *Calliae* fabulam ab eodem noſtro Athenaeo diſerte etiam Γραμματικὴν τραγῳδίαν (quaſi *literatam Tragoediam*, ſive *Grammaticam Tragoediam* malueris) adpellari eodem libro X. pag. 448. b. Quae qui conſideraverit, non dubitabit recte a nobis hoc loco, licet editam olim ſcripturam teneant ambo noſtri veteres codices, Γραμματικὴν pro γραμματικὸν fuiſſe reſtitutum.

AD CAP. II.

Λαγυνοφόρια. Cum & hîc, & paulo poſt, λαγηνοφορία ſcriptum eſſet in editis, adnotavit CASAUBONUS: »Scribo Λαγηνοφόρια. Neque laudo Euſtathium & Ab»breviatorem, qui pro eo quod in noſtris libris ſcriptum »Φαγήσια ἑορτὴ & Φαγησιπόσια, ipſi ſcribunt Φαγησία, »& Φαγησιποσία.« — De terminatione vocis ex ms. *A.* nil adnotatum: Epitomator vero rurſus haud dubie penacutâ uſus eſt, ſic ſcribens: Ἐρατοσθένης φησὶν, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ λαγυνοφορίαν ἑορτήν τινα τῷ Διονύσῳ ἄγεσθαι· ἐν ᾗ τὰ κομισθέντα δειπνοῦσι κατακλιθέντες &c. Quum vero ſecunda vocabuli ſyllaba per η ſcripta eſſet in editis, λαγηνοφορία, & paulo poſt in ed. Caſ. λαγήνου etiam pro λαγύνου eſſet ſcriptum, ex hoc ipſo loco probatum ivit TOUPIUS in Animadv. in Schol. ad Theocr. Idyll. X. 13. pag. 217. quod Attici λάγυνον, id Alexandrinos λάγηνον vocaſſe. Ac reperitur quidem paſſim & alibi apud nonnullos auctores iſta ſcriptura λάγηνος per η, in editis certe libris: &, per η efferri olim ſolitam eſſe a Graecorum nonnullis vocem illam, arguere videtur latinum vocabulum *lagena*: ſed ignorant eam ſcripturam cum veteres Grammatici, tum probatiſſimi quique ſcripti libri. Athenaei quidem codices, quibus uti nobis licuit, conſtanter per υ efferunt illud vocabulum, cum hoc loco, tum alibi, veluti X. 422.

c. d. & XI. 433. b. c. d. e. Confer Suidam, & Moerin p. 246. ibique notata. In feſti nomine autem probavi Caſaubonum, terminationem pluralis numeri commendantem.

Πτολεμαίου κτίζοντος ἑορτὴν καὶ θυσιῶν παντοδαπῶν γέ- b
νη. » Videamus quid appellet Eratoſthenes κτίζειν ἑορτήν. » *Feſtum inſtituere* ſine dubio ſignificat hoc loquendi genus: » ſicut latini ſuum *condere* uſurpant. « CASAUBONUS. — *Mox*, ubi legitur vulgo καὶ μάλιστα περὶ τὸν Διόνυσον, probabiliter corrigit TOUP l. c. καὶ μάλιστα τὰ περὶ τὸν Διονυσ. *Dein*, ubi legitur τοὺς θαλλοὺς, adnotavit Bruncкius & Villebrunius, in ms. Pariſ. *B.* ſuperſcriptâ literâ φ indicari aliam ſcripturam, φάλλους.

τὰ κομισθέντα αὐτοῖς δειπνοῦσι. » Corruptum eſt Pto- » lemaei reſponſum ad ſororem. « [At, non Ptolemaeus reſpondet, ſed ὁ θαλλοφόρος.] » *Vocatur*, ait, *hoc feſtum* » *Lagenophoria*, καὶ τὰ κομισθέντα αὐτοῖς. οἳ [ſic nempe » legebatur in editis] δειπνοῦσι κατακλιθέντες ἐπὶ στιβά- » δων. Lege, καὶ τὰ κομισθέντα ἕκαστοι δειπνοῦσι, vel » hoc modo, τὰ κομισθέντα αὐτοῖς ἰδίᾳ δειπνοῦσι. Sic » ſtatim, ἐξ ἰδίας ἕκαστος λαγήνου πίνουσιν: & paulo poſt, » εὐωχοῦνται κατ' ἰδίαν. « CASAUBONUS. — τὰ κομισθέντα αὐτοῖς αὐτοὶ δειπνοῦσι corrigebat TOUP l. c. At brevius etiam rem conficiunt mssti libri, importunam voculam οἳ prorſus ignorantes: nam in *Epit.* quidem ſcribitur, τὰ κομισθέντα δειπνοῦσι: in ms. *A.* & *B.* vero, τὰ κομισθέντα αὐτοῖς δειπνοῦσι. *Mox*, quod λαγήνου legitur in ed. Caſ. id ex ipſius Caſauboni auctoritate factum: ſuperiores editiones cum mſstis λαγύνου tenebant, de quo paulo ante dictum. Scripturam παρ' αὐτῶν cum editis praefert ms. *Ep.* παρ' αὐτῶν habet ms. *A.* quod perinde eſt: utrumque idem valet ac παρ' ἑαυτῶν, id eſt: *de ſuo*, vel *domo ſua*.

ἐμβλέψασα πρὸς ἡμᾶς. » Ex eo quod ait, ἐμβλέψασα » πρὸς ἡμᾶς, nempe regina Arſinoë, paret deſcriptum eo » libro fuiſſe ab Eratoſthene vel ſuum vel alius cuiusdam » cum Arſinoa colloquium. « CASAUBONUS. — Equidem intellexeram, Eratoſthenem (aut eum, quem is hoc loco loquentem inducit) in comitatu fuiſſe reginae, cum pompam huius feſti illa ſpectaret. In libro autem, *Arſinoë* inſcripto, probabile eſt, plurima ad vitam & ingenium moresque illius Reginae ſpectantia complexum fuiſſe auctorem.

συνοίκιά γ', ἔφη, ταῦτα ῥυπαρά. »Συνοίκια vocant »Graeci τὰ πλείονα ἑφέστια, ut interpretatur Heſychius: »*locum* intelligens *ubi plures ſeparatim habitant.* Ita etiam »nomen συνοικίαν exponit Aeſchines orator. Hic vero Ar»ſinoa nominat συνοίκια, *contubernia epulas agitantium.*« CASAUB. — Confer quae ad Aeſchinem notarunt Markland & Taylor, pag. 129. ed. Reisk.

c ἀνάγκη γὰρ &c. »Elegans eſt in Arſinoae verbis figu»ra, quae πρὸς τὸ σημαινόμενον [*ad ſenſum*, non ad lite»ram] dicitur. Ἀνάγκη, ait, τὴν σύνοδον γίνεσθαι (vide»licet ῥυπαράν: & fortaſſe id verbum deeſt:) παμμι»γοῦς ὄχλου ξοίνην ἕωλον καὶ οὐδαμῶς εὐπρεπῆ παρατι»θεμένων. pro παρατιθεμένου: ut ὣς φάσαν ἡ πληθύς: [Iliad. »β'. 278.] *Turba ruunt in me:* & in Achaei verſu paul»lo poſt, [pag. 277. b.] πολὺς ὅμιλος χραίνοντες. Puti»dum eſt deliberare, an legendum ſit ξοίνην αἴολον pro »ἕωλον.« [Quod fecerat Dalecampius, utrumque (ut ait) reddens, *varias epulas rancidasque.*] »Nam imperitiſſimus »Graeci ſermonis fuerit, cui perſuaderi potuerit, vel to»lerabilem eſſe eam coniecturam. ἕωλον ξοίνην vocat *da»pes pridianas.* Axionicus in Chalcidico: [apud Athen. VI. 240. b.]

»Γλαύκου βεβρωκὼς τέμαχος ἑφθὸν τήμερον,
»αὔριον ἕωλον τοῦτ' ἰδὼν [immo ἔχων] οὐκ ἀχθομαι.

»Vituperantur utplurimum ἕωλοι *cibi:* quamquam me»mini, Hippocratem in libro περὶ Παθῶν praecipere qui»busdam aegris, ut utantur cibis ἑώλοις καὶ ψυχροῖσι.« CASAUBONUS. — *Cibos* ἑώλους, id eſt, *heſternos* vel *pridianos*, dixiſſe Graecos pro *rancidis* aut *putidis*, eamdemque inde notionem eiusdem vocabuli ad alias quoque res *putidas* aut *vetuſtate obſoletas* fuiſſe translatam, pervulgatum eſt. Ad priora verba, ἀνάγκη γὰρ τὴν σύνοδον γίνεσθαι, haec adnotavit doctiſſimus CORAY: »Putat Caſaubonus, »ſubaudiri ex praecedentibus vocabulum ῥυπαράν. Ellipſis »durior: malim legere; ἀνάγκη γὰρ τοιαύτην τὴν »σύνοδον γίνεσθαι: *nam neceſſe eſt, conventum illum talem* »(i. e. ῥυπαρὰν) *fieri* &c. Poteſt & brevius ſine articulo »legi: ἀνάγκη γὰρ τοιαύτην σύνοδον γίνεσθαι.« — Mihi nihil deſiderari videbatur. Graeca ad verbum latine ſic interpretaberis: *Neceſſe eſt enim eſſe id convivium* (hoc enim ſonat vox σύνοδος: vide IV. 149. b. 186. a. & 210. f.) *promiſcuae turbae hominum, quibus rancidum adponitur epulum*

minimeque decorum. παρατίθεμαι, *adpono mihi, adponendum* c
mihi curo, mihi adponitur cibus. conf. III. 144. e. & f. & Xenoph. Cyrop. VIII. 6, 12.

καθάπερ ἐν τοῖς Χουσίν. De Athenienſium feſto, quod Χόες dicebatur, nonnulla huc ſpectantia reperies apud Noſtrum, lib. X. pag. 437.

AD CAP. III.

Εἶτα πῶς δειπνήσομεν &c. »Selige recte *ARISTOPHA-*»*NIS* verba, immixta ſuis ab auctore. Sunt autem iſta:

» —— Εἶτα πῶς δειπνήσομεν
»τοσαῦτα δεῖπνα; ἴσως διὰ νυκτός.

»At quae putarunt Comici eſſe interpretes, Athenaei ſunt, »grammatice explicantis phraſin Ariſtophanis, διὰ νυ-»κτός. Ait, *perinde eſſe ac ſi dixiſſet* poëta δι' ὅλης νυκτός. d »Sic dicimus διὰ βίου, pro δι' ὅλου βίου & (ut expli-»cat Heſychius) διὰ παντὸς ἀεί. Latini ſimiliter, *aetatem;* »pro, per omnem aetatem. Plautus: *Aetatem velim ſervi-»re, Libanum ut conveniam modo.* Libro nono ſic exponi-»mus δι' ἐνιαυτοῦ, *toto anno.* Facit huc Harpocrationis ob-»ſervatio. Δι' ἐνιαυτοῦ, ἀντὶ τοῦ, δι' ὅλου τοῦ ἐνιαυ-»τοῦ. Ἀντιφῶν, περὶ τοῦ Λινδίων φόρου. Τηλεκλείδης δ', ἐν »τῷ Πρυτανείῳ, δι' ἡμέρας εἶπεν, ἀντὶ τοῦ, δι' ὅλης »τῆς ἡμέρας.« CASAUBONUS. — Quaenam fuerint ipſa Ariſtophanis verba, praeter iſta duo, διὰ νυκτὸς, certo definiri nequit. Confer BRUNCKII Fragmenta Ariſtoph. p. 216. num. 2. qui quod ait, in Regio Athenaei codice (eo quem nos *Pariſ. B.* indigetare ſolemus) Εἶτα πῶς ſcribi, non, ut vulgo, Εἴ πως: inſpexerat ille unam editionem Caſauboni ſecundam, in qua (itemque in tertia) temere εἴ πως expreſſum, pro εἶτα πως, quod cum msstis recte tenent ſuperiores editiones. Pro eis omnibus, quae hîc in pleniore opere usque ad illa verba, δι' ὅλης νυκτὸς, leguntur, Epitome nonniſi haec habet: Ὅτι τὸ διὰ νυκτὸς ἴσον τῷ δι' ὅλης νυκτός. Poſt τοσαῦτα δεῖπνα non diſtinguebatur oratio in editis: recte autem interpungitur in ms. *A.* Commode vero in editis legitur ὁ χαρίεις Ἀριστοφ. ubi *articulus* deeſt membranis.

ὡς καὶ τὸ Ὁμηρικὸν ἔχει, - - διὰ μήλων, ἀντὶ, διὰ πάντων τῶν μήλων, &c. Cum verba iſta, ἀντὶ διὰ π. τ. μήλων, ignorarent editi libri, adnotavit CASAUBONUS:

»Homerico teſtimonio, quo probatur nominis ὅλος elli-
»pſis, ταυυσσάμενος διὰ μήλων, Epitome interpretamen-
»tum adiicit, ἀντὶ τοῦ διὰ πάντων τῶν μήλων: quae eſt [*voluit puto*, quae eſt etiam, *vel*, quae verba leguntur &] »apud Euſtathium.« — Homericus verſus eſt ex Odyſſ. ι'. 298. Interpretamentum autem iſtud, quod ait Caſaubonus, non modo in Epitoma adiectum eſt, unde illud repetiit Euſtathius in Comment. ad praedicta poëtae verba, pag. 357. l. 11. verum etiam in ms. *A*. pari modo legitur; temere a iunioribus librariis ſive a primo editore omiſſum.

Ὠφελιμώτερά ἐστι, - - τὰ νυκτερινὰ δεῖπνα. τὸ γὰρ τῆς σελήνης ἄστρον &c. »Ex verbis Ariſtophanis, δειπνή-
»σομεν διὰ νυκτὸς, occaſionem ſumit Daphnus medicus »aliquid de coenae tempore dicendi. Ait igitur, *conduci-*
»*bilius eſſe noctu coenare quam interdiu.* Cauſſam affert ſuae »opinionis, *quia Lunae ſidus concoctioni aptius ſit*, ut quod »*vim habeat putrefaciendi. Nam*, inquit, κατὰ σῆψιν ἡ πέ-
»ψις. Deinde exemplis duobus docet, *Lunam eſſe σηπτι-*
»*κήν: quod carnes victimarum noctu mactatarum facilius cor-*
e »*rumpantur; itemque ligna illa quae Luna lucente fuerint caeſa.*
»Poſtremo argumentatione a ſimili ductâ probat iuvari »concoctionem a Luna: quoniam, καὶ τῶν καρπῶν οἱ πλεῖ-
»στοι πρὸς τὸ σελήνιον πεπαίνονται: *fructuum plurimi ad*
»*Lunae lumen matureſcunt.* Verum quidem eſt, lucente Lu-»na faciliorem eſſe viam ad putrefactionem, cum reddat »ipſa aërem calidum atque humidum; quod temperamen-»tum eſt maxime σηποποιόν. Sed *concoctionem* cum *putre-*»*factione* male confundit Daphnus, ſive potius Athenaeus; »quem ſaepe ſumus experti philologiae, quam philoſo-»phiae ſacris, auſpicatius initiatum. Antiquiſſimi philoſo-»phi ita ſentiebant. Plutarchus [in Quaeſtionib. Natural. »Opp. T. II. pag. 912. ed. Francof.] Ἡ πέψις ἔοικεν εἶναι »σῆψις, ὡς Ἐμπεδοκλῆς μαρτυρεῖ, λέγων·

»Οἶνος ἀπὸ φλοιοῦ πέλεται, σαπὲν ἐν ξύλῳ ὕδωρ.

»Appellat Empedocles *aquam putrefactam*, vitis ſuccum »poſtquam concoctum eſt, & ad maturitatem pervenit. »Sic ἄσηπτον ponebant pro ἄπεπτον, ut docet Galenus »ſexto Commentario in primum Aphoriſmorum. At, eſſe »diverſa σῆψιν & πέψιν, nemo iam ignorat ex disputa-»tionibus quà philoſophorum, quà medicorum. Lege Ari-»ſtotelem in quarto Metereologico, & Galenum De Fa-»cultatibus naturalibus libro ſecundo. Duodecimo vero

»Primae Philoſophiae, de discrimine inter haec duo, ſunt e »haec notatu digniſſima verba: Ἡ σῆψις, ait, καὶ τὸ σή»πτὸν, περίττωμα τοῦ πεφθέντος ἐστί. Sed obſervemus »auctoris noſtri verba. Neque enim dixit, *concoctionem ci»borum eſſe* σῆψιν, ſed *fieri* κατὰ σῆψιν. Etiam Peripatetici »faciunt haec affinia. Olympiodorus, quo loco explicat, »quid inter illa ſit differentiae: Λέγομεν [inquit] πρῶτον »ὅτι ἡ πέψις. ἀλλὰ πρὸς τὴν ἡμῶν χρῆσιν λέγομεν αὐτὴν »πέψιν· ἐπεὶ ὅσον πρὸς τὸ πεττόμενον, σῆψις ἐστί. Le»guntur haec in Commentariis ad quartum Meteorolog. »Nemo negaverit, prima verba longioris periodi fruſtum »eſſe. Lego ac ſuppleo: Λέγομεν πρῶτον, ὅτι ἡ πέψις τοῦ »πεττομένου οὐκ ἐστὶ πέψις, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἡμῶν &c. »Hoc eſt: *Coctio non eſt eius quod coquitur coctio: ſed nos »ratione uſus noſtri eam vocamus coctionem: nam eius quidem »reſpectu quod coquitur, putrefactio eſt.*« CASAUBONUS. — Ad iſta Noſtri verba, Τὸ γὰρ τῆς σελήνης ἄστρον πρὸς τὰς τῆς τροφῆς ἁρμόττει πέψεις, σηπτικὸν ὑπάρχον: haec adnotavit tam Medicae artis, quam Graecae omnis antiquitatis peritiſſimus CORAY: »Haec Daphnus medicus ex »veterum Medicorum dogmatibus promit. Auctor libri »DE Inſomniis, qui inter Hippocratis opera extat, influ»xum Lunae in ventriculum, praecipuum digeſtionis or»ganum, ita expreſſit: Ἄστρων μὲν οὖν ἡ ἔξω περίοδος, »ἡλίου δὲ ἡ μέση, σελήνης δὲ ἡ πρὸς τὰ κοῖλα. T. I. pag. »635. Edit. v. d. Lind. Ubi per κοῖλα intelligit ipſum *ven»triculum*, κοιλίαν vocatum; ut clare patet ex ſequenti»bus. Confer & Plutarchum, DE Facie in orbe Lunae, T. »IX. p. 668. edit. Reisk.« — Apud eumdem Plutarchum, Sympoſiacor. libro III. cap. 10. agitatur Quaeſtio, cum his quae differentem Daphnum facit Athenaeus coniuncta: Διὰ τί τὰ κρέα σήπεται μᾶλλον ὑπὸ τὴν σελήνην, ἢ τὸν ἥλιον. *Cur carnes magis ſub Lunam putreſcant, quam ſub Solem?* Denique de hoc Athenaei loco, ſi tanti videtur, conferenda quae disputavit LISTERUS ad Apicium, pag. 247. Quod ſcripſimus τὸ γὰρ τῆς σελήνης ἄστρον, articulum τῆς, qui aberat editis, dederunt ambo noſtri codices mssti.

AD CAP. IV.

τῶν παρεσκευασμ. καὶ αἰεὶ παρασκευαζ. Scripturam

e αἰεὶ, pro ἀεὶ, quod erat in editis, adoptavimus ex membr. *A.*

Introitum huius capitis ſuo more omittens Epitomator, ab his verbis incipit, Ὅτι πάντων τῶν προσοψημάτων ὄψων καλουμένων, ἐξενίκησεν ὁ ἰχθῦς &c. Ad quae ſpectat CASAUBONI Animadverſio haec: »Rite & ordine fecit A»thenaeus, cum libro hoc tractaturus DE PISCIBUS, de »communi omnium appellatione initio quaedam propo»ſuit. Docet igitur nos iſto loco, *piſces vulgo dictos etiam* »ὄψα. *Omnia opſonia*, inquit, ὄψα *appellantur: ſed ex om*»*nibus ſolus piſcis obtinuit tandem, ut*, ὄψον *ſimpliciter cum* »*dicitur, piscis intelligatur.* Antiquioribus Graecis & »ὄψον & προσόψημα non aliud ſignificabant, quam προσ»φάγιον: id eſt, *quidquid ad panem adhibetur*, ut vertit »Cicero apud Xenophontem.« [Vide Cic. Tuſc. Quaeſt. V. 34. & Xenoph. Cyrop. I. 2, 8.] »Latini, *opſonium*, »aut *pulmentum* ſive *pulmentarium*, ut recte vetus inter»pres Novi Foederis. At ὄψον, pro *piſce*, apud vetuſtiſ»ſimos Graecorum ſcriptorum non legas: ſed ὄψον θα»λάττιον, ut apud Hippocratem paſſim. Polybius quo»que, in deſcribenda felicitate Luſitaniae: τὸ θαλάττιον »ὄψον μεγάλην ἔχει διαφοράν. [Polyb. XXXIV. 8, 6. apud »Athenaeum libro VIII. pag. 331. a.] Atque haec piſcium »appellatio ita familiaris fuit primis temporibus, ut non »ſolum *marinos*, verum ſine discrimine *omnes piſces* dice»rent ὄψα θαλάττια, aut etiam θαλάττια ſolum. Hip»pocrates, DE Morbo Sacro: ἀπέχεσθαι κελεύοντες θα»λασσίων, τρίγλης, καὶ μελανούρου, κεστρέος, ἐγχέλυος. »Anguilla, etſi ingreditur maria, fluviatilis tamen piſcis »eſt potius quam marinus. Libro primo DE Morbis Mu»liebribus: χρήσθω ὄψοισι θαλασσίοισι μᾶλλον ἢ κρέασι. »Sic & alibi ſaepe θαλάσσια & κρέα opponit; non uti»que *marinos* tantum, ſed *omnes* in totum *piſces* intelli»gens. Interpretes, qui obſervatiunculam hanc recte ca»pere non potuerunt, locis ſexcentis ὄψον *opſonium* ver»terunt, cum deberent *piſces.*« [At potuerint hi auctoritate Nepotis ſe tueri, in Themiſtocl. cap. 10.] »ὀψάριον, »*parvum obſonium* [vertunt; vide lib. IX. pag. 385. ubi »ſaepius illud vocabulum occurrit:] ubi erat vertendum »*piſciculus.* Gloſſarium vetus: Ὀψάριον, . . *ciculus.* ſcri»be, *piſciculus.* [Sic apud Suidam: Ὀψάριον, τὸ ἰχθύ»διον.] Somnium merum eſt, quod iam olim vigilantes

» quidam Grammatici ſomniarunt, ὀψάριον non *piſciculum* » ſignificare, ſed *piſcem*, παρὰ τὸ ὄψον αἱρεσθαι ἐκ τῆς » θαλάττης. [Auctor Etymol. M. pag. 646.] Iidem inter- » pretes εὔοψα χωρία, id eſt, *loca piſcoſa*, vertunt *boni opſo-* » *nii*, in Archeſtrati verſu:

» Ἄλλως δ' εὔοψον σφόδρα χωρίον ἐστὶ Κάρυστος.

» Porro quod piſces appellarint Graeci ὄψα, in cauſſa eſt » *aviditas eius cibi*, quae fuit *Graecis familiaris*, cum ab inſti- » tuto; erant enim plerique dediti gulae & cupediis; tum » a natura. Sunt enim naturales quaedam propenſiones » hominum, quarum cauſſae ab humano ingenio afferri » non poſſunt. Hoc voluit Athenaeus, cum hoc loco nar- f » rare inſtituit, quosdam fuiſſe *bubulae amantes*, ut *Hercu-* » *lem*: quosdam φιλοσύκους, ut *Platonem*: alios φιλοβό- » τρυς, ut *Arceſilam*: nonnullos φιλομήλους, ut *Philippum*, » & *Alexandrum eius filium*. Quemadmodum autem pro- » penſiones huiusmodi in quibusdam a natura ingeneratas » videre eſt: ſic etiam odia & abominationes in multis, » quas equidem mirari magis ſoleo. Quam multi ſunt, » quos Attalicis conditionibus non adducas, ut caſeum de- » guſtent, aut pirum, aut vinum? Notus mihi fuit apud » Volcas Arecomicos adeo μισόμηλος quidam, ut ad mali » aſpectum vel odorem totus horreret. Huic cum nuper » amicus literas traderet, quas in mantica habuerat, ubi » erant poma; ille vero eas abominatus ſtatim proiecit, » neque umquam legere ſuſtinuit. Quin hoc adeo homi- » nem commovit, ut aegre impeditus ſit quo minus factam » ſibi iniuriam ultum iret.«

Haec Caſaubonus. Quod vero de *Hercule* ait Athenaeus, ὃς τοῖς βοείοις κρέασιν ἐπήσθιε σῦκα χλωρά: eadem fere verba ex *Euripidis* neſcio qua tragoedia ſic citavit Clemens Alexandrinus, in Cohort. ad Gentes p. 65. ed. Pott. ὃς ἐστιώμενος τοῖς κρέασι χλωρὰ σῦκα ἐπήσθιεν. Quae cum hoc Athenaei loco collata, in huiusmodi ſenarium redegit MUSGRAVIUS, in Euripidis Fragm. ex incertis Tragoediis, num. 147.

Κρέασι βοείοις χλωρὰ σῦκ' ἐπήσθιεν:

quem latine ſic reddidit: *Poſt carnes bubulas ficus virides comedit.* Quae de eodem *Hercule*, tum de *Platone* & de *Arceſila* hîc commemorantur, eadem ex Epitoma repetiit Euſtathius ad Il. λ'. p. 814. l. 26 ſq. Quod dein, de *Alexandro*, ad *DOROTHEUM* auctorem provocat Noſter, ὡς

Δωρόθεος φησὶν ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον Ἱστοριῶν: ad iſta verba adnotavit CASAUBONUS: »Conditor »ille rerum Alexandri, quem vulgati codices *Dorotheum* »nominant, in Excerptis [nempe, in Hoeſcheliano codice »Epitomae] dicitur *Theodorus*.« — At iam perſaepe obſervavimus, multis inquinatum mendis fuiſſe Hoeſchelianum illum Epitomae Codicem, quibus immunem vidimus optimum noſtrum Pariſienſem: qui quidem & hoc loco cum membranis *A*. & editis in ſcripturam Δωρόθεος amice conſentit.

a οὐκ ἀγνοῶ δὲ, ὅτι ὄψον κυρίως καλεῖται πᾶν τὸ πυρὶ κατασκευαζόμ. &c. »Probat deinde, voce ὄψον ſignificari »generaliter πᾶν τὸ πυρὶ κατασκευαζόμενον εἰς ἔδωδήν: »*quicquid igne paratur ad edendum*. Duplicem, ei probando, »vocis ὄψον etymologiam affert: vel, quaſi ἔψον ab ἕψω; »unde dicantur [quaſi] ἑφθὰ, *elixa*: vel ab ὀπτῶ; ut »proprie ſic dicatur quod *aſſatum* eſt. Sed de hoc etymo »audiamus aliorum magiſtrorum iudicium. Γίνεται, aiunt, »ὄψον παρὰ τὸ ὀφέ· διότι οὐχ ἕωθεν, ἀλλ' ὀψὲ, τοιαύ»τας τροφὰς προσεφέροντο· ἢ μᾶλλον, ὅτι ὀψὲ καιροῦ εἰς »χρῆσιν ἦλθεν ἀνθρώποις, ἡδονῆς χάριν, τὸ ὄψον· τὰ πρὸ »τούτου γὰρ ἁπλοϊκῶς ἔζων. τὸ δὲ εἰπεῖν, ὡς ἐκ τοῦ ἕψειν »γίνεται τὸ ὄψον, οὐ πάνυ εὐοδοῦται· τά τε ἄλλα, καὶ »ὅτι τὸ μὲν ἕψω δασύνεται, τὸ δὲ ὄψον ψιλοῦται.« CASAUBONUS. — Verba proxime a viro docto citata, Euſtathii ſunt, ad Iliad. λ'. pag. 814. l. 6 ſqq. A verbo ὀπτῶ nomen ὄψον derivat Etymologici auctor. Apud Noſtrum in adlatis verbis, pro κατασκευαζόμενον, perperam κατασκευασόμενον ſcribitur in ed. Caſ. errore operarum ex ed. Baſ. propagato. Dein, ubi (ſic) ἕψόν ἐστιν expreſſum eſt in editis, conſentiente (ut puto) ms. *A*. ut intelligatur vox oxytona ἑψόν: ibi in noſtro ms. *Ep*. ἕψόν ἐστιν (ſic) ſcribitur, ut intelligatur vox penacuta ἔψον: quam ſcripturam, quod ad accentum adtinet, probaſſe videtur Caſaubonus, in Animadverſione modo adlata ἔψον ſcribens.

AD CAP. V.

κατὰ γὰρ τὸν Σοφοκλέα, &c. »Verſus *SOPHOCLIS* ita »ſcripti fuerant a poëta:

b »Χορὸς δ' ἀναύδων ἰχθύων ἑπερρόθει·
»σαίνουσί τ' οὐραίοισι τὴν κεκτημένην.

»*Chorus mutorum piſcium cum ſtrepitu adveniebat: atque illi* b »*caudis adulabantur ſuam dominam.* Thetim fortaſſe intelli- »gebat, aut Nereïdum vel Leucothearum unam. Athe- »naeus, more ſuo, poëtae verba levi mutatione ſenten- »tiae ſuae accommodavit.« CASAUBONUS. — At, ſecundo verſu, non σαίνουσί τ', ſed σαίνουσιν *absque coniunctione* exhibet cum editis codex mstus uterque. Quod quum minus commodum videretur, in σαίνοντες mutavit BRUNCK: (in Sophoclis Fragm. ex Incertis Tragoed. num. 42.) qui & de argumento fragmenti conſulendus. Ac non modo per ſe quidem percommoda videri debebat illa emendatio, ſed & perapte reſpondebat verbo χραίνοντες, quo Achaeus utitur in teſtimonio proxime ſequente. At, quoniam tamen ferri utcumque poſſe ſcriptura librorum videbatur, tenendam hanc in Athenaei editione putavi.

ACHAEI verba, cum continuo tenore ſcripta fuiſſent in ed. Ven. & Baſ., dein in ed. Caſ. veluti per verſus in hunc modum diſtributa erant:

Πολὺς γὰρ ὅμιλος ποντίου κύλλου σοβῶν ἐνάλιος θεωρία
χραίνοντος οὐραίοισιν εὐδίαν ἁλός.

Inde in Animadverſionibus monuit CASAUBONUS: »Lo- »cum *ACHAEI* ita ſcribimus & diſtinguimus:

»— Πολὺς γὰρ ὅμιλος ποντίου
»κοίλου σοβῶν, ἐνάλιος θεωρία
»χραίνοντες οὐραίοισιν εὐδίαν ἁλός.

»Videtur *Achaeus* ſuperiorem Sophoclis locum in diverſa »ſententia eſſe imitatus. Fuit enim *Sophocles* natu gran- »dior, ut ſcribit Suidas. [in Ἀχαιὸς, Πυθοδώρου.] Ποντίου »κοίλον, periphraſis eſt *maris*. *Marinum cavum*, pro cavo »ubi eſt mare. Neque Geſnerum audiet hîc, neque Da- »lecampium, qui doctiſſimorum hominum auctoritati ra- »tionem eſſe anteponendam ſtatuerit. Iam ὅμιλος χραί- »νοντες, ut in verſibus Sophoclis χορὸς σαίνουσιν, & ſi- »milia, de quibus ſuperiore capite. [ad pag. 276. c.] A- »chaei fabula, unde haec ſunt, appellatur Μοῖραι, con- »ſenſu librorum omnium. Heſychius, in Νυμφόβας, lau- »dat hunc poëtam ἐν Μύροις: ubi forte ſcribendum ἐν »Μοίραις. Laudatur etiam Hermippi comici fabula eodem »nomine.« — Recte apud Heſychium l. c. ἐν Μοίραις editur hodie, ut voluerat Caſaubonus. Simillimus error apud Athenaeum, XI. 476. d. in Hermippi fabula commiſſus,

b ubi Μύροις vulgo editur, ſed propius vero Μύραις exhibent noſtrae membranae. In *ACHAEI verſ.* 2. mendoſam ſcripturam κύλλου, quam exhibebant editi libri, tenens DALECAMPIUS, *turbam mutilorum piſcium* interpretatus erat; notaveratque in ora: »Κύλλους, id eſt, *mutilos*, vocat; »quia tanquam mutilati pedibus careant.« GESNERUS vero (De Aquatilib. pag. 177.) Ponticum *cyllum* ſive *ſcyllum*, canem marinum, interpretatus erat; cuius ſententiam idem Dalecampius etiam commemoraverat. Quorum rationes merito improbans Caſaubonus, inſignem utique veri ſpeciem ſecutus eſt, cum κοίλου corrigendum cenſeret. Cui tamen ne obſequeremur nos, vetuſtae noſtrae membranae *A.* (nam in *Epit.* deſunt Achaei verba) prohibuerunt, in quibus κύκλου perſpicue ſcribitur; quod ipſum etiam ex ms. Pariſ. *B.* commendaverat VILLEBRUNIUS, & in Gallica verſione his verbis expreſſerat, *une grande troupe d'habitans de la mer qui environne le globe.* Sane quum vetus fuerit, nec ea utique abſurda, philoſophorum ſententia, univerſam terram (πᾶσαν τὴν οἰκουμένην) eſſe inſulam, quam oceanus ſive mare Atlanticum circumfluat: (de qua vide Aelian. Var. Hiſt. III. 18. &, quem ibi Perizonius laudavit, Ariſtotelem in libello De Mundo, cap. 3. pag. 20. & 22. ed. Batteux:) quid impedit quo minus credamus, eamdem ſententiam a poëta Achaeo adoptatam & in verſibus iſtis expreſſam fuiſſe? Id ſi cui minus videtur probabile, poſſimus fortaſſe πόντιον κύκλον intelligere *mare Deam longe lateque circumcirca cingens.* Verba ἐνάλιος θεωρία parum feliciter Dalecampius his latinis, *ſi quis inſpectet*, expreſſit. Multo commodius Villebrune Gallico ſermone, *ſpectacle marin.* Nobis placuit, *pompam* intelligi: poteramus vero perinde & *chorum* vertere, & *ſacram legationem.* Vide Caſaub. ad VI. 251. b. & Xenoph. Memorab. III. 3, 12. & quos ibi auctores laudavit Erneſti. Et reſpondet hoc nomen θεωρία illi χορὸς, quo in ſuperioribus verſibus uſus Sophocles erat. Denique vero, quum defectu laboret iſte verſus,

κύκλου σοβῶν, ἐνάλιος θεωρία:

vide ne σοβῶντες, pro σοβῶν, ſcriptum oportuerit, quo compleretur ſenarii menſura. *Verſu* 3. pro mendoſo χραίνοντος, non dubitavi χραίνοντες ex Caſauboni emendatione in contextum recipere. *Ibidem*, pro οὐραίοισιν, corrupte θυραίοισιν legebatur in ed. Ven.

& Baſ. pariterque in membr. *A.* quod ex ſuperioribus So- b
phoclis verbis tacite correxit Caſaubonus. τὸ οὐραῖον idem valet ac ἡ οὐρὰ, *cauda:* ſic VII. 294. d. & alibi.

ἀπομνημονεύσω δέ σοι. Incommode poſita hîc videri δὲ particula poterat, pro qua δὴ utique malles. At ſaepe poſt parentheſin, initio apodoſeos, continuant Graeci ſcriptores orationem particulâ illâ δὲ adhibitâ; qua quidem tum maxime ſolent uti, cum eadem δὲ particula initio etiam protaſeos poſita fuit. Quare hîc quidem nil mutandum cenſeo; ſed ſupra, initio huius capitis, pro Πολλῶν οὖν, Πολλῶν δὲ malebam: at nec ibi temere quidquam mutatum velim. Vide loca citata in Lexico Polyb. p. 125.

πάντες γὰρ συνεισήνεγκαν εἰς αὐτοὺς τὰς ἐκ βιβλίων συμβολάς. Vide I. 4. b. & ibi notata, Tom. I. Animadv. p. 52 ſq. Quod ait εἰς αὐτοὺς, id valet εἰς ἑαυτοὺς, quod ipſum idem ſonat ac εἰς ἀλλήλους. Vide Lexic. Polyb. p. 104. n. 3.

Ὅστις ἀγοράζων &c. *AMPHIDIS* iſta verba, cum con- c
tinuo tenore, veluti proſa oratio, ſcripta eſſent in editis, ſic digerenda eſſe, ut a nobis factum, monuit CASAUBONUS, haec inſuper adnotans: »In primo verſu quae»dam omiſſa, ad ſententiam non neceſſaria: ὦ δείλαιε σύ.« [ſive quidvis aliud, quod legitime explere ſenarium poſſit.] »Quid autem appellet poëta *piſces* ἀληθινοὺς, ſcire»mus ſi extaret eius fabula.« — Equidem ἰχθῦς ἀληθινοὺς ita intelligendos exiſtimo, quaſi dixiſſet poëta, ἔξον ἀπολαύειν ἰχθύων, ἀληθινοῦ ὄψου: *cum liceat piſcibus frui, qui ſunt veriſſimum obſonium.* Confer modo dicta Auctori noſtro pag. 276. e. Caeterum tam abrupte & importune hîc proferuntur illi verſus, ut facile adſentiaris doctiſſimo DUTHEIL, ſuſpicanti aut aliunde haec eſſe alienum in locum translata, aut intercidiſſe nonnihil, quo intelligeretur ratio, qua ſuperioribus hoc maxime loco iſta ſubieciſſet auctor; quo loco agnoſcunt eadem ambo codices mssti cum editis. Tum vero & in his, quae mox ſequuntur, Καὶ γὰρ Σοφοκλέους εἰπόντος &c. deſidero connexionem; non quidem quod ad argumentum ſpectat: nam ea ratione, qua in verſione latina nonnihil ex coniectura ſupplevi, facile intelligi nexus orationis poteſt: ſed turbat me ipſa particula coniunctiva Καὶ γὰρ, cui quo pacto nunc fuerit locus, (ſive eam *etenim* reddideris, ſive, *ſcilicet*, *nempe*,) exputare non potui.

ἑλλούς. Ad editam olim ſcripturam ἑλλοὺς, & dein ἑλ-

λοῖς & ἕλλοι, nihil ex ms. *A.* notatum. Sed *leni ſpiritu* recte ſcribitur vox in *Epit.* ut in *SOPHOCLIS Aiace* vs. 1297. ex msstis edidit Brunck. Sic & Heſych. in Ἕλλον, & in Ἑλλός. De eodem vocab. nonnihil infra monebimus ad p. 308. b.

d Ξενοφῶν - - γράφων οὕτως· Ὀψοφαγίστατός τε &c. »*XENOPHONTIS* locus extat in tertio Commentariorum: »ubi hodie βλακώτατος, minus recte, pro βλακίστατος.« CASAUB. — Vide Memorab. Socrat. III. 13, 4. & quae ibi a Viris doctis notata. Duo vocabula, quae e *Xenophonte* hîc profert Athenaeus, citans Euſtathius ad Iliad. λ'. pag. 814. l. 22. ait: ὁ ὀψοφαγίστατος καὶ βλακίστατος· ἃ δὴ λέγεται κεῖσθαι παρὰ Σοφοκλεῖ. Is error ex Epitoma Athenaei ductus eſt; cuius auctor negligentius praecipitantiusque (quod ſubinde ei accidit) excerpens iſtum locum, ſic ſcripſerat: Ὀψοφαγίστατος καὶ βλακίστατός ἐστι, φησὶ Σοφοκλῆς. Quo de errore, cum Abbreviatoris, tum Euſtathii, monuit CASAUBONUS in ipſo introitu ſuarum ad Athenaeum Animadverſionum, & nos in Praefatione, pag. XXIII. not. *p.*

ὁ τὴν Τιτανομαχίαν ποιήσας - - - Ἔχαιρε δὲ Σοφοκλῆς τῷ Ἐπικῷ Κύκλῳ, &c. Occaſione iſtorum verborum tam eruditam quam longam disputationem inſtituit CASAUBONUS, qua, ut inſcripto titulo ipſe profitetur, exponuntur:

DE EPICO CYCLO,

non protrita, & parum vulgo nota.

»Tractationem, inquit, de ſingulis piſcibus una adhuc obſervatio praecedit. SOPHOCLIS verſus eſt in Aiace Lorario, Ἐφῆκεν ἕλλοῖς ἰχθύσι διαφθοράν. Non paſſim obvia aut in frequenti uſu poſita eſt vox ἕλλός. Itaque de ea quaerunt Deipnoſophiſtae. Quaeſtio ita proponitur: Ἐζήτησέ τις, εἰ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ τις τῷ ὀνόματι κέχρηται. Reſpondet Zoilus huic quaeſtioni in haec verba: Οἶδα ὅτι ὁ τὴν Τιτανομαχίαν ποιήσας, εἶτ' Εὔμηλός ἐστιν ὁ Κορίνθιος, ἢ Ἀρκτῖνος, ἢ ὅστις δήποτε χαίρει ὀνομαζόμενος, ἐν τῷ δευτέρῳ οὕτως εἴρηκεν·

Ἐν δ' αὐτοὶ[1] πλωτοὶ χρυσώπιδες ἰχθύες ἕλλοι
νήχοντες παίζουσι δι' ὕδατος ἀμβροσίοιο.

1 Sic, αὐτοὶ, in Animadverſionibus Caſauboni ſcriptum, caſune, neſcio, an ipſius docti Viri conſilio. Ἐν δ' αὐτῇ quidem in contextu tenent editiones omnes, nec e ms. *A.* diverſa adnotata ſcriptura: in Epitoma vero ipſa illa tria verba, Ἐν δ' αὐτῇ, praetermiſſa ſunt.

Ἔχαιρε δὲ Σοφοκλῆς τῷ Ἐπικῷ κύκλῳ, ὡς καὶ ὅλα δράμα- e
τα ποιῆσαι κατακολουθῶν τῇ ἐν τούτῳ μυθοποιΐᾳ. Summa responsionis haec: *Sophoclem, cum appellavit pisces* ἕλλοὺς, *imitatum esse vetustissimum poëtam, Gigantomachiae auctorem, qui primus ita locutus: neque hoc mirum videri debere de Sophocle, cum is poëta Epicum Cyclum plurimum amarit, adeo ut integrarum fabularum argumenta inde sumserit.*«

»Haec Zoili mens: quae etsi clare a nobis iam expressa est, nemo tamen illam assequetur, quin sciat de Epico Cyclo quae ignorarunt interpretes. Longe enim fallitur eruditissimus Dalecampius: neque Ἐπικὸς Κύκλος est quod putavit ille;[1] sed *nomen Corporis cuiusdam Poëtici, compositi olim ex antiquissimis Poëtis Epicis, qui historiam fabularem descripserant.* Pars huius corporis *Titanomachia* fuit: ut ex isto Athenaei loco discimus, & Eusebii ac Procli verbis, quae mox subiiciemus. Id opus veteres appellant Κύκλον, vel Ἐπικὸν κύκλον: vel, τὸν τῶν ἐποποιῶν κύκλον. Philostratus in Epistola ad Iuliam Augustam: Αἱ δὲ ἀποστάσεις εἴτε προσβολαὶ τῶν λόγων Γοργίου ἐπεχωρίαζον πολλαχοῦ μὲν, μάλιστα δὲ ἐν τῷ τῶν ἐποποιῶν κύκλῳ. Quamquam hic locus aliter fortasse exponi debet.«

»Caeterum Epici Cycli argumentum Photius ex Proclo declarat in Bibliotheca [pag. 521. ed. Hoeschel.] his verbis: Διαλαμβάνει δὲ καὶ περὶ τοῦ λεγομένου Ἐπικοῦ Κύκλου. ὡς ἄρχεται μὲν ἐκ τῆς Οὐρανοῦ καὶ Γῆς μυθολογουμένης μίξεως. ἐξ ἧς αὐτῷ καὶ τρεῖς παῖδας γινώσκουσιν ἑκατοντάχειρας, καὶ τρεῖς ἑτέρους ἀποτίκτουσι Κύκλωπας. Διεξέρχεται δὲ περὶ θεῶν, τά τε ἄλλα τοῖς Ἕλλησι μυθολογούμενα, καὶ εἴπου τι καὶ πρὸς ἱστορίαν ἐξαληθίζεται. καὶ περατοῦται ὁ Ἐπικὸς κύκλος συμπληρούμενος ἐκ διαφόρων ποιητῶν μέχρι τῆς εἰς Ἰθάκην ἀποβάσεως Ὀδυσσέως. Λέγει δὲ, ὡς τοῦ Ἐπικοῦ κύκλου τὰ ποιήματα διασώζεται καὶ σπουδάζεται τοῖς πολλοῖς, οὐχ οὕτω διὰ τὴν ἀρετὴν, ὡς διὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἐν αὐτῷ πραγμάτων. λέγει δὲ καὶ τὰ ὀνόματα, καὶ τὰς πατρίδας τῶν πραγματευσαμένων τὸν Ἐπικὸν κύκλον.«

1 Mirum quantum a vero hîc aberraverat Dalecampius, verba ista Athenaei, Ἔχαιρε δὲ ὁ Σοφοκλῆς τῷ Ἐπικῷ κύκλῳ &c. latine sic reddens: *Heroicorum sane versuum textu & ambitu delectatum Sophoclem fuisse, hoc argumento est, quod in tragoediis suis omnibus secutus fuit eo versuum genere descriptas fabulas.*

e »Adſcripſimus locum totum: quia inſignis eſt de opere inſigni. Habes hic totius *Epici cycli argumentum.* Cum enim Varro hiſtoriam omnem in tria tempora diſtinxerit, adelum, mythicum, & hiſtoricum: quidquid vetuſtiſſimi poëtae de origine mundi, de generatione Deorum, de hominum aetate prima, de gigantibus, ſive Titanibus, deque antiquis heroïbus eorumque geſtis cecinerant, eo opere continebatur. Principium illius erat, quale videmus Bibliothecae Apollodori principium: qui a Coelo & Terra exorſus eſt. Deſiiſſe ait Photius in Ulyſſis caede: ut non omne penitus mythicum tempus eo volumine fuerit comprehenſum.«

»Quare autem id τεῦχος fuerit appellatum Κύκλος, cauſſam non video aliam, niſi praeſtantiam figurae eius. Nam, quia *orbis* figura omnium abſolutiſſima & capaciſſima eſt: propterea id corpus quod hiſtoriam fabularem contineret univerſam a capite ad finem prope totam, *Orbem* aut *Circulum* nominarunt. Sic librum Anthologiae, quo complexus eſt olim Agathias, quicquid fere in eo genere laude dignum habuit Graecia, Κύκλον vocant ſcriptores. Suidas, [in Ἀγαθίας:] Ἀγαθίας συνέταξε τὸν Κύκλον τῶν νέων Ἐπιγραμμάτων, ὧν αὐτὸς συνῆξεν ἐκ τῶν κατὰ καιρὸν ποιητῶν. Neque omnino male idem Suidas alibi, [in Κύκλια; ex Scholiaſte ad Aves, vs. 919.] poëmata *Cyclia* interpretatur, τὰ ἔχοντα τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν. Talia enim fuerint, ex quibus *Epicus cyclus* conſtabat.«

»Porro, *antiquiſſimos* tantum *poëtas* in eum orbem fuiſſe coactos, teſtatur Alexandrinus Clemens, Stromat. lib. primo. [pag. 389. ed. Pott.] Ταῦτα, ait, προήχθημεν εἰπεῖν, ὅτι μάλιστα ἐν τοῖς πάνυ παλαιοῖς τοὺς τοῦ Κύκλου ποιητὰς τιθέασι. Ad quae verba ſi diligenter animum advertimus, intelligemus auctores Cycli eos fuiſſe qui a Clemente illo loco nominantur inter vetuſtiſſimos. Eos puto fuiſſe iſtos: *Onomacritum*, *Leſchem*, *Arctinum*, & *Eumelum*, quem ἱστορικὸν ποιητὴν vocat Pindari ſcholiaſtes ad odam XIII. Olympionicarum. Non dubito fuiſſe item alios: in queis fortaſſe erat *Dionyſius* poëta antiquiſſimus κυκλογράφος, ut Tzetzae appellatur Chiliade XII. Quem neſcio dicam an negem eſſe eundem cum *Dionyſio Samio*, quem Περὶ Κύκλου ſcripſiſſe, aliquot locis docet Athenaeus: [XI. 477. d. & 481. e.] ſed hunc potius Cycli interpretem quam poëtam fuiſſe cenſeam. Laudatur Apollodoro

libro I. [cap. 9. sect. 19. pag. 59. ed. Heyn.] Scholiastes e Pindari ad Odam IV. Isthmionicarum, Περὶ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν Ἡρακλέους ἐκ Μεγάρας παίδων, διαλλάττουσι. Διονύσιος μὲν, ἐν πρώτῳ Κύκλων, Θηρίμαχον καὶ Δηϊκόωντα. « 1

»Scripsit & *Hesiodus* Theogoniam: sed quam fuisse in *Cycli* syntagma relatam non puto. Separatur enim Hesiodus a Cyclicis ab antiquo scriptore, unde haec profert Eusebius, Προπαρ. libro primo: [cap. 10. p. 39.] Ἔνθεν Ἡσίοδος οἵ τε Κυκλικοὶ περιηχημένοι Θεογονίας καὶ Γιγαντομαχίας καὶ Τιτανομαχίας ἔπλασαν ἰδίας καὶ ἐκτομάς. *Cyclicos* hîc intelligo Epici Cycli auctores; a quorum numero Hesiodus excluditur. Sed non defuerunt, qui & *Hesiodum* & *Homerum Cyclicorum* appellatione complecterentur. Magni Etymologi auctor scribit alicubi, [pag. 600. l. 9.] παρὰ τοῖς Κυκλικοῖς αἱ ψυχαὶ νεκάδες λέγονται: deinde Homeri versum subiicit ex Iliadis ῥαψ. σ'. quasi Homeri poëmata pars essent Cycli: quod tamen non arbitror. Verius puto, ad imitationem Epici Cycli, caeterorum quoque poëtarum Κυκλικοὺς fuisse solitos appellari quicunque materiam aliquam continua serie pertexuissent, ut fecit princeps poëta Troianum bellum & Ulyssis errores. Similiter *Antimachum*, qui Thebanam historiam multis libris descripserat, *cyclicum*, & eius Thebaïdem κυκλικὴν veteres nominant. Athenaeus libro XI. [p. 465. e.] ὁ δ' Οἰδίπους δι' ἐπῳδάτα τοῖς υἱοῖς κατηράσατο, ὡς ὁ τὴν Κυκλικὴν Θηβαΐδα ποποιηκὼς φησίν. Isidorum hoc voluisse puto, cum istud nobis aenigma proponeret libro VI. *Cyclus paschalis vocatus, eo quod in orbe digestus sit, & quasi in circulo dispositum ordinem complectatur annorum sine varietate & ulla arte: unde factum est, ut cuiusque materiae carmina simplici formâ facta cyclica vocarentur.* Quam ineptum est, a circulo paschali putare nomen inveniisse cyclica poëmata? Sed legerat apud Graecos, quod vetus interpres Aristophanis [ad Av. 919.] scribit, κύκλια dici, τὰ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἔχοντα.«

1 De isto *Dionysio*, (quem Milesium alii, nonnulli Mitylaeneum, alii Rhodium faciunt) illiusque libris περὶ Κύκλου, nondum satis ad liquidum perducta quaestio. Vide Meursium in Notis ad Helladii Chrestom. p. 38 sq. Vossium de Histor. Graecis p. 358. Fabricium Bibl. Graec. T. I. p. 281 sq. in not. & T. II. p. 799 sqq. Wesselingium ad Diodor. lib. I. c. 52. Valeken. ad Eurip. Phoen. p. 734 sq. Denique Heynium in Indice Scriptor. ab Apollodoro laudator. p. 980 sqq.

e » Etsi autem Cycli epici plures fuerunt auctores: interdum tamen de eo sic loquuntur antiqui, quasi unius solum fuisset opus. Eustathius ad quartum Odysseae: [p. 166. c.] Δέκτην δὲ Ἀρίσταρχος μὲν τὸν ἑπαίτην λέγει παρὰ τὸ δέχεσθαι· ὁ δὲ Κυκλικὸς, φασὶν, ἤγουν ὁ τῶν Κυκλίων ποιητὴς, ὀνοματικῶς ἀκούει τὴν λέξιν. *Cyclicus* hîc nuncupatur aliquis e poëtis Epici Cycli; in cuius extremo tota Ulyssis fabula continebatur, ut ex Photio ante diximus. Sic accipiendum apud Horatium: [Arte Poët. 136.]

Nec sic incipias ut scriptor cyclicus olim.

Quem poëtam intelligat Horatius, nominatim indicare non possumus: unum certe aliquem e Cyclicis illis de queis loquimur, voluit significare. Docti putant *Stasimum*, auctorem τῆς μικρᾶς Ἰλιάδος, intelligi. Sane eum poëtam inter Cyclicos habitum fuisse ostendunt antiqua in Aristophanem scholia ad Equites: [vs. 1053.] in quibus cum historia quaedam ex Iliade parva esset narrata, sequuntur statim haec verba, Τοῦτο ἐκ τοῦ Κύκλου ἀφείλκυσται: nihilominus tamen Stasimum vel Stasinum, Cypriorum poëtam & parvae Iliadis, diserte Photius separat a Cyclicis. Quamobrem ex huius sententia *Cyclicus* apud Horatium non erit Stasimus, sed alius quis τῶν ἐκ τοῦ Κύκλου: *quos* ait idem Photius, *non propter aliquam in carmine praestantiam solitos commendari, sed tantum propter rerum seriem eo corpore comprehensarum.* Atque hoc valde congruit illi loco Horatii, ubi ineptiarum arcessitur is quem *Cyclicum* nominat.«

» Veterum in Homerum Σχολίων auctor, hos Cyclicos etiam *Polemonios* fuisse appellatos, indicat. Ait enim, [ad Iliad. γ'. 242.] Ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς Πολεμωνίοις ἤτοι Κυκλικοῖς. Quae autem ratio eius appellationis? An simile est ut si quis ius civile Romanorum *Tribonianeum* diceret, quia Tribonianus id congessit ac digessit? Fieri potest, ut qui primus veteres illos poëtas in unum iunxit, *Polemon* vocaretur: & inde *Polemonii* poëtae iidem ac Cyclici.«

» Postremo sciendum est, Epicum cyclum in partes tributum fuisse. Clemens enim Alexandrinus quintam Cycli partem laudat in Protreptico. [pag. 42. ed. Pott.] Aliter enim verba haec illius, καὶ δὴ τὸν ἱστοροῦντα τοῦτο Διονύσιον ἐν τῷ πέμπτῳ μέρει τοῦ Κύκλου παρίστημι, accipienda sunt meo iudicio, quam ista Scholiastae Pindari

Isthmionicarum, Διονύσιος ἐν πρώτῳ Κύκλων φησί. Hic liber primum intelligit poëmatis Dionysiaci: Clemens quintam Circuli partem, vel tomum, in quo fuit collocatum opus Dionysii.«

»Quae diximus de *Epico Cyclo*, lucem afferent veteri *Epigrammati in Apollodori Bibliothecam*, qua explicantur antiquae fabulae de Diis & Heroïbus. Id ita habet:[1]

Αἰώνων[2] σπείρημα ἀφυσσάμενος ἀπ' ἐμεῖο,
παιδείης μύθους γνῶθι παλαιγενέας.
μήδ' εἰς Ὁμηρίην σελίδ' ἔμβλεπε, μηδ' ἐλεγείην,
μὴ τραγικὴν Μοῦσαν, μηδὲ μελογραφίην·
μὴ Κυκλίων ζήτει πολύθρουν στίχον. εἰς μὲ γὰρ ἀθρῶν,
εὑρήσεις ἐν ἐμοὶ πάνθ' ὅσα κόσμος ἔχει.

Olim qui fabularis historiae cognoscendae studio ducebantur, ad Homerum adibant aliosque poëtas omne genus; puta, elegiacos, tragicos, lyricos; maxime autem illos, ex quibus conflatum corpus *Epici Cycli:* quod epigrammatarius poëta Κυκλίων πολύθρουν στίχον appellat. Atque vel ex hoc loco & argumentum eius operis, & prolixitas etiam, satis claret.«

»Quid igitur *Epicus Cyclus* fuerit, & quo argumento, ex iis quae diximus palam est. Omnino antiquae Mythologiae id penus quoddam erat amplum. Ut dubitare non debeamus, verissimum esse quod de SOPHOCLE apud veteres legimus: *omnes eius fabulas aut ex Homeri fonte fuisse hausias, aut ex Epicorum Orbe.* De Homero scribitur in vita Sophoclis: Τὸ πᾶν οὖν Ὁμηρικῶς ὠνόμαζε, τούς τε μύθους φέρει κατ' ἴχνος τοῦ ποιητοῦ· καὶ τὴν Ὀδυσσείαν δὲ ἐν πολλοῖς δράμασιν ἀπογράφεται. Quod autem multarum suarum Tragoediarum integra argumenta e *Cyclo* sumserit, disertim testatur Athenaeus hoc loco. Quamobrem, qui laborabit scire qua de re in vetustissimo & celeberrimo illo opere tractaretur, is mihi titulos Tragoediarum Sophoclis consideret. Ea fine *Fabularum illius poëtae nomina*, quae in veterum scriptis legere memineramus, collegimus, κατὰ στοιχεῖον digessimus, & infra subiecimus. Poteramus ab hoc labore supersedere: sed expressit hanc a nobis opellam eximia principis tragici admiratio. Aequi

1 Vide BRUNCKII Analecta T. III. p. 271. & *Heynii* Commentationem de Apollodori Bibliotheca, p. 937.

2 Alii Αἰῶνος.

e lectores, ſpero, iſtius ἐκβολῆς τοῦ λόγου veniam non gravate nobis concedent. «

Sequuntur nunc

TITULI OMNIUM FABULARUM SOPHOCLIS:

quotquot reperire CASAUBONUS potuerat, alphabetico ordine digeſti. Iſti *Capiti* ſuarum *Animadverſionum*, hanc inſcriptionem ille praefixit: » *Oſtenditur adhuc, quale fuerit Epici Cycli ſubiectum, recitatis Titulis omnium Fabularum Sophoclearum; quarum multas ait fuiſſe Athenaeus argumento e Cyclo petito.* « [1]

»ΑΘΑΜΑΣ. Heſychius: Ἐπιστήγματα· ἐπικελεύσματα. Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι. Errant qui emendant ἐπιστήματα: neque obſervant quod ſtatim ſequitur, ἐπιστῆξαι, ἐφορμῆσαι. Hic eſt *Athamas prior*, cuius & alibi non ſemel meminit idem. Sed corrige locum hunc: Καταγνῶναι· ἐπιγνῶναι, μέμψασθαι. Σοφοκλῆς Ἀθαμαντίᾳ. Scribe, Ἀθάμαντι α'. Fecerunt *Athamantes* alii multi: ut Aeſchylus, Ennius, Accius; etiam comicus Amphis. «

»ΑΘΑΜΑΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ. Heſychius: Ἕρκεσι, δικτύοις. Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι δευτέρῳ. Ariſtophanis enarrator ad Nebulas, eius tragoediae ὑπόθεσιν paucis exprimit ſic: Τοῦτο πρὸς τὸν ἕτερον Ἀθάμαντα Σοφοκλέους λέγει. ὁ γάρ τοι Σοφοκλῆς πεποίηκε τὸν Ἀθάμαντα ἐστεφανωμένον, καὶ παρεστῶτα τῷ βωμῷ τοῦ Διὸς σφαγιασθησόμενον· μέλλοντα δὲ ἀποσφάττεσθαι αὐτὸν, παραγενόμενον Ἡρακλέα, καὶ τοῦ θανάτου ῥυόμενον, λέγοντα ὡς σώζοιτο ὁ Φρύξος, δι' ὃν ἔμελλεν ἐκεῖνος τεθνήξεσθαι. «

»ΑΙΑΣ Ὁ ΛΟΚΡΟΣ. Ariſtides, in communi adverſus Platonem Apologia: Οὐδέ γε Εὐριπίδου φήσομεν, οἶμαι, τὸ ἰαμβεῖον εἶναι, τὸ

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ.

1 Nos iſtum *Recensum Fabularum Sophoclearum* talem hîc exhibemus, qualis ab ipſo CASAUBONO editus eſt: nihil magnopere eorum adiicientes, quae vel ex FABRICII Bibliotheca Graeca ab HARLESIO inſtaurata, vel ex BRUNCKII Fragmentis Sophoclis & Lexico Sophocleo, ſive aliunde, quisquis voluerit, petere poterit. Nonniſi fere loca ex *Athenaeo* aut ex Caſauboni ad Athenaeum Animadverſionibus paſſim citata, paulo adcuratius indicabimus; tum, ſi qua fuerint alia quae prae ceteris adnotanda videantur, ea ſive uncis incluſa adiiciemus, ſive in ima paginarum ora adnotabimus.

οὐδ' εἴ τις οὕτω τῶν σοφῶν εἴρηκεν. ἔστι γὰρ ἐξ Αἴαντος e τοῦ Λοκροῦ. Clarius idem dicit A. Gellius libro XIII. cap. XVII. *Verſus eſt notae venuſtatis ſenarius*: Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίᾳ. *Eum verſum Plato in Theaeteto Euripidis eſſe dicit. Quod quidem nos admodum miramur. Nam ſcriptum eum legimus in tragoedia Sophoclis, quae inſcripta eſt*, Αἴας ὁ Λοκρός. Auctor Graecae hypotheſeos Aiacis Lorarii: ἐν οἷς ἐστι καὶ κριός τις ἔξοχος, ὃν ᾤετο εἶναι Ὀδυσσέα· ὃν δήσας ἐμαστίγωσεν. ὅθεν καὶ τῇ ἐπιγραφῇ πρόσκειται Μαστιγοφόρος· ἢ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ Λοκροῦ Αἴαντος: id eſt, ad ſtatuendum discrimen inter Aiacem Lorarium, & Aiacem Locrum, geminas Sophoclis fabulas. «

» ΑΙΓΑΣ ΜΑΣΤΙΓΟΦΟΡΟΣ. Extat. « [Citat Athenaeus, VII. 277. c.]

» ΑΙΓΕΥΣ. Pollux libro decimo, cap. XXXVI. καὶ κέστρα δὲ, σφύρας τινὸς εἶδος σιδηρᾶς, ὡς ἐν Αἰγεῖ Σοφοκλῆς·

Κέστρᾳ σιδηρᾷ πλεῦρα καὶ κατὰ ῥάχιν
ἔλαυνε παίων.

Vide [Athenaeum] lib. III. cap. XXXIV. [& Animadv. ad III. 122. f.] Inſcribitur & Αἰγεὺς ἑκλυομένος in Stephani Ethnicis, niſi eſt diverſa ab hac. «

» ΑΙΓΙΣΘΟΣ. Heſychius: Ἀρύθμων· ἀσυμφώνων. Σοφοκλῆς Αἰγίσθῳ. «

» ΑΙΘΙΟΠΕΣ. Heſychius: Ἄναρκτον· ἀνυπότακτον, ὧν οὐδεὶς ἦρξε. Σοφοκλῆς Αἰθίοψι. Iterum: Ἀνθόβοσκον· ἀνθοτρόφον. Σοφοκλῆς Αἰθίοψι. « [Laudantur etiam *Sophoclis* Αἰθίοπες apud Athenaeum, III. 122. b. c.]

» ΑΙΧΜΑΛΩΤΙΔΕΣ. Paſſim citantur huius poëtae *Captivae*. Ariſtophanis enarrator ad Ranas: Οἱ ἀρχαῖοι καλάμῳ ἀντὶ κερατίου ἐχρῶντο. Σοφοκλῆς Αἰχμαλωτίσιν· Ὑφηρέθη σοῦ κάλαμος ὥσπερ λύρας. Vide Stephani Ethnica, in Βωμοὶ, Εὐρώπη, Χρύση: Etymologicum, in Φαῦλος, & Heſychium in his vocibus, Αἰχμώδετος, ἀλιτόκαρπον, ἀμφίλινα, ἀνηκὲς, ἄκεστρον, ἀπειθὴς, ἐμπλεύρου, ἑνστερνομαντίαις, & ἐπιμάσσεται. Idem ſic ſcribit: Ἴαννα, ἐν μὲν Αἰχμαλωτίσι Σοφοκλέους ἀπέδοσαν Ἑλληνικὴ. ἐπεὶ Ἴαννας (ſcribo Ἰαόνας) τοὺς Ἕλληνας λέγουσιν. ἐν δὲ Τριπτολέμῳ ἐπὶ γυναικὸς, ὡς καὶ ἐν Ποιμέσι. τινὲς δὲ τὴν Ἑλένην. ἐπιεικῶς δὲ οἱ Βάρβαροι τοὺς Ἕλληνας Ἴωνας λέγουσιν. ἐν δὲ Τρωΐλῳ, βάρβαρον θρήνημα τὸ ἰαί· ἢ ὄνομα γυναικός. Laudantur eiusdem poëtae & ΑΙΧΜΑΛΩΤΟΙ, *Captivi*. An eadem ſit fabula, an diverſa, non temere affirmave-

e rim. Nominat Pollux libro decimo, cap. LII. item Hesychius, in Ἄσεπτον, ἀχνην Λύδης, ἱερόλας, ἱκτερεύσομεν. «

»ΑΚΑΜΑΣ. Harpocration: Ἔπιπλον, τὴν οἷον ἐπιπόλαιον κτῆσιν, καὶ μετακομίζεσθαι δυναμένην. Σοφοκλῆς Ἀκάμαντι. Forte, Ἀθάμαντι. «

»ΑΚΡΙΣΙΟΣ. Hesychius: Ἄδοξα· παράδοξα, καὶ ἃ οὐκ ἄν τις ἐδόξασεν. Σοφοκλῆς Ἀκρισίῳ. Lege eumdem in Ἀκτίης, ἀλοίματα, ἀνταίαν, ἀπόδρομον, ἀποφανθεὶς, ἀρόματα, [immo ἀρώματα,] ἄστομος, βίδην, ἰλλάδας. Vide infra in Λαρισσαῖοι. Stobaeus sermone octavo. «

»ΑΛΕΑΔΕΣ. Apud Stobaeum sermone XXXIII. & LII. atque alibi scriptum in ora libri Σοφοκλῆς Ἀλεάσι: nescio unde nomen. Vide infra in Ἀλευάδαι. « [Ἀλωάδαι corrigunt viri docti.]

»ΑΛΕΙΤΗΣ. Sic nominatur ea fabula unde pulcherrimos versus adducit Stobaeus sermone CIV. Meminit saepe alibi. Forte ΑΛΗΤΗΣ melius. [quod unice probavit BRUNCK.] Hoc nomen fuit Corinthi conditori: unde ipsi dicti Ἀλητίδαι. Strabo & Pindari scholiastes. «

»ΑΛΕΥΑΔΑΙ. Clemens Alexandrinus Stromat. lib. VI. Λάβοις δ' ἂν τὸ Σοφοκλέους ἐξ Ἀλευάδων·

Ἅπαν τὸ χρηστὸν τὴν ἴσην ἔχει φύσιν. [1]

Hesychius: Ἐσυμνεῖς· ἐπάδεις. Σοφοκλῆς Ἀλεάδαις. Scribebam Ἀλευάδαις, ex Clemente. Aleuadae nobiles Thessali fuere: de quibus passim veteres, ut dicebamus ad Theocriti idyllium XVII. Sed moveor consensu librorum: nam Sophoclem ἐν Ἀλεάδαις citant plures: ut Aelianus De Animal. lib. VII. cap. XXXIX. & saepe Stobaeus. « [Omnia ad Ἀλωάδας refert Brunck cum Hemsterhus.]

»ΑΛΚΜΑΙΩΝ. Hesychius: Αἰνῶ· παρίημι, παραιτοῦμαι, καὶ ἐπαινῶ. Σοφοκλῆς Ἀλκμαίωνι. Idem: Ἀραίας· βλαβεράς. Σοφοκλῆς Ἀλκμαίῳ. Scribo, Ἀλκμαίωνι. Stobaei margines ad λόγον LXXVII. in dubio nos relinquunt sitne haec fabula Sophoclis, an Euripidis. «

»ΑΛΕΞΑΝΔΡΑ, ἢ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ. Invenio utrumque apud Hesychium. Foeminae nomen, in δύσαυλος. Viri, in istis: Θηλάστρια, τροφός. ἔστι δὲ ἰακκώ. Σοφοκλῆς Ἀλεξάνδρῳ. Legendum, ἔστι δὲ Ἰακόν. *Ionica vox est.* Sic & Euripidis *Alexandram* atque *Alexandrum* produnt nobis Stobaei margines. «

1 Vide Brunck, in Fragm. ex Sophoclis Ἀλωάδαις, num. X.

»Ἄμυκος σατυρικός. Laudatur Athenaeo libro tertio, [p. 94. e.] & libro nono. « [p. 400. b.] e

»Ἀμφιάραος σατυρικός. Ariſtophanes in Ranis: Ἀλλ' ὡρακιῶ. ἀλλ' οἶσε πρὸς τὴν καρδίαν μου σπογγίαν. Interpres ibi: Τοῦτο Σοφοκλῆς εἶπεν ἐν Ἀμφιαράῳ σατυρικῷ. Idem poëta, in Veſpis: Ὁ πιννοτήρης οὗτός ἐστι τοῦ γένους: alludit ad verſum Sophoclis ex hac fabula, Ὁ πιννοτήρης δὲ τοῦδε μαντέως χοροῦ. Strabo libro nono, Erotianus, Heſychius, alii. « [Citat Athenaeus, X. 454. f.]

»Ἀμφιτρύων. Sophoclis interpres ad Oedipum Coloneum: εὔσοιαν φασὶ τὴν εὐσθένειαν. καθάπερ καὶ ἐν Ἀμφιτρύωνι·

Ἐπεὶ δὲ βλαστεῖ, τῶν τριῶν μίαν λαβεῖν
εὔσοιων ἀρκεῖ.

Heſychius: Ἀμφιτέρμως· ἀποτετερματισμένως. Σοφοκλῆς Ἀμφιτρύωνι. Iterum: Ἀτμησίφρων· οὐδεμιᾶς τόλμης ἔννοιαν ἔχων, ἀτραυμάτιστος. Σοφοκλῆς Ἀμφιτρύωνι. «

»Ἀνδρομάχη. Auctor Etymologici: Παρασάγγαι. παρὰ Σοφοκλεῖ, ἐν Ἀνδρομάχῃ, ἐπὶ τοῦ ἀγγέλου εἴρηται. «

»Ἀνδρομέδα. Athenaeus libro XI. [p. 482. d. e.] Phrynichus, de voce πρόσφατον disputans: εὑρίσκετο δὲ Σοφοκλῆς ἐν τῇ Ἀνδρομέδᾳ τιθεὶς οὕτω· Μηδὲν φοβεῖσθαι προσφάτους ἐπιστολάς. [1] Pollux libro X. cap. XXVI. Σοφοκλῆς ἐν Ἀνδρομέδῃ, αὐτοχείλεσι λικύθοις ἔφη, δηλῶν ἀλαβάστρους μονολίθους. Heſychius: Ἀμβλύσκει, ἐξαπλοῖ. κυρίως δὲ ἐπὶ ἀμπέλου. καὶ ἐκτιτρώσκει. Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδῃ. Item in Ἀμφίπρυμνον πλοῖον. Sunt & alii loci tres ex ea fabula in Heſychio omnes corrupti. Primus ita habet: Κυρίον Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδα ἡμιουτον κούρειον ἠρέθη πόλει, νόμος γάρ ἐστι τοῖς βαρβάροις ξυνπολεῖν βρότειον ἀρχῆθεν γένος τῷ Κρόνῳ. Scribo, Κουρεῖον. Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδᾳ·

Ἡ τὸ μιαρὸν κουρεῖον ἠρέθη πόλει.
Νόμος γὰρ οὗτός ἐστι τοῖσι βαρβάροις,
ξυνπολεῖν βρότειον ἀρχῆθεν γένος.

τῷ Κρόνῳ, poſtrema verba, non ſunt poëtae. κουρεῖον proprie eſt *tonſoris officina*: ſed in hac fabula Sophocles ita

1 Verba iſta »Phrynichus de voce προσφ. usque ἐπιστολάς. « cum deeſſent in Animadverſionum Caſaub. editione prima, adiecta ſunt in ed. 2. & 3. ſed uncis incluſa.

e vocaverat *locum ubi iugulari ſolebant* κοῦροι καὶ κοῦραι. Alter locus ita editur: Μάσθλη. τὰς τομουτὰς ἡνίας. καὶ γὰρ ἡ μάσθλη. Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδᾳ καὶ Συνδείπνοις. Corrigo: Μάσθλητας, ἱμαντωτὰς ἡνίας. καὶ γὰρ ἱμὰς ἡ μάσθλη. Σοφοκλῆς Ἀνδρ. καὶ Συνδείπνῳ. Extat & alius locus ex eadem fabula, ubi iterum poëta eo verbo uſus. Nam in Etymologico ſic ſcriptum: Δίγονος μάσθλης, διπλοῦς ἱμάς. ἢ ὅτι οὐ μόνον κατὰ τὴν βαφὴν ἦν τοιοῦτος· ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος ἐκέχρωστο. Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδᾳ· Ἰδοὺ δὲ φοινὸν μάσθλητα δίγονον. Tertius locus eſt in Σαλητὸν: de quo nos in opere DE RE veſtiaria.«

»ΑΝΤΗΝΟΡΙΔΑΙ. Athenaeus libro IX. [p. 373. d.] Heſychius: Ἀφεψιασάμην· ἀφωμίλησα. Σοφοκλῆς Ἀντηνορίδαις.«

»ΑΝΤΙΓΟΝΗ. Extat.« [Citatur a Noſtro, VII. 280. b. c. & XII. 547. c.]

»ΑΤΡΕΥΣ, ἢ ΜΥΚΗΝΑΙ. Heſychius: Ἐπισπάσει· ἐπιτεύξεται. Σοφοκλῆς, Ἀτρεῖ ἢ Μυκήναις, ἐπὶ τῶν ταῖς λινοῖς λαμβανόντων. Malim, τοῖς λίνοις. Alii uno ſolum nomine hanc fabulam laudant. Scholiaſtes Euripidis ad Hippolytum: Εἰώθασιν οἱ εἰρωνευόμενοι κατὰ τῶν ἐχθρῶν ὀμνύναι. ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Μυκήναις·

Μὰ τὴν ἐκείνου δειλίαν, ἣ βόσκεται·
Ξῆλυς μὲν αὐτὸς, ἀρρένας δ' ἐχθροὺς ἔχων.«

»ΑΧΑΙΩΝ ΣΥΝΔΕΙΠΝΟΣ, vel ΣΥΝΔΕΙΠΝΟΝ. Athenaeus libro primo. [p. 17. d. ubi vide not.] Idem libro octavo extremo: [p. 365. b.] Σύνδειπνον εἴρηκεν ἐπὶ συμποσίου Λυσίας. Mox, διόπερ τινὲς καὶ τὸ Σοφοκλέους δρᾶμα κατὰ τὸ οὐδέτερον ἐπιγραφεῖν ἀξιοῦσι, σύνδειπνον. Solent auctores vocem alteram praetermittere. Heſychius: Ἀζειῶται, ἔθνος τῆς Τρωάδος. Σοφοκλῆς Συνδείπνῳ. Sic apud Stobaeum ſermone XXVI. Vide ſupra in *Andromeda*. (Aliis nominatur haec fabula ΣΥΝΔΕΙΠΝΟΙ. M. Tullius ad Q. Fratrem lib. ſecundo: Συνδείπνους Σοφοκλέους, *quamquam actam a te fabellam video eſſe feſtive, nullo modo probavi.*) [1] Diverſa ab hac fuit, quae inſcribebatur ΑΧΑΙΩΝ ΣΥΛΛΟΓΟΣ. Iulius Pollux libro decimo cap. XXX. Σοφοκλῆς ἐν Ἀχαίων συλλόγῳ·

Ὡς ναοφύλακες νυκτέρου ναυκληρίας
πλήτροις [2] ἀπευθύνουσιν οὐρίαν τρόπιν.

1 Verba in parentheſi poſita, deſunt edit. 1.
2 Rectius alii πλήκτροις.

Interpres Lyrici, Isthmionicarum oda secunda: τὸ ἀπόνειμον, ἀντὶ τοῦ ἀνάγνωθι. Σοφοκλῆς ἐν Ἀχαιῶν συλλόγῳ· Οὐδ' ἐν ἠρίνοισι γραμμάτων πτυχὰς ἔχων, Νέμει τὶς, οὗ παρεστι τὶς ξυνώμοσε. [1] Hesychius in ἐπιξενοῦσθαι & in ξυμβόλους. «

»ΑΧΙΛΛΕΩΣ ΕΡΑΣΤΑΙ. Athenaeus libro nono [pag. 401. c.] Scholiastes Pindari, oda tertia Nemeonicarum: περὶ τῆς μεταμορφώσεως αὐτῆς, Thetidis, καὶ Σοφοκλῆς φησιν ἐν Τρωΐλῳ·

Ἔγημεν ὡς ἔγημεν ἀφθόγγους γάμους,
τῇ παντομόρφῳ Θέτιδι συμπλακεὶς ποτέ.

καὶ ἐν Ἀχιλλέως Ἐρασταῖς·

Τίς γάρ με μόχθος οὐκ ἐπεστάτει; λέων,
δράκων τε, πῦρ, ὕδωρ. —

Et ad odam sextam, de Achillis hasta loquens, adducit ex eadem fabula haec, ἡ δορὸς διχόστομον πλᾶκτρον. Aristophanis ad Ranas Scholia: Σοφοκλῆς ἐν Ἀχιλλέως Ἐρασταῖς φησιν, ὑπὸ Πηλέως λοιδορηθεῖσαν τὴν Θέτιν καταλιπεῖν αὐτόν. Leges eadem verba in scholiis Apollonii ad librum quartum. Praeterea scriptum est Commentario ad Vespas, quo loco disputatur nomen παιδικὰ poni ἐπὶ ἀῤῥένων: Καὶ ἐν τοῖς Ἀχιλλέως δὲ Ἐρασταῖς δῆλον, ὡς οὕτως ἐξείληπται. ἐπιδόντων γάρ τοι τῶν Σατύρων εἰς τὴν γυναικίαν ἐπιθυμίαν, φησὶν ὁ Φοῖνιξ· Παπαὶ, τὰ παιδιχ' ὡς ὁρᾷς ἀπώλεσας. Etsi poëtae nomen hîc praetermissum est, nemo tamen eruditorum dubitabit Sophocleum drama intelligi. Atque ex hoc loco coniecturam facere licet, fuisse hoc drama satyricum. Hesychius quoque, laudans hanc fabulam, poëtae nomen omittit: Ὀμμάτειος πόθος, διὰ τὸ ἐκ τοῦ ὁρᾶν ἁλίσκεσθαι ἔρωτι· ἐκ γὰρ τοῦ ἑσορᾶν, γίνεται ἀνθρώποις ἔρᾶν. καὶ ἐν Ἀχιλλέως Ἐρασταῖς ὀμματοπάλογχά φησιν. Forte, τὰς ὀμμάτων ἄπο λόγχας φησί. [2] Mentionem faciunt & Paroemiographi in proverbio, Ὁ παῖς τὸν κρύσταλλον. Et Stobaeus inde affert pulcherrimos versus sermone LXII. «

ΔΑΪΔΑΛΟΣ. Hesychius: Γοργάδων, ἁλιάδων. Δαιδάλῳ Σοφοκλῆς. Mox sequitur, Γοργίδες, ὠκεανίδες. Ali-

1 Vide Brunckii Fragm. num. 6. ex Ἀχαιῶν Συλλόγῳ vel Συνδείπνῳ vel Συνδείπνοις: quos esse *eiusdem Dramatis diversos titulos* existimat ille cum Toupio. ΣΥΝΔΕΙΠΝΟΙ *Sophoclis* citantur ab Athenaeo, XV. 678. f. & 685. f. & sq.

2 ὄμματα πλατύλογχα legit Brunk. cum Toup.

e hi: Ἐσέφθην· ἐσεβάσθην, ἠσύχασα, ἡσχύνθην. Σοφοκλῆς Δαιδάλῳ. Male editur Παιδάλῳ. Pollux: βιαία ἡ ἐν τῷ Σοφοκλέους Δαιδάλῳ τεκτόναρχος μοῦσα.«

ΔΑΝΑΉ. Hesychius: Ἀφροδισία ἄγρα. Σοφοκλῆς Δανάῃ· Τόνον τε μήλων κ' Ἀφροδισίαν ἄγραν.

Critici quam varie eum versum exposuerint, ibi vide. Meminit [idem Hesychius] & alibi. Stobaeus Sermone X. «

»ΔΙΟΝΥΣΙΑΚΟ'Σ. Hesychius: Θωχθείς· ἐωρηχθείς, μεθυσθείς. Σοφοκλῆς Διονυσιακῷ. Non legi alibi: nec satis capio indicem huius fabulae. «

»ΔΟ'ΛΟΠΕΣ. Hesychius: Εὐναῖος λαγώς. Σοφοκλῆς Δόλοψι. καταπτηχής. «

»ΈΛΕ'ΝΗ. Aristophanes Equitibus:

Βέλτιστον ἡμῖν αἷμα ταύρειον πιεῖν·
ὁ Θεμιστοκλέους γὰρ θάνατος αἱρετώτερος.

Vetus interpres: Ἔστιν ἀπὸ Σοφοκλέους Ἑλένης·

Ἐμοὶ δὲ λῷστον αἷμα ταύρου γ' ἐκπιεῖν,
καὶ μή γε πλείω τῶνδ' ἔχειν δυσφημίας.

Fortasse duarum quae sequuntur alteram intelligit. ΈΛΕ'ΝΗΣ ΆΠΑΙΤΗΣΙΣ. Strabo libro XIV. de morte Calchantis loquens: Ἀποθανεῖν δὲ ὑπὸ λύπης, καὶ κατά τι λόγιον. λέγει δ' αὐτὸ Σοφοκλῆς ἐν Ἑλένης ἀπαιτήσει· ὡς εἱμαρμένον εἴη ἀποθανεῖν, ὅταν κρείττονι ἑαυτοῦ μάντει περιτύχῃ. Hesychius: Ἀναχαιτίζει· ἀναπείθει, ἀναχαλινοῖ, ἀνακρούεται, ἀναποδίζει. κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν ἵππων. Σοφοκλῆς Ἑλένης ἀπαιτήσει. Proponam hîc doctis emendandum ex ea fabula locum, in quo frustra hactenus fui. Erotianus: Θράσσει, ἔστιν ὀχλεῖ. ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἑλένης ἀπαιτήσει φησί· Γυναῖκα δ' ἐξελόντες ἢ θράσσει γένυντε. ὡς τοῦ μὲν ἑώλον γραφείοις ἐνημμένοι. »[1] ΈΛΕΝΗΣ ΓΑ'ΜΟΣ. Athenaeus libro tertio. « [pag. 76. c.]

»ΈΠΙ ΤΑΙΝΑ'ΡΩι ΣΑΤΥΡΙΚΩῖ. [2] Hesychius: Ἀργέμων· τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς λευκωμάτων. οἱ δὲ ὀφθαλμῶν. Σοφοκλῆς ἐπὶ Ταινάρῳ σατυρικῷ. Idem: Ἀλαλίαν, πομπρίαν. Σοφοκλῆς ἐπὶ * παιενάροις. Lego, Ἐπὶ Ταινάρῳ, aut Ταιναρίοις: nam etiam in nono Athenaei [pag. 375. c. d.] citatur Σοφοκλῆς ἐπὶ Ταιναρίοις. «

»ΈΠΙΓΟΝΟΙ. Sophoclis interpres ad Oedipum Coloneum: Πολλάκις τὸ Ἄργος κοῖλον φησί. καθάπερ ἐν Ἐπιγόνοις·

1 Vide BRUNCKIUM in Fragm. 2. ex Helena.

2 Verum indicem illius dramatis hunc fuisse censet BRUNCK cum TOUPIO, ΗΡΑΚΛΗΣ ΕΠΙ ΤΑΙΝΑΡΩι Σατυρικός.

Τὸ κοινὸν Ἄργος οὐ κατοικήσοντ' ἔτι. e
καὶ ἐν Θαμύρᾳ·

Ἐκ μὲν Ἐριχθονίου ποτιμάστιον ἔσχεθε κοῦρον
Αὐτόλυκον. πολέων κτεάνων σίνιν Ἀργέϊ κοίλῳ. « 1

»ΕΡΕΧΘΕΥΣ. In Stobaei Collectaneis invenio nominatam, ad caput LVII. « 2

»ΕΡΙΣ. Hesychius: Εὔωρος γάμος, Σοφοκλῆς Ἐριδι. ἤτοι ὥριος, ἢ ὀλίγωρος. οὕτω γὰρ λέγουσι κατὰ ἀντίφρασιν· ὡς ὁ αὐτὸς ἐν Σκυρίαις χρῆται τῷ εὐωριάζειν. Nescio an ea sit quae dicitur aliis Ἶρις. « 3

»ΕΡΙΦΥΛΗ. Clemens observat libro VI. hunc Euripidis versum, Ὦ φίλον ὕπνου θέλγητρον ἐπίκουρον νόσου, esse ex hoc Sophoclis in Eriphyla, Ἄπελθ' ἐκείνης ὕπνον ἰητρὸν νόσου. 4 Stobaeus sermone primo, septimo, & alibi.«

»ΕΥΜΗΛΟΣ. Auctor est Harpocration, καθελὼν usurpasse veteres pro ἀνελών· ut Sophoclem in *Eumelo*. Meminit & Hesychius, explicans verba poëtae αἵματος ἆσαι Ἄρηα. «

»ΕΥΡΥΑΛΟΣ. Parthenius Ἐρωτικῶν capite tertio: Περὶ Εὐίππης ἱστορεῖ Σοφοκλῆς Εὐρυάλῳ. Deinde subiicit Parthenius fabulae totius argumentum. «

»ΕΥΡΥΣΑΚΗΣ. Hesychius: Ἀδόξαστον, ἀνέλπιστον, Σοφοκλῆς Εὐρυσάκει. «

»ΖΩΣΤΗΡΕΣ. Apud Pollucem libro septimo, cap. XIV. ita invenio scriptum: ὅ τε τῆς Ἀμαζόνος ζωστὴρ, καὶ ἡ ἐν ταῖς Σοφοκλέους Ζωστῆρσιν ἐπιζώστρα. λέγει γοῦν, Ἔχοντας εὐζώνους ἔστασαν ἱματίων ἐπιζώστρας. «

»ΗΛΕΚΤΡΑ. Extat. «

»ΗΡΑΚΛΗΣ. Stephanus in Χώρα: Σοφοκλῆς ἐν Ἡρακλεῖ·

Στρέφουσι κρήνης φύλλα χωρίτην τ' ὄφιν.

Hesychius: Κύκλους καὶ τροχούς, τὰ τείχη. τροχὸν δὲ τὸ τεῖχος, ὡς Σοφοκλῆς Ἡρακλεῖ, Κυκλώπειον τροχόν. In Etymologico legitur: Βουθοίη, πόλις τῆς Ἰλλυρίδος. Σοφοκλῆς Ὀνομακλεῖ· Βουθοίη Δρίλωνος ἐπὶ προχοῇσιν ἐνάσθη. Non

1 Epigoni *Sophoclis*, tacito auctoris nomine, citantur apud Athen. XIII. 584. d.

2 *Euripidis* fabulam, *Erechtheum*, non *Sophoclis*, citari ibi a Stobaeo, ex meliore codice msto docuit Brunck, in Fragm. Sophocl. p. 36.

3 Vide vero quae notamus infra de fabula, quae Ἶρις vulgo inscribitur.

4 Vide Brunckii Fragm. 6. ex Eriphyle.

e est verum, editam ullam fabulam a Sophocle quae vocaretur *ONOMACLES*. Quare scribendum Σοφ. ἐν Ἡρακλεῖ. Buthoea, Stephano dicitur Buthoa. Epici versus etsi rarius, interdum tamen leguntur apud dramaticos poëtas. Erit fortasse qui malit sic corrigere, Σοφ. Οἰνομάῳ: de qua fabula mox. Ego aliter censeo. « 1 (Porro HERCULES Sophoclis, drama fuit Satyricum. Pollux lib. VII. c. 25. Καὶ φίτρους δὲ τούτους λέγει ἡ ποιητικὴ φωνὴ, ἐκλυμάδας Σοφοκλῆς ἐν Ἡρακλεῖ Σατυρικῷ· Συνέλεγον τὰ ξύλα ὡς ἐκλυμάτων. Sed haec depravatissima sunt: scribe, λέγει ἡ π. φ. ἐκκαύματα: & ὡς ἐκκαυμάτων. Idem, libro X. Προστθετέον δὲ τῷ μαγείρῳ καὶ ἐκκαύματα, εἰπόντος Σοφοκλέους ἐν Ἡρακλεῖ Σατυρικῷ· Συνέλεγον τὰ ξύλα ὡς ἐκκαυμάτων.) 2

»ΗΡΙΓΟΝΗ. Etymologi auctor: Τοπάζειν· στοχάζεσθαι, ὑπονοεῖν. καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἠριγόνῃ·

— — Ἃ δὲ
δόξῃ τοπάζω, ταῦτ' ἰδεῖν σαφῶς θέλω.

Erotianus: Ὕποφρον. κρυφαῖον, ὥς φησιν ὁ Ταραντῖνος. μαρτυρεῖ γὰρ ὁ Σοφοκλῆς ἐν Σμηριγόνῃ, λέγων·

† νῦν δ' εἴρη ὕποφρος ἐξ αὐτῶν
ἕως ἀπώλεσε κ' αὐτὸς ἐξαπώλετο.

μέμνηται ὁ αὐτὸς καὶ ἐν Ἰφιγενείᾳ. Lego, ὁ Σοφοκλῆς ἐν τῇ Ἠριγόνῃ. Fecerat Latinam, ut videtur, Accius sive Attius; cuius *Erigonam* citant veteres. «

»ΘΑΜΥΡΑΣ: aliis ΘΑΜΥΡΙΣ. Vide libro primo, cap. XVII. [lib. I. pag. 20. f.] In vita Sophoclis legitur: Φασὶ δὲ ὅτι καὶ κιθάραν ἀναλαβὼν, ἐν μόνῳ τῷ Θαμύριδι ποτὲ ἐκιθάρισεν. Θαμύραν & comicus Antiphanes docuit. « 3

»ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΗΣ. In ora librorum Stobaei Serm. CXIX. leges, *Sophoclis aut Euripidis in Themistocle.* Sed non dubito mendam inesse. Possemus fortasse aliquid certius pronuntiare, si Graecas citatorum librorum inscriptiones toto opere non invidissent nobis viri docti. « 4

1 Ad fabulam Ἰφικλῆς retulit Brunck.

2 Ista, quae parenthesi inclusa sunt, desunt primae editioni: & inserta sunt ed. 2. & 3. uncis inclusa. Confer vero etiam quae supra ad Ἐπὶ Ταινάρῳ adnotavimus.

3 Confer supra, in Ἐπίγονοι. Citatur porro ab Athenaeo, IV. 175. f. & 183. f. & XIV. 637. a. Vide quae ad priorem locum (IV. 175. f.) adnotavimus, Animadv. Vol. II. p. 648 sqq.

4 Versus ibi citati, Euripidis sunt e Cresphonte. Vide Musgravii Fragm. Eurip. e Cresphonte, num. I. p. 557.

»ΘΥΕΣΤΗΣ ΣΙΚΥΩΝΙΟΣ. Hesychius: Ἀποπλήκτῳ ποδί· μανιώδει. Σοφοκλῆς, Θύεστῃ Σικυωνίῳ. Iterum: Αὐτόφορτοι· αὐτοδιάκονοι. κυρίως δὲ οἱ ἐν τοῖς ἰδίοις πλοίοις. Σοφοκλῆς, Θυέστῃ Σικυωνίῳ. Scribe apud eumdem: Αὐτόμοιρος· μονόμοιρος. Σοφ. Θυ. Σικ. Meminit & in voce Ἐπαίνους. Interdum vocat Θυέστην τὸν ἐν Σικυῶνι, ut in Ἀμόρφωτον: alibi simpliciter *Thyeſtem* vocat; ut in Ἀπείρονας, ἀπόθεα, & ἀτελῆ. Sic etiam Stobaeus Sermone XXIX. « e

»ΘΥΕΣΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ. Hesychius: Ἀφωσιωμέναι· ἀνόσιαι, ἀποθεν τοῦ ὁσίου γεγενημέναι. Σοφοκλῆς Θυέστῃ δευτέρῳ. In libris Hesychii alieno loco haec sunt posita. Idem: Ἠγόμην· δεῖγον. Σοφοκλῆς Θυέστῃ δευτέρῳ. «

»ΙΝΑΧΟΣ. Dionysius Halicarnassaeus, libro primo. Athenaeus, libro ultimo. [XV. 668. b.] Comici interpres ad Plutum dici probat πλούτωνα *opes* ac *divitias*, testimonio verborum Sophoclis ex hac fabula: Πλούτωνος δ' ἐπείσοδος: item,

τοιόνδ' ἐμὸν πλούτων' ἀμεμφίας χάριν.

Laudat idem commentario ad Equites & Aves. Item Hesychius, in Ἀελλόθριξ, ἀναιδείας φάρος, ἀντίπλαστος, & κυάμῳ. In voce ἀλωπὸς scribe, Σοφ. Θυέστῃ καὶ Ἰνάχῳ. «

»ΙΝΩ'. Hesychius: Ἄλυτον· ἀκατάλυτον, ἀκατάπαυστον. Σοφοκλῆς Ἰνοῖ. «

»ΙΞΙΩΝ. Interpres Apollonii lib. IV. καὶ παρὰ τὸ ἵφαι Σοφοκλῆς ἐν Ἰξίονι, δίφιον φησὶ τὸ βεβλαμμένον. «

»ΙΟΒΑΤΗΣ. Hesychius: Ἀφύλλωτον πέτραν· ἄπορον, ἄδενδρον· οἷον λεωπετρίαν. Σοφοκλῆς Ἰοβάτῃ. «

»ΙΟΚΛΗΣ. Iulius Pollux lib. X. cap. VIII. Καὶ τυλεία δὲ παρὰ Σοφοκλεῖ, ἐν τῷ Ἰοκλεῖ λέγοντι· Ἀλλὰ καὶ λινογραφὴς τυλεία. Ita lege tum isto loco, tum libro VII. ubi eadem Sophoclis verba. « 1

»ΙΟΛΑΟΣ. Aristophanes, Equit. [498.]

Ἀλλ' ἴθι χαίρων καὶ πράξειας
κατὰ νοῦν τὸν ἐμόν. καί σε φυλάττοι
Ζεὺς ἀγοραῖος, &c.

Scholiastes ibi: Ταῦτα δὲ παρὰ τὰ Σοφοκλέους ἐξ Ἰολάου. «

»ΙΠΠΟΔΑΜΕΙΑ. Stobaeus, Sermone XXVII. « 2

1 Vide Polluc. X. 37. & VII. 191. Ad fabulam Ἰφικλῆς retulit Brunck.

2 Laudatur etiam *Sophoclis Hippodamia* ab Athenaeo XIII. 564. b. c. Est autem (iudice BRUNCKIO in Fragm. Soph. pag. 24 sq.) eadem fabula diversis titulis, *Hippodamia* & *Oenomaus*.

e »ΙΠΠΟΝΟΟΣ. Clemens Alex. Stromat. lib. VI. Λάβοις ἂν Σοφοκλέους ἐξ Ἱππόνου·

Πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδὲν, ὡς ὁ πάνθ' ὁρῶν
καὶ πάντ' ἀκούων πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος.

Viri docti teſtantur legi in quibusdam msstis Ὑπόνου: ut huic tragoediae fuerit nomen *Suſpicaci*, non *Hipponoo*. Sed neque tragoediae is titulus ſatis convenit, neque favent teſtimonia veterum. Heſychius: Ἀπαλέξασθαι· ἀπαλύξασθαι. Σοφοκλῆς Ἱππόνῳ. Mox: Ἀπαρθένευτος· ἀκέραιος, καθαρά. Σοφοκλῆς Ἱππόνῳ. Viderint eruditi an diverſa ab hac fuerit quae inſcribitur ΙΠΠΩΝ. Iulius Pollux, libro IV. cap. XVI. Σοφοκλῆς δὲ αὐτὸ ἐκ τῆς πρὸς ἐκεῖνον (Euripidem) ἀμίλλης ποιεῖ σπανιάκις, ὥσπερ ἐν Ἱππῶνι. Stephanus de Oleno ſcribens, urbe Achaiae: Σοφοκλῆς ἐν Ἱππῶνι· [1]

Ἐξ Ὠλένου γῆς φορβάδος κομίζομαι.«

»ΙΡΙΣ. Athenaeus libro XIV. [pag. 646. d.] Non puto corrigendum ἐν Ἐριδι, ut in allato ſupra loco Heſychii. Contrarium putem verius. Etiam Achaeus *Iridem* fabulam e ſuis unam inſcripſerat. « [Conf. ſupra, in Ἔρις.] [2]

»ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ ΕΝ ΑΥΛΙΔΙ. Heſychius: Ἀπαρθένευτα· οὐ πρέποντα παρθένοις. Σοφοκλῆς, Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Αὐλίδι. Alibi ſimpliciter ἐν Ἰφιγενείᾳ: ut in Ἀκρουχεῖ, & ἀπυνδάκωτος: & in libro XII. Athenaei. [pag. 513. d.] Sic Stobaeus in XXX. «

»ΙΧΝΕΥΤΑΙ ΣΑΤΥΡΩΝ. [3] Pollux ib. X. cap. VII. Σοφοκλῆς δ' ἐν Ἰχνευταῖς Σατύρων ἔφη, Ἐνήλατα ξύλα τρί-

1 Ἱππάνῳ legit Brunck cum Meurſ. Vide Holſten. ad Steph. Byz. p. 362. Sic vero apud Pollucem l. c. IV. 111. recte etiam exhibent codices mssti.

2 Achaci quidem fabula Ἶρις, conſentientibus libris, citatur apud Noſtrum, X. 451. c. itemque apud alios. Sed apud eumdem Noſtrum, XIV. 646. c. pro eo quod vulgo editur Σοφοκλῆς Ἰριδι, perſpicue Σοφοκλῆς Ἐριδι dant vetuſtae noſtrae membr. *A*. Quare, quoniam nusquam alibi *Sophoclis Iris* commemorata reperitur, contra vero non modo apud Heſychium in Εὔωρος, verum etiam apud Grammaticum ineditum San-Germanenſem (teſte Brunckio, in Lexico Sophocleo, voce μίαν μίαν) pariter Σοφοκλῆς Ἐριδι, tenendus fuerit hic titulus, donec aliunde certius aliquid in alteram partem proferatur.

3 Immo Σάτυροι. Et dein, Σοφ. ἐν Ἰχνευταῖς Σατύροις. Vide Poll. X. 34. & ibi Hemſterh.

γομφα διατορῶσαι. Athenaeus libro ſecundo [pag. 62. f.] e Ἰχνευτὰς ſolum. «

»ΙΩΝ. Heſychius: Χερσεύει. Σοφοκλῆς Ἴωνι· Κείμενος μὲν βουστάδας αὐλὰς ἐπὶ χέρσου, ἢ διὰ χειρῶν ἔχει, ἢ οὕτως ἐμβατεύει. Quae verba auxilium a libris melioribus exſpectant. 1 Stobaeus meminit Serm. LII. & centeſimo primo. «

»ΚΑΜΙΚΟΙ. Athenaeus libro tertio [pag. 86. c. ubi vide quae notavimus, Animadv. Vol. II. p. 80.] & nono, « [pag. 388. f.] 2

»ΚΗΔΑΛΙΩΝ. Athenaeus libro quarto, [p. 164. a.] & Paroemiographi in proverbio Λευκὴ στάθμη. Heſychius: Αὐτοκτίστους δόμους· οὐ κατεσκευασμένους, ἀλλ' ἐκ ταυτομάτου γεγενημένους, ἢ τοὺς οἰκουμένους. Σοφοκλῆς Κηδαλίωνι. Idem: Δέατος· δέους. Σοφοκλῆς Κιδαλίῳ. Lege, Κηδαλίωνι. «

(ΚΑΣΑΝΔΡΑ. Vetus Scholiaſtes in Heſiodi Theogoniam: Ἡ δάφνη ἐνεργεῖ πρὸς τοὺς ἐνθουσιασμούς. Σοφοκλῆς ἐν Κασάνδρᾳ·

Δάφνην φαγὼν ἐδόντι πρίετο στόμα.) 3

»ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ. Erotianus nominat in Lexico Hippocrateo. Ἀντίον δ' ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὸν σώφρονα, ὡς καὶ ὁ Σωφοκλῆς ἐν Κλυταιμνήστρᾳ. Quae ſequuntur in mendo cubant: quare ibi legantur. «

»ΚΟΛΧΙΔΕΣ. Athenaeus libro XIII. [pag. 602. e.] & libro etiam ſecundo, [pag. 70. a.] ubi male Κοχλίδες. Scholiaſtes Apollonii libro III. Σοφοκλῆς ἐν ταῖς Κολχίσιν εἰσάγει τὴν Μήδειαν ὑποτιθεμένην τῷ Ἰάσονι περὶ τοῦ ἄθλου δι' ἀμοιβαίων. Et ſub libri finem: Καὶ Σοφοκλῆς δ' ἐν Κολχίσι πεποίηκε τὸν ἄγγελον τοῦ Αἰήτου πυθόμενον περὶ τῶν προειρημένων·

Ἡ βλαστὸς οὐκ ἔβλαστεν οὐπιχώριος,
καὶ κάρτα φρίξας εὐλόφῳ σφηνώματι,

1 Vide Brunckii Lexic. Sophocl. voce Χερσεύει.
2 Confer quae infra notamus ad fab. Μίνως.
3 Iſta, de *Sophoclea Caſandra*, deſunt editioni primae Animadverſionum Caſauboni; adiecta ſecundae & tertiae. Sed ductum eſſe verſum ex *incerta Sophoclis Tragoedia*, & alieno loco inſerta eſſe verba ἐν Κασάνδρᾳ, non ad Sophoclis verſum, ſed ad Lycophronem ſpectantia, docuit BRUNCK in Fragm. Sophocl. p. 36. rurſusque p. 46. num. 98. ubi Sophocleus verſus ſic emendatus datur:

Δάφνην φαγὼν ἐδόντι πρῖε τὸ στόμα.

e χαλκηλάτοις ὅπλοισι μὴ προσεξέδυ. 1

Hesychius: Ἐπαλλαχθεῖσα· ἐπαλλάξασα. Σοφοκλῆς Κολχίσι. Reperio & ΚΟΛΧΟΥΣ, eiusdem. Etymologicum magnum: Σοφοκλῆς Κολχοῖς· Ὑμεῖς 2 μὲν οὐκ ἄρ' ἦστε τὸν Προμηθέα. ἀντὶ τοῦ ἤδειτε. Forte Κολχίσι. «

»ΚΡΕΟΥΣΑ. Pollux libro VI. cap. XVII. Τὸ δὲ ἰσοθάνατον, Σοφοκλέους εἰπόντος ἐν Κρεούσῃ, οὐ πάνυ ἀνεκτόν. Hesychius: Ἀνέκτημαι· ἀνείληφα. Σοφοκλῆς Κρεούσῃ. Stobaeus Sermone septimo, XII. XXXVIII. & alibi. «

»ΚΡΗΤΕΣ. Athenaeus libro XV. [p. 687. e.] Hesychius: Βυδοί· οἱ μουσικοὶ, ἢ κροῦμά τι. Σοφοκλῆς Κρησίν.« 3

»ΚΩΜΟΣ. Hesychius, Ἄνθρωσκε· ἄνω ἅρῶσκε, ὠρχεῖτο. Σοφοκλῆς Κώμῳ. Habes infra Μῶμον, alterius fabulae nomen: si non factae sunt duae culpâ librariorum, quae una fuit. « 4

»ΚΩΦΟΙ ΣΑΤΥΡΟΙ. 5 Interpres Apollonii libro primo de infecto loquens quod ἴουλος Graecis, *centumpes* Latinis, dicitur: Θεόφραστος ἐν τῇ πρὸς Φανίαν ἐπιστολῇ καὶ ὄνον φησὶν αὐτὸν καλεῖσθαι· ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Κωφοῖς σατύροις. Κυλισθεὶς ὥς τις ὄνος ἰσόπριος. Paulo post, de Dactylis Idaeis: Σοφοκλῆς αὐτοὺς Φρῦγας καλεῖ, ἐν Κωφοῖς σατύροις.« — [Hisce, partim in *Addendis*, editioni primae in calce subiectis, partim in *Animadversionum Edit.* 2. & 3. adiiciuntur haec:]» Laudantur & ΣΑΤΥΡΟΙ simpliciter: quae fabula diversa fuit fortasse a superiore. Aristides, in Apologia Communi: Αὐτὴν μὲν γὰρ ἐὰν ἰδωσι τὴν Ἑλένην, Ἑλένην λέγω θεράπαιναν μὲν οὖν ὁποίαν ἐποίησε Μέναδρος τὴν Φρυγίαν, τῷ ὄντι παιδιὰν ἀποφαίνουσι τοὺς Σατύρους τοῦ Σοφοκλέους. Plura de hac fa-

1 Vide Brunckii Fragm. 4. ex *Colchidibus*.

2 Perperam Ἡμεῖς expressum in Casauboni Animadv. Vide Etymolog. p. 439. l. 2.

3 Apud Athenaeum l. c. vulgatam scripturam, ἐν Κρησὶ τῷ δράματι, tenent (quod sciam) nostrae membr. *A*. Sed cum apud Nostrum, tum apud Hesychium, ἐν ΚΡΙΣΕΙ legendum, praeeunte TYRWHITTO, docuit BRUNCK, in Fragm. Soph. p. 19. & in Lexico Sophocleo, voce φάρος.

4 Vide Hesychii Interpretes ad voc. Ἄνθρωσκε. Ibi ἐν Μώμῳ legendum censuit BRUNCK, in Lexic. Sophocl. p. 50. quem consule & in Fragm. Soph. p. 21.

5 Nomen σάτυροι non esse partem inscriptionis, sed a Grammaticis adiectum, quo indicaretur drama esse *satyricum*, monuit BRUNCK, in Fragm. Soph. p. 19.

bula libro decimo, capite ſeptimo. 1 Invenio laudatum & e ἐν Σατυρίσκῳ. Vide Heſychium, in Ἀῤῥαγὲς ὄμμα.» 2

»ΛΑΊΚΑΙΝΑΙ. Pollux libro nono: Ἔστι δὲ ἡ ψαλὶς, εἶδος οἰκοδομήματος. ἤπου καὶ Σοφοκλῆς ἐν Λακαίναις λέγει·

Στενὴν δ' ἔδυμεν ψαλίδα κ' οὐκ ἀβάρβαρον.«

»ΛΑΟΚΟ'ΩΝ. Ariſtophanes in Ranis verba quaedam ex hac fabula more ſuo uſurpat. Notat enim Scholiaſtes: Παρὰ τὰ Σοφοκλέους ἐκ Λαοκόωντος· Πόσειδον, ὃς Αἰγαίου μέδεις πρῶνας, ἢ γλαύκας μέδεις εὐανέμου λίμνας, ἐφ' ὑψηλαῖς σπιλάδεσσι στομάτων. Dionyſius Halicarnaſſeus, libro ſecundo. Stobaeus Sermone XXIX. Harpocration: εἶεν ἂν καὶ οἱ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς λεγόμενοι ἀγυιεῖς, οἱ πρὸ τῶν πυλῶν βωμοὶ, ὥς φασι Κρατῖνος καὶ Μένανδρος. καὶ Σοφοκλῆς, ἐν τῷ Λαοκόωντι, μετάγων τὰ Ἀθηναίων ἤθη εἰς Τροίαν, φησί·

Λάμπει δ' ἀγυιεὺς βωμὸς ἀτμίζων πυρὶ
Σμύρνης σταλαγμοῖς βαρβάρων εὐοσμίας.

Sic legendus hic locus, in libris editis depravatus. 3 Heſychius: Καταῤῥάκτης· ὀχετὸς, ῥύαξ. καὶ ὁ ἀετός. Σοφοκλῆς Λαοκόωντι. καὶ τὰς ἁρπυίας, ἐν Φινεῖ.«

»ΛΑΡΙΣΣΑΙ'ΟΙ. Athenaei verba ſunt libro XI. [p. 466. b.] Ὁ δὲ πυρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ἐν τοῖς Λαρισσαίοις Ἀκρίσιος: ex quibus ſuſpicetur aliquis eandem eſſe hanc cum *Acriſio* ante dicta: quod tamen nobis non videtur. *Lariſſaeos* in extremo opere nominat Heſychius, ubi de vocula ὡς disputat: & Stobaeus quoque, Sermone centeſimo vigeſimo quarto.« 4

»ΛΗΜΝΙ'ΑΙ, ἢ ΛΗΜΝΙΑ'ΔΕΣ. Stephanus, de Chryſa oppido: Σοφοκλῆς Λημνίαις·

1 Scilicet ad Athen. X. 428. a. ubi laudatur Σοφοκλῆς ἐν δράματι Σατυρικῷ: in membr. *A.* vero nude ἐν Σατυρικῷ ſcribitur, & abeſt vocabulum δράματι. Ubi *ſatyricum aliquod* huius poëtae *drama*, cuius titulus non declaratur, intelligit Brunk, in Fragmentis ex incertis Sophoclis Tragoediis, num. 43. p. 40. Eademque fortaſſe ratione apud *Ariſtidem* Σάτυροι, quos ille ait, intelligendi ſunt *ſatyri, quos in aliquo ſuorum dramatum ſatyricorum induxerat Sophocles.*

2 Σατυρικῷ apud Heſychium legendum ſuſpicantur Docti, & ſic legit Brunck in lexico Sophocleo p. 52. voce Ἀῤῥαγὲς ὄμμα: intelligens *drama quoddam Satyricum*, cuius titulum omiſiſſet librarius.

3 Conſule eumdem Bruncki um in Fragm. Soph. p. 20.

4 Ἀκρίσιος ἢ Λαρισσαῖοι, duplex eiusdem fabulae titulus, iudice Brunckio l. c. p. 5.

e Ὦ Λῆμνε Χρύσης τ' ἀγχιτέρμονες πάγοι.

καὶ ἐν Αἰχμαλωτίσιν·

Ταύτην ἐγὼ Κίλλαν τε καὶ Χρύσην ἔχω.

Sic hunc versum expleo. Apollonii interpres ad librum primum: Σοφοκλῆς ἐν Λημνίαις, καὶ μάχην ἰσχυρὰν αὐτὰς συνάψαι, φησί. Hesychius: Ἀξύμβλητον· ὃ μηδενὶ ἁπαντᾷν δυνατὸν ἦ, [f. ὃ μηδενὶ ἁπαντᾷ, ἢ ἀδύνατον,] ἢ ἀσυνάντητον. Σοφοκλῆς Λημνίαις. Iterum: Ἀσάλπιγκτον ὥραν· τὸ μεσονύκτιον. ἐσπέρας γὰρ καὶ ὄρθρου ἐσάλπιζον. Σοφοκλῆς Λημνίαις. Scholiastes Pindari, Oda IV. Pyth. Πάντας Σοφοκλῆς ἐν ταῖς Λημνιάσι τῷ δράματι καταλέγει τοὺς εἰς τὸ Ἀργῶον σκάφος εἰσελθόντας. καὶ Αἰσχύλος ἐν Κυβήραις. Scribendum, ἐν Καβείροις.«

»ΜΑΝΤΕΙΣ. Aristophanis vetus interpres, de voce γλάμων agens ad Ranas: Σοφοκλῆς ἐν Μάντεσιν ἐπί τινων ὀρνέων, τοὺς γλαμύρους κατὰ φορβάν. Stobaeus Sermone XXIX.« 1

»ΜΕΛΕΆΓΡΟΣ. Hesychius: Ἀντίβοιον· ἰσόβοιον, ἀντὶ βοὸς καθαγιαζόμενον. Σοφοκλῆς Μελεάγρῳ. Idem: Ἰξοφόρους δρύας· τὰς ἰξὸν φερούσας. Σοφοκλῆς Μελεάγρῳ. Lege eundem, in κυάμῳ πατρίῳ.«

»ΜΕΛΑΝΙΠΠΗ. Aristophanes, in Ranis, ridet παρακεκινδυνευμένον dictum alicuius poëtae, Αἰθέρα Διὸς δωμάτιον. Eum autem poëtam, *Sophoclem* esse, indicat Scholiastes: ἐκ Μελανίππης, ait, Σοφοκλέους· 2

Ὄμνυμι δ' ἱερὸν αἰθέρ' οἴκησιν Διός.

Etiam Euripides Melanippam docuerat: cuius meminit Erotianus in ἀλάστορες, Stobaeus & alii. Scribitur & Μεναλίππη.«

»ΜΙΝΩΣ. 3 Clemens Alexandrinus, libro VI. Λάβοις δ' ἂν Σοφοκλέους ἐν Μίνῳ, Οὐκ ἔστι τοῖς μὴ δρῶσι σύμμαχος τύχη.«

»ΜΟΥΣΑΙ. Iulius Pollux libro X. cap. XLIX. Φαίης δ' ἂν καὶ σισύραν, [immo σισύρναν] λέγοντος Σοφοκλέους ἐν Μούσαις·

1 Fabulae titulus, Πολύϊδος, ἢ Μάντεις. Brunck ibid. p. 26. Confer infra, in Πολύειδος.

2 Nullam fuisse *Sophoclis Melanippen*, cum aliis viris doctis monuit Brunck in Fragm. Soph. p. 36. Scriptum oportebat ἐκ Μελανίππης σοφῆς: & intelligenda *Melanippe Euripidis*.

3 Eadem fabula, iudice BRUNCKIO, ibid. p. 17 sq. quae aliâs Καμιχοὶ, vel potius Καμίκιοι, de qua supra.

Ψαλίδας, τιάρας, καὶ σισυρώδη [σισυρνώδη] στόλον. e Sed ſcribendum ſuſpicor, ἐν Μυσοῖς: qua de fabula mox. « 1

»ΜΥΚΗΝΑΙ. Vide ſupra, in Ἀτρεὺς ἢ Μυκῆναι. «

»ΜΥΣΟΙ. Athenaeus libro IV. [pag. 183. e.] & libro XIV. [pag. 635. c.] Strabo libro VIII. ubi docet, poëtas καλεῖν πόλιν, τὴν χώραν. Σοφοκλῆς ἐν Μυσοῖς·

Ἀσία μὲν ἡ σύμπασα κλήζεται, ξένε·
πόλις δὲ Μυσῶν, Μυσία προσήγορος.

Heſychius: Ἀπόβαθρα· ἀποβατήρια. ἢ κλίμαξ νεώς. Σοφοκλῆς Μυσοῖς. Lege eundem in Ἀποσύρει, ἀστραφὴς, & ἀφθίτους γνώμας. Stobaeus Sermone XCVI. «

»ΜΩΜΟΣ. Heſychius: Ἀμφίον· ἔνδυμα. Σοφοκλῆς Μώμῳ. Idem: Ἀναστύψαι· ἐπᾶραι τὸ αἰδοῖον, ἢ στυγνάσαι. Σοφοκλῆς Μώμῳ. Videtur Heſychius confundere diverſae ſignificationis voces, ἀναστύψαι, & ἀναστύσαι. Laudat *Momum* is grammaticus etiam in Ἀποσκόλυπτε.« [Conf. ſupra, in Κῶμος.]

»ΝΑΥΠΑΚΤΟΣ. 2 Vetus interpres Apollonii, ad quartum: Σκοτεινὴ νὺξ κατουλὰς καλεῖται παρὰ τὸ ὁλοόν. Σοφοκλῆς ἐν Ναυπάκτῳ, νυκτὶ κατουλάδι. «

»ΝΑΥΠΛΙΟΣ ΚΑΤΑΠΛΕΩΝ. Heſychius: Τρίτος κρατήρ. Σοφοκλῆς, Ναυπλίῳ καταπλέοντι. Laudatum ſaepius invenio ἐν Ναυπλίῳ. Pollux lib. X. cap. XXX. *Sophocles*, ait, ὁλκία τὰ πηδάλια ἐν Ναυπλίῳ ὠνόμασε. Similiter Comici interpres ad Pacem, & Heſychius in Ἀνόρεος πόλεμος. In Pindari ſcholiis e Sophocleo *Nauplio* habentur iſta:

Ζεῦ παυσίλυπε, καὶ Διὸς σωτηρίου
σπονδὴ τρίτου κρατῆρος.

Stobaeus Serm. CII. An ſit haec alia ab iſta & ſequente quaerendum. « 3

»ΝΑΥΠΛΙΟΣ ΠΥΡΚΑΗΣ. Pollux libro nono: Ὁ δὲ ἐμπρήσας, τάχ' ἂν πυρκαεὺς ὀνομάζοιτο, κατὰ Αἰσχύλον καὶ Σοφοκλέα, οὕτως ἐπιγράψαντας τὰ δράματα,

1 ἐν Μυσοῖς apud Polluc. X. 186. in contextum recepit Hemſterh.
2 Fictitium eſſe fabulae Sophocleae indicem Ναύπακτος, in Scholiaſta vero Apollonii ad IV. 1695. legendum Σοφοκλῆς ἐν Ναυπλίῳ, docuit KÜSTER ad Suid. in Κατουλάς: probante BRUNCK in Lexic. Sophocl. eadem voce.
3 Duplex (iudice Brunckio) eiusdem fabulae titulus: Ναύπλιος καταπλέων, & Ναύπλιος πυρκαής.

e τὸν μὲν τὸν Προμηθέα, τὸν δὲ τὸν Ναύπλιον. Hesychius: Πεσσὰ πεντέγραμμα καὶ κύβων βολάς. Σοφοκλῆς Ναυπλίῳ πυρκαεῖ· παρ' ὅσον πέντε γραμμαῖς ἔπαιζον. Alibi poëtae nomen reticet; sunt enim haec illius: Ναύκληρον πλάτην· ναυτικήν. Ναυπλίῳ πυρκαεῖ. *Sophoclem* enim citat. «

»ΝΑΥΣΙΚΑ'Α. Haec fabula tota est Homerica: ac videtur *satyrica* potius fuisse, quam vera tragoedia. Eubulus comicus eidem Nausicaae soccos adaptaverat. De Sophoclea Pollux lib. X. cap. XII. Ἔστι δὲ τοὔνομα, ἡ λαμπήνη, ἐν τῇ Σοφοκλέους Ναυσικάᾳ. Hesychius: Ἀναῤῥοιβδεῖ. Σοφοκλῆς ἐν ναυσὶ καὶ ἀντὶ τοῦ ἀναῤῥίπτει. Scribe, Σοφ. ἐν Ναυσικάᾳ. Mens est, Sophoclem in Nausicaa dixisse ἀναῤῥοιβδεῖν σφαῖραν, pro, *pilam remittere & repercutere.*» 1

»ΝΙΟ'ΒΗ. Athenaeo nominatur libro IV. [p. 176. f.] Idem libro XIII. [p. 601. a. b.] Καὶ Αἰσχύλος, μέγας ὢν ποιητὴς, καὶ Σοφοκλῆς, ἦγον εἰς τὰ θέατρα διὰ τῶν τραγῳδιῶν τοὺς ἔρωτας· ὁ μὲν, τὸν Ἀχιλλέως πρὸς Πάτροκλον· ὁ δ', ἐν τῇ Νιόβῃ, τὸν τῶν παίδων. «

»ΝΙ'ΠΤΡΑ. De ista solam afferimus coniecturam ex verbis M. Tullii, lib. II. Tusculanarum quaestionum. *Non nimis in* NIPTRIS *ille sapientissimus Graeciae saucius lamentatur, vel modice potius. Pedetentim*, inquit, *ite, & sedato nisu, ne succussu arripiat maior dolor. Pacuvius hoc melius, quam Sophocles: apud illum enim perquam flebiliter Ulysses lamentatur in vulnere.* An igitur *Niptra* Sophocles ediderat? Puto verius, Pacuvium mutato nomine sic appellasse quam fecerat Latinam de Graeca Sophoclis cui index, *Ulysses acanthoplex*, aut *acanthopleges*. De ea igitur Cicero loquitur. — 'ΟΔΥΣΣΕΥΣ 'ΑΚΑΝΘΟΠΛΗΓΗ'Σ· 2 Hesychius: Ἀθηρόβρωτον ὄργανον· τὴν τορύνην, ἢ τὴν ἀθάραν ἀνακινοῦσι. Σοφοκλῆς, Ὀδυσσεῖ ἀκανθοπληγεῖ. Iterum: Ἐλαιάδεσσα νηδύς. Σοφοκλῆς, Ὀδυσσεῖ ἀκανθοπλῆγι. ἤτοι λαιάεσσα, ἀντὶ τοῦ σκαιὰ, ἀγρία. ἢ ἀπὸ τοῦ λπίζεσθαι, πάντα λπίζομένη καὶ κατεσθίουσα. ἢ ἀπὸ τοῦ ἐλαίου, λιπαρά. Apparet non constitisse inter veteres criticos de lectione eius loci; aliis scribentibus ἐλαιάδεσσα, aliis λαιάεσσα. «

1 De *Sophoclis Nausicaa* confer Athenaeum nostrum lib. I. p. 20. f. & ibi notata. Eadem fabula etiam Πλύντριαι inscripta erat.

2 Rectius Ἀχαυθοπλήξ. Brunck, Fragm. Soph. p. 23 sq.

»ΟΔΥΣΣΕΥΣ ΜΑΙΝΟΜΕΝΟΣ. Pindari vetus e interpres, extremo opere: Σύντομοι οὐ μόνον Λάκωνες, ἀλλὰ καὶ Ἀργεῖοι. Σοφοκλῆς, Ὀδυσσεῖ μαινομένῳ·

Πάντ' οἶσθα, πάντ' ἔλεξα τἀντεταλμένα.
μῦθος γὰρ Ἀργολιστὶ συντέμνειν βραχύς.

Hesychius: Ἐμπειρής· ἔμπειρος. Σοφοκλῆς, Ὀδυσσεῖ μαινομένῳ. Alibi: Ἡμαλάφαι· κρύψαι, ἀφανίσαι. Σοφοκλῆς, Ὀδυσσεῖ μαινομένῳ. Affert etiam ex eadem, Θρεκτοῖσι νόμοις, quod explicat τραχέσιν: & addit alios legisse eo loco, κρεκτοῖς. Meminit & in Θριάζειν.«

»ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΤΥΡΑΝΝΟΣ. Extat.«

»ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΕΠΙ ΚΟΛΩΝΩΙ. Extat.«

»ΟΙΝΟΜΑΟΣ. Athenaeus extremo libro nono. [pag. 410. c.] Diogenes Laërtius in Arcesila: Πρὸς δὲ τὸν δανειστικὸν καὶ φιλόλογον, εἰπόντα τὶ ἀγνοεῖν, ἔφη·

Λήθουσι γάρ τοι καὶ ἀνέμων διέξοδοι
θήλειαν ὄρνιν, πλὴν ὅταν τόκος παρῇ.

Ἔστι δὲ ταῦτα ἐκ τοῦ Οἰνομάου τοῦ Σοφοκλέους. Hesychius: Ἀρουραῖος Οἰνόμαος. Δημοσθένης Αἰσχίνην οὕτως ἔφη, ἐπεὶ κατὰ τὴν χώραν περινοστῶν ὑπεκρίνετο Σοφοκλέους τὸν Οἰνόμαον.« 1

»ΠΑΛΑΜΗΔΗΣ. Hesychius: Ἄκεστρον, φάρμακον. Σοφοκλῆς Παλαμήδῃ. Et alibi: Δρυπά· δρεπτά. Σοφοκλῆς Παλαμήδῃ. Huic quoque, ut aliis multis Sophocleis, cognominem Euripides fecerat.«

»ΠΑΝΔΩΡΑ ἢ ΣΦΥΡΟΚΟΠΟΙ. Athenaeus libro XI. [pag. 476. c.] Hesychius, in Κεχήλωμαι. καὶ Χήλευμα· τὸ σπαρτίον. Σοφοκλῆς, Πανδώρᾳ ἢ Σφυροκόποις.«

»ΠΕΛΙΑΣ. Erotianus in Hippocrateum, παιδικὸν πάθος. παιδίαν νῦν τὴν παιδοτροφίαν. ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς ἐν Πελίᾳ φησί·

Λευκὸν αὐτὴν τόδ' ἐπαίδευσε γάλα.« 2

»ΠΕΡΙΛΑΟΣ. Hesychius: Καρπομανής· εἰς κόρον ἐξυβρίζουσα. Σοφοκλῆς Περιλάῳ.« 3

»ΠΗΛΕΥΣ. Aristophanes Avibus:

Ὁμορροθῶ, συνθέλω,
συμπαραινέσας ἔχω.

1 Huc Brunckius refert etiam fragmentum, quod ex *Hippodamia* citatur apud Athen. XII. 564. b. c. Vide supra, notata ad fab. Ἱπποδάμεια.

2 Versum emendatum vide apud Brunckium.

3 Vide Heynii Notas ad Apollodor. p. 714.

e Scholiaſtes: Σοφοκλέους, ἐκ Πηλέως. Idem, ad Nebulas, profert hos elegantes verſus e *Peleo Sophoclis*:

Πηλέα τὸν Αἰάκειον οἰκουρὸς μόνη
γερονταγωγῶ, κἀναπαιδεύω πάλιν.
Πάλιν γὰρ αὖθις παῖς, ὁ γηράσκων ἀνήρ.

Proferuntur & a Clemente Alex. libro ſexto. Harpocration, in Ξηραλοιφεῖν· Σοφοκλῆς Πηλεῖ·

Καὶ ξηραλοιφῶν εἵματος διὰ πτυχῶν.

Ita ſcribendum eo loco. Stephanus in Κυκνῖτις: ubi ſcribe, Σοφ. ἐν Πηλεῖ, καὶ ἐν Ποιμέσιν.«

»ΠΛΥ'ΝΤΡΙΑΙ. Pollux lib. VII. cap. XII. de vocabulo ἐπενδύτης loquens: Λεπτέον αὐτὸ ἐκ τῶν τοῦ Σοφοκλέους Πλυντριῶν·

Πέπλους κτενίσαι, λινοπλυνεῖς τ' ἐπενδύτας.« 1

»ΠΟΙΜΕ'ΝΕΣ. Athenaeus libro ſeptimo [pag. 319. a. b.] & XIII. [pag. 587. a.] Stephanus, De Urbibus, in Γραικός. Erotianus, explicans vocem πέλον. Harpocrationis verba ſunt: [in Νάννιον:] Ὅτι ϑαλλῷ χαίρουσιν αἱ αἶγες, καὶ Σοφοκλῆς Πύλεσιν. ἐωθινὸς γὰρ πρίν τινα αὐλητῶν ὁρᾶν ϑαλλὸν, χιλίαις προσφέρων νεόπαιδα εἶδον στρατὸν στείχοντα παραλίαν. Lego: Σοφ. Ποιμέσιν· 2

Ἐωθινὸς γὰρ πρίν τιν' αὐλητῶν ὁρᾶν,
ϑαλλὸν χιμαίρᾳ 3 προσφέρων νεοσπάδα
εἶδον στρατὸν στείχοντα τὴν γῆν παραλίαν.

Vide infra libro XIII. cap. VI. [nempe Animadv. ad XIII. 587. a.] Heſychius: Βερεκύντα βρόμον· Φρύγιον αὐλόν. Σοφοκλῆς Ποιμέσι. Alibi: Φοινικίοις γράμμασι. Σοφοκλῆς Ποιμέσιν. ἐπεὶ δοκεῖ Κάδμος αὐτὰ ἐκ Φοινίκης κεκομικέναι.« 4

1 Vide Brunckii Lexicon Sophocl. p. 56. Eſt autem eadem fabula, Πλύντριαι, (id eſt, *Lotrices*,) & Ναυσικάα, ut poſt Valckenarium idem Brunckius monuit.

2 In Animadverſionum ed. 1. Πόλεσιν corrigendum cenſuerat Caſaub. & proprium fabulae Sophocleae titulum ſtatuerat, Πόλεις. Quem errorem dein, diligentius inſpecto loco Athenaei noſtri, XIII. 587. a. retractavit ipſe in *Addendis*.

3 Olim χίλ' αἰξὶ, id eſt, *pabulum caprarum*, corrigendum cenſuerat.

4 Verba ex Heſychio hîc prolata omiſerunt qui edit. Caſ. 2. & 3. curarunt, contra quam voluerat ipſe doctus Animadverſor. Pro illis autem haec adiecerunt, in ſchedis quibusdam (puto) Caſauboni reperta: »Huc refero Sexti Empirici verba e li»bro I. adverſus Dogmaticos: Οὐκ ἐκ τέχνης τινὸς μεμαθήκασιν »οἱ Γραμματικοὶ, ὅτι οἱ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ποιμένες ἰὼ βαλ»λὴν λέγοντες, ἰὼ βασιλεὺ λέγουσι Φρυγιστί.«

»ΠΟΛΥΕΙΔΟΣ. Hesychius: Ἀνταίας, πολεμίας, ἐχθρᾶς. Σοφοκλῆς Πολυείδῳ. Vide & [eumdem Hesychium] in ἀραῖον.« 1

»ΠΟΛΥΞΕΝΗ. Hesychius: Παράρυμα. Σοφοκλῆς Πολυξένῃ· παράρυμα ποδός. ὡς κρεμαμένων τινῶν ὑφασμάτων ἐκ τοῦ ἅρματος πρὸς κάλλος. Meminit Harpocration, in Ἡκρωτηριασμένοι. Ex ea fabula erat hic versus:

Ἀπ' αἰθέρος δὲ κἀπὸ λυγαίου νέφους;

apud Scholiasten Apollonii, libro secundo. Stobaeus Serm. XLVII.«

»ΠΡΙΑΜΟΣ. Iulius Pollux lib. X. capite XXXI. Οἰκοδόμου δὲ σκεύη, λεῖαι, γλαρίδες, ὡς Σοφοκλῆς ἐν Πριάμῳ.«

»ΠΡΟΚΡΙΣ. Iulius Pollux, lib. IX. πλὴν τοῦ ἐπιτιμητοῦ, ᾧ κέχρηται Σοφοκλῆς ἐν τῇ Προκρίδι· κολασταὶ κἀπιτιμηταί.«

»ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ. Pindari Scholiastes, ad odam quintam Pythionicarum, de Prometheo: Διὸ καὶ τοὔνομα ἀπὸ τοῦ προμαθεῖν ἔσχε. καὶ Σοφοκλῆς δ' ἐν τῷ Προμηθεῖ· Τοῦ προμηθέως, ἄλλων λέγειν τῆς φρονήσεως ἀντέχεσθαι, καὶ μὴ τῆς μεταμελείας.«

»ΡΙΖΟΤΟΜΟΙ. Macrobius libro quinto: *Sophoclis tragoedia id, de quo quaerimus, etiam titulo praefert. Inscribitur enim* Ῥιζοτόμοι. *In qua Medeam describit maleficas herbas secantem: sed aversam, ne vi noxii odoris ipsa interficeretur: & succum quidem herbarum in cados aeneos refundentem. Sophoclis versus hi sunt:*

Ἡ δ' ἐξοπίσω χερὸς ὄμμα τρέπουσα
ὀπὸν ἀργινεφῆ στάζοντα τομῆς
χαλκέοισι κάδοις δέχεται.

Et paullo post:

Αἱ δὲ καλυπταὶ κίσται ῥιζῶν κρύπτουσι τομάς,
ἃς ἥδε βοῶσα κ' ἀλαλαζομένη γυμνὴ
χαλκέοισιν ἅμα δρεπάνοις. 2

Apollonii vetus Interpres ad lib. III. Σοφοκλῆς ἐν Ῥιζοτόμοις τὸν χορὸν πεποίηκε λέγοντα·

Ἥλιε δέσποτα, καὶ πῦρ ἱερὸν
τῆς εἰνοδίας Ἑκάτης φέγγος,
τὸ δι' ὀλύμπου πολλὸν προφέρει
καὶ γῆς ναίουσ' ἱερὰς τριόδους

1 Vide supra in Μάντεις: & ibi not.
2 Vide Brunk. Fragm. Sophocl. p. 27.

e στεφανωσαμένη δρυσὶ, καὶ πλείσταις
ὠμῶν σπείραισι δρακόντων.

Hesychius: Ἀϊστώσας· διαχέας, καὶ τήξας. Σοφοκλῆς Ῥιζοτόμοις.«

»ΣΑΛΜΩΝΕΥΣ. Athenaeus libro undecimo. [pag. 487. d.] Hesychius: Θῆμα, ᾆκκη, τάφος, ἄνθημα. Σοφοκλῆς Σαλμωνεῖ. Alio loco: Καρικοὶ τράγοι, ὡς εὐτελῶν ὄντων. Σοφοκλῆς Σαλμωνεῖ. εἰ μὴ ἄρα ὑποσυγχέων τοὺς Κιλικίους.«

»ΣΑΤΥΡΟΙ. Vide supra, Κωφοὶ Σάτυροι.«

»ΣΙΝΩΝ. Hesychius: Αἰθύσσειν· ἀνασείειν. Σίνωνι Σοφοκλῆς. Iterum: Ἄῤῥητον· ἄφραστον, ἀνιστόρητον, ἀπόῤῥητον, ἄφωνον, αἰσχρόν. Σοφοκλῆς Σίνωνι. Alibi: Ἐνθρίακτος· ἐνθουσιῶν καὶ ἐνθέακτος. Σοφ. Σιν.«

»ΣΙΣΥΦΟΣ. Hesychius: Ζεῦγος τριπάρθενον, Εὐριπίδης Ἐρεχθεῖ, καὶ Σοφοκλῆς Σισύφῳ, χαρίτων τριζύγων. Puto fuisse drama satyricum: nam eius generis fuit *Sisyphus* Euripideus, teste Aeliano libro II. cap. 8.«

»ΣΚΥΘΑΙ. Athenaeus libro quinto. [p. 189. d.] Apollonii interpres vetus: Ἐν τοῖς Σκύθαις ὁ Σοφοκλῆς ἑτερομήτορα τῆς Μηδείας τὸν Ἄψυρτον λέγει·

—— —— Οὐ γὰρ ἐκ μιᾶς
κοίτης ἔβλαστον· ἀλλ' ὁ μὲν Νηρηΐδος
τέκνον ἄρτι βλαστάνεσκε· τὴν δ'
Εἰδυία πρὶν ποτ' Ὠκεανοῦ κόρη τίκτεν.

Postea, de reditu Argonautarum loquens: Οὐ διὰ Ταναΐδος ἔπλευσαν, ἀλλὰ κατὰ τὸν αὐτὸν πλοῦν, καθ' ὃν καὶ πρότερον· ὡς Σοφοκλῆς ἐν Σκύθαις ἱστορεῖ. Hesychius, in Ἀχίλλειον & ἀφάλακτος.«

»ΣΚΥΡΙΑΙ, ἢ ΣΚΥΡΙΟΙ. Foemineo genere citat Hesychius in Εὔωρος: vide [supra] in ΕΡΙΣ. At in dictione ἀποστιβὴς, perperam Σοφοκλῆς Κυρίαις, pro Σκυρίαις: sic in voce Ζεύγλας male scriptum, Εὐριπίδης, Κυρίαις, pro Σκυρίαις; nam & *Scyrias* fecerat Euripides. *Scyrios* nominat alibi Hesychius: Ἀχρήματον· ἀδάπανον. Σοφοκλῆς Σκυρίοις. Sic lege etiam in verbo Αὐτόσιτον. Stobaeus sermone XLIX. & LVII. & CXV.« 1

1 ΣΥΝΔΕΙΠΝΟΝ & ΣΥΝΔΕΙΠΝΟΙ. Vide supra, in Ἀχαιῶν συνδειπν.

ΤΑΙΝΑΙΟΙ. Vide Ἐπὶ Ταινάρῳ. Apud Athen. IX. p. 375. c. d. citatur Σοφοκλῆς ἐπὶ Ταιναρίοις. Inde titulum fabulae finxit Dalecampius Ταινάριοι: sed ibi legendum videtur ἐπὶ Ταινάρῳ sat.

»ΤΑ'ΛΩΣ. Interpres vetus Apollonii, libro quarto: e Ὅτι δὲ εἵμαρτο αὐτῷ (Τάλῳ) τελευτῆσαι ῥαγείσης τῆς σύριγγος, λέγει καὶ Σοφοκλῆς ἐν Τάλῳ.« 1

»ΤΕΤ῎ΚΡΟΣ. Stephanus De Urbibus: Κυχρεῖα, 2 πάγος περὶ Σαλαμῖνα. Σοφοκλῆς Τεύκρῳ. Vide Stobaeum in CXXI.«

»ΤΗ'ΛΕΦΟΣ. Heſychius: Ἀειφόρος· ἀειθαλής. Σοφοκλέους Τηλέφῳ.«

»ΤΗΡΕΎΣ. Ariſtoteles in libello De Poëtica, varios agnitionis modos explicans, καὶ ἐν τῷ Σοφοκλέους Τηρεῖ, ἢ τῆς κερκίδος φωνή. Ariſtophanes, in Avibus:

Ευ. Τὸ ῥάμφος ἡμῖν σου γελοῖον φαίνεται·
Επ. Τοιαῦτα μέντοι Σοφοκλέης λυμαίνεται
ἐν ταῖς τραγῳδίαισιν ἐμὲ τὸν Τηρέα.

Ibi interpres: Ἐν γὰρ τῷ Τηρεῖ Σοφοκλῆς ἐποίησεν αὐτὸν ἀπορνιθωμένον καὶ τὴν Πρόκνην· ἐν ᾧ ἔσκωψε πολλὰ τὸν Τηρέα. Meminit & Heſychius. Sophoclem aemulatus Philocles tragicus, & ipſe fabulam fecit, cui nomen indidit Τηρεὺς ἢ Ἔποψ: de qua in Comici ſcholiis. Stobaeus in Sermone X. XXXIX. & alibi.«

»ΤΡΙΠΤΟ'ΛΕΜΟΣ. Dionyſius Halicarnaſſeus, libro primo. Athenaeus libro tertio, [pag. 110. e.] & libro decimo. [pag. 447. b.] 3 Plinius libro XVIII. cap. VI. *Ante mortem Alexandri annis fere* CXLV. *Sophocles poëta in fabula* Triptolemo *frumentum Italicum ante cuncta laudavit, ad verbum translata ſententia:*

Et fortunatam Italiam frumento canere candido.

In Etymologico ita nuper editum: Ἀπυνδάκωτος, οὗ τραπέζης κύλιξ ἀπύθμενος. Verſus eſt ex iſta fabula, ſed depravatiſſimus. Lege:

Ἀπυνδάκωτος οὐ τραπεζοῦται κύλιξ.

Pollux libro X. cap. XXII. Τὴν ἀπύθμενον κύλικα ἐν Τριπτολέμῳ Σοφοκλῆς ἀπυνδάκωτον ὠνόμασεν: deinde hunc verſum deſcribit, quem & Heſychius attingit in ea voce. Comici interpres, commentario in Acharn. Πλὶξ, τὸ βῆμα· καὶ πλίγματα, τὰ πηδήματα. ἔνθεν καὶ τὸ περιβάδην ἀμφιπλὶξ, παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Τριπτολέμῳ. Meminit & Harpocration in Μελίνη: & ſaepe Heſychius.«

1 ἐν Δαιδάλῳ corrigit Brunck: nullam eſſe Sophocleam fabulam Τάλων autumans.
2 Κυχρεῖος editur apud Stephanum.
3 Idem, lib. II. p. 67. c.

e »ΤΡΑΧΙΝΙΑΙ. Extat.«

»ΤΡΩΙΑΟΣ. Pollux libro X. cap. XXXVIII. Ξίφους δὲ ὄνομα ἔοικεν εἶναι βαρβαρικὸν ἡ σκαλμὴ, Σοφοκλέους εἰπόντος ἐν Τρωΐλῳ·

Σκαλμῇ γὰρ ὄρχεις βασιλὶς ἐκτέμνουσ' ἐμούς.

Hesychius huius fabulae voces profert, Ἀμάσεται, ἄσας, ἀσόλοικον, ἔρκη, ἰήϊος, Ἴαννα, καταρβύλοις, & Ἀνδρόπαις. Sed versum, in quo usus poëta illa voce, reperimus in Scholiis Pindari: Σοφοκλῆς ἐπὶ τοῦ Τρωΐλου·

Τὸν ἀνδρόπαιδα δεσπότην ἀπώλεσα.

Vide in *Achillis Amatoribus* supra.«

»ΤΥΜΠΑΝΙΣΤΑΙ. Athenaeus libro quarto. [pag. 176. f.] Stephanus De Urbibus:

Κόλχος τε, Χαλδαῖός τε καὶ Σύρων ἔθνος.

Meminerunt amplius, vetus Enarrator Sophoclis, commentariis in Antigonen: Etymologici auctor, in Δράκαυλος: & Hesychius, in Ἄδημον, ἀντιστρέφω, ἀνταξιῶ, Σοφοκλῆς Τυμπανισταῖς. Vide eundem in Δράκαυλος. Stobaeus Sermone LVII.«

»ΤΥΝΔΑΡΟΣ. Stobaeus Sermone CIII. versus affert ex *Sophoclis Tyndaro*: quorum sententiam in iis quae extant non semel legas, diversis verbis expressam.«

»ΤΥΡΑΝΝΟΙ. Hesychius: Ἔχθιμα· μισήματα. Σοφοκλῆς Τυράννοις. Alibi legere non recordor.« 1

»ΤΥΡΩ. Athenaeus libro tertio [pag. 99. f.] & undecimo: [pag. 475. a.] & Stobaeus non semel. Macrobius libro quinto, cap. XXI. *Sophocles, in fabula quae inscribitur Tyro:*

Πρὸς τὴν τραπέζαν φάσκων
προσεληλυθέναι τοὺς δράκοντας
καὶ γενέσθαι περὶ τὰ σιτία καὶ τὰ καρχήσια. 2

1 Τυροῖ apud Hesychium, pro Τυράννοις, corrigit Brunck cum Pierson.

2 Imperite apud *Macrobium* (quem in pluribus Saturnaliorum suorum locis Athenaei Deipnosophistas ob oculos habuisse diximus in Praefatione ad Athenaeum p. XVII sq.) verba ista, quae ipsius *Athenaei* sunt ex V. 475. a. minime poëtica, sed versum Sophocleum illustrantia, pro ipso *Sophoclis* versu adposita erant. Saturn. lib. V. cap. 21. Quae verba cum apud Macrobium non extare, sed per unius Casauboni errorem (in his Animadversionibus in Athenaeum) Macrobio adscripta esse ait Gataker in Operib. Posth. p. 500. (conf. Brunckii Fragm. Soph. p. 32.) nesciverat doctus Britannus, in Macrobii Editionibus, quae ante Casaubonum prodierant,

Vide Aelianum de Animalibus, libro XI. cap. XVIII. e Laudatur etiam Euripidea Tyro. Aristoteles in libro De Poëtica, de utrius poëtae fabula senserit, incertum; cum scribit, καὶ τῶν σημείων, τὰ μὲν ἐν τῷ σώματι, οἷον οὐλαί· τὰ δὲ ἐκτὸς, τὰ περιδέραια, καὶ οἷον ἐν τῇ Τυροῖ διὰ τῆς σκάφης. Stobaeus Sermone XX. & XLIV. & saepius. «

»ΤΥΡΩ̣ ΔΕΥΤΕΡΑ. Aristophanis versus est in Avibus: Νὴ Δί' ἕτερος δὴ τάχ' οὗτος ἕξεδρον χώραν ἔχων. Interpres: Ἐκ τῆς Σοφοκλέους δευτέρας Τυροῦς· ἧς ἡ ἀρχή·

Τίς ὄρνις οὗτος ἕξεδρον χώραν ἔχων;

Auctor Etymologici, Ἑρμηνοβοσκὸς, ὁ προβατοβοσκός. ἐν Τυροῖ β' Σοφοκλῆς. Stobaeus laudat cap. CVIII. «

»Ὕβρις. Athenaeus libro decimo quarto. [pag. 657. a.] Stobaei margines, capite de Oblivione, haec verba nobis exhibent, *Sophoclis in Contumelia Satyri.* Vellem ipsa Graeca verba antiquissimarum editionum docti viri in nuperis editionibus retinuissent: melius longe de nostris studiis essent meriti. Coniicio ex istis, Sophoclis Ὕβριν fabulam *satyricam* fuisse. « 1

»ΦΑΙΔΡΑ. Hesychius: Ἄγκυραι, μεταφορικῶς αἱ ἀσφάλειαι. Σοφοκλῆς Φαίδραις. Melius Φαίδρᾳ. Idem: Ἀκλεπτοι· οὐ παραλογιζόμενοι, ἀληθεῖς. Σοφοκλῆς Φαίδρᾳ.

eodem modo scripta exhiberi Macrobii verba, quo a Casaubono adposita sunt. Sic quidem plane exhiberi eum locum video in Hervagiana editione a Camerario curata, Basil. 1535. & in Gryphiana Lugd. 1548.

1 In Stobaei editione principe Veneta, Λόγῳ κδ'. itemque in prima Gesneriana, nude Σοφοκλέους scriptum in ora. In editione vero Lipsiensi, a Nic. Schow magno adparatu instituta sed post Sermonem XXVII. intermissa, fragmentum illud, de quo agitur, Serm. 26. pag. 427. sic inscribitur, Σοφοκλέους Ὕβρεως. In altera editione Gesneriana (Basil. 1549.) primum comparet in ora (p. 192. Serm. XXVI.) index fabulae iste, *Sophoclis in contumelia Satyri.* Pro quo Grotius in Florileg. p. 118. sic posuit, *Sophocles Satyri contumelia.* De quo lemmate nihil e codice Parisiensi adnotavit Brunckius noster in exemplo Florilegii Grotiani, quod ex ipsius liberalitate possideo, in quo plurima alia ille ex optimo illo codice excerpta consignavit. Idem vero Vir doctissimus in Fragm. Soph. p. 33. indicem eius fabulae, de qua quaerimus, talem fecit, Ὕβρις Σατυρική.

Inseri hoc loco a nobis debet nomen fabulae Sophocleae praetermissae a Casaubono, ΦΑΙΑΚΕΣ. Cuius fabulae meminit Athenaeus lib. II. p. 67. f. Ubi vide quae notavimus, & consule Brunckii Fragm. Soph. p. 33. & Lexicon Sophocl. voc. Ἀποσημήναι, & Ἄρτημα.

e Vide in ἀλφεός: & Paroemiographos in proverbio Χαλάσω τὴν ἱερὰν ἄγκυραν. Stobaeus Serm. XLI. & alibi. «

»ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ. Extat. Sed non dubito, plures eo nomine fabulas Sophocli editas. Nam in ea tragoedia, quae edita eſt, arceſſitur ad Troiam Philoctetes. Reperio autem, docuiſſe eumdem Tragicum fabulam aliam, cuius argumentum erant *Caſus Philoctetae ad Troiam*: quare illius fuit index, Φιλοκτήτης ἐν Τροίᾳ. Auctor Heſychius, in Ζηλῶ. « [1]

»ΦΙΝΕΥΣ. Ariſtophanes in Pluto:

— Ἀντὶ γὰρ τυφλοῦ
ἐξωμμάτωται καὶ λελάμπρυνται κόρας.

Interpres: Ἐκ Φινέως Σοφοκλέους ὁ στίχος. Athenaeus libro tertio. [pag. 119. c.] Apud Pollucem, libro ſeptimo extremo, ſic editum: Καὶ τὸ κωμῳδούμενον ἐν Σοφοκλέους Φινεῖ βλέφαρον, κέκληται δ' ὡς καπηλείου πύλας. Quis haec intelligit? nec mirum: ſunt enim depravatiſſima. Emendo vero καὶ τὸ κωμ. ἐν Σοφ. Φινεῖ·

Βλέφαρον κέκλεισταί γ' ὡς καπήλειοι πύλαι.

Ait Pollux, *comparaſſe Sophoclem cluſuram oculorum caeci hominis, occluſis cauponis foribus.* Quod ſimile, ſane quam frigidum & longe petitum, exagitatum fuerit a comicis, ſicut alia multa eius poëtae. De hac fabula accipio verba interpretis Apollonii libro ſecundo: Πυρωθῆναι Φινέα λέγει Σοφοκλῆς, ὅτι τοὺς ἐκ Κλεοπάτρας υἱοὺς ἐτύφλωσεν, Ὠρυθον καὶ Κράμβιν, πεισθεὶς διαβολαῖς Δίας τῆς αὐτῶν μητρός. Heſychius in Ἀπενώτισαν & ἀρτύμασι. « [& in καταῤῥάκτης: conf. ſupra in Λάκαιναι.] — »ΦΙΝΕΥΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ. Heſychius: Ἀχάλκευτα τρύπανα, τὰ Φρύγια πυρεῖα. Σοφοκλῆς, Φινεῖ δευτέρῳ. «

»ΦΟΙΝΙΞ. Athenaeus libro ſecundo. « [p. 70. a.]

»ΦΡΙΞΟΣ. Epitoma Stephani: Εὑρίσκεται προαστία γῆ ἐν Φρίξῳ Σοφοκλέους.

Ὅρια κελεύθου τῆσδε γῆς προαστίας.

Etiam Euripides *Phrixum* ediderat. Alii Φρύξος. «

»ΦΡΥΓΕΣ. Aeſchyli interpres ad Prometheum vinctum: Σιωπῶσι παρὰ ποιηταῖς τὰ πρόσωπα, ἢ δι' αὐθαδίαν, ὡς Ἀχιλλεὺς ἐν τοῖς Φρυξὶ Σοφοκλέους. «

»ΦΥΛΟΤΙΔΕΣ. Aulus Gellius libro XIII. *Etiam ille verſus non minus notus:*

[1] Vide mox quae notamus ad Φυλότιδες.

Γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ' ἐγώ : e

& in tragoedia Sophocli ſcriptus eſt, cui titulus Φυλότιδες, *& in Bacchis Euripidi.* Non eſt dictio Graeca Φυλότιδες. Graeca erit ſi τ in π mutetur, Φυλόπιδες : verum nihil ad rem. Eſſet aliquid Πυλάτιδες : ſed malo, atque adeo verum cenſeo, ΦΘΙΩΤΙΔΕΣ. Ac videor in Graecorum commentariis reperiſſe alicubi Sophoclis *Phthiotas* aut *Phthiotidas:* etſi indicare locum nunc non poſſum. Nam neque memini, neque ad manum ſunt omnes Graeci ſcriptores, quos aliquando lectitavimus. [1] Studioſi adoleſcentes quibus adminiculatior memoria eſt, quaerant, & laterculum ſuperius diligentia ſua amplificent. Quanquam ſi quae fuerunt aliae Sophoclis fabulae, praeter quarum titulos hîc exhibemus, oppido paucae illae ſunt. In vita ipſius de numero fabularum quas docuit aut fecit, ita legitur : Ἔγραψε δὲ, ὥς φησιν Ἀριστοφάνης, δράματα ἑκατὸν τριάκοντα· τούτων δὲ νοθεύεται δεκαεπτά. *Scripſit, auctore Ariſtophane, fabulas* CXXX. *quarum* XVII. *cenſentur adulterinae.* Non longe abeſt ab hoc numero hic noſter: plures enim CXXV. fabularum indices in ſuperiore albo invenies. Sed non ſunt omnes, opinor, SOPHOCLIS eius quem inter veteres tragicos regnum obtinere omnes conſentiunt. Fuit enim *iunior Sophocles*, tragicus & ipſe poëta; cuius Clemens Alexandrinus meminit, & alii. Fortaſſe huius fuerunt ex iis, quarum titulos adſcripſimus, nonnullae. Sane ſcribunt alii, non CXXX, ſed CXXIII ſolum tragoedias ſub nomine priſci Sophoclis iam olim in manibus eruditorum eſſe verſatas. Itaque, ut dixi, e vere Sophocleis paucae omnino ſunt, quarum titulos deſideres. Verum de his aliquando fortaſſe curatius, & diligentius. Nunc ad opus inſtitutum revertamur. α

[1] ΦΙΛΟΚΤΗ'ΤΗΣ cum codicibus nonnullis A. Gellii legit Brunckius : & refert ad Sophoclis Φιλοκτήτην ἐν Τροίᾳ.

AD CAP. VI.

Παρατεθειτῶν οὖν 'ΑΜΙΩ͂Ν. Proprie & legitime foeminini generis nomen, ἡ ἀμία, *amia* piſcis; Gallis *le boniton.* Nam, quod maſculo genere ὁ ἀμίας dixit Matron paro-

e dus apud Noſtrum IV. 135. f. id poëticâ licentiâ ille fecit, piſcem veluti heroëm aliquem aut ſemideum inducens.

Quod ait, Ταύτας Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ, τὰ μὲν βραγχία ἔχειν καλυπτὰ, εἶναι δὲ καρχαρόδοντας: nusquam id hodie apud Ariſtotelem, quod ſciam, diſertis verbis expreſſum legitur: ſed implicite utrumque, in verbis quae apud Philoſophum exſtant, ſignificatur. Nam in Hiſt. Anim. II. 13. docet, nonniſi *cartilagineos piſces* (τὰ σελάχη) *branchia habere operta.* Atqui ex eo genere non eſt amia: nam quod pag. 186. c. ex vulgata ſcriptura in *cartilagineis* recenſetur *amia*, ibi pro ἀμίαν ex ipſo Ariſtotele λαμίαν corrigendum. Eodem vero capite, ſub finem, ait καρχαρόδοντες δὲ πάντες οἱ ἰχθύες, ἔξω τοῦ σκάρου. Confer eumdem IX. 37. In vocabulo βραγχία (cum aliâs βράγχια plerumque ſcriptum reperiatur) *penacutam* ſcripturam tenent mssti noſtri libri cum editis, quemadmodum etiam apud Ariſtotelem editur. Quod ait τῶν συναγελαζομένων καὶ σαρκοφάγων, habes in Hiſt. Anim. I. 1. & VIII. 2.

χολήν τε ἔχειν ἰσομήκη τῷ ἐντέρῳ, καὶ σπλῆνα ὁμοίως. »*Amiam* piſcem verbis Ariſtotelis deſcribens Athenaeus, »inter caetera haec ait: χολήν τε ἔχειν ἰσομ. &c. *fellis* »*veſicam habere inteſtino parem, & ſimiliter ſplenem.* Neque »de *felle*, quod dicitur, ſatis explicate dicitur: & de *ſple*»*ne* quod ſcribit, falſum eſt. Fellis veſica in hoc piſce »non ſolum parilis cum inteſtino eſt longitudinis; verum »etiam illi adhaeret, atque, ut loquitur philoſophus, παρ' »ὅλον τὸ ἔντερον ἐνυφασμένη ἐστίν.« [Commodius παρυφασμ. apud. Ariſt. De Part. Anim. IV. 2.] »Sed Athe»naeus brevitatis ſtudio, cum ſumma capita ex Ariſtote»le excerperet, multa ſaepe etiam neceſſaria verba prae»termiſit: ſaepe etiam male quaedam legit, & pro vera »lectione falſam eſt amplexus. Factum eſt utrumque iſto »loco. Nam *de fellis veſica* Ariſtotelis verba ſunt, Hiſtor. »[Anim.] lib. II. cap. 15. unde haec deſumta eſſe con»ſtat: Ἡ μὲν οὖν ἀμία παρὰ τὸ ἔντερον παρατεταμένην »(τὴν χολὴν) ἰσομήκη ἔχει· πολλάκις δὲ καὶ ἐπαναδίπλω»μα. *Habet amia fellis veſicam ſecundum ipſum inteſtinum por»rectam, longitudine illi parem: ſaepe etiam aliquid eius eſt »quod reduplicetur.* De *ſplene* vero *amiae* nihil philoſophus. »Unde igitur illa Noſter? nempe ex depravata ſui ex»emplaris lectione. Nam pro καὶ ἐπαναδίπλωμα legit καὶ »σπλῆνα ὁμοίως. Atqui falſiſſimum eſt, amiae ſplenem

» eiusdem esse cum fellis vesica & intestino longitudinis. e
» En quid eveniat etiam doctissimis viris, cum de librario-
» rum temeritate ac perfidia non cogitant. Nam, Athe-
» naeum aliter non scripsisse, persuasum mihi: non so-
» lum quia ita membranae omnes habent, & illa optima
» Hoeschelii Epitoma; sed etiam quia vetustissimus Ety-
» mologici Magni auctor non aliter hunc locum describit:
» quamquam ille Athenaeum ibi non nominat. Sed hoc
» saepius observavimus, ut auctoris huius verbis utatur
» pro suis, tacito illius nomine. « CASAUBONUS. — Ety-
mologum vide in Ἀμία, pag. 83. & confer quae de hoc auctore monuimus in Praefat. ad Athen. pag. XVIII sq. Casauboni observationem probans CORAY, insuper adnotavit, apud eumdem Nostrum, VIII. 353. e. ubi de *amiae felle* eadem, quae hoc loco, repetuntur, *splenis* nullam fieri mentionem.

ἀποτρώγουσαι τὴν ὁρμιὰν ἐκφεύγουσιν. Percommodum erat ἀποτραγοῦσαι, quod habebant editi; sed sequi debui msstos nostros; qui in id, quod dedimus, ambo consentiunt. De ista amiae solertia nihil legitur apud Aristotelem: sed non praetermisit Oppianus, Halieut. lib. III. vs. 144 sqq.

In *ARCHIPPI* verbis, ὅτε δ' ἤσθες, coniunctionem δ', f cum deesset ed. Bas. & Cas. revocavi ex ed. Ven. & ms. *A*. In Epit. deest Archippi testimonium.

EPICHARMI verba, veluti soluta oratio, nullâ metri habitâ ratione, adscripta erant: quae nos in trochaicos versus tetrametros (per hemistichia pro more nostro divisos) ita digessimus, ut in quatuor primis tetrametris nullam fere syllabam in contextu mutare conantes, personarum tantum partes distingueremus, coniecturas quasdam nostras infra adposuisse contenti. Ad eosdem *quatuor priores versus* haec adnotaverat CASAUBONUS, de metro nil cogitans: »In verbis *Epicharmi* scribo: Πρωΐ μέν γ' »ἀτενὲς ἀπ' ἀοῦς ἀφύας ἀποπυρίζομες στρογγύλας, καὶ »δελφάκινά γ' ὠπτάομεν [ὠπτάομες saltem debebat] κρέα, »καὶ πολύπους, καὶ γλυκύν γ' ἐπὶ τῶν ἐπίομες οἶνον. Se»quentia non possum assequi, οἴμοι μοι τάλας περὶ σᾶ»μά με καλοῦσα. Videntur esse alicuius verba, qui do»leat se afuisse a memoratis epulis. Etiam sequentia sunt »corruptissima, κατίσκα λέγει φοῦ, [sic perperam, φοῦ, »legebatur in ed. Ven. & Bas. & Cas. I.] τῶν κακῶν.

f »Forte, καὶ τίς κ' ἀλέγοι, φεῦ τῶν κακῶν! *Ecquis, ait, »opem ferat? o ſortem duram!*«

Verſ. 1. Si verum eſt ἀποπυρίζομες, intelligendum fuerit tempus praeſens notione praeteriti. Sed quum ſequatur ἐπίομες, ſimiliter hîc ἀπεπυρίζομες videtur oportuiſſe. Tenet tamen ἀποπυρίζομες cum editis & membranis *A.* etiam Epitoma, in qua deſunt reliqua quae ſequuntur poſt στρογγύλας. *Verſ.* 2. δελφακίνας utique ferri nequit; ſed ad κρέα oportebat relatum adiectivum. Pro ὀπτὰ vero lubens ὠπτάομες accepiſſem, ſi per metrum licuiſſet. πωλύπους ut pro vulgato πολύπους ponerem, cum metrum monebat, tum Dorum uſus, de quo diſerte monuit Noſter, VII. 318. f.

Verſ. 3. Quid ſecutus ſit Caſaubonus, ἐπὶ τῶν ἐπίομες corrigens, difficile dictu. ἐπὶ τοῖς, puto, voluerat, quod valeret ἐπὶ τούτοις, *ad haec.* Sed eadem vis inerat in ea ſcriptura, quam haud obſcure libri offerebant. Nam ἑπῶν quidem una voce ſcribitur in ms. *A.* ſed ἐπ' ὧν recte in ed. Ven. & Baſ. pro quo perperam ἐπ' ὦν expreſſum in ed. Caſ. Eſt autem ὧν pervulgata in Dorum ſermone particula, communi οὖν reſpondens, & frequenter per pleonaſmum quemdam orationi interſeri ſolita. Itaque ἐπ' ὧν ἐπίομες valet ἐπεπίομεν vel ἐπὶ τούτοις ἐπίομεν. *Eod. verſ.* Si teneas τάλας, intelliges τάλας ἐγώ: *quam ego ſum miſer!* Probabiliter vero Sam. Petitus, locum hunc tractans Miſcellaneor. lib. VI. c. 6. τάλις legendum cenſuit: de quo vocab. nonnihil diximus ad III. 114. f. videndus vero Suidas, & Scholiaſtes Sophocl. ad Antig. 641. aliique Grammatici, & in his praeſertim Heſychius. Nam, cum alii τάλιδα nonniſi *ſponſam* interpretentur, quam in partem etiam Petitus h. l. accipit, monuit Heſychius, οἱ δὲ γυναῖκα γαμετήν: id eſt, *alii uxorem intelligunt.* Quae notio huic loco aptior viſa eſt; ita quidem ut in blanditiis dici intelligeretur τάλις, quemadmodum ſubinde νύμφη, *uxor iuvenis, recens nupta,* & *dilecta.* Neminem turbare debet, quod pro οἴμοι μοι in ms. *A.* οἴβοι βοι ſcribitur, ubi illâ literae β figurâ uſus eſt librarius, quae literae μ ſimilis eſt, eamque ob cauſſam permutationi duarum illarum literarum nimis frequenter occaſionem dedit. Quod vero eamdem ſcripturam, cum in cod. Pariſ. *B.* reperiret, calculo ſuo comprobaverit *Villebrunius*, diſerte adnotans hoc loco »*Je lis avec le ms. A.* (ſic ille eum-

»dem codicem insignit, qui nobis *Paris. B.* est) *oi! boi! »boi!*« id doctissimi hominis ingenio dignum.

Quarti versus maior pars propemodum desperata est; & corruptelam etiam fatetur metrum manifeste turbatum. περὶ σᾶμα, *ad sepulcrum* reddidit Dalecampius; *ad monumentum*, Villebrune. PETITUS ingeniose, *circa horam prandii*; rectius fortasse, *circa coenae horam*, dicturus. »Σᾶμα, »inquit, Doribus στοιχεῖον dici, Hesychius docet: Σᾶ»μα· μνῆμα. Δωριεῖς δὲ στοιχεῖον. Στοιχεῖον vero est *li»nea & intervallum umbrae, quo prandii tempus designatur.* »Pollux lib. VI. cap. 8.« Conf. Athen. I. 8. c. & ibi notata. In κατίσκα λέγει quid lateat, nisi quid eorum quae vel ex eiusdem PETITI vel ex nostra coniectura sub contextu adnotavimus, videant doctiores.

Qui sequuntur *Versus* (5. & 6.) sic vulgo scripti erant: a
ὁ καὶ παρὰ τρίγλας τε καὶ * πάχνα κἀμίαι δύο διατεταγμέναι μέσαι, φάσσαι τὲ τοσαῦται παρῆν σκορπίοι τέ. Ubi haec notavit CASAUBONUS: »Postea ὁ »καὶ παρὰ τρίγλας τε καὶ . . . . πάχνα κάμίαι. Nec »melius membranae.« [Quasi lacuna esset in msstis: qui nullam agnoscunt.] »Possumus scribere, ὅκκα πάρα »τρίγλαι τε καὶ παχεῖαί γ' ἀμίαι δύο. Nec multo »aliter interpres. πάρα tam pro *adsunt*, quam pro *adest*, »posuerunt. Eupolis hoc libro, [pag. 286. b.] ἵνα πάρα »μὲν κάραβοι. Sic παρῆν, pro παρῆσαν: ut statim, φάσσαι »τε παρῆν: & ἦν, pro ἦσαν. Idem poëta, [pag. 286. b.] »ἦν δὲ νάρκαι, ἦν δὲ ζύγαιναι: nisi scribendum ἦς, & »παρῆς: ut infra ἐνῆς, pro ἐνῆσαν.« — Sic ille: a quo ὅκκα & πάρα, pro corruptis ὁ καὶ παρὰ, non dubitare debui quin acciperem. Pro πάχνα vero, non παχεῖαι, sed propius ad librorum scripturam, servatoque Dorismo, παχῆαι fuit scribendum; de quo monuit KOEN ad Gregor. de Dialect. pag. 119 sq. Quod vero pro κἀμίαι, quod est in libris, γ' ἀμίαι cum *Casaubono* corrigit idem *Koenius*: id per se quidem percommodum fuerat; at sic prima syllaba vocis ἀμίαι brevis erat futura, quam tamen longam desiderabat metri ratio. Quare vulgatum ita tenendum censui, ut ex καὶ & ἀ per crasin fieret longa syllaba κἀ: pleonasticam vero illam particulae καὶ repetitionem ferendam putavi. Pro παρῆν, (*vers.* 6.) ex dorico Epicharmi usu παρῆς posui: in voce τοσαῦται vero, ut duplicaremus sibilantem literam, metrum ad-

a monuit. Sic habes apud Theocritum τόσσα, τόσσον, & ſimilia, quoties menſura verſus poſcebat.

Ἀριστοτέλης δὲ παρετυμ. »Non legitur hodie in iis »quae habentur Ariſtotelis, quod ex eo refertur de ety»mo vocis ἀμία. Ἀριστοτέλης, ait, παρετυμολογῶν αὐτῆς »τοὔνομα, φησὶν ὠνομάσθαι παρὰ τὸ ἄμα ἰέναι ταῖς πα»ραπλησίαις· ἔστι γὰρ συναγελαστική. Putavit Athenaeus, »non eſſe verum etymon hoc, ſed potius παρονομασίαν »quandam: claudicat enim διὰ τὸ καινὸν τοῦ πνευματισ»μοῦ, ut loquitur Euſtathius. [ad Iliad. λ'. p. 214. l. 32.] »Ideo ait παρετυμολογῶν. Similes paretymologiae apud »philoſophos, & alios ſapientes. Euſtathius aliud verilo»quium affert, haud ſcio an ex Athenaeo, libris uſus »integrioribus: a privativa particula α & μία: *nullae* enim »*ſolae amiae* conſpiciuntur.« Casaubonus. — Euſtathius ut Athenaei libris uſus ſit *integrioribus*, quam ſunt noſtri, tantum abeſt, (quod ſaepe iam monuimus) ut ne illis quidem, qui nobis ſuperſunt, uſus ſit integris. Doctus praeſul, de etymo vocabuli ἀμία ex Athenaeo disputans, praeter hunc Noſtri locum, in quo verſamur, alium ob oculos habuerat, qui pag. 324. d. exſtat, ubi τὰς ἀμίας *nomen inveniſſe* ait, ὅτι οὐ κατὰ μίαν φέρονται, ἀλλ' ἀγεληδόν. Verbo παρετυμολογῶν autem non tam ſignificare Auctor noſter videtur, *ſe improbare illam etymologiam*; quam, *Ariſtotelem illam vocabuli etymologiam obiter indicaſſe*. Simili ratione lib. II. pag. 35. c. poſtquam de Platone dixerat, ἐτυμολογῶν τὸν οἶνον; mox de Homero ait, παρετυμολογῶν τὴν φωνήν: ubi commode Henr. Stephanus (in Indice Theſ. pag. 1606. f.) interpretatur, *ad etymon vocabuli alludit*. Plato ex profeſſo originem vocis explicare inſtituit: Homerus obiter eam indicaverat.

AD CAP. VII.

Ἀρχέστρατος ἐν τῇ Γαστρολογίᾳ. Aliàs plerumque Γαστρονομία perhibetur apud Noſtrum carminis illius inſcriptio, ut I. 4. d. e. II. 56. c. &c. Sed & Γαστρολογία, ut b III. 104. b. & IV. 162. b. Quod vero dein conſentiente Ms. *A.* (nam in Epit. verba iſta deſunt) editum erat, ὡς τὴν Κλεοστράτου τοῦ Τενεδίου γαστρολογίαν, id merito ſuſpectum videri debuit. Nam ſi Γαστρολογία inſcriptus fuit Cleoſtrati liber, non opus erat ut nomen iſtud

hic diserte repetereturr: satis erat dicere, ὡς τὴν Κλεοστράτου τοῦ Τενεδίου. Quo accedit, quod *Tenedius Cleostratus* (ut monuit *Adrian.* HERINGA, Observ. cap. 21. p. 179.) non fuerit rerum ad gulam explendam pertinentium studiosus, sed celebris *Astronomus*, insignibus inventis clarus, de quo vide quae collegit Fabric. Bibl. Graec. lib. III. cap. 5. sect. 5. T. II. p. 82 sq. Quin & eumdem sigillatim hoc ipso nomine τοῦ Ἀστρολόγου insignitum videmus apud Scylacem in Periplo, ubi de *Tenedo* insula agitur, p. 85. ed. Gronov. Quo minus dubitavi, quin emendationem ab HERINGA propositam, Ἀστρολογίαν, adoptarem. b

In ARCHESTRATI *vers.* 2. perperam τίσι τάδε legebatur in ed. Bas. & Cas. Ubi monuit CASAUBONUS: »Scribe »τί σοι τάδε μυθολογεύω; *Quid verbis opus?*« — Atqui hoc recte dabat editio Ven. cum msstis. μυθολογεύω, *multis verbis dico, narro:* fere ut μυθολογέω, VI. 266. d. ubi μυθολογοῦσι valet, *narrant.*

Vers. 3. Cum οὐ γὰρ μή σε διαφθείρῃ γ' legeretur in edd. & msstis, vertit DALECAMPIUS: *Eam, ne si velis quidem, ita possis corrumpere:* recte, si modo voculam *ita* omisisset. Perspecte hic monuit CORAY: »Laborantem lo»cum ita restituo:

»Οὐ γὰρ μὴ σὺ διαφθείρῃς γ'.

»Et ita legisse videtur interpres, etsi in declaratione vo»cum πάντα τρόπον falsus sit. [quas ille, *omni studio*, in»terpretatus erat.] Sensus est: *Amiam tam egregium esse* »*edulium, ut, quomodocumque eam paraveris, haud possis cor*»*rumpere, ne si velis quidem.* Infra, p. 311. c. idem Arche»stratus queritur de coquis, quod nesciant

» — — χρηστοὺς σκευάζεμεν ἰχθῦς,
»ἀλλὰ διαφθείρουσι κακῶς τυροῦντες ἅπαντα.«

Vers. 4. Pro εἰ δ' ἐθέλῃς, quod erat editum, recte εἰ δ' ἐθέλεις dedit codex ms. uterque. Locum, aliis etiam mendis in editt. vett. inquinatum, iam emendatum dederat BRODAEUS, Miscell. VII. 29. in Gruteri Thes. Crit. T. IV. p. 29.

Vers. 11. Ἔστω δ' αὐτή σοι. Sic mstus codex uterque. c Ἔστω δ' αὖτη σοι edd. Post hunc versum autem Epitomator, praetermissis caeteris, statim postremum subiecit, hoc modo: ὡς εἴ γε ἑτέρωθεν εἴη, φησὶ, καταισχύνει τὸν πρόσθεν ἔπαινον.

Vers. 12. Editam olim scripturam, καὶ ἐγγὺς ἄλω του,

c latine ſic reddiderat Interpres: *quà propinqua mari eſt area.* Adparet menti eius ſimul genitivum ἄλὸς, ſimul nomen ἀλωὰ vel ἄλως eſſe obverſatum. Adnotavit tamen CASAUBONUS: »Recte Dalecampius, καὶ ἐγγὺς ἁ λ ό ς που.« — Sed κᾆν, non καὶ, habent membr. *A.* Quam particulam ex coniecturâ etiam auctori reſtituendam viderat HERINGA, Obſerv. c. 21. pag. 578. ubi vulgatum ἄ λ ω (idem valens ac ἐάλω) contra Caſaubonum & Dalecampium defendens, deleto commate quod poſt ἄλω που inſerebatur, in hanc ſententiam accipienda poëtae verba docuit: *Quod ſi etiam capta ſit prope hunc locum.* Cuius adoptavi rationem; niſi quod ἅ λ ῳ *ſubſcripto iota* poſui, ut eſſet ſubiunctivus modus, quem poſcebat κᾆν particula. Denique monuit idem vir doctus, *verſu ſq.* verba illa τηλοῦ θαλάσσης Ἑλλησπ. non tam intelligenda videri *procul a mari Helleſpontiaco*, quam, *ulterius in mari Helleſpont.* ſcilicet *longius a Byzantio recedendo.*

AD CAP. VIII.

d Οὗτος ὁ Ἀρχεστρ. Articulus ὁ, quem cum editt. vett. agnoſcit mstus uterque, operarum culpâ omiſſus erat in ed. Caſ. *Mox*, quod ait Noſter, ὥσπερ οἱ τὰς Περιηγήσεις &c. ſimili ratione pag. 294. a. ubi de eodem *Archeſtrato* loquitur, ὁ καλὸς οὗτος Περιηγητὴς dicit.

ὅπου ἐστὶν ἕκαστον κάλλιστον β ρ ω τ ό ν. »De *principio* »*operis Archeſtratei* ſcribitur: μετ' ἀκριβείας ἐθέλει πάντα »ἐκτίθεσθαι, ὅπου ἐστὶν ἕκαστον κάλλιστον β ρ ω τ ό ν τ ε. »Lego, adiectâ voce quam deeſſe arguit vocula τε, hoc »modo: β ρ ω τ ό ν τ ε π ο τ ό ν τ ε. Ex Athenaeo ſatis conſtat, »non minus *vinorum* genera expoſuiſſe *Archeſtratum*, quam »*eduliorum.* Sed videntur Archeſtratei operis duo primi »verſus ita concinnandi ex hoc loco, & alio libri primi:

»Ἱστορίης ἐπίδειγμα ποιεύμενος Ἑλλάδι πάσῃ,
»λέξω ὅπου κάλλιστον ἅπαν β ρ ω τ ό ν τ ε π ο τ ό ν τ ε.«

CASAUBONUS. — Vide lib. I. pag. 4. e. & ibi notata, Animadv. Vol. I. pag. 59.

e Ἵππον Θεσσαλικὴν, &c. Vide Suidam in Ὑμεῖς ὦ Μεγαρεῖς, & quos ibi laudavit Küſterus: quibus adde Euſebium in Praep. Evang. V. 18. & e recentioribus Eraſmum in Adagio *Megarenſes neque tertii neque quarti.*

f In EPICURI verbis, quod in ed. Caſ. legebatur, ἀφελῶν

μὲν τὴν διὰ χειλῶν, ἀφελῶν δὲ &c. id hoc loco in f Animadverſionibus ſilentio praetermiſit Vir doctus: ſed pag. 280. a. ubi iterum τὴν διὰ χειλῶν (quemadmodum hîc) legebatur in vetuſtis editionibus, διὰ χυλῶν correxit CASAUBONUS, hac adiectâ notâ: »Scripſimus τὰς »διὰ χυλῶν ἡδονὰς, ubi priores editiones, & cum iis »interpretes, διὰ χειλῶν, inepte. Cicero, quem ad»verſus ſe laudat vir doctus, [Dalecamp.] *voluptates quae* »*ſapore percipiuntur.*« — Nempe ſic Cicero Tuſc. Quaeſt. III. 18. Et ſic apud Laërt. X. 6. διὰ χυλῶν ſcribitur, ubi eadem Epicuri verba ex libro περὶ Τέλους recitantur. Nec vero aliter apud Noſtrum utroque loco dant codices noſtri mssti: & ſic rurſus lib. XII. pag. 546. e. διὰ χυλῶν habent mssti, ubi διὰ τῶν χειλῶν editi. Mendoſa ſcriptura ἀφελῶν, quae bis hoc loco in ed. Caſ. occurrit, partim ex ed. Baſ. derivata eſt: recte vero utrobique ἀφελὼν ſcribitur in ed. Ven. ut in mssts.

Οἴεται γὰρ οὗτος ὁ σοφὸς καὶ τὸν ἀσώτων βίον ἀναπίλητον εἶναι, εἴπερ αὐτῷ προσγένοιτο τὸ ἀδεὲς καὶ ἵλεων. Si quis pro οὗτος, quod tenuimus ex editis, οὕτως ex mssts noſtris receptum maluerit, nil repugno: intelligi poterit dictio ſimillima illi Latinorum, *ita - - ſi*, pro *ea conditione ſi*. Ad rem quod ſpectat, adnotavit ad hunc locum CASAUBONUS: »Inter huius ſophi Κυρίας δόξας »haec fuit, auctore & interprete Cicerone: [DE Finib. »II. 7.] *Si ea quae ſunt luxurioſis efficientia voluptatum,* »*liberarent eos Deorum & mortis & dolorum metu, docerent-* »*que qui eſſent fines cupiditatum, nihil haberem quod repre-* »*henderem.* Ipſa Epicuri verba ſunt: [apud Laërt. X. 142.] »Εἰ τὰ ποιητικὰ τῶν περὶ τοὺς ἀσώτους ἡδονῶν ἔλυε τοὺς »φόβους τῆς διανοίας, τούς τε περὶ μετεώρων καὶ θανάτου »καὶ ἀλγηδόνων, ἔτι τε τὸ πέρας τῶν ἐπιθυμιῶν ἐδίδασκεν· »οὐκ ἄν ποτε εἴχομεν ὅ τι μεμφαίμεθα αὐτοῖς. Vertit Ci»cero τοὺς περὶ μετεώρων φόβους, *Deorum metus.* Ira lo»quebatur Epicurus. Sic alibi, τὰς ὑπὲρ τῶν μετεώρων »ὑποψίας.« — Pro ἵλεων, quod erat editum, recte ἵλεων dedere mssti, certe ſic ms. *Ep.* Idem autem valere τὸ ἵλεων ac τὸ ἱλαρὸν, docet Noſter lib. VIII. pag. 363. c. Sic apud Platonem, in Phaedone, *Socrates, poculum veneno mixtum manu capiens,* ἵλεως ἦν, οὐδὲν τρέσας. cap. 66. pag. 311. ed. Forſt. Nec abſurde vero Dalecampius h. l. τὸ ἵλεων, *tranquillum animum*, interpretatus eſt.

f Διὸ καὶ οἱ τῆς κωμῳδίας ποιηταὶ &c. » Mendoſum eſt »quod ſequitur, διὸ καὶ οἱ τῆς κωμῳδίας ποιηταὶ κατα»τρέχοντές που τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς ἀκρασίας, Ἐπικού»ρους καὶ βοηθοὺς βοῶσιν. Interpretes, ut aliquam ſen»tentiam elicerent, ſuſtulerunt illa, καὶ βοηθούς. « [Nempe ſic Dalecampius: *Quamobrem comici poëtae Epicuri ſociorumque voluptatem & intemperantiam proſcindentes vociferantur.*] »Longe alia nobis ineunda videtur ratio loci emen»dandi. Non enim ἐξ ἀφαιρέσεως, ſed ἐκ προσθέσεως ſa»nare eum debemus. Lego ſic: διὸ καὶ οἱ τῆς κωμῳδίας »ποιηταὶ πρὸς τοὺς κατατρέχοντάς που τῆς ἡδο»νῆς καὶ τῆς ἀκρασίας Ἐπίκουρον καὶ Ἐπικουρείους »ἐπικούρους καὶ βοηθοὺς βοῶσιν. Id eſt: *Ideo comici poëtae »adverſus eos qui voluptatem & incontinentiam vituperant, Epi»curum & Epicureos advocant* ἐπικούρους, *& in auxilium »ſibi.* In edita lectione, praeter manifeſtum hiatum, hoc »etiam eſt incommodum, quod facit *ipſos qui voluptatem »incuſarent, in ſubſidium ſuum adpellare Epicurum & Epicu»reos:* quod eſt abſurdum. Poëtica vox eſt ἐπίκουρος, in »qua ludit auctor venuſte. Utuntur & hiſtorici, ut Thu»cydides ſaepe. Extat etiam ea vox in proverbiali verſu, »cuius mihi commodum venit nunc in mentem, ut veram »illius lectionem indicem. In ſeptimo Eudemiorum, ubi »agitur de amicitia quae ex utilitate conſtat, Philoſophi »ſunt verba plane aurea: Διὰ τὸ χρήσιμόν ἐστιν ἡ τῶν »πλείστων φιλία. διὰ γὰρ τὸ χρήσιμον εἶναι φιλοῦσιν ἀλ»λήλους, καὶ μέχρι τούτου. ὥσπερ ἡ παροιμία·

»Γλαῦκ' ἐπίκουρος ἀνὴρ τὸν σὸν φίλον ἔσκε μάχηται.

»Nullum ex hac ſcriptura ſenſum elicias. Scribendum:

»Γλαῦκ', ἐπίκουρος ἀνὴρ τόσσον φίλος ἔς κε μάχηται: »planiſſimâ & optimâ ſententiâ.« Casaubonus. — At quam medelam adfecto Athenaei loco adhibendam doctus Animadverſor cenſuerat, ea nobis nec ad ſententiam ſatis probabilis, &, ad verborum mutationem quod ſpectat, nimis violenta viſa erat. Ab edita ſcriptura veteres noſtri codices nil discedunt, niſi quod, ubi τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς ἀκρασίας *ſequente commate* edebatur, ibi τῆς ἡδονῆς καὶ ἀκρασίας *omiſſo altero articulo* habent, *nec* poſt iſta verba *ullam diſtinctionem ponunt;* adeo ut plane coniuncta iſta videri debeant, τῆς ἡδονῆς καὶ ἀκρασίας ἐπικούρους καὶ βοηθοὺς βοῶσιν. Quod veſtigium verae olim ſcripturae ſecuti, minori molimine, *ſuppleto genitivo* qui

ad verbum κατατρέχοντες intercidiſſe videbatur, in integrum reſtitui totum locum poſſe exiſtimavimus. Quod ſi cui non ſatis videtur τῶν Ἐπικουρείων, nil prohibet quo minus ſtatuamus, κατατρέχοντες τοῦ Ἐπικούρου καὶ τῶν Ἐπικουρείων ſcripſiſſe Athenaeum.

AD CAP. IX.

PLATONIS *Comici* fragmentum, ex fabula *Impoſtore*, iam a ſupra (lib. III. pag. 103. c. d.) adpoſuerat Noſter, ubi vide quae notavimus. GROTII *latinam verſionem*, ut ibi, ſic & hîc ſubiecimus, quamquam in nonnullis discrepantem ab ea ratione qua nos colloquentium partes diſtinximus.

Verſum ſextum, qui in editis ſic rurſus h. l. ſcriptus erat,

Ζῆν δ' ἐστὶ τὸ τοιοῦθ', ὡς λέγουσιν οἱ σοφοί:

quum mssti rurſus τοιοῦτον ὡς darent; talem nunc edidi, qualem ad III. 103. c. in Animadv. propoſueram,

A. Ζῆν δ' ἐστὶ τὸ τοιοῦτον; B. Λέγουσιν οἱ σοφοί:

ut ὡς particulam ex veteri ſcholio temere inſertam ſtatuerem.

Verſ. 8. Vocem Δήπουθεν, quae valet *ſane*, *utique*, *certe*, (conf. p. 280. d.) rurſus, ut ſuperiori loco, a praecedentibus ſeparavi; & *patris* partibus ea verba, quae inde ſequuntur, tribui. Qua ratione, quod dicit ζῆν παγκάλως, (*verſ.* 9.) id ad *moralem* τοῦ καλοῦ *vim*, nempe ad *honeſtatem* (ut dixi ad lib. III.) erat referendum. Structura autem verborum, quae nonnihil impedita videri poterat, in hunc modum fuerit concipienda, ac ſi dixiſſet: Οὐκ ἔστι δ' ἔχειν τὴν ἡδονὴν ἑτέρωθεν ἢ ἐκ τοῦ ζῆν παγκάλως· ἢ b γὰρ τυχὸν δώσεις ἐμοὶ, ἐκ τοῦ ζῆν παγκάλως εὖσως εἶναι ἅπαντας. Id eſt: *Voluptatem autem adipiſci non licet, niſi ex vita undequaque honeſta: nam per hanc ſalvos & vere beatos fieri omnes, hoc profecto fortaſſe dabis mihi.* Verſum illum, εὖσως ἅπαντας &c. praetermiſit Epitomator: ſed in εὖσως (vel, quod eodem redit, εὖ σῶς) cum editis h. l. conſentiunt membr. *A.* unde corrigenda mendoſa ſcriptura, quae alterum locum invaſerat. GROTIUS omnia iſta, a *verſu* 6. usque δώσεις ἐμοί, (*verſ.* 10.) ſceleſto paedagogo tribuens, illud *bene vivere*, τὸ ζῆν παγκάλως, de *vita voluptatibus adfluente* acceperat: qua ratione τῷ καλῶς ζῆν opponitur τὸ κακῶς ζῆν, pag. 280. d. *miſere vivere*, *triſtem vitam agere*.

Verſ. 11. Pro Ἑώρακας rurſus cum viris doctis aut ὤρακας aut ἑόρακας ſcriptum malles: nec repugno equidem. Ferendam tamen putavi conſentientem librorum ſcripturam; memor ſcilicet, in *pronunciandis* quidem verſibus iſtam ε vocalem ante ω abſorberi vel elidi ſolitam; at non obſtare id ratus, quo minus in *ſcribendis* verſibus adiici ea potuerit.

Verſ. 13. οἱ γὰρ τὰς ὀφρῦς recte dedere mssti cum ed. Ven.

c »In *primo verſu* ex *Androphono* PLATONIS,

»Ἔξὸν γυναῖκ' ἔχοντα κατακεῖσθαι καλὴν,

»loquitur poëta de *accubitu ad menſam*; neque aliter ver»bum κατακεῖσθαι eſt exponendum. Declarat proximus, »καὶ Λεσβίου χυτρῖδε &c. *Tertium* ita ſcribe:

»ὁ φρόνιμός ἐστι τοῦτο, τοῦτο τ' ἀγαθόν.

»More Thucydidis eleganter poſitum ὁ φρόνιμος, pro ἡ »φρόνησις. Alioqui poterat, τὸ φρόνιμον.« CASAUBONUS. — »Eſt autem & φρόνιμος vox ex ſchola, quam & apud »eumdem Platonem hoc ſenſu reperis, οἱ τὸν φρόνιμον »ζητοῦντες.« GROTIUS. — Vide paulo ante, lit. b. Nempe τὸν φρόνιμον eumdem dicit poëta, quem τὸν σοφὸν in ſcholis nominare conſueverant. Caſauboni emendationem *Verſ.* 3. merito adoptavit Grotius, & nos cum eo. In *ms. Ep.* omiſſis prioribus verbis, ὁ φρόνιμός ἐστι τοῦτο, iſta ſola leguntur τοῦτο τ' ἀγαθὸν & cum ſequentibus Ἐπίκουρος ἔλεγε coniunguntur; quod per ſe quidem haud ita male factum videri poterat, ſed tamen temere & praecipitanter commiſſum eſt; nam ibidem, ſicut in pleniore opere, continuo ſequuntur iſta verba, ταῦθ' ἃ νῦν ἐγὼ λέγω.

In *penultimo verſu*, quum ſic olim ederetur,

Εἰ τοῦτον ἔζων πάντες, ὃν ἐγὼ βίον,

monuit CASAUBONUS: »Deeſt ſyllaba. Reſtitue, ὃν ἐγὼ ζῶ »βίον. Eſt vero acute & invidioſe in Epicurum dictum: »*ſi omnes eius legibus viverent, & obtineret vulgo eius doctrina,*

d »οὔτ' ἄτοπος ἦν ἂν, οὔτε μοιχὸς οὐδὲ εἷς: »*nemo reperiretur inhoneſtus, nemo adulter.* Vult dicere, fore »omnia iura promiſcua, & discrimen recti atque honeſti »ſublatum iri. Tolle enim honeſti atque inhoneſti fines; »eâdem omnia peccata ſuſtuleris.« — Ad quae GROTIUS, (in Notis pag. 966. ad Excerptor. pag. 483.) recte, ſi quid video: »Non mihi videtur, inquit, quod Caſau»bono placet, dicere poëta, *ſublato honeſti & inhoneſti dis-*

»*crimine nulla fore peccata*: ſed, *ſi ipſius conſilio uterentur* d
»*caeteri, contentos fore permiſſis voluptatibus.*« — Verbum ζῶ, quod deerat editis, uterque codex mstus agnoſcit.

Ἡγήσιππος δ' ἐν Φιλεταίροις. In fabulae titulo nulla ab editis diſſenſio notata ex membranis. Apud Suidam vero in Ἡγήσιππος legitur: τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι Φιλέταιρος, ὡς Ἀθήναιος. Quare videndum, ne Φιλεταίρῳ h. l. ſcriptum oportuerit, quem titulum adoptavit Grotius. Fuit certe & Φιλέταιρος, fabula Heniochi comici; puto & aliorum. In *poſtremo* HEGESIPPI *verſu*, in editis ſic ſcribebatur, ἥδονὴ γὰρ τἀγαθόν. Ubi, cum in ed. Ven. nec praecedente verſu poſt οὐδὲ ἓν, (vel, ut ibi ſcribitur, οὐδεὲν) nec hoc verſu poſt πρόσεστιν diſtingueretur oratio, in editione Baſ. dein & in ed. Caſ. utroque loco *comma* ponebatur: pro quo etiam paulo maiorem diſtinctionem GROTIUS adhibuit, ſic ſcribens: (Excerptor. pag. 881.)

τοῦ γὰρ μασᾶσθαι κρεῖττον οὐκ ἔστ' οὐδεέν·
ἀγαθὸν πρόσεστιν· ἥδονὴ γὰρ τἀγαθόν.

Quae ſic ille latine reddidit:

Nam nil revera melius eſt quam mandere.
Bonum huic adiunctum eſt: nam voluptas eſt bonum.

A cuius ratione nos, praeeuntibus noſtris msstis, certe praeeunte perſpicue *msto Epitomae*, discеſſimus; poſt ἀγαθόν (ad ſuperius οὐδὲ ἓν relatum) interpungentes, iungentesque iſta, πρόσεστιν ἥδονῇ (ſic) γὰρ τἀγαθόν. Eamdem prorſus & ſcribendi & diſtinguendi huius loci rationem ex ingenio commendaverat doctiſſimus CORAY.

AD CAP. X.

οἱ Κυρηναϊκοὶ καὶ Μυησιστράτειοι. Sic bene ms. *Ep.* Μυησιστράτιοι edd. cum ms. *A.* nempe eodem errore, quo paulo ante in eodem codice, pro Ἐπικούρειοι, Ἐπικούριοι ſcribitur. Apud Suidam notatur: Μυησιστράτιος, (puto Μυησίστρατος oportebat) ὄνομα κύριον. Μυησιστράτειος δὲ λόγος. Ubi quamnam *rationem* (ſive *orationem*, ut vulgo vertunt) *Mneſiſtrateam* dicat, non compertum mihi. *Mneſiſtratus* quidam *Thaſius* apud Diogenem Laërt. III. 47. (ex vulgari quidem lectione atque interpretatione) perhibetur *auditor fuiſſe Platonis:* ſed ex probabili coniectura Caſauboni, ad eumdem locum prolata, nonniſi cita-

tus ibi fuerit *Mneſiſtratus* ille tamquam *auctor librorum de Materia Declamationum.* Alium *Mneſiſtratum* in vetuſtis Aſtrologis commemorat Cenſorinus, de Die Natali, c. 13. de quo dubitare ſe profeſſus eſt FABRICIUS Bibl. Graec. T. II. pag. 85. an ſit idem a quo *Mneſiſtrateos Philoſophos*, voluptatis patronos, dictos hoc loco refert Athenaeus. Praeter iſtos, a nemine commemoratum Mneſiſtratum reperio.

e καὶ γὰρ καὶ οὗτοι. Lubens hoc tenui, commode ſic editum a Caſaubono; quamquam poſteriori loco καὶ particulam ignorent editiones veteres cum ms. *A.* In ms. *Ep.* vero praetermiſſa tota ῥῆσις illa, καὶ γὰρ &c. usque Ποσειδώνιος.

Mox, quod ait, Οὐ μακρὰν δὲ τούτων ἦν καὶ Σπεύσιππος: de eodem *Speuſippo* Laërtius memorat, IV, 1. *defeciſſe a moribus Platonis, fuiſſeque ἡδονῶν ἥττονα.* Apud Noſtrum, τούτων ἂν ἦν καὶ Σπ. ſcribitur in ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. τούτων ἂν (absque ἦν) in ed. Caſ. 2. & 3. ſed τούτων ἦν (absque ἂν) habet uterque codex mstus.

Λασθενείας τῆς Ἀρκαδικῆς ἑταίρας. Pro vulgato Σαρδικῆς, ſic ſcriptum oportuiſſe, Ἀρκαδικῆς, veriſſime monuit MENAGIUS ad Laërt. III. 46. quem vide. Et ſic recte apud Noſtrum libro XII. pag. 546. d. exhibent
f ſcripti libri editique. *Mox*, ἑλλελοιπὼς, pro ἐκλελοιπὼς, quod erat editum, dedit mstus uterque.

Ad illa verba, οὐχ ὑπὲρ ὧν Ἑρμείας ὤφειλεν αὐτὸς ἐκτετικὼς, ἔρανον συνάγειν ἐπιχειρεῖς, haec monuit CASAUBONUS: »E veterum Graecorum moribus pendet huius »loci interpretatio. Inſtitutum illorum fuit, ſicut ad Theo»phraſtum dicebamus, [ad Theophraſti Charact. pag. 281 »ſqq.] ut, ſi quis in paupertatem delaberetur, ἔρανον ab »amicis poſſet ſuo iure exigere, ſublevandae inopiae »ſuae. Hoc more pulcherrimo abutebantur ſaepe homi»nes μικρολόγοι & turpiculi lucelli avidi. Saepe enim, »cum damnum nullum accepiſſent, fingebant accepiſſe, ut »diteſcendi ex alieno occaſionem nanciſcerentur. Similis »fuit illius verſutia, quem ait Martialis *ſaepius in anno na»ſci*, ut natalitia dona ſaepius item exigeret. Non defue»runt qui *ius exigendi erani* ab afflicto redimerent, ceu »frumentariam aliquam teſſeram, & ſuâ pecuniâ credito»ribus ſatisfacerent, ſpe colligendae mox ſummae maioris. »In quo turpiſſimam fuiſſe nundinationem omnes fatean-

» tur. Utrumque genus ſordium in *Speuſippo* notat *Dio-* f
» *nyſius*: ad prius ſpectant verba Athenaei ex ipſo Dio-
» nyſio, ἐρανίζεσθαι αὐτὸν παρὰ πολλῶν διελέγχων: po-
» ſterius illis indicatur quae ſupra adſcripſimus, ſi modo
» illa capimus recte. Ait: *nullam infamis lucri anſam eum*
» *non captaſſe; qui, cum pecuniâ ſuâ ſolviſſet quae debebantur*
» *ab Hermia, poſtea eranum eo nomine exigeret.* Niſi ita ac-
» cipias ut ſumus interpretati, friget ſententia, aut po-
» tius nulla eſt.« — Sic ille. Ego vero, fieri poteſt ut fal-
ſus ſim: ſed ſuſpicatus eram, gravius aliquod crimen iſtis
verbis Speuſippo obiici a Dionyſio; ſcilicet, quod, *cum*
Hermeas ipſe ſatisfeciſſet creditoribus, & quod debuerat ſolviſ-
ſet, tamen auſus eſſet Speuſippus ſtipem illius nomine collige-
re; quam ſtipem, cum pro Hermea corrogare prae ſe
ferret, ſuos in uſus convertere voluiſſet. In eam ſenten-
tiam videri quidem poſſit, αὐτοῦ ἐκτετικότος in genitivo
caſu ſcriptum oportuiſſe, *commate poſt* ὤφειλεν interſerto:
ſed fortaſſe etiam ut nunc leguntur verba, interpretatio-
nem iſtam admiſerint.

AD CAP. XI.

Timonis verſum, Γαστρὶ χαρίζομ. quem integrum hîc
adponit auctor, eumdem iam ſupra lib. IV. pag. 163. c.
d. obiter tetigerat.

Qui paulo poſt compellatur *Timocrates*, ὦ φυσιολόγε a
Τιμόκρατες, eum ſatis adparet longiſſime eſſe ab eo Ti-
mocrate diverſum, cui hosce ſuos Deipnoſophiſtarum li-
bros dicavit Athenaeus. Frater is fuit Metrodori Epicu-
rei, Epicureus & ipſe, ſed non tam crude craſſeque vo-
luptatis rationem interpretans. Quare *accuſat* (ut ait Ci-
cero de Nat. Deor. I. 40.) *Timocratem Metrodorus, quod*
dubitet, omnia, quae ad beatam vitam pertineant, ventre me-
tiri. Fecerat autem hoc Metrodorus in libris, quos πρὸς
Τιμοκράτην, i. e. *Ad* (vel *adverſus*) *Timocratem*, inſcri-
pſerat; Diogeni Laërtio, Plutarcho, aliisque memoratos.
Vide Ionsium, de Scriptorib. Hiſtor. Philoſ. pag. 127.
Quibus e libris ducta ſunt ipſa illa verba, quae ab Athe-
naeo hîc proferuntur. Videtur autem naturae ſtudio mul-
tum tribuiſſe Timocrates: quare eum hoc nomine adlo-
quitur Metrodorus, ὦ φυσιολόγε Τιμοκρ. id eſt, *tu qui na-*
turae ſtudium atque cognitionem profiteris, diſce quid doceat

hominem ipſa *Natura*, quamve viam ingredi debeat hic qui illam ducem ſequi ſe velle profitetur. Commendaverat autem & ipſe Epicurus *phyſiologiae ſtudium: nec* enim *absque naturae cognitione ſinceris frui licere voluptatibus*, ait in Κυρίαις δόξαις, num. XII.

Quae paulo poſt adferuntur *EPICURI verba*, Οὐ γὰρ ἔγω γε δύναμαι &c. eorum pars iam haud multo ante adlata fuit, pag. 278. f. ubi vide notata. Eadem verba, cum his quae hîc adiecta ſunt, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀκροαμάτων &c. in latinum ſermonem translata habes in Tullii Tuſculanis, III. 18.

b Καὶ προελθών· Φύσει, λέγει, τιμητέον τὸ καλὸν &c. Ad editam olim ſcripturam, καὶ προελθὼν φησὶ λέγειν τιμητέον, monuit CASAUBONUS: »Scribendum, φησὶ λέγων: »aut ſic, φύσει λέγει τιμητέον. Vide lib. XII. unde ſup»plevimus quae hîc deerant.« — In *Epitoma*, poſt verba ἡδείας κινήσεις, ſic pergitur, καὶ, ὅτι τιμητέον τὸ καλὸν &c. In membr. *A.* mendoſe προσελθὼν pro προελθὼν ſcribitur. Deinde, vulgatum φησὶ λέγειν tenent eaedem membranae: quod hactenus quidem fortaſſe defendi poſſe dixerit aliquis, ſi interpungentes poſt φησὶ, verbum λέγειν ad ſequentia referamus, eâ ſententiâ qua idem valeat λέγειν ac λέγειν χρὴ vel λεκτέον, *dicendum eſt*. At ea ratione oportebat, ni fallor, neceſſario: λέγειν, ὅτι τιμητέον. Quae particula cum abſit, facile nobis perſuaſit Caſaubonus, mendoſam eſſe iſtam ſcripturam. Nec vero placet prior emendandi ratio a viro docto propoſita: putidus enim pleonaſmus fuerit, nullibi apud auctorem noſtrum occurrens, προελθὼν φησὶ λέγων. Haud dubie praeſtabat altera ratio, quam adoptavimus. *Naturae* enim vocem audiendam, *naturam* ducem ſequendam, ſuis commendabat Epicurus; ut paulo ante vidimus. Sic & apud Noſtrum lib. XII. pag. 545. b. c. ex Epicuri ratione diſputans Polyarchus, (cuius nomen in Deipnoſophiſtarum recenſu, in Animadv. ad Athenaei praefationem, a nobis praetermiſſum eſſe intelligo) ait, τὸ τῶν ἀρετῶν τούτων κατασκεύασμα, πολὺ τῆς φύσεως ἀφεστηκός. ἡ γὰρ φύσις ὅταν φθέγγηται τὴν ἑαυτῆς φωνὴν, ἀκολουθεῖν κελεύει ταῖς ἡδοναῖς. Quae in ſuperioribus editionibus hoc loco deſiderata, ex lib. XII. a ſe ſuppleta Caſaubonus ait, quatuor verba ſunt, quae proxime ſequuntur iſta, ἐὰν ἡδονὴν: quibus temere omiſſis in ed. Ven. & Baſ. ſic le-

gebatur, ἐὰν ἡδονὴν μὴ παρασκευάζῃ. Quae deerant quatuor verba, quae vel ex facili coniecturâ poterant suppleri, ea recte hic exhibet uterque codex noster mstus; eadem vero eodem modo leguntur lib. XII. pag. 546. f. ubi plurima ex his, quae hîc disputata sunt, ad verbum repetuntur.

AD CAP. XII.

In SOPHOCLIS, ex *Antigona*, *versu* 4. perperam πλουτεῖ τε editum erat. Recte πλούτει τε mss. & sic etiam editi apud Nostrum lib. XII. pag. 547. c. ubi iidem versus repetuntur. c

Φιλέταιρος, Κυνηγίδι. Apud Suidam, in Φιλέταιρος, in dramatum numero huius comici refertur Κυνηγίας. Apud Nostrum h. l. ad vulgatam scripturam Κυναγίδι nihil ex ms. *A.* adnotatum. Porro lib. XIII. pag. 587. e. mendose ἐν Κυναιγίδι scribitur. Sed pag. 572. d. ἐν Κυνηγίδι. Et, ne forte (quo inter Suidae & Athenaei libros restituatur consensus) suspiceris, ΚΥΝΗΓΙΔΙ ex ΚΥΝΗΓΙΑι ortum esse, vetat id quod apud eumdem Nostrum pag. 570. e. legitur, κατὰ τὴν Φιλεταίρου Κυνηγίδα. GROTIUS tamen, in Excerptis pag. 875. non dubitavit ἐν Κυνηγέτιδι scribere: puto quod aliâs in sermone Graeco nomen Κυνηγὶς nuspiam reperiri vidisset.

In *PHILETAERI verf.* 1. Τί δεῖ γὰρ, ut ex Casauboni & Scaligeri coniecturâ Grotius emendaverat, sic plane dedere nostrae membr. *A.* Cum quibus hactenus etiam consentit Epitoma, quod in ea ita scribitur, Καὶ Φιλέταιρος δὲ φησί: Δεῖ ὄντα θνητὸν &c. *Verf.* 3. ἐάν γ' ἔχῃ τις ὁπόθεν. Particulam γε recte inseruit CASAUBONUS in Animadverss. Et erat ea non modo ad fulciendum metrum necessaria, sed & perapta ad sententiam. Posterius hemistichium tertii cum quarto *versu* praetermisit Epitomator. In illis verbis, (*verf.* 3.) ἀλλὰ δεῖ σκοπεῖν, consentiunt edd. & inter se & cum membr. *A.* Dissentiunt autem in *quarto versu*: qui in ed. Ven. & Bas. mendose in hunc modum scriptus erat,

τοῦτ' αὖ τὰ τἀνθρώπει' ὁρῶν τὰ πράγματα.

In edit. Cas. 1. vero sic:

τοῦτ' αὐτὰ τἀνθρώπει' ὁρῶν τὰ πράγματα.

Denique in ed. Cas. 2. & 3.

c τοῦτ', αὐτὰ τἀνθρώπει' ὁρῶντα πράγματα: quemadmodum ſcilicet ipſe CASAUBONUS in Animadverſ. ſcripſerat, ubi haec ille adnotavit: »*PHILETAERI* ver»ſus hanc continent ſententiam: *Optimum eſſe, ſi quis in* »*diem vivat, & fruatur bonis quae aderunt. Nam cum adeo* »*ſint caduca omnia mortalium, fruſtra aliquis ſe torqueat, de* »*craſtino ſemper ſolicitus, ut magnas opes congerat & in the*»*ſauros abdat ſibi inutiles.* Interpretes contrarium ſenſum »eliciunt; *ſedulo providendum eſſe ne quid in craſtinum deſit:* »quod eſt plane contrarium ei quod dicitur primis verſi»bus, *vivendum eſſe in diem.* Quare integrum locum ita »corrige:

»Τί δεῖ γὰρ ὄντα θνητὸν, ἱκετεύω, ποιεῖν;
»πλὴν ἡδέως ζῆν τὸν βίον καθ' ἡμέραν,
»ἐάν γ' ἔχῃ τις ὁπόθεν. ἀλλὰ δεῖ σκοπεῖν
»τοῦτ', αὐτὰ τ' ἀνθρώπει' ὁρῶντα πράγματα.
»εἰς αὔριον δὲ οὐχὶ φροντίζειν ὅ τι
»ἔσται· περίεργόν ἐστιν ἀποκεῖσθαι πάνυ
»ἕωλον ἔνδον ἀργύριον.

»Elegantiſſimi ſane verſus; & iam planiſſimi, abterſis »mendis, & punctis in ſuum locum reſtitutis. Verbum »ἱκετεύω [quod perperam acceperat Dalec.] ita inſertum »orationi, elegantiae cauſſa, ut apud Latinos *quaeſo*: »cuius loco legas apud B. Chryſoſtomum εἰπέ μοι ſin»gulis paginis ſaepiſſime.« — Rationem qua *tertium quartumque verſum* interpretatus eſt vir doctus, non modo mire confirmant noſtrae membr. *A.* verum etiam multo commodius ſententiam ab illo commendatam exprimunt, ſic ſcribentes, ut nos edidimus: ἀλλὰ δεῖ σκοπεῖν τοῦτ' αὐτὸ, τἀνθρωπ. &c. id eſt, ut in verſione poſuimus, *ſed ſpectare oportet hoc ipſum, hoc unum:* nempe, *ut in diem habeamus unde ſuaviter vivamus.* A qua ſententia prorſus aberravit GROTIUS, ſic ſcribens:

— — ἀλλ' οὐ δεῖ σκοπεῖν,
οὐδ' αὐτὰ τἀνθρώπει' ὁρᾷν τὰ πράγματα.

Quae latine ſic reddidit:

— — *Praeterea nihil*
curandum eſt, quid agant homines, aut quid non agant.

d Qui *verſu* 5. ſcripturam illam primus invexit, quae inde & ſcriptos libros & editos occupavit,

εἰς αὔριον δὲ φροντίζειν εἴ τι
ἔσται,

is (nisi plane per incogitantiam id commisit) verba περίεργόν ἐστι ad ista, quae praecedunt retulerat; non videns, ad sequentia ἀποκεῖσθαι πάνυ &c. illa pertinere. At, omissa esse nonnulla, iusto brevior versus satis arguebat. Ea ad sententiam recte, haud dubie, supplevit Casaubonus: sed nec ferendus ille in verbis εἰς αὔριον δ' ὲ οὐχὶ hiatus: & perapta huic loco dictio εἴ τι non in ὅ τι erat mutanda. Quare commodius videbatur id quod ex nostra edidimus coniectura, d

εἰς αὔριον δὲ μὴ φροντίζειν εἴ τι καὶ &c.

Grotio placuerat:

εἰς αὔριον δὲ μηδὲ φροντίζειν, τί ἂν ἔσται,

Eiusdem *Philetaeri*, ex *Oenopione*, *versum postremum*,

οὐδ' ἐν νεκροῖσι πέπτεται γαμήλιος:

recte sic interpretatus est Casaubonus: *in orco non coquitur* placenta *nuptialis*. »Deest enim (inquit) ex usu »loquendi nomen πλακοῦς. Placentae & opera dulciaria, »vel praecipua pars olim apud Athenienses apparatus »nuptialis: ideo mulieres δημιουργοὶ in eam rem adhibi»tae, de quibus satis ante dictum est. [vide IV. 172. a. »& seqq. ibi notata.] Hesychius: Γαμήλιος· ὁ εἰς τοὺς »γάμους πεσσόμενος πλακοῦς.«

AD CAP. XIII.

Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Καρύστιος. Temere in ed. Bas. & Cas. omissa coniunctiva particula, quam recte adiectam habet ed. Ven. cum ms. *A*. In *Epit.* est, καὶ Ἀπολλ. ὁ Καρυστ. Perperam vero in editt. omnibus scribebatur ἐν Γραμματιδοποιῷ. Ubi monuit Casaubonus: »Melius Γραμμα»τιδιοποιῷ: neque aliter vetus Messaei liber. [Sic vero & »vetustissimae membr. *A*.] Recoctum aliquem *formularium* »aut *litium procuratorem* traduxisse eâ fabulâ videtur poë»ta. Γραμματίδια vocabant *litium instrumenta*: ut in de»scriptione Ἀπονοίας Theophrastus, Ἔχων ἐχῖνον ἐν τῷ »προκολπίῳ, καὶ ὁρμαθοὺς γραμματιδίων ἐν ταῖς χερσί. »Vulgata lectio apud Pollucem, libro VII. cap. ult. [sect. »190.] Ἐκπωματοποιὸς, inquit, δρᾶμα Ἀλέξιδος, καὶ »Γραμματιδοποιὸς Ἀπολλοδώρου.« [Id hodie ex melioribus libris correctum in Pollucis editionibus.] »Sed no»tanda eiusdem Pollucis verba lib. X. cap. XXIII. Ἐν δὲ

»τῷ τοῦ Γελῴου Ἀπολλοδώρου Γραμματοποιῷ· κυμινοθήκη »μεταξὺ τῶν λόγων τούτων εἶναί μοι δοκεῖ. Non puto »aliam fabulam intelligi: quamquam huius auctorem *Apol-*»*lodorum* Athenaeus *Caryſtium* nominat, Pollux *Geloum*. »Erravit fortaſſe huius aut illius mens alibi occupata: »niſi hoc verius, variaſſe iam olim ſuper auctore eius »fabulae Criticorum ſententias: nam & *Apollodorus* qui-»dam fuit *Gelous* comoediarum factor. Meminit Pollux »coniunctim utriusque, *Geloi*, inquam, & *Caryſtii*, lib. X. »cap. XXXI. & *Caryſtii* ſeparatim, cap. XXXII. & XXXIII. »Suidas comicos duos prodit nobis eiusdem nominis, »neutrum Caryſtium: ſed Geloum alterum, alterum Athe-»nienſem. Idem fabulam unam Geloi Apollodori inſcribit »Ἀριστόδειπνον: [immo Γραμματόδειπνον:] hanc ipſam, »de qua agimus, intelligens, niſi fallimur. Itaque locus »corrigendus.« — *Libellificem* interpretatus eſt GROTIUS, in Excerpt. pag. 802. cuius latinam verſionem ſequentibus verſibus ſubiecimus.

e In huius *APOLLODORI verſu* 2. recte ex *Epit.* editum, ἐπιμελεῖσθε τοῦ καλῶς ποιεῖν; Perperam τοῦ καλῶς ποιεῖν ms. *A.* *Verſu* 3. Si vera eſt ſcriptura ἀλλήλους, fuerit participium πολεμοῦντες a verbo πολεμόω derivandum; & hoc dixerit auctor, *ad bellum concitantes alios adverſus alios*. Multo vero eſt probabilius, id dixiſſe poëtam, quod GROTIUS verbis illis expreſſit, *bellantes alii in alios*. Id vero Graece ſonat, πολεμοῦντες ἀλλήλοις: quemadmodum & in Graecis verſibus ſcripſit idem Grotius. Nihil tamen ab edita ſcriptura diſſenſionis ex ms. *A.* adnotatum: & in ms. *Ep.* perſpicue ἀλλήλους ſcriptum.

Quod *verſ.* 5 *ſq.* ait, οὔτε παιδείαν ὅλως εἰδυῖα, pro eo deinde pag. 281. a. dixit, ἀπαιδεύτῳ τύχῃ δουλεύομεν. In *verſu* 6. cum ſic ederetur,

εἰδυῖα· τί τὸ κακὸν, ἢ τί ποτ' ἦ τἀγαθὸν
ἔστ' ἀγνοοῦσα &c.

manifeſtum vitium inerat, Caſaubono non animadverſum. Nam & metro non conſtabat ratio: & verbum ἦ ferri non poterat; cum quoniam deſiderabatur indicativus modus, non ſubiunctivus; tum quod diſerte adiectum initio verſus ſequentis eſt verbum ἐστὶ, huc referendum. Metro quidem recte conſuluit GROTIUS, ſic corrigens,

εἰδυῖα; τί τὸ κακὸν, ἡ δὲ τί ποτ' ἦ τἀγαθὸν
ἔστ' ἀγνοοῦσα παντελῶς. —

At nec placere nobis (quod iam dixi) potuit ſubiunctivus modus ᾖ, eâ in ſermonis ſtructurâ poſitus; nec verbum ἐστὶ, adiectum participio ἀγνοοῦσα, duobus aliis participiis (εἰδυῖα & κυλινδοῦσα) interiecto, quae participia rectius per ſe ſtabant absque verbo ſubſtantivo. Denique particula ἠδὲ in Comicorum iambis nusquam, quod ſciam, occurrit. Quare alia emendandi ratio ineunda nobis viſa erat: ſcilicet

— — ἢ τί ποτε δ' ἢ τἀγαθὸν
ἔστ' ἀγνοοῦσα &c.

Parum iuvabant ſcripti libri. Nam commode quidem, ſed prorſus neglecto metro, ſic dabat ms. *Ep.* ἤ τι τὸ κακὸν, ἢ τί ποτε τἀγαθὸν ἔστ' ἀγνοοῦσα. Codex *A.* vero corrupte, in hunc modum: τί τὸ κακὸν, ἢ τί ποτ' ἢ τί τἀγαθὸν ἔστ' ἀγνοοῦσα.

Verſ. 10. Cum ait, Ἕλλην ἀληθῶς οὖσα, videmus *mulieres* eſſe quae inter ſe ſermones miſcent: quod rurſus ex vs. 13. adparet. Eiusdem *decimi verſus* duo poſtrema verba ſic ſcribebantur in editis:

— — λυπομένους ὁρᾷν.

Quod cum mendoſum eſſe videret GROTIUS, inverſo verborum ordine ſic ſcripſit,

— — ὁρᾷν λυπωμένους:

& in latina verſione: *optaret potius cernere afflictarier.* At nobis unice verum viſum eſt id, quod & uterque codex noſter dedit, & in ms. Pariſ. *B.* & *C.* etiam Villebrunius reperit: λεπομένους ὁρᾷν: quod *excoriantes alter alterum* interpretandum putavi. Nam λέπω idem valet ac λεπίζω. Λεπίζω autem, ἐκδέρω (id eſt, *excorio*) interpretatur Heſychius. Non eram quidem neſcius, τὸ λέπειν ab Ariſtophanis Scholiaſte ad Acharn. 724. per τύπτειν exponi; quo etiam pertinet Heſychiana gloſſa, Λεπεῖν· τύπτειν: ſed prior interpretatio aptior huic loco videbatur.

Verſ. 12. ὑποπεπτωκότας mendoſe ſcriptum erat in edd. & in ms. *A.* Recte vero ὑποπεπωκότας dedit ms. *Ep.* quemadmodum iam olim corrigendum monuerat *Paulus* LEOPARDUS, Emendat. lib. IX. cap. 23. idque iam ante nos a Dalecampio in verſione expreſſum, & a Grotio in Graecis verſibus receptum. In eodem verbo ſimiliter & aliâs ſubinde lapſos librarios aut editores vidimus.

Verſ. 13. In verbo αὐλουμένους eclogam iſtam terminavit Epitomator. Quae corrupta ſequebantur in editis,

f ὦδὶ λέγειν. ὦ γλυκυτάτη : ea ſic corrigebat GROTIUS :
αὐλουμένους, ᾠδῇ λέγειν· ὦ γλυκυτάτη.
Ubi perſpecte quidem ᾠδῇ fecit ex mendoſo ὦδὶ, pro quo haud multo melius ὠδεῖ in ms. *A.* ſcriptum. At nec commode iungebantur ᾠδῇ λέγειν : & ipſe infinitivus λέγειν non habebat quo referretur. Meliora hîc dedit ms. *A.* id ipſum exhibens quod edidimus, λέγ' αὐτῇ, γλυκυτάτη. Unde adparebat, nomen ᾠδῇ cum αὐλουμένους fuiſſe iungendum, quod erat commodiſſimum. αὐλεῖσθαι ᾠδῇ, *tibiis canere*, vel *ad tibiam cantare*, ut in verſione poſuit Grotius.

De *ſequente Ecloga* Abbreviator nihil niſi poſtrema verba adpoſuit, poſt αὐλουμένους ſic pergens : Εἶτ' ἐπάγει· ἀπαιδεύτῳ τύχῃ δουλεύομεν. Ad illius Eclogae initium, cum ſic ederetur,

Οὐ τοῦτο τὸ ζῆν ἐστὶ τὸ καλούμενον
Θεῶν ἀληθῶς βίον.

haec notavit CASAUBONUS : »Malim βίος. Hoc ſenſu : »*Iſtud quod vivere nunc vocant, ſive haec communis hominum* »*vita, non eſt illa vera vita, quae dicitur vita Deûm.* Sic in »ultimis verſibus : τοῦτ' ἦν τρυφὴ, καὶ βίος ἀληθῶς.« — Praeterierat doctiſſimi viri obſervationem, claudicare in primo verſu metrum : cui vitio remedium adhibiturus GROTIUS, ſic ſcripſit :

Οὐ τοῦτο τὸ ζῆν ἐστι τοὐπικαλούμενον
Θεῶν ἀληθῶς βίον ;

Quod quo pacto placere potuerit ſummo viro, haud ſatis video. Ipſe accuſativus βίον perſpicue indicare mihi videbatur, in ſuperiori verſu τὸν καλούμενον fuiſſe ſcribendum : quo facto & conſtructioni verborum & metro perapte conſtat ratio. Sed illud addubitari potuerit, ſintne iſta verba cum eodem GROTIO *interrogative* accipienda, an *citra interrogationem*, ut vulgo legi ſolent. De quo, quoniam quae apud poëtam proxime ante dicta erant ignoramus, in utramque partem disputare licuerit. Nec vero multum admodum intereſt, utro modo accipias.

a Ad *verſ.* ζ *ſq.* haec monuit CASAUB. : »Cum ait poëta,
»Πίνειν Ἀθηναίους ἅπαντας καὶ τοὺς μέχρι
»ἑτῶν τριάκοντ' ἐξιέναι :
»cave ſequaris interpretes.« [Nempe ſic latine verterat Dalecamp : *Si potent Athenienſes omnes, trigeſimum iam annum qui attigerunt.*] »Sed primum atque ultimum verbum con-

» iunge. πίνειν ἐξιέναι, eſt, *ire comeſſatum*. Comeſſatio tam a » bibendi quam amoris cauſſâ ſuſcipiebatur: atque eâ pe- » tulantiâ utebantur adoleſcentes, donec alia aetas alios » mores poſtularet. Poëta, ius hoc adoleſcentiae produ- » cens, ait, *beatam fore hominum vitam, ſi comiſſari ad tri-* » *ceſimum usque annum* [*omnibus*] *liceret.*« — Perſpecte. Sed ad eam ſententiam parum apta erat καὶ particula, primo verſui inſerta: quae quidem & metrum inſuper peſſumdabat. Quare recte illam abiecit GROTIUS, ſubiectâ notâ: » Legebatur καὶ τοὺς, contra verſum & ſenſum.« — Cui vel absque mſstorum auctoritate parere debueram. At, licet de illâ particulâ nihil ex ms. *A.* adnotatum videam, opportune tamen a VILLEBRUNIO monitum eſt, ignorare illam duos mſtos Pariſ. *B.* & *C.* Quare non dubito, abeſſe eamdem etiam a mſto *A.* e quo alios omnes codices, qui hodie exſtant, derivatos novimus.

Verſ. 8 & *ſq.* Nihil in *verbis* diſſentiunt libri, ſed in *diſtinctione orationis* (*verſu* 8.) mire variant editi; ex ms. *A.* vero nil adnotatum. In ed. Ven. continuo tenore absque ulla diſtinctione ſcribitur:

στεφάνους ἔχοντας καὶ μύρον πρὸ ἡμέρας

In ed. Baſ. *poſt* ἡμέρας *comma* ponitur. In ed. Caſ. non poſt ἡμέρας, ſed *poſt* ἔχοντας *comma* interſeritur. In iſtis autem cunctis editionibus in fine *verſ.* 7. poſt δέκα nulla eſt diſtinctio; quo fiebat, ut iungenda intelligi poſſent duo verba δέκα στεφάνους: quemadmodum Villebrune accepit, *avec dix couronnes*. Sed totum locum latinè ſic expreſſerat Dalecampius: *Si Corinthum equites egreſſi adeant, comeſſaturi per decem dies, coronati, & diluculo unguentis delibuti: ſi Megarenſes elixam braſſicam vendant.* — CASAUBONI ad eumdem locum animadverſio eſt haec: »Pone τελείαν » στιγμὴν poſt ἔχοντας: & ſequentia verba ſic accipe » quaſi eſſet ſcriptum, καὶ μύρον ἔφειν πρὸ ἡμέρας τοὺς τὴν » Μεγαρέων ῥάφανον πωλοῦντας. Vitae beatae hanc ter- » tiam conditionem ſtatuit: ut *omnes ii, qui Athenis ven-* » *debant ῥαφάνους Megaricas, fierent* μυρεψοὶ, hoc eſt, *un-* » *guentarii.*« — GROTIUS, cuius verſionem (ex Excerptor. pag. 802 ſq.) nos ſub contextu adpoſuimus, Graeca ſic conſtituit:

— ἐξιέναι τοὺς δ' ἱππέας
ἐπὶ κῶμον εἰς Κόρινθον ἡμέρας δέκα,
στεφάνους ἔχοντας, καὶ μύρον πρὸ ἡμέρας·

a τοὺς τὸν ῥάφανον πωλοῦντας ἐλθεῖν Μεγαρέας. Qui quod pro τὴν ῥάφανον, quod recte editum erat, (conf. l. 34. c. d. e.) τὸν ῥάφανον ſcripſerit, imprudenti ſummo viro excidiſſe videtur. Eodem tamen modo verba iſta in Notis (pag. 994.) repetiit, ubi ait: »Τοὺς τὸν ῥά»φανον πωλοῦντας ἐλθεῖν Μεγαρέας. Sic nos repo»ſuimus, pro ἔψειν Μεγαρέων. Conqueritur, quod »per Periclem Megarenſibus foro interdictum ſit, qui braſ»ſicam Athenas ferre ſolerent.«

Verſus 11. Quum iuſto longior ſic eſſet editus,

κεραννύναι τὸν οἶνον Εὐβοῆς. τοῦτ' ἦν τρυφὴ,

duo verba τοῦτ' ἦν delevi auctoritate membranarum *A.* quae, in caeteris nil mutantes, iſta verba ignorant. Nec vero diffiteor, miram veri ſpeciem ineſſe ingenioſae Grotii coniecturae; qui, tenens verba τοῦτ' ἦν, ſic corrigebat:

κεραννύναι τὸν Εὐβοῆ· τοῦτ' ἦν τρυφὴ, &c.

Tum in Notis ait: »Verſus erat ex interpretamento vi»tiatus, κεραννύναι τὸν οἶνον Εὐβοῆς. Erant tum *Euboënſes* »in Laconicis partibus. Itaque conqueritur, quod *vinum* »optimum *Eubœicum* ultra non acciperent.«

AD CAP. XIV.

b ἀπλήστως διακείμενον. Sic recte mssti. Mendoſum ἀπλείστως mireris ex ed. Ven. in caeteras omnes propagatum. Etiam paulo poſt, recte δι' ὃν dedere mssti, ubi corrupte δι' ὧν edd. De *Tantalo* quod hîc narratur, adnotavit Dalecampius conſuli poſſe de eodem Erasmum, in Adagio *Tantali lapis.*

d ὁρμήσαντα ἐπὶ τρυφὴν dedit ms. *A.* *Ibid.* Ἀπολλοφάνης δὲ &c. Haec de *Apollophane* omiſit Epitomator. In mendoſa vero ſcriptura Ἀφάνης non diſſentit ms. *A.* ab editis. »Quis eſt autem (ait Casaubonus) ſcriptor »ille obſcurus & vere ἀφανὴς, de quo mox ſequitur: »Ἀφάνης δὲ, γνώριμος δὲ ἦν καὶ οὗτος τοῦ Ἀρίστωνος, &c. »*Aphanem* ex omnibus antiquis nullum ego novi. *Apha»reum* ſcio fuiſſe nomen olim uſitatum. Sed videtur Ἀφά»νης per compendium ſcriptum pro Ἀπολλοφάνης, aut Ἀρι»στοφάνης, aut Ἀντιφάνης.« — Ἀπολλοφάνης ſcriptum oportuiſſe, communi conſenſu monuerunt doctiſſimi viri, Reinesius Variar. Lect. II. pag. 334 ſq. Mena-

GIUS ad Laërt. VII. 92. & 161. IONSIUS, DE Scriptorib. d Hiſt. Phil. II. 6. pag. 171.

Περὶ δὲ Διονυσίου τοῦ Ἡρακλεώτου &c. »De *Dionyſio Me-*»*tathemeno* Diogenes Laërtius lib. VII. [ſect. 166 ſq. ubi »conf. Menag.] ἀνθινὰ μετημφιάσατο probe & vere »ſcriptum, neque audiendi qui cenſent mutandum. ἀνθινὰ »ſunt *veſtes verſicolores:* luxurioſis olim propriae & parum »pudicis. Ideo cautum Romae veteri lege Oppia, *ne qua* »*mulier veſtimento verſicolori uteretur*, auctore Livio, libro »XXXIX. Et apud Athenienſes ἀνθινὰ geſtare meretricum »fuit. Suidas: [voc. Ἑταιρῶν:] Νόμος Ἀθήνῃσι, τὰς ἑταί-»ρας ἀνθινὰ φορεῖν. Similis lex etiam apud Locros, cuius »auctor Zaleucus, teſte Suida eodem.« CASAUBONUS. — In ed. Ven. & Baſ. perperam ἀντιμεταμφιάσας legebatur. ἄνθινα μετημφιάσατο, quemadmodum Caſaubonus edidit, ſic habent ambo noſtri mssti: & ἄνθινα quidem *antepenacute* in his h. l. ſcribitur, ut editum a Caſaubono; pro quo idem Caſaub. in Animadv. ἀνθινὰ acute ſcripſit, quemadmodum & ἀνθινὰ editur XII. 521. b. & 542. d. & ἀνθιναὶ στόλαι vel ἐσθῆτες, XII. 523. a. & 528. e. Sed antepenacutam ſcripturam ubique Suidas tenet, cum in voce Ἄνθινον, & in Ἄνθινος χιτὼν, tum ſub voce Ἑταιρῶν: pariterque ſub voce Ζάλευκος; ubi in Küſteriana quidem editione ἐν ἀνθινοῖς ſcribitur, ſed in vetere Mediolanenſi, itemque in aliis ante Küſterum, ἐν ἀνθίνοις. Similiter apud Etymologum, pag. 212. l. 42. ſcribitur ἄνθινον μῦρον.

γηραιὸς, non γεραιὸς, ſcriptum in utroque noſtro codice. *Ibid.* In TIMONIS altero verſiculo, poterat quidem metri cauſſâ ferri fortaſſe codicum noſtrorum ſcriptura παύεσθαι, quoniam diphthongus αυ ante vocalem corripi potuit. Sed quandoquidem amant iſto verbo in praeterito magis uti, quam in praeſenti tempore, tenendum putavi πεπαῦσθαι, quod commode erat editum. Idem verſus etiam alibi, ni fallor, (non memini, ubi) citatus legitur. Qui in Sacrarum Scripturarum lectione non plane hoſpes eſt, ei (quod ad ſententiam ſpectat) ſponte hîc occurrent quae leguntur Eccleſiaſt. cap. 3.

AD CAP. XV.

Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος, ἐν τῷ τρίτῳ Περὶ Σώφρονος,

e τῷ εἰς τοὺς Ἀνδρείους Μίμους, &c. » Hic est APOLLODO-
» RUS, antiquus Grammaticus, qui & *Sophronem* & Epi-
» charmum, ut auctor est Porphyrius in Vita Plotini, poë-
» tas obscuros, radiis ingenii sui illustraverat. *Commenta-*
» *riorum* illius *in Sophronem* saepe Athenaeus meminit, &
» in universum eos appellat τὰ Περὶ Σώφρονος, ut hîc, &
» iterum paulo post, [p. 309. c. d.] atque in simillimo li-
» bri tertii loco. [III. 89. a.] Et tamen viro docto fraudi
» fuit hoc loquendi genus; qui vertit hîc, *Apollodorus li-*
» *bro* DE *Temperante*: errore vaegrandi. Sic autem soliti
» poëtarum antiqui Interpretes suos commentarios inscri-
» bere. Libro XII. [pag. 533. e.] Χαμαιλέων ἐν τῷ Περὶ
» Ἀνακρέοντος: id est, *Chamaeleon libro Commentario in Ana-*
» *creontem.* Alibi, [VII. 314. c. d.] Δίφιλος περὶ τῶν Νικάν-
» δρου Θηριακῶν: pro, *in Nicandri Theriacorum Enarratione.*
» Aristophanis Scholiastes ad Vespas [vs. 523.] *quartum*
» *librum Commentariorum Apollodori in Sophronem* laudat, ne-
» que aliter inscribit: Ὁ δὲ Ἀπολλόδωρος [inquit] καὶ ὅτι
» ποτήριον τοῦ ἀγαθοῦ δαίμονος μεστὸν πάλιν ἀνεπλήρουν
» δεδήλωκεν ἐν τῇ δ'. περὶ Σώφρονος. Notum autem est,
» *Sophronem* & *Muliebres* & *Viriles Mimos* separatim edidis-
» se: quorum & in Athenaeo & apud alios passim men-
» tio. Ita igitur verte: *Apollodorus Athenienſis libro tertio*
» *Commentariorum in Viriles mimos Sophronis.* Deinde quae
» sequuntur verba, προθεὶς τὸ καταπυγοτέραν τ' ἀλφη-
» στᾶν, φησὶν, ita accipe: *cum praeposuisset ista Sophronis,*
» καταπυγοτέραν δ' ἀλφηστᾶν, *impudiciorem alphestis, haec*
» *dicit;* videlicet quae addit Athenaeus. προθεὶς, familiare
» huic scriptori hoc sensu. Qui scribunt Commentarios,
» praeponunt quod explicandum est suae interpretationi.
» Sic libro XII. [533. e.] Χαμαιλέων ἐν τῷ περὶ Ἀνακρ.
» προθεὶς τὸ ξανθ. Libro XI. [pag. 468. f.] Φιλήμων δ' ἐν
» τοῖς Ἀττικοῖς ὀνόμασιν ἢ Γλώσσαις, προθεὶς Κάλπις. In
» eodem: [XI. 493. c.] Σωσίβιος ὁ λυτικὸς, προθεὶς τὰ ἔπη.
» Libro III. [pag. 89. a.] Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ Πε-
» ρὶ Σώφρονος, προθεὶς τὰ λιχνότερα [forſ. τὸ, λιχνοτέραν]
» τᾶν πορφυρᾶν. In omnibus his locis caecutiunt docti in-
» terpretes: in quibusdam vacillat librorum fides. De er-
» rore Breviatoris quem hîc admisit, & post illum Eusta-
» thius, initio operis diximus. « CASAUBONUS. — Scilicet
(ut ab hoc proximo incipiam) monuerat Casaubonus in
Animadversionum suarum introitu, ubi de *Epitoma plenio-*

ris *Athenaei operis* loquitur, falli Eustathium, Apollodoro e tribuentem quae Sophronis sunt, cum scribit ad Iliados Ῥαψ. σ'. [pag. 1226. l. 37.] Ἀπολλόδωρος τοὺς ἀκρατεῖς καὶ καταφερεῖς ἀλφηστὰς εἶπεν, ἐν τῷ καταπυγοτέραν ἀλφηστῶν: deceptum autem fuisse ab Epitomes confectore, qui ex hoc loco, in quo versamur, negligenter lecto sic scripsit: τοὺς ἀκρατεῖς καὶ καταφερεῖς ἀλφηστὰς καλοῦσιν, ὡς Ἀπολλόδωρος. Eodem loco idem Casaubonus Graeca Athenaei verba, de quibus agimus, paulo commodius in hunc modum latine reddiderat: *Apollodorus Athenienſis, Commentariorum in Sophronem libro tertio, ubi Viriles eius Mimos interpretatur, praepoſitis poëtae verbis* καταπυγοτέραν τ' ἀλφηστᾶν, *ſcribit* &c. Quod Epitomator communi sermone ἀλφηστῶν scripsit, pro eo Sophron dorico idiomate ἀλφηστᾶν dixerat. Pro τἀλφηστᾶν, quod cum editis habent veteres membranae, suspicatus eram, fortasse τᾶν ἀλφηστᾶν scriptum oportuisse, quemadmodum in simillima eiusdem Sophronis dictione (III. 89. a.) τᾶν πορφυρᾶν scribitur. Sed nihil prohibebat, quo minus vulgatum sic teneremus, ut disiunctis vocibus τ' ἀλφηστᾶν scriberemus, quemadmodum Casaubonus in Animadverſ. fecit: nam quod is ibi semel δ' ἀλφηστᾶν scripsit, id non consulto feciſſe videtur. Ac fuerit fortasse in *Sophronis Mimis* ipsa haec dictio cum altera illa, quae pag. 89. a. adfertur, ita coniuncta, λιχνοτέραν τᾶν πορφυρᾶν, καταπυγοτέραν τ' ἀλφηστᾶν. Sed de hoc statuat quisque uti libuerit. Nude quidem καταπυγοτέραν ἀλφηστᾶν scribitur in Etymologico, ubi eadem Sophronis dictio commemoratur, & reliqua quae hic habet Athenaeus, paene ad verbum repetuntur.

Ἰχθῦς τινες οἱ ἀλφησταὶ, τὸ μὲν ὅλον κιῤῥοειδεῖς. Ad f editam olim scripturam κηροειδεῖς, notaverat Casaubonus: »Potest legi κιῤῥοειδεῖς, qua voce Dioscorides utitur. Ita fere scriptum in Excerptis; neque alii»ter Eustathius: & sequitur ex Aristotele, μονάκανθον εἶ»ναι καὶ κιῤῥὸν τὸν ἀλφηστικόν. Lectionem tamen editam »antepono. Eâ mox Epicharmus utitur. Plinius vertit, »*lutei coloris.*« — *Cinaedos* latine pisces hos nominat Plinius, XXXII. 11, 53. qui quod colore *luteos* esse dicit, potuit κιρροὺς vel κιῤῥοειδεῖς ita interpretari. (Conf. Rondelet apud Gesner. de Aquatilib. pag. 36.) Et habet quidem h. l. κηροειδεῖς, quod sciam, noster ms. *A.* cum editis:

f ſed nimis ſaepe in illo codice & vocales *η* & *ι* confunduntur, & pro geminata litera ſimplex ponitur, quam ut iſta ſcriptura turbare nos debeat. Quem piſcem colore κιῤῥὸν dixit Ariſtoteles, eumdem κιῤῥοειδῆ dixiſſe Apollodorum probabile eſt. Et hoc ipſum κιῤῥοειδῆ in contextu habet noſter ms. *Ep.* licet ſuperne inter lineas adſcripta litera *η*. Euſtathius (ad Iliad. pag. 1226.) neutram ſcripturam habet: de colore piſcis ea tantum verba adpoſuit, quae ex Ariſtotele mox adferuntur. Epicharmus vero ſi in verſibus paulo poſt (p. 282. a.) citatis, vocabulo κηροειδὴς uſus eſſet, nihil inde pro huius loci ſcriptura colligi poſſet; non enim ad alpheſten, ſed ad coracinum piſcem ſpectat iſtud epitheton. At Etymologus, in voce Ἀλφηστὴς, ad verbum haec, quae hîc habet Athenaeus, deſcribens, κιῤῥοειδεῖς habet: quam adeo praeferendam ſcripturam iudicavi cum HEYNIO, in Apollodori Fragmentis p. 1140. Quod de propoli, quam vocant, in apum alveis, Dioſcorides lib. II. c. 76. (al. 106.) ait, εὑρίσκεται περὶ τοῖς στόμασι τῶν σμηνίων φύσει κηροειδής: id manifeſte non ad *colorem*, ſed materiam pertinet, quam *cerae ſimilem* dicit. Conf. Plin. XI. 7, 6. Simili ratione Plato σῶμα κηροειδὲς, *corpus cereum*, dixit: quae exempla illius vocabuli ab H. Stephano in Theſ. T. II. p. 193. d. e. citata ſunt.

Quod in editis ſic ſcribebatur, ἁλίσκεσθαι σύνδυο, id per ſe non improbavi: ſed ſecutus ſum codices noſtros, quorum uterque σὺν δύο diſiunctis vocibus habet. *Mox:* quod in codice noſtro *Epit.* ſcribitur τὸν ἕτερον ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ κατ' οὐρὰν ἑπόμενον: id videri poterat rectius eſſe eo, quod ex ſuperioribus editionibus tenuimus. Valet enim ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ *poſt alterum*; & κατ' οὐρὰν, *iuxta caudam*, vel *a cauda*. Tria iſta, de quibus quaerimus verba, omiſit Euſtathius, hunc locum ex Epitoma referens. Sed noſtram ſcripturam, ἐπὶ τοῦ ἑτέρου, non modo vetus ms. *A.* verum etiam Etymologi teſtimonium l. c. firmat. Quae ſcriptura in hunc modum accipienda, quaſi dixiſſet, τὸν ἕτερον ἑπόμενον ἐπὶ τοῦ κατ' οὐρὰν (ſcil. μέρους) τοῦ ἑτέρου. *Porro:* pro καταφερεῖς, quod cum editis (ni fallor) membranae *A.* agnoſcunt, ſcribitur κατωφερεῖς in ms. *Ep.* in contextu; ſed ibi quidem *α* litera ſuperne eâdem manu inter lineas adnotata. καταφερεῖς editur apud Euſtathium, ut vulgo apud noſtrum cum hîc tum alibi. At κατωφερεῖς habes apud Etymolo-

gum in Ἀλφηστής: quam ſcripturam & alibi ſubinde re- f
periri Henr. Stephanus in Theſ. monuit. Sic quidem & apud Heſychium ſcribitur, in Καταπυγής.

Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ Ζώων, μονάκανθον εἶναι καὶ κίρρον τὸν ἀλφηστικόν. Coniunctivam particulam poſt Ἀριστοτέλης, cum deeſſet editis, adieci ex ms. *Ep.* — »In »verbis Ariſtotelis ſuſpecta vitii erat vox ἀλφηστικόν: do»nec comperi, non ſolum *alpheſtam*, ſed & *alpheſticum*, pi»ſcem hunc fuiſſe nominatum. Sic autem appellat eum »Diocles, in primo Ὑγιεινῶν.« CASAUBONUS. — In noſtro ms. *Ep.* ita curte in fine ſcribitur illud vocabulum, ut nil aliud niſi ἀλφηστὴν voluiſſe librarium diceres. Sed ἀλφηστικὸν cum editis tenent membr. *A.* Et ſic infra p. 305. b. in Dioclis teſtimonio ſcribunt libri omnes. Caeterum in *ARISTOTELIS* libris, qui hodie exſtant, nec ἀλφηστὴς, nec ἀλφηστικὸς, usquam commemoratus reperitur. Scilicet, quum voluminum ad *Animalium hiſtoriam naturamque* ſpectantium incredibilem numerum diligentiſſimus Philoſophus edidiſſet; (quinquaginta numerat Plinius, VIII. 6, 17. ſeptuaginta fere Antigonus Caryſtius, Hiſtoriar. Mirab. cap. 67.) praeter alia ex iſtis uſus erat Athenaeus opere hodie deperdito, quod inſcriptum erat περὶ Ζώων ἢ περὶ Ἰχθύων: quod interdum utroque illo titulo citatur apud Noſtrum, ut VII. 305. f. aut ἐν τῷ περὶ Ζώων καὶ Ἰχθύων, ut pag. 328. d. aut etiam hoc modo, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ζωϊκῷ ἢ περὶ Ἰχθύων, ut pag. 286. e. f. aut ἐν τῷ περὶ Ζωϊκῶν ἢ Ἰχθύων, ut pag. 319. d. aut ἐν τῷ περὶ Ζωϊκῶν καὶ Ἰχθύων, ut pag. 318. b. aut ἐν τῷ περὶ Ἰχθύων Ζωϊκῶν, ut habent editiones veteres cum membr. *A.* pag. 320. e. (ubi fortaſſe Ζωϊκῷ legendum, ut intelligatur ἐν τῷ Ζωϊκῷ-τῷ περὶ Ἰχθύων: ſive Ζωϊκῶν tenendo, ita accipiendus titulus ac ſi dixiſſet Athenaeus, ἐν τῷ τῶν Ζωϊκῶν βιβλίῳ, τῷ περὶ Ἰχθύων ἐπιγραφομένῳ. Sed ibi quidem ſua auctoritate Caſaubonus ἐν τῷ περὶ ἰχθύων ἢ ζωϊκῶν edidit: codex Epit. vero nude ἐν τῷ περὶ Ἰχθύων habet.) Nonnumquam vero nude ἐν τῷ περὶ Ἰχθύων citatur, ut pag. 303. d. Porro & nude ἐν τῷ περὶ Ζώων, quemadmodum hoc quidem loco, in quo verſamur, cum editis habent ambo noſtri mssti; certe ex ms. *A.* nulla adnotata varietas, in ms. *Ep.* vero plane ſic exaratum video; pariterque pag. 305. d. Et ſic rurſus habes pag. 300. e. in edd. & ms. *A.* ubi quidem ipſa verba ἐν τῷ

f περὶ Ζώων ignorat Epitoma. At pag. 327. f. ubi eodem modo (ἐν τῷ περὶ Ζώων) in ms. *Ep.* & in ed. Caſ. ſcribitur, ibidem ἐν τῷ περὶ Ζωϊκῶν habent ed. Ven. & Baſ. cum ms. *A.* Rurſus ἐν τοῖς περὶ Ζώων ſcribitur quidem in omnibus libris pag. 286. b. ſed pag. 330. a. ubi haud dubie idem Ariſtotelis locus citatur, libri omnes communi conſenſu ἐν τῷ περὶ Ζωϊκῶν habent; quam eamdem ſcripturam (ἐν τῷ περὶ Ζωϊκῶν) pariter omnes tenent p. 300. f. 313. d. 315. e. & 319. c. Quare videndum, ne & hoc ipſo loco in quo haeremus, & aliis huic ſimilibus, pariter Ζωϊκῶν pro Ζώων ſcriptum oportuerit. Sed hoc quidem minime urgeam: quippe facile credas, perinde *utrolibet* titulo *eumdem* librum potuiſſe citari. Fuerint contra alii, qui ſibi perſuadeant, de *diverſis* agi libris. Sane, Apollonio Alexandrino, Grammatico, ſi fides habenda, (de quo vide Voſſium, De Hiſtoricis Graec. pag. 228.) *duo fuere Ariſtotelis opera, quorum alterum* περὶ τῶν Ζώων, *alterum* περὶ τῶν Ζωϊκῶν fuerit inſcriptum. Δύο γάρ εἰσιν πραγματεῖαι, (inquit) ἡ μέν, Περὶ ζώων· ἡ δὲ Περὶ τῶν ζωϊκῶν. Quae ita interpretatus eſt Meurſius, quaſi omnes *de Animalibus* libri Ariſtotelis in duas partes fuiſſent tributi, quarum una Περὶ τῶν ζώων, altera Περὶ τῶν ζωϊκῶν fuiſſet inſcripta. Apollonii verba (ex Hiſtor. Mirab. cap. 27.) adpoſuit Menagius ad Laërt. V. 25. & Beckmann ad Antigoni Hiſtor. Mirab. pag. 116. ubi & Meurſii verba exhibuit. Quid vero diſcriminis inter τὰ ζῶα & τὰ ζωϊκὰ adeo poſuerit Philoſophus, non video declaratum. Sed illud utcumque ſit: viſum erat nobis unum idemque fuiſſe Philoſophi opus, quod modo περὶ Ζώων, modo περὶ Ζωϊκῶν inſcriptum perhibetur apud Deipnoſophiſtam. Denique idem liber etiam aliquando uno verbo ſic citatur, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ζωϊκῷ, pag. 328. f. Sed cum iſto libro non confundendus ille, qui in editionibus Athenaei nonnumquam hoc titulo, ἐν πέμπτῳ περὶ Ζώων, in msstis libris vero conſtanter iſto, ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων vel ἐν πέμπτῳ περὶ Ζώων Μορίων, citatur: quo nomine indigitavit Athenaeus eumdem librum, qui in Philoſophi operibus hodie exſtantibus, non illorum *Librorum* qui De *Partibus Animalium*, ſed eorum qui *Hiſtoria Animalium* inſcribuntur, ordine *quintus* numeratur: de quo in Animadv. ad II. 63. b. & ad III. 88. c. diximus, & mox rurſus ad pag. 286. c. nonnihil obſervabimus, rurſusque ad pag. 303. c.

& ad pag. 329. a. Quisnam vero sit eiusdem Philosophi f liber, quem sub titulo περὶ τῶν Ζώων Ἡθῶν laudat Noster, paulo post ad p. 282. c. docentem Casaubonum audiemus. Constitueram equidem hoc genere observationum in hisce Animadversionibus abstinere, easque cunctas in *Indicem Auctorum ab Athenaeo citatorum* differre, absoluto reliquo opere olim (si Deo placet) edendum. Sed dissensus librorum, & iudicium de vera scriptura ferendum adlatisque iustis rationibus confirmandum, cogit nos subinde, ut in huiusmodi disquisitiones nos immittamus. Et nunc potissimum, quum toto hoc septimo Athenaei libro quavis fere paginâ non semel, sed ter quaterque, *Aristotelis* adponantur *testimonia*, quorum pleraque hodie in Philosophi libris frustra quaeras, commode me facturum existimavi, si, quae sparsim & mira cum varietate ab Auctore nostro nominantur *Aristotelis* DE *Animalibus Scripta*, eorum recensum sub unum conspectum adponerem lectori.

μνημονεύει δ' αὐτοῦ. Sic commode edd. cum ms. *Ep.*

In EPICHARMI ex *Hebes Nuptiis* trochaico tetrametro, a in priori hemistichio particula κα metri caussa inserenda visa est. In fine versus, quum κηριοειδέες esset editum, eo exemplo extremâ pag. praec. vidimus Casaubonum adstruere conantem editam ibi scripturam κηροειδεῖς. At ibi de *alphesta* agebatur, cui color *fulvus:* hîc ad *coracinum* piscem refertur adiectivum, cui color *splendide niger*, quem ipsum colorem *coracinum* latine Vitruvius dixit. Vide RONDELET apud Gesnerum, de Aquatilib. pag. 294. & H. STEPHANUM, in Thes. Gr. Ling. T. II. p. 379. b. Ac ne per se quidem ad *colorem* referri posset vocabulum κηριοειδὴς, sed ad *figuram:* nihil enim aliud significaturum erat, nisi *favo similem:* adeoque de figura, quam referrent squamae piscis, foret intelligendum. Sed aliud nos docuere scripti libri. In ms. *Ep.* quidem h. l. deest ille versus: in *A.* vero κοριοειδέες scribitur. Quod ipsum vocabulum Hesychius adnotavit: Κοριοειδές· κορίῳ ἢ κόρῃ ἐοικός: id est, *pupillae vel pupulae simile;* quod in *colorem cum splendore quodam nigricantem*, qualis & *corvi* volucris est, & *coracini* piscis, mire valet. Repetitur idem Epicharmi versus pag. 308. e. ubi pari temeritate, atque hîc, κηριοειδέες editum erat: sed ibi uterque noster codex mstus κοροειδέες dabat, quod idem ac κοριοειδέες va-

let. Praetuli autem utrobique ſcripturam quam hîc codex *A.* offerebat; quae, praeterquam quod Heſychii firmatur auctoritate, metro unice convenire videbatur.

Μνημονεύει -- Μίθαικος ἐν Ὀφαρτυτικῷ. Deſunt iſta Epitomae. Ut vero hîc, ſic & p. 325. f. edebatur Μύθαικος: & hîc quidem, conſentiente (quod ſciam) msto *A.* at ibi refragante utroque codice, qui in ſcripturam per ι conſentiunt. Veram ſcripturam tenent omnes, III. 112. d. (ubi vide notata) & XII. 516. c. Confer Suidam in voce.

AD CAP. XVI.

b *EPICHARMI* verſiculi, quibus *anthias* piſcis commemoratur, ſic vulgo ſcripti legebantur: καὶ Σκιφίας, Χρόμιός τ' ἐν τῷ ἦρι καπτὸν ἄνεμον ἰχθύων πάντων ἄριστος, ἀνθίας δὲ χείματι. Ad quae CASAUBONUS: »Corruptiſſima haec »ſunt, ait, ut fere omnia Epicharmi. Dalecampius κάπτων »ſcribit, & horum piſcium ventoſam quandam conce»ptionem prodit.« [Scilicet, *auram avide vorant*, in verſione poſuerat; & de *aura genitali, quae foeminis pro mare eſſet*, interpretatus erat.] »Cui τερατολογίᾳ non eſt quod »vereamur anteponere veritatem. Membranae ſic praefe»runt, κατ . . . τὸν ἀνάμιον. Spondeo legendum, καττὸν »Ἀνάνιον. Doricum eſt καττὸν, pro κατὰ τὸν, ut ποττὸν »apud Theocritum, & infra ex eodem Epicharmo [pag. »286. f.] ποττούτοισι: nec multo ſecus ſcribuntur haec »Epicharmi ſub libri huius finem; [pag. 328. a.] quam»quam male etiam ibi ab interpretibus accipiuntur. Sane »quidem [hoc loco] in ampliſſimi Meſſaei codice κατ»τὸν liquido perſcriptum eſt. *ANANIUS* poëta, ſive *Ana»nias*, ut eum vocat Ariſtophanis Enarrator, Epicharmum »aetate praeceſſit. Ait igitur Epicharmus: *Chromius veris »tempore, auctore Ananio, piſcium omnium eſt optimus.* Ipſa »deinde Ananii verba ſubiecit Athenaeus, ceu Epicharmi »agens interpretem.« — Epicharmi verba praetermiſit Abbreviator. In membr. *A.* vero recte καττὸν Ἀνάνιον ſcriptum. Qui ξιφίας piſcis vulgo Graecis dicebatur, eumdem a Doribus σκιφίαν fuiſſe nominatum, iam ſupra monitum eſt, ad III. 85. Animadv. Vol. II. pag. 68.

ANANII verba, quae ſicut Epicharmi, veluti ſoluta oratio continuo tenore ſcripta edebantur, Trochaicis itidem conſtare verſibus, monuit HERINGA Obſervat. cap.

21. pag. 177. sed illis Ionica dialecto scriptis: qui versus b quo pacto digerendi essent, quove modo corigenda mendosa passim scriptura, idem vir doctus ibidem docuit. In fine *versus primi*, pro χειμῶνι desiderasses χείματι, quod & Epicharmus ibi posuit, & iusta versus trochaici lex postulabat. Sed similiter versus secundus, rursusque sextus, septimus, octavus, & nonus, penultimum pedem, qui septimus pes ab initio est, pro trochaeo *spondeum* habent: quod genus *claudicantium* versuum (ut vocat Hephaestio in Enchirid. pag. 19.) legitimis miscere, atque etiam frequentare (ut adparet) non dedignatus est vetus ille poëta: cui eidem *claudicantium* etiam *Iamborum* inventionem adscriptam fuisse a nonnullis ait idem Hephaestio p. 16.

Vers. 2. Quum mendose editum esset, καρὶς ἐκ συκέας φύλλον, monuit CASAUBONUS: »Scribe ἐκ συκέας »φύλλων: vel ἐν συκέας φύλλοις. Sic paullo ante »[p. 278. c.] praecipiebat helluonum magister amiam pa»rare ἐν συκέας φύλλοις, καὶ ὀριγάνῳ οὐ μάλα πολλῇ.« — Hoc loco φύλλων probans HERINGA, simul pro συκέας, ionico idiomate συκέης scribendum censuit. Et hoc ipsum quidem συκέης dedit nobis noster ms. *A.* sed idem φύλλου in singulari numero dabat, quod simul accipere debuimus. Epitomator, omisso secundo & tertio versu, sic scripsit: Ἀνάνιος· Ἔαρι δὲ χρόμιος ἄριστος, ἀνθίας δὲ χειμῶνι. Οἷς ἐπάγει· Κρέας δ' ἕλφακος ὅταν τραπέωσιν ἐσθίειν. Tum vero rursus quartum quintumque praetermisit.

Vers. 3. »Proxima verba, ἤδύ γ' ἐσθίειν χειμερὶς »[sic olim edebatur] φθινοπωρισμῷ κρέας, corrigo in hunc »modum, ἤδύ γ' ἐσθίειν χιμάρῳ φθινοπωρισμῷ κρέας. »Theocritus, [Id. I. 6.] χιμάρῳ δὲ καλὸν κρῆς, ἔστε κ' »ἀμέλξῃς. Sicula vox est φθινοπωρισμὸς, pro φθινόπωρον. »ὀπωρίζειν, *fructus autumnales colligere.* Vel scribendum, »φθινοπορινῷ, videlicet καιρῷ.« — Perspecte vero HERINGA monuit, non doricum χιμάρῳ, sed ionicum χιμαίρῃς hic ponendum fuisse: ad quod etiam proxime accedit codicis *A.* scriptura, in quo est χιμερῆς. Eidem Viro docto adsentior, φθινοπωρισμὸν non tam Siculam, quam Ionicam, esse vocem.

Vers. 4. Tenuit Heringa quod editum erat,

δ' ἕλφακος δ' ὅταν τραπῶσιν.

At aspernari nos non debuimus ionicam formam τραπέω-

b σιν, quam uterque codex offerebat. Ad ipſum verbum quod ſpectat, adnotavit CASAUBONUS: »Docti corri»gunt, ὅταν τρυγῶσι. « [Nempe Dalecamp. verterat, *Uvas post vindemiam cum calcaverint.*] »Editam ſcri»pturam tuentur omnes membranae. ἐκ παραλλήλου igi»tur dixerit poëta τραπῶσιν καὶ πατέωσιν: idem namque »ſignificant. Ac fortaſſe poſterius interpretamentum eſt »prioris, quod poëticum vocabulum eſſe obſervat Euſta»thius. Homerus, [Od. ν'. 125.] ἄλλας δὲ τραπέουσι. »Hinc dicti *trapetes*, qui apud Catonem inter vaſa torcu»laria, cap. 18. & alibi inter olearia.«

Verſ. 5. καὶ κυνῶν αὖτη τόθ' ὥρη.

Corrigebat HERINGA, καὶ κυνῶν αὐτὴ δὲ θ' ὥρη. Equidem tenendum vulgatum putavi. Sed (collato potiſſimum verſu ſexto) rectius fortaſſe hoc videbitur:

καὶ κυνῶν αὖθ' ἣ τόθ' ὥρη.

De re ſic CASAUBONUS: »Eſitaviſſe veteres Romanos »*catulinam carnem*, ex Feſto ſcimus & Plinio. Graeci & »*catulinam* edebant, hoc eſt, τὴν τῶν σκυλάκων: nam in »Hippocratis περὶ Παθῶν libro, κρέα σκύλακος ἑφθὰ legas: »& *canum* etiam grandioris aetatis. Ait enim Hippocra»tes eodem libro, ὄψον δὲ, λαγωοῦ κρέας καὶ κυνὸς τε»λείου. « — *Canes* a Graecis comedi ſolitos, obiter ſigni»ficaverat etiam Alexis apud Noſtrum, IV. 161. b.

Ad *ſextum verſum* haec monuit CASAUBONUS: »οἷος αὐ»τὸ ἔθ' ὅταν ϑέρος τε ᾖ, καὶ ἠχέται βαβράζωσι. Prima ver»ba, quae depravatiſſima ſunt, ſic recte emendamus du»bio procul: Οἷος αὖ τόθ' ὅταν ϑέρος τε ᾖ. Dixit *de car»nibus hoedorum, porcorum, canum, leporum & vulpium*: »nunc loquitur de *ovium*. βαβράζειν eſt [Heſychio inter»prete] συντόνως κράζειν, *contente clamare*: quod valde »convenit *ſtridentibus per ſolis aeſtum* menſibus Iunio & »Iulio *cicadis*. Vulgo ᾄδειν eas dicebant, ut ait Philoſo»phus.« — Pro αὐτὸ ἔθ' ὅταν, quod erat editum, αὐ»τὸ ετ' ὅταν (ſic) ſcriptum in ms. *A*. Pro quibus probavi Caſauboni emendationem, αὖ τόθ' ὅταν. HERINGA, omiſſâ mediâ voculâ, ſic emendaverat, Οἷος αὖθ' ὅταν. Pro diſſyllabo Οἷος, malui triſyllabum Ὅϊος, quod & metro perinde conveniebat, & magis Ionicum erat. De verbo βαβράζω confer quae notavit SCHNEIDER ad Aelian. de Nat. Animal. X. 45.

Verſ. 8. ἀλλὰ πᾶσιν ἰχθύεσσιν ἐμπρεπὴς ἐν μυττωτῷ.

DALECAMPIUS, in verſione: *omnibus quidem piſcibus myttotos convenit.* Tum idem in ora: »*Myttotos*, intritum con- b
»dimentum ex allio, porro, aceto, caſeo.« — Inde CASAUBONUS: »Dalecampius emendavit, ἐμπρεπὴς ὁ μυτ-
»τωτός. Non dicam, ſi ita ſit, potius fore ſcribendum
»τὸ μυττωτόν. At in univerſum ſententia eſt falſa: nihil
»enim eſt mutandum. Sic κατακνησθῆναι ἐν μυττωτῷ apud
»Ariſtophanem in Equitibus. [vs. 771.] Sed non obſer-
»vaverat vir eruditus, ἐμπρέπειν τισὶν eleganter dici
»Graecis pro *excellere inter aliquos.* Verte: *thynnus maris*
»*piſcis, cibus eſt non malus: ſed contra inter piſces excellit*
»*cum alliato*, vel *moreto.*« — ἐμπρεπὴς recte tenet ms.
Ep. ἐμπρεπεῖς habet ms. *A.*

Verſ. 9. Pro δοκέομεν, quod erat in ed. Baſ. & Caſ. recte δοκέω μὲν poſuit HERINGA: idque ipſum haud obſcure inerat in δοκέωμεν, quod habet ed. Ven. cum ms. *A.* Et nudum quidem δοκέω, absque μὲν, tenuit ms. *Ep.* Pro μέσων, quod habet ms. *Ep.* cum editis, c
eſt μεσέων in ms. *A.* In fine eclogae mendoſe κ' ἡμέρης editum erat: pro quo χ' ἡμέρης recte ſcriptum in *Ep.*

Pro eis verbis, quibus hoc caput concludit Athenaeus, Τῶν τοῦ Ἀναξίου &c. haec poſuit Abbreviator: Τοιαύτας ὑποθήκας τοῖς λάγνοις Ἀνάξιος ἐκτίθεται.

AD CAP. XVII.

Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ τῶν Ζώων ἠθῶν. »Hoc eſt, *Ari-*
»*ſtoteles in eo loco ubi animalium mores explicat.* Fallun-
»tur qui colligunt ex iſtis, peculiari opere, quod hodie
»non extet, *De Moribus Animalium* tractaſſe Ariſtotelem.
»*Nonus Hiſtoriarum* in ea re totus fere occupatur: ac ſunt
»eius libri prima verba, Τὰ δ' ἤθη τῶν ζώων ἐστὶν &c. Sic
»accipe in ſermone de mugilibus, [pag. 307. c.] ubi
»laudatur philoſophus ἐν τῷ περὶ Ζώων ἠθῶν καὶ βίων. Nam
»is locus deſumitur ex capite ſecundo libri noni Hiſto-
»riarum.« CASAUBONUS. — Quae de *anthia* piſce ex Ariſtotele hîc citantur, ea leguntur Hiſtor. Animal. lib. IX. c. 37. ubi tamen, pro ἀνθίας ᾖ, ſcribitur ἀνθίας ὁρα-θῇ: ibidemque ὅπου ἂν editur, ut apud Noſtrum edebatur; pro quo nos ὅπου ἐὰν ex utroque codice msto recepimus. Quod ait Philoſophus, *anthiam* piſcem ab urinatoribus *ſacrum* nominari, eo quod, ubi is conſpiciatur,

c nulla bellua adſit: eo teſtimonio ſupra uſi ſumus (in Animadv. ad lib. IV. pag. 157. a. Vol. II. pag. 524.) ad emendandum corruptum Diphili locum. Idem argumentum venuſtis verſibus deſcripſit Oppianus, Halieut. lib. V. 624 ſqq. Caeterum *facer piſcis quis apud Homerum* dicatur, paulo poſt disquirit Auctor noſter.

Τὸν δ' ἀνθίαν τινὲς καὶ κάλλιχθυν καλοῦσιν, ἔτι δὲ καλλιώνυμον, καὶ ἔλλοπα. In ſcriptura ἔλλοπα conſentiunt hîc ambo mssti cum editis; ſic & deinde lit. *c.* Sed mox lit. *d.* bis ἔλοπα ſimplici literâ λ habet ms. *A.* quam eamdem ſcripturam metri etiam ratio poſtulabat III. 136. a. & VII. 300. e. Sic & apud Xenocr. de Alim. ex Aquatil. c. 10. (pag. 38. ed. Neapol.) ſimplici λ literâ ἔλωψ ſcribitur; & perperam ibi quidem per ω, contra quam apud Noſtrum. Caeterum utraque ſcriptura, per λ & per λλ, in uſu fuiſſe videtur. Quod vero de *ſynonymia anthiae piſcis* adfert hîc DORION, id ipſe improbavit, ut paulo poſt docet Deipnoſophiſta. Quare etiam ſeparatim deinde, quamquam breviſſime, de *Ellope* ſive *Elope* agitur, pag. 300. e. & quod de *anthia* mox Iceſius medicus tradit, οὐκ εὐστόμαχον eſſe, eius contrarium Xenocrates de *elope* memorat, quem eſſe ait εὐστόμαχον. Caeterum ἔλλοψ fuit etiam *communis* quaedam *omnium piſcium denominatio*, de qua infra pag. 308. b. c. Denique ad univerſam iſtam anthiae ſynonymiam, quae hîc adnotata eſt, monuit CASAUBONUS: » Variis nominibus callionymi piſcis quae »ſubiiciuntur, unum adde ab auctore praetermiſſum: ἠμε»ροκοίτης enim quibusdam eſt dictus. Heſychius: 'Αμεροκοίτης· ὁ καλλιώνυμος ἰχθύς. Extat apud Oppianum. «

d »Quod *ex Iceſio* ſcribitur, *eumdem piſcem* ὑπὸ μέν τινων »λύκον, ὑπὸ δ' ἄλλων καλλιώνυμον appellari, mendae »ſuſpicione apud me quidem caret. Καλλιώνυμος nomen »eſt εὐφημίας, ut *Euxinus pontus*: λύκος a violentia di»ctus, qua utitur adverſus alios piſces; eſt enim σαρ»κοφάγος, ut ex Ariſtotele refertur. Scio, doctiſſimum »virum & naturae piſcium callentiſſimum RONDELETIUM »emendaſſe olim hunc locum & ſcripſiſſe λευκόν. De quo »ſtatuat quisque ut erit libitum: mihi quidem aliter vidé»tur. Nam, quod ille affirmat piſcem nullum *lupi* nomi»ne fuiſſe Graecis notum, perſpicue falſum eſt; cum di»ſerte ſcribat Heſychius, ἰχθὺν ποιὸν dici λύκον. Tuea»mur igitur lectionem omnium codicum: quemadmodum

»etiam in eo quod sequitur, εἶναι δὲ χονδρώδη καὶ d »εὔχυλον. Nam vocem χονδρώδη, quae in omnibus mem»branis habetur, praestat cum GESNERO interpretari, »quam mutare cum Rondeletio.« CASAUBONUS. — Rondeletum vide de λύκῳ sententiam suam exponentem apud Gesnerum, de Aquatil. pag. 59 med. Pro χονδρώδη, quum manifesto vitio in ed. Ven. & Bas. χρυδρώδη legeretur, DALECAMPIUS χυδαῖον δὴ emendavit, *vilem & vulgarem* intelligens. RONDELETUS vero, (apud Gesn. p. 56.) postquam prius de χονδρώδη cogitasset, improbans hoc, quia anthiae ex *cartilagineis* non sunt, ἐρυθραειδῆ, legendum statuit, id est, *rubescentem*. Perspectissime vero GESNERUS, pag. 59. sub finem: »Ego χονδρώδη potius, »inquit, legerim: non quod sit *cartilaginei* generis piscis, »quos Graeci σελάχη & σελάχια vocant, & χονδράκανθα: »sed quod *carnem* forte *solidiusculam* habeat. Nam *solida* »quaedam *cartilaginea* dicimus; ut Plinius etiam pastinacae »radicem. – – Ex iis quae in cibum veniunt, non ea mo»do quae solidiora callosaque sunt, *cartilaginea* dici puta»rim, sed *quae* etiam *inter mandendum instar cartilaginis cre»pant*, ut rapa, raphani, &c.« — Et id ipsum χονδρώδη dabat uterque noster codex mstus, quemadmodum etiam Casaubonus ediderat. Rursusque eamdem scripturam libri omnes pag. 320. e. agnoscunt, ubi eiusdem *ICESII* de Scorpiis piscibus haec verba adferuntur, istis quae hic leguntur fere gemina, & lucem nonnullam huic nostro loco adfundentia: εἰσὶ δὲ – – εὐέκκριτοι, πολύχυλοι, πολύτροφοι· χονδρώδεις γὰρ εἰσί. Ubi rursus praeclare idem GESNERUS: (pag. 850. init.) »*Cartilagineos* vocans Athe»naeus, non quidem cartilaginei generis illius, quos σελά»χη Graeci vocant, esse censet: sed *cartilagineâ*, *calloſâ*, »*firmâ*, *solidâque carne*. Est enim piscis hic τῶν σκληροσάρ»κων: qua ratione *difficilius* quidem *concoquitur*, [quod »h. l. οὐκ εὐστόμαχον δὲ dicit auctor] *concoctus autem co»pioſius firmiusque nutrit.*« Eâdem fere notione, ut videtur, Matron parodus, τὴν ψῆτταν (id est, *passerem piscem*) χονδρωφυῆ nominavit, IV. 135. b. Idem vero vocabulum χονδρώδης alibi apud Nostrum (III. 114. c.) de tritico fracto & non permolito nec cribrato usurpatum vidimus, ubi *grumosum* latine reddidimus: nempe quod multi *grumi* (id est, crassiora solidioraque fragmenta) farinae mixti inessent. Quo pertinet quod idem Gesnerus

d paulo poſt (eâdem pag. 850.) monuit: »Χόνδρος Graecis »non modo *cartilaginem* proprie dictam, ſed in aliis et»iam rebus diverſis *ſolidius compactiusque aliquid* ſignificat: »& quod in ſale Latini *grumos*, Graeci *chondros* dicunt.« — De quo vocabuli uſu, & de loci illius ſententia, quem proxime commemoravi, conſulendus SALMASIUS in Hyle Iatric. pag. 71. Semel vero, etiam apud Noſtrum τὰ χονδρώδη eâdem notione poni video ac τὰ σελάχια vel σελαχώδη, in loco quidem caeteroquin admodum corrupto, VII. 308. f.

Ἀριστοτέλης δὲ καὶ καρχαρόδοντα εἶναι τὸν κάλλιχθυν, σαρκοφάγον τε καὶ συναγελαζόμενον. *Anthiam* quidem piſcem in τῶν συναγελαζομένων numero nominat Philoſophus, Hiſtor. Anim. IX. 2. ſed reliqua non leguntur in libris hodie exſtantibus; & omnino nomen κάλλιχθυς nusquam (quod ſciam) in his occurrit. Quare fuerint haec e deperdito illo opere ducta, de quo paulo ante dictum.

Ἐπίχαρμος δ' ἐν Μούσαις τὸν μὲν ἔλλοπα &c. In ms. *A.* (ut paulo ante monui) nunc ἔλοπα ſcribitur, & mox deinde rurſus περὶ τοῦ ἔλοπος: ſed in ipſis *EPICHARMI* verbis, quae mox adponuntur, nullus ab edita ſcriptura ἔλλοπα diſſenſus ex eodem ms. *A.* adnotatus. Ac videtur ibi ſcripturam per λλ poſtulaſſe metrum, ut poſterius trochaici tetrametri hemiſtichium efficerent illa ipſa verba,

πολυτίματον ἔλλοπα.

Ubi quidem vereor, ne neutiquam ferendus videatur metricae artis Magiſtris in impari verſus ſede anapaeſtus pes πολυτι: ſed quemadmodum tali in regione dactylum recipere non dedignatus eſt Epicharmus; (veluti in illo verſu, καὶ σκιφίας χρόμιός θ' &c. ſupra, lit. b.) ſic fortaſſe ne anapaeſtum quidem reſpuerit.

Quod vero ait Deipnoſophiſta, τὸν δὲ κάλλιχθυν ἢ καλλιώνυμον, ὡς τὸν αὐτὸν ὄντα, σεσίγηκεν: ad ea verba CASAUBONUS haec monuit: »Obſervat Athenaeus, *Epi»charmum in Muſis, cum plerosque omnes piſces recenſeret, »callichthyn tamen ſive callionymum ſilentio praeteriiſſe.* Huius »ſilentii cauſſam ille putat eſſe, *quod ellopem & callichthyn »ſive callionymum non diverſos, ſed unum atque eumdem pi»ſcem crediderit Epicharmus: itaque factâ ellopis mentione, »reliquas appellationes ſiluiſſe.* Aelianus aliter longe ſenſit; »ideo enim & Epicharmo & aliis poëtis in deſcriptione

» epularum ex piſcibus omne genus, praetermiſſum cal- d
» lionymum, quia inter edules vulgo non haberetur. Sed
» iuvat ipſa diſertiſſimi ſcriptoris verba recitare: ſunt enim
» valde corrupta. Sic ille [DE Nat. Anim.] lib. XIII. capite
» quarto: Εἰσὶ μὲν οὖν οἳ καί φασιν αὐτὸν ἐδώδιμον· οἱ δὲ
» πλείους ἀντιλέγουσιν αὐτοῖς. οὐ ῥᾳδίως δὲ αὐτοῦ μνημονεύ-
» ουσιν ἐν ταῖς ὑπὲρ τῶν ἰχθύων πανθοινίαις ὧν τι καὶ ὄφελός
» ἐστι ποιητῶν ϑεμένων σπουδὴν εἰς μνήμην † ἔνθεσμον. Ἐπί-
» χαρμος ἐν Ἥρας γάμῳ· Καὶ γὰρ καὶ ϑάλασσαι καὶ προσέτι
» Μούσαις. Μνησίμαχος δ' ἐν τῇ Ἰσθμιονίκῃ. Et deſunt mani-
» feſto quaedam verba, & ſcripta multa perperam. Priorem
» periodum ita concinno, ut ſit aliquis ſenſus: Οὐ ῥᾳδίως δὲ
» αὐτοῦ μνημονεύουσιν ἐν ταῖς ἀπὸ τῶν ἰχθύων πανθοινίαις,
» πάντας ὧν τι καὶ ὄφελός ἐστι, ποιητῶν ϑεμένων σπουδὴν
» εἰς μνήμην ἀγαγεῖν. *Callionymi non fit mentio in ulla*
» deſcriptione *epularum ex omnibus piſcium generibus: cum*
» *ſtuduerint poëtae, omnes piſces qui in aliquo pretio ſunt, me-*
» *moriae prodere.* Sententia quidem Aeliani haec, ſed ver-
» ba fortaſſe non iſta. At ſequentia ita ſine dubio ſcripſe-
» rat Aelianus: Εἰσὶ δὲ οἵδε· Ἐπίχαρμος μὲν ἐν Ἥβης [im-
» mo Ἥβας: conf. Hemſterh. ad Comici Plut. pag. 352.]
» γάμῳ, καὶ Γᾷ καὶ Θαλάσσᾳ, καὶ προσέτι Μούσαις· Μνη-
» σίμαχος δ' ἐν τῷ Ἰσθμιονίκῃ. *Poëtae*, qui epulas e piſci-
» bus deſcripſere, *ſunt iſti: Epicharmus quidem in Hebes*
» *Nuptiis, & in Terra ac Mari, necnon in Muſis: Mneſima-*
» *chus in Iſthmionica.* Notae ſunt nobis ex Athenaeo tres
» Epicharmi fabulae, quarum titulos ponit Aelianus: at
» Mneſimachi *Iſthmionica*, ea fabula eſt quam Athenaeus
» in eam rem ſaepius laudat & *Hippotrophum* appellat;
» ex quo diſcimus, poëtam ei dramati nomen indidiſſe Ἱπ-
» ποτρόφος ἢ Ἰσθμιονίκης. Comoediam Epicharmi, cuius
» hîc & ſaepe alibi fit mentio, inſcribunt antiquae fidei li-
» bri ubique Ἥβης γάμος: alii tamen inſcribunt Ἥρας,
» ut in ſuperiore Aeliani loco legitur. Et firmat nonnihil
» eam γραφὴν locus hîc [apud Athenaeum, continuo
» dein] deſcriptus: quem quidem, in omnibus exempla-
» ribus quà ſcriptis quà editis peſſime acceptum, ita con-
» cinnamus, ut ſaltem obligetur vulnus: τόν τε πολυτί-
» ματον ἔλλοπα (ὃ δὲ αὐτὸς χαλκοῦ ὤνιος) ἕνα μόνον. καὶ
» τῆνον ὁ Ζεὺς ἔλαβεν, καὶ κελεύσατο κατθέμεν αὐτῷ τέ οἱ e
» καὶ τᾷ δάμαρτι τᾷ γ' Ἥρᾳ. Aliter emendare non poſ-
» ſumus vulgatam ſcripturam, τὸν δὲ πολυτίματον ἔλλο-

e »πα. ὁ δὲ αὐτὸς, χαλκὸς ὤνιος ἕνα μόνον † καίκηνον ὁ Ζεὺς »ἔλαβεν † κηκελήσατο. κατθέμεν αὐτῷ τε εἰκαίται δάμαρτι »Ϝατέρῳ. Initio deeſt aliquid, ex praecedentibus apud »poëtam verbis repetendum. « —

Haec ille. Nobis, a ſcriptis quidem codicibus nihil hîc adiuuis, paulo alia ineunda ratio viſa erat. Et primum quidem, cur illa verba, ὁ δὲ αὐτὸς, non perinde, ac perſaepe apud Noſtrum, de *alio teſtimonio eiusdem auctoris*, quod priori ſubiiciatur, acciperemus, cauſſam nullam vidi. Ὁ δὲ αὐτός: *Idem Epicharmus*, (ſive eâdem in fabula Muſis, ſive in aliâ, rurſus de *ellope* vel *elope* loquens) *ſic ait*. Iam eisdem quidem verbis deceptus vetus aliquis librarius, deinde χαλκοῦ ὤνιος ſcripſerat, quaſi ὤνιος ad αὐτὸς referretur: at proxime ſequentia verba, ἕνα μόνον &c. ſatis oſtendere videntur, ὤνιον in quarto caſu ſcriptum oportuiſſe. Valet autem χαλκοῦ ὤνιος, *aere, pecuniâ, pretio venalis*. Vide Polluc. IX. 92. Tum καίκηνον (pro quo nihilo melius καὶ κηννον ex ms. *A.* adnotatum eſt) ex doricâ particulâ κα & τῆνον ortum putavi. Denique geminatâ in verbo ἔλαβεν literâ λ (ut apud Theocr. XXII. 119. XXV. 271.) exiſtebat commodus verſus Epicharmeus:

χαλκοῦ ὤνιον ἕνα μόνον κα τῆνον ὁ Ζεὺς ἔλλαβεν.

Deinde, probum eſſe κήκελήσατο, modo cum apoſtropho ſcriberetur, idemque valere ac καὶ ἐκελεύσατο, docuerat Koen ad Gregor. de Dialect. pag. 89. (Conf. Heſych. in Ἐκέλησεν.) Reliqua, quae ſequebantur vulgo miſere corrupta, ſic reſtituenda idem vir doctus cenſuerat, ut unum verſum conficerent haec verba:

παρθέμεναι αὐτόν τε οἱ, καὶ τᾷ δάμαρτι Ϝάτερα.

Scilicet, verbum κήκελήσατο clauſiſſe verſum praecedentem, ille ſtatuerat. At, ab hoc verbo initium debere fieri poſterioris verſus, ſuperiora docebant: &, ut nimis violenta, ſic parum neceſſaria nobis videbatur mutatio, παρθέμεναι αὐτὸν, pro eo quod libri dabant κατθέμεν αὐτῷ: quamquam (ne quid diſſimulem) mendoſius etiam κατθεμμεν ſcribitur in membranis noſtris; quod tamen ex κατθέμεν haud dubie corruptum. Quid multa? Si cum Caſaubono cum eodemque Koenio ſtatueris, (id quod facile quisque eis conceſſerit) in εἰκαίται latere οἱ καὶ τᾷ, perquam veriſimile debuit videri, duas voces αὐτῷ τε ex interpretatione ipſius voculae οἱ irrepſiſſe; quibus eiectis

legitimo modulo verſus decurrit. Verum eſt utique, verbo παρατιθέναι potius quam καταττιθέναι uti Graecos in *adponendis* cibis: ſed nil vetuit Epicharmum, quin altero perinde hîc uteretur verbo. Verum eſt porro, in εμεναι ſaepius formari infinitivos apud Dores; ſed & perinde in εμεν: cuius generis plurima exempla congeſſit Maittaire, in Dialecto Dorica, pag. 236. In poſtrema voce, ϑατέρῳ, (aut ϑωτέρῳ, quod membranae habent,) quo pertineat & genus maſculinum ſive neutrum & dativus caſus, exputare non potui: nec aliud quid ſuccurrebat, quod ei ſubſtituerem, niſi ϑάτερα, quod erat a KOENIO propoſitum. Caſauboni quidem emendationem, ne quid amplius dicam, ipſum metrum reprobat. Malebam δευτέρᾳ, hoc ſenſu, *ſibi ſimulque uxori.* Quaecumque ex Epicharmo hîc adferuntur, ea praetermiſit Epitomator.

AD CAP. XVIII.

Τί δ' ἐστὶν ὁ καλούμενος ἱερὸς ἰχθῦς; Nempe qui apud Poëtam illo nomine adpellatur, Iliad. π'. 407.

Ὁ μὲν τὴν Τελχινιακὴν (ſive Τελχινικὴν) Ἱστορίαν συνϑείς. Tetigit hunc locum FABRICIUS, ubi de *Epimenidis* ſcriptis agit, Bibl. Graec. T. I. pag. 36. *Mox*, Τηλεκλείδης recte dedit ms. *Ep.* Perperam Τελεκλείδης edd.

Quae ſequuntur duo teſtimonia, *Nicandri* & *Alexandri Aetoli*, deſunt Epitomae. In *NICANDRI verſ.* 2. corrigendum eſſe μηνύσας φιλέρωσι, & deinde ἀμύνων pro ἀμείνων, perſpecte viderat GESNER, p. 754. ubi de *pompilo piſce* egit. In membr. *A.* non μηνῦσαι cum circumflexo ſcriptum, ſed μηνύσαι, aliquanto propius vero. In eisdem membr. dein eſt ἀμύνω: quod cum proximum eſſet vero, in ἀμείνον corruptum eſt in ed. Ven. & Baſ. tum in ἀμείνων mutatum in ed. Caſ.

Quum editum eſſet, Ἀλέξανδρος δ' ὁ Αἰτωλὸς ἐν Κρικαιεῖ, adnotavit CASAUBONUS: »Suſpicor corruptam »eſſe vocem Κρικαιεῖ: fortaſſe pro Τριταιεῖ. Urbs in A»chaia fuit nomine Tritaea. Sed non dubito ſcripſiſſe »Athenaeum ἐν τῷ Ἀλιεῖ, ut alibi in hoc libro ſaepius.« — Citatur apud Noſtrum ὁ Αἰτωλὸς Ἀλεξ. ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἀλιεῖ, VII. pag. 296. e. Sed nimium quantum diſtat Κρικαιεῖ ab Ἀλιεῖ. Poëmatii titulum, quod hîc laudatur, DALECAMPIUS in Indice Authorum hunc fecerat:

a » Κρικαιής : fortaſſis Κίρκη, vel Κικραίη, vel Κρίκοι.« Apud FABRICIUM, Bibl. Graec. T. I. pag. 665. ubi de *Alexandro Aetolo* agitur, ſic citantur Athenaei verba : »Ἀλεξ. ὁ »Αἰτ. ἐν Κρικαεῖ, al. Κρικεῖ.« At ante omnia in promtu fuerat ſuſpicari, terminationem vocis Κρικαιεῖ ex vocula ſequente εἰ perperam repetitâ adhaeſiſſe. Atque iſtam ſuſpicionem firmant noſtrae membr. *A.* in quibus ſic ſcriptum, ἐν Κρίκαι εἰ γνήσιον τὸ ποιημάτιον. Valet autem in illo codice Κρίκαι idem ac Κρίκᾳ, quod recepi. Caeterum debuerit-ne Κίρκᾳ librarius, aut quo ſenſu Κρίκα inſcriptum fuerit illud poëmation, non definiam equidem. Dorico quidem idiomate ſcriptum fuiſſe, arguit poſtremum verbum prioris verſus, qui hîc adponitur: eodemque idiomate ſcriptum eiusdem poëtae epigramma εἰς Ἀφροδίτην ὡπλισμένην, in Analectis Brunckii T. I. p. 418.

In *priore* ALEXANDRI *verſu*, pro ἐπὶ, quod erat in editis, ἔπι retracto accentu ſcripſi; ſicut verſ. ſq. θεοῖς ὕπο, pro ὑπὸ, quod erat editum. Eodem *verſ.* 1. Πομπίλος maiuscula litera initiali ſcripſimus, quod ibi nomen proprium eſſe videretur. Poſtremum eiusdem verſ. verbum in ed. Ven. Baſ. & Caſ. 3. ſic ſcribitur ἀνιοχεύει, in ed. Caſ. 1. & 2. vero ἀνιοχεύει: tum in omnibus editt. *alter verſus* ſic incipitur, καὶ τὰ κάτω. Mihi in veterum membranarum ſcripturâ, ἀνιοχεύνης τὰ κάτω, latere id videbatur quod edidi, ἀνιόχευεν in imperfecto tempore, & deinde εἰς τὰ κάτω. Dorice ἀνιόχευεν pro ἠνιόχευεν dictum fuerit mutato ſpiritu; niſi plane ἀνιόχευεν oportuit.

Παγκράτης δὲ ὁ Ἀρκάς. Perperam h. l. Κράτης δὲ ὁ Ἀρκ. habet ms. *Ep.* Idem tamen paulo poſt recte Παγκράτης tenet. Quae ex PANCRATE hîc protulit Noſter, eadem tacito auctoris nomine repetiit Aelianus, DE Nat. Animal. b XV. 23. Pro iſtis, ἔτι τοῦ χρυσοῦ γένους κατ' ἀνθρώπους ὄντος, ſuo arbitratu Aelianus (fortaſſe, ne totum iſtud caput ex Athenaeo a ſe deſcriptum proderet) ἐν τοῖς ἄνω τοῦ χρόνου ſcripſit: eodemque conſilio & alia nonnulla mutaſſe videtur; nam & in *Variis Hiſtoriis* multa ex Athenaeo noſtro idem Aelianus, tacito illius nomine, hauſit, ut in Praefatione docuimus. Et ea quidem, de quibus hîc agitur, non ex ipſius Pancratis opere, ſed ex *Athenaeo* deſumſiſſe *Aelianum*, perquam veriſimile inde fit, quod deinde iſta, quae ex *Apollonio Rhodio* mox Noſter refert,

pariter & ipſe ſubiecit; ubi auctorem illum eisdem verbis, quibus Athenaeus, nominat: Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἢ Ναυκρατίτης. Pro Ἐπωπεύς, quod apud Athenaeum eſt, Ὀπωπεύς ſcribitur apud Aelianum: ubi apud utrum errarint librarii, aegre definias. Pro mendoſo καταπιεῖ, quod c ex ed. Baſ. in editionem Caſ. propagatum erat, recte καταπιεῖν dedere mssti cum ed. Ven.

ἀχρεῖος οὖν γίνεται. »*Delphinus*, inquit auctor, *ſi pom-* »*pilum deguſtaverit, non fert impune, ſed* ἀχρεῖος γίνεται, »id eſt, *inutilis ſibi ipſi; ita ut* defendere ſe non queat, »ſed *mergis & laris expoſitus in littore iaceat.* Graecis ἀχρεῖοι »vel ἀδύνατοι appellantur, qui in idiotiſmo noſtro *impo-* »*tentes.*« CASAUBONUS. — *Mox*, in verbo σφαδάζων mediam vocalem α *ſubſcripto iota* notavimus, praeeuntibus noſtris membr. *A.* in quibus σφαδαίζων ſcribitur. De qua ſcriptura licet alibi nihil obſervatum repererim, diſerte tamen ab Etymologici M. auctore (p. 737, 20 ſq.) monitum video: Ἰστέον ὅτι τὸ σφαδάζειν καὶ ματάζειν καὶ βοράζειν καὶ τεράζειν, ἔχει τὸ ι προσγεγραμμένον· πρῶτον μέν, ἀπὸ τοῦ ματαΐζειν καὶ σφαδαΐζειν καὶ τῶν ὁμοίων, τοῦ α καὶ τοῦ ι συναιρουμένου· δεύτερον δὲ, &c.

Quod in utroque noſtro codice legitur, ἀρπυίαις τε καὶ λάροις, id haud dubie mendoſum: & recte αἰθυίαις pro ἀρπυίαις poſuere editores. Sic etiam olim apud Athenaeum Aelianus legerat; ſed, loco nominis paulo rarioris, interpretamentum poſuit, κορώναις ἐναλίαις: prorſus ut apud veteres Grammaticos (Heſychium & Etymologum) αἴθυιαι exponuntur ἐνάλιαι κορῶναι.

ἐνίοτε δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ταῖς κητείαις παρεδρευόντων ἀνδρῶν παρανομεῖται. »Hoc eſt, *interdum etiam ab hominibus* »*iis qui in cetariis degunt violatur.* Dalecampius poſtremum »verbum emendabat, ſcribens κρεανομεῖται« [nempe, *in fruſta dividi*, interpretatus ille erat:] »non facturus pro- »fecto, ſi animadvertiſſet, auctorem conſulto conſilio uſum »verbo παρανομεῖσθαι, tamquam abominans eorum au- »daciam qui *delphinos* capere atque iis veſci ſuſtinerent. »Veteres non multo religioſius ab humana carne abſti- »nebant, quam ab eſu delphinorum. Propterea Oppianus »[Ἁλιευτ. ε'. 519 ſqq.] veteres Byzantii incolas, qui di- »verſa hac in re conſuetudine a caeteris Graecis utebantur, graviſſimis verſibus deteſtatur; quos non gravabor »aſcribere, interpretationi huic firmandae:

c »Ἀλλ' ἔμπης καὶ τόσσον ἐνηείη προφέροντας
»Θρῄϊκες ὑβρισταὶ, καὶ ὅσοι Βύζαντος ἔχουσιν
»ἄστυ, σιδηρείοισι νοήμασιν ἀγρώσσουσιν.
»ἦ μέγ' ἀταρτηροὶ καὶ ἀτάσθαλοι! οὐδέ κε παίδων,
»οὐ πατέρων φείσαιντο, κασιγνήτους δ' ὀλέκοιεν
»ῥηϊδίως. —

»Vides, in eâdem poni lance eſum delphinorum & parri-»cidium: quoniam, ut dixi, inter ea *quibus veſci fas non* »*cenſebatur*, fuit *Delphinus*. Hieronymus, Adverſus Iovi-»nianum libro ſecundo: *Si enim quod movetur & vivit ad* »*veſcendum factum eſt, & praeparatum gulae; reſpondeant mi-*»*hi, cur elephanti, leones, urſi, leopardi, lupi; cur viperae,* »*ſcorpii, cimices, culices, pulicesque; cur vultur, aquila,* »*corvus, accipiter; cur ceti delphines, phocae, minutae-*»*que cochleae conditae ſint.* Libro XIII. [apud Noſtrum, »pag. 606. d. e.] narratur, Coeranum quemdam Mile-»ſium, cum forte in piſcatores publici ritus degeneres in-»cidiſſet, qui captum delphinum erant in fruſta diſſecturi, »pecuniâ ſuâ vitam illius & libertatem redemiſſe. Scien-»dum tamen, mutatis moribus paulatim hanc ſuperſtitio-»nem mutaſſe. Quare, iam inde a Galeni temporibus »repertos eſſe qui delphini carnibus veſcerentur, nullum »dubium eſt. Non enim cauſſam aliam invenias, cur de »qualitate eius cibi princeps ille medicus diſſerat lib. III. »De Facultatib. Alim. non uno loco.« Casaubonus. — Verba iſta, ὑπὸ τῶν ταῖς κητείαις (κητίαις ms. *A.* ſuo more) παρεδρευόντων ἀνδρῶν, minus commode cum a Dalecampio converſa nobis viſa erant, *ab iis qui cetariis aſſident*; tum a Caſaubono, *ab hominibus iis qui in cetariis degunt*. Rectius H. Stephanus, in Indice illius veriſſime nominati Graecae Linguae Theſauri, p. 1211. d. monuit, κητείας Athenaeum hîc *capturas* (vel *venationem*) *cetorum* dixiſſe. Verbum vero παρεδρεύειν, ut docuit idem vir longe doctiſſimus, Theſ. T. I. pag. 1086. b. de his dicitur, qui *aſſidui ſunt in aliqua re*, qui *aſſidue in opere aliquo occupantur*.

Τιμαχίδας ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ ἑνάτῳ τοῦ Δείπνου. »*Ti-*»*machidam Grammaticum* laudant aliquoties Harpocra-»tion, Comici Scholiaſtes, Heſychius, & ipſe Athenaeus »libro ultimo. [pag. 678. a.] At hic *poëta* fuit: eſt enim »verſus heroicus qui ex illo affertur. Sed videtur Euſta-»thius longe aliam lectionem inveniſſe. Scribit enim ex

»hoc loco: *Quidam τὸν ἱερὸν ἰχθὺν esse volunt τὸν πομπί-* c
»λον· ὡς Τιμαχίδας, φάμενος, πομπίλιοι ἰχθῦς ἱεροὶ ὡς
»οἷα σωτῆρες τῶν ναυτιλλομένων.« CASAUBONUS. — Quemadmodum Callimachus (ut hoc utar) idem & Grammaticus fuit & poëta, sic nihil impedit, quo minus credamus, *TIMACHIDAM Rhodium*, cuius *Glossas* & observationes grammaticas saepius laudat Athenaeus, (vide I. 31. e. II. 53. c. XIV. 677. c. XV. 699. e.) eumdem esse potuisse Poëtam, qui *Coenae* vel *Coenarum libros undecim, aut plures, epico carmine conscriptos* ediderit: de quo confer Nostrum I. 5. a. & III. 82. d. ibique a nobis notata. Caeterum Eustathius ad Iliad. π'. pag. 1088. l. 15. unde illum sesquihexametrum arripuerit, quem *Timachidae* adscribit, exputare nondum potui. Media inserta sunt ista verba apud Eustathium pluribus citatis, quae ex Athenaeo depromta sunt omnia. Atqui nec vetustae nostrae membr. *A.* hoc loco ab edita scriptura discedunt, nec Epitomator in suo Athenaei codice quidquam aliud repererat; nam in Epitoma etiam sic plane exhibetur ille locus: Τιμαχίδας δέ φησι· Κωβιοί τ' εἰνιάλιοι, καὶ πομπίλοι, ἱεροὶ ἰχθύς.

Ἤ ρ ι ν ν ά τε &c. Haec, & quae mox adferuntur ver- d
ba huius poëtriae, omisit Epitomator. Sed Ἤριννα nomen poëtriae perspicue declaratur in membr. *A.* quo magis miratus eram, cur *Corinnae* in eius locum substituerint editores. At nimirum, cum *η* litera in vetustis codicibus saepe similis admodum sit literae *κ*, in codicibus nonnullis, velut in Paris. *B.* & *C.* (ut h. l. adnotavit Villebr.) perperam κριννα scriptum est, & in *C.* praeterea etiam vocalis ο super litera ρ inter lineas adposita. Tres *Corinnae*, quarum mentionem Suidas fecit, *Lyricae* fuere poëtriae. *ERINNA* vero, ut docet idem Suidas, ἐποποιὸς fuit, id est, *carmina condidit hexametris versibus comprehensa;* quales sunt isti duo, qui hic citantur. In quorum altero quum πομπεύσας mendose ederetur, monuit CASAUBONUS: »Scribe πομ-»πεύσαις: est enim precantis oratio.« Et sic iam H. STEPHANUS correxerat, eosdem versus citans in Thes. Ling. Gr. T. III. pag. 199. c. Wolfius in Poëtriis Graecis, pag. 46. ad *Corinnam* referens istos versus, πομπεύσῃς edidit, nescio quid secutus. Subiunctivus quidem modus, quod sciam, pro optativo non usurpatur, nisi ubi praecessit μὴ particula negativa. In priore versu, pro ἰχθῦς, perperam ἰχθῦν habet ms. *A.* Quam vero *Erinna* dicit ἐμὰν ἀδεῖαν

ἑταίραν, *meam dulcem amicam*, videtur ea *Sappho* fuisse. Suidas certe, de *Erinna* loquens, ἦν δὲ ἑταίρα, inquit, Σαπφοῦς, καὶ ἰσόχρονος.

AD CAP. XIX.

e. ποταμὸν Ἰμβρασον. Perperam Ἡμβρασον ms. *Ep.* Χησιὰς εὐπατέρεια. »Haec est *Chesias* nympha, unde »aliquot loca in insula Samo sunt denominata, quorum »mentio apud Geographos. Quin ipsos Sami incolas *Che-*»*sienses* aliquando fuisse dictos memoriae proditum est ab »interprete vetere Nicandri. Χησιεῖς, inquit, πρῶτον ὠκη-»σαν ἐν Σάμῳ· εἶτα Ἀστυπαλαιεῖς.« CASAUBONUS. — Vide Scholia ad Nicandri Alexipharm. vs. 150. p. 41. edit. Schneid. Confer Spanhem. ad Callimachi Hymn. in Dianam, vs. 228. *Versu seq.* pro ἀπείριτον, suo arbitratu Epitomator ἀμήχανον scripsit.

f. Pro λέγουσα τάδε, quod perperam legebatur, λέγουσαν τάδε corrigendum monuit CASAUB. *Mox* dein idem: »Scribe, Πατρὸς ἐμοῖο φίλου. Sic melius quam »φίλον. Perpetuum est, ut loquuntur, patris epitheton φί-»λος. Elegans periphrasis est amici in illis, συμφράδμονα »θυμὸν ἀέξων.« — Et φίλου recte dedit codex mstus uterque; sed & ἐμεῖο, pro ἐμοῖο; & συμφραδ. pro συνφραδμ. quae perperam edita erant. ἀέξων vero iam recte in ed. Cas. positum erat, pro mendoso ἔξων, quod habebant ed. Ven. & Bas.

a. Perquam corruptus in ed. Ven. & Bas. legebatur versus,

πομπίλον ὠκυάλων νήσων ἀλιηόνα δῶλον.

Ac paulo etiam magis corruptus in ed. Bas. & Cas. ubi ὠκυάλον erat pro ὠκυάλων, quod cum ed. Ven. recte tenent membr. *A.* (In *Epit.* desunt illa verba, ποιῆσαί τε τὸν πομπίλον &c.) Quae monstra absque ulla animadversione praetermissa a Casaubono merito mireris. Statim vero, νήσων, quod & membranae quidem tenent, ex νηῶν esse corruptum adparebat: quod Dalecampii aciem non effugerat. Tum δῶλον, unde arripuerint editores, nescio. Cum reliquus sermo in istis versibus non sit Doricus, δοῦρος illud, quod est in membranis, haud dubie in δοῦλος fuit mutandum: nisi forte aliud nescio quid latet sub ista voce. Quod adiiciebatur ἀλιηόνα, id *aequoreum* reddidit Dalecampius: at nec est illud graecum vocabulum; &,

si esset, languide hic positum foret: denique aliud ha- a
bent membranae, licet & ipsum corruptum, αἰπόνονα. Istud vocis monstrum ex vocabulo αἰήονα, quod valeret αἰώνιον, *sempiternum*, ortum suspicatus sum. Sed quum ne istud quidem (αἰήων, αἰήονος,) ullibi reperiatur, videndum putavi, ne αἰηνέα debuerit librarius. Est enim αἰηνὴς vetus vocabulum graecum, idem valens ac αἰώνιος, adnotatum ab Etymologici auctore, pag. 30. l. 23. & p. 32. l. 26 & 28. nec praetermissum ab Hesychio, quamquam ibi nonnihil obscuratum librariorum culpâ. Cogitaveram etiam, εἰς ἠόνα fortasse scriptum oportuisse, id est, *ad littus*; quemadmodum fere infra legitur, (lit. d.) *sacrum piscem* dictum fuisse τὸν πομπίλον, διὰ τὸ ἐκ πελάγους προπέμπειν τὰς ναῦς ἕως εἰς λιμένα.

AD CAP. XX.

Θεόκριτος ὁ Συρακόσιος. Sic scripsi cum membr. *A.* quae, ut alibi fere constanter, sic & hic eam scripturam tenent. *Ibid.* τὸν λεῦκον ὀνομαζόμενον ἰχθῦν &c. »Athe- »naeus occasione *anthiae* sive *callichthyos*, quem nonnulli »*piscem sacrum* vocabant, etiam alios recenset, qui simili- »ter a poëtis ἱεροὶ ἰχθῦς sunt appellati. In his *leucum* po- »nit ex *Theocrito*. Naturae interpretes hunc *leucum* non »agnoscunt: nam eruditissimum Rondeletium, qui λεῦκος »superiore quodam loco [pag. 282. d.] pro λύκος scribe- »bat, errare ostendimus. Cum igitur *leucus* hic nusquam »inveniatur, suspicati sunt veteres critici, γλαῦκος scri- »bendum esse in istis *Theocriti* versibus, quos adscribit »auctor. Colligo ex istis Eustathii verbis: [ad Iliad. π'. p. »1088. l. 12 sq.] Θεόκριτος δ' ἐν Βερονίκῃ ἄλλο τι βούλεται, »εἰπὼν, ἱερὸν ἰχθὺν, ὃν λεῦκον (ἢ γλαῦκον) καλέουσιν· ὁ »γὰρ θ' ἱερώτατος ἁλλων. Multum autem lucis THEOCRI- »TI versibus attuleris, si eos cum *Iosepho Scaligero* scri- »pseris & distinxeris hoc modo:

»Αἴ τις ἀνὴρ αἰτεῖται ἐπαγροσύνην τε καὶ ὄλβον
»ἐξ ἁλὸς ᾧ ζώει· (τὰ δὲ δίκτυα κείνῳ ἄροτρα·)
»σφάζων ἀκρόνυχος ταύτῃ θεῷ ἱερὸν ἰχθὺν,
»ὃν λεῦκον καλέουσιν· ὁ γὰρ θ' ἱερώτατος ἁλλων.
»καί κε λίνα στήσαιτο, καὶ ἐξερύσαιτο θαλάττης
»ἐμπλέα.« — CASAUBONUS.

Quis esset piscis, quem λεῦκον Theocritus vulgo vo-

a cari dixiſſet, quum non magis, quam nos, compertum habuerit Euſtathius, ſua de coniectura ille ſtatuit, γλαῦκον fortaſſe ſcripſiſſe vel intellexiſſe poëtam. Sed apud Athenaeum quidem (qui unus nobis ſervavit iſtos Theocriti verſus) conſentiunt libri: nam & vetus codex *A.* & ms. *Ep.* λεῦκον agnoſcunt, γλαῦκον vero hoc loco ignorant. Quare non ſatis adcurate GESNERUS, De Aquatil. pag. 391. ait, apud Theocritum, ubi λεῦκος *piſcis ſacer* nominatur, alios γλαῦκος legere. Ex *THEOCRITI verſibus* nonniſi quartum adpoſuit Epitomator: codex *A.* vero a vulgata olim ſcriptura, quam praeeuntibus viris doctis paſſim emendavimus, nihil discedit. Videndus inprimis TOUPIUS, in Addendis ad Theocritum, cuius emendationes & Brunckius adoptavit in Analectis, T. I. p. 333. & Valckenarius ſuo calculo comprobavit in altera Theocriti editione.

Verſ. 1. Pro vulgato Καί τις, recte Κ' αἴ τις vel Καὶ τις ſcripſere viri docti, quod valet Καὶ εἴ τις. Pro ἐπ' ἀγροσύνην, ſcribendum εὐαγρεσίαν, id eſt, *felicem capturam*, contenderat Toupius probatumque iverat primum in Emend. in Suid. Part. II. pag. 159. rurſusque εὐαγρεσίην ſcripſit in Addend. ad Theocr. Quam emendationem licet minime improbamus, tamen in contextum recipere dubitavimus; tenendam rati formam vocabuli propius ad librorum ſcripturam accedentem, εὐαγροσύνην: quae quamquam alibi non reperiatur, tamen analogiae ſermonis haudquaquam repugnare videbatur. *Verſ.* 2. ἐξ ἀλὸς ᾧ ζωὴ perſpecte correxit TOUP, cum ſimiles alias poëtarum dictiones colligens, tum illam Heſychii gloſſam laudans: Ζωή· ἡ πρὸς τὸ ζῆν χορηγία. — *Verſ.* 3. ἀκρόνυχος idem valet ac ἄκρας νυκτὸς apud Sophocl. Ai. 285. Primum caſum adnotavit Suidas: Ἀκρόνυξ, τὸ ἄκρον τῆς νυκτός. Ipſum genitivum adverbialiter poſitum, ἀκρόνυχος, habes apud Nicandrum, Ther. 761.

Verſ. 4. Fuerint qui non mutari a nobis debuiſſe vulgatum θ' ἱερώτατος cenſeant. Sed perſuaſerat nobis doctiſſimus ſagaciſſimusque Britannus, aut φιαρώτατος aut φιερώτατος ſcripſiſſe Theocritum, id eſt, *ſplendidiſſimus, nitidiſſimus*; quo vocabulo rationem reddere voluiſſet poëta, cur λεῦκος vulgo nominaretur ille piſcis. Adnotavit Heſychius: Φιαρόν· λαμπρὸν, καθαρόν. Et ex Callimacho Etymologus, (voce Φιαρὸς) citavit dictio-

nem, φιαρὴ ἕως, *ſplendida aurora*. Et ſupereſt idem voca- a
bulum φιαρὸς apud Nicandr. Alexiph. 91. & apud eum-
dem cuius ſunt iſti verſus Theocritum, Id. XI. 21. Nec
vero φιαρὸς ſolum, verum etiam φιερὸς eâdem notione
dixiſſe veteres, diſcimus ex alia apud Heſychium gloſſa,
quae obſcurata quidem hodie ſic legitur, vocabulo Φίδνα
proxime ſubiecta: Φιαρόν· καθαρὸν, λαμπρὸν, ἁγνὸν, ἱλα-
ρόν. Ubi ex ipſa literarum ſerie, (cum praeſertim Φιαρὸν
iam ſupra ſuo loco poſitum legatur) liquido adparet Φιε-
ρὸν ſcriptum oportuiſſe: de quo perſpecte monuit HEM-
STERHUSIUS ad Thomam Mag. pag. 863. Caeterum quum
totâ hac disputatione perpetuo vocabulum ἱερὸς recurrat,
nil mirum eſt, rarius vocabulum φιερώτατον iam olim in
θ' ἱερώτατον mutatum eſſe a librariis, cum praeſertim for-
mae literarum Φ & Θ non niſi ſitu fere differant: quare
& alibi ſubinde temere inter ſe permutatas videmus; ve-
luti IX. 368. d. ubi ῥόθου vulgo editur, ῥόφου ſcribitur in
ms. *A*. Similiter VII. 276. b. ſuper Θαλλοὺς aliam ſcri-
pturam φάλλους indicatam in cod. Par. *B*. vidimus: apud
Polybium vero XV. 34, 6. pro εὐφυέστατον in pluribus
codicibus εὐθυέστατον ſcriptum perperam olim obſervavi-
mus. Nam de earumdem literarum θ & φ permutatione ex
dialecto, hîc non cogitandum; de qua obiter monuit Au-
ctor noſter lib. XI. pag. 449. f. ex profeſſo vero Mait-
taire, in Dialectis pag. 150.

Διονύσιος δ' ὁ ἐπικαλούμενος Ἴαμβος. »Mirabar cum b
»haec legerem: & ſuſpicabar ſcribendum Ἰαμβοποιὸς,
»ut alibi ſcriptum in his libris. Sed alterum tuetur, ſupra
»membranarum auctoritatem, Clemens Alexandrinus li-
»bro quinto.« CASAUBONUS. — Eſt alius poëta, unus
aut alter, cuius nomen iam non ſuccurrit, quem ἰαμβο-
ποιὸν ſubinde adpellat Noſter: ſed Dionyſius nullus iſto
cognomine memoratur. Diſerte autem Διονύσιος ὁ Ἴαμβος
non modo Clementi Alexandr. laudatur, p. 674. ed. Pott.
ſed & Plutarcho, DE Muſicâ pag. 1136. c. denique Suidae,
in Ἀριστοφάνης Βυζάντιος, ubi *Dionyſium Iambum* in nu-
mero eorum nominat, quos praeceptores habuerat Ari-
ſtophanes Grammaticus. Nec vero turbari debuiſſe Caſau-
bonum iſto cognomine monuit CUPERUS Obſerv. lib. III.
c. 13. p. 366 ſq. cum ſimili quadam ratione (*abſtracto* nomi-
ne, quod aiunt, pro *concreto* poſito) Νοῦς cognominatus
fuerit Anaxagoras, Νίκη vero Minerva, *Concordia* Vitellius.

Cum perperam editum eſſet, Ἀκηκόαμεν γοῦν ἁλιέως ἐρετικοῦ τῶν (rectius τὸν ed. Ven. & Baſ.) ἱερὸν ἰχθῦν καὶ ἄλλων πολλῶν &c. adnotavit CASAUBONUS: »Lego, »Ἀκηκ. γ. ἁλιέως Ἐρετρίου καὶ ἄλλων πολλῶν ἁλιέων καλούν»των τὸν τομπίλον ἱερὸν ἰχθύν. Hanc ſententia lectionem po»ſtulat. « — At Ἐρετρικοῦ τὸν ἱερὸν ἰχθῦν καὶ ἄλλων &c. recte dedit mstus codex uterque. Et iſta verborum traiectio nonnihil incommoda quidem poterat videri; ſed ferenda tamen fuit. *Mox* deinde, πηλαμύδι recte
c item dedit codex uterque, non πηλαμίδι. *Homericus* verſus, qui continuo adponitur, eſt ex Iliad. π'. 407. ut iam ſupra notavimus: ad quem verſum in Scholiis a Villoiſono editis nonnulla ex his leguntur, quae de *ſacro* dicto *piſce* Athenaeus adfert. Plura vero habet Euſtathius, ex Athenaei Epitomâ deſcripta.

CALLIMACHI duo verſus, qui ſequuntur, hinc inter Fragmenta Callimachi retulit Bentleius, num. 37. In eiusdem fragmento ex *Epigrammatibus*, pro ἱερὸς δέ τις ἱερὸς ἰχθῦς, quod hîc erat editum, inferius pag. 327. a. legitur, θεὸς δέ οἱ ἱερὸς ὕκκης, ubi nihil discrepantiae ex ms. *A.* adfertur, niſi quod in eo ὕκκης ſimplici litera κ ſcriptum. Ibidem Epitomator nihil aliud, niſi haec verba, poſuit: Τὸν ὕκκην Καλλίμαχος ἐν Ἐπιγρ. ἱερὸν ἰχθῦν καλεῖ: hoc loco vero fragmentum iſtud prorſus ſilentio praetermiſit. At codex *A.* hoc loco ſic ſcribens, ἱερὸς δέ τοι ἱεροσύκης, in poſteriore fragmenti parte iſtam alterius loci ſcripturam ἱερὸς ὕκκης haud obſcure atque etiam certiſſime confirmat: in priori autem parte incertos nos relinquit, utrum ἱερὸς δέ τοι, ut hoc loco, an θεὸς δέ οἱ, ut altero loco habet, ſcripſerit poëta. Ex codicibus Pariſ. *B.* & *C.* nihil hîc adnotavit Villebrune. Bentleius vero in Callimachi Fragm. 72. ex codice msto, qui Londini in Regia Bibliotheca ſervatur, ſcripturam hanc protulit, ἱερὸς δέ τις ἱεροσύκης.

ὡς καὶ ἱερὸν βοῦν, τὸν ἄνετον. Sic mssti & edd. itemque Euſtathius. Eamdem vero interpretationem commemorans Scholiaſtes Villoiſoni ad Il. π'. 407. τὸν ἀνιέμενον pro τὸν ἄνετον ſcripſit. Conf. Heſychii Interpretes ad voc. Ἄφετοι. Paulo vero copioſius Euſtathius, ſive ex vetere quodam Homeri interprete, ſive quod ſuo arbitratu amplificaverit Athenaei verba, ἄνετον, inquit, τοῖς κρατοῦσι κατὰ θάλασσαν ἱερωμένον, ὃ ἐστιν ἀνακείμενον. ὡς καὶ βοῦν ἱερὸν,

τὸν ἀγελαῖον καὶ μέγαν καὶ ἄνετον &c. *Ibid.* οἱ δὲ, τὸν μέγαν. Sic interpretatur Scholiaſtes minor. *Ibid.* ἱερὸν d μένος Ἀλκ. Odyſſ. θ'. 385. & ν'. 20. & 24.

Τινὲς δὲ, τὸν ἱέμενον πρὸς τὸν ῥοῦν. »Fuêre qui dicerent, »piſcem ἱερὸν non quaſi *ſacrum* dici, ſed quaſi ἱέμενον πρὸς »τὸν ῥοῦν, ſive κατὰ ῥοῦν, ut apud Euſtathium: quorum »neutrum eſt Graecum, ſi, ut interpretes, ἱέμενον aſpi»rans vertas *avidum.* ἵεσθαι eſt ὁρμᾷν, *ferri;* & ſenſus eſt, »ita dictum piſcem hunc, quod *aquae fluxum ſequatur.* « Casaubonus. — Mireris vero nullam prorſus mentionem a viro docto factam lectionis, quam ed. Ven. & Baſ. exhibebant, τὸν ἐχόμενον πρὸς τὸν ῥοῦν, in cuius locum ipſe tacite τὸν ἱέμενον (ſic) edi curavit. Nempe ἐχόμενον, quod habent veteres editiones, in recentioribus mſstis legitur: ſic certe in ms. Pariſ. *B.* ſcribi teſtatur Villebrunius; pro quo in eiusdem codicis ora ab eadem manu νηχόμενον ſcriptum ait. At ἱέμενον ex aliis mſstis adnotatum repererat Caſaubonus, ut ex ora exempli editionis Baſileenſis, quod ipſius olim fuerat, intellexi. Quam ſcripturam, (ex Euſtathio etiam a Geſnero pag. 58. citatam) Dalecampius probaverat, ſed perincommode (praeeunte eodem Geſnero) *aquae fluentis avidum* interpretatus erat. Habet autem eamdem ſcripturam, ἱέμενον, etiam uterque noſter codex mſtus. Pro qua ſi quis ἱέμενον maluerit repoſitum, nihil repugno; bene gnarus, ſic praecipi vulgo a Grammaticis, ἵεμαι cum aſpero ſpiritu ſignificare *cupio*, ἵεμαι vero (leni ſpiritu) *eo*, *cum impetu feror.* (conf. Etymol. M. in Ἵεντο.) Sed, verum ſi quaeris, ipſum illud verbum ἵεμαι, quod *cupio* vulgo interpretantur, proprie ac primitus *mitto me*, *coniicio me*, *feror*, ſignificare intelliges. Dictio πρὸς τὸν ῥοῦν poterat etiam intelligi *contra fluxum:* ſed facile adſenſus ſum Caſaubono, πρὸς cum Euſtathio in notione praepoſitionis κατὰ accipienti. Simile eſt quod ex Ariſtotele H. Stephanus protulit, Theſ. T. III. pag. 674. f. πρὸς τὸ πνεῦμα πέτονται, *volant vento ſecundo.* Similiter πρὸς ὀρθὴν dicimus, *lineâ rectâ* vel *ad lineam;* & id genus alia.

AD CAP. XXI.

Ubi ex *Clitarchi Gloſſis* citantur iſta verba, Οἱ ναυτικοὶ πομπίλον ἱερὸν ἰχθῦν προσαγορεύουσι, clarior fo-

d ret oratio & ſermonis uſui convenientior, ſi τὸν πομπίλον adiecto articulo ſcriptum fuiſſet.

Ἐρατοσθένης δ' ἐν Ἑρμῇ φησίν. Sic ms. *A*. Pro quo, mutata verborum ſerie, Ἐρατ. δέ φησιν ἐν Ἑρμῇ editum erat. Omiſſo (ut ſolet) libri titulo Epitomator nude Ἐρατοσθ. δέ φησιν ſcripſit. Carmen illud *ERATOSTHENIS, Mercurius* inſcriptum, iam ſupra citatum fuit a Noſtro, lib. V. pag. 189. d. ubi vide notata: & conf. Iacobs Animadv. ad Anthol. Vol. I. Part. 2. pag. 313. Quos *verſ.* 1. dicit ἰούλους, adparet non eſſe nunc *inſecta* illa vel *vermes multipedes*, qui ἴουλοι vulgo nominantur; ſed *piſciculos* illos, qui ἰουλίδες aliâs vocantur, de quibus infra pag. 304. extr. nonnihil commemoratur: de quo etiam Dalecampius hîc monuit. Eodem vero modo, (ut adnotavit GESNER pag. 465.) Syneſius etiam *iulos* pro *iulidibus* dixiſſe videtur. *Piſcantes*, inquit, *circa quoddam Africae litus loco petroſo adulti quidem capiebant muraenas & locuſtas grandes: minores vero natu, viles gobios & iulos*: κωβιοὺς εὐτελεῖς καὶ ἰούλους. Vide Syneſii Epiſt. 4. pag. 167. edit. Petav.

Verſ. 2. ἠέ γε νειήτην editum erat, nullo ſenſu. Veram ſcripturam recte expreſſit Dalecampius, *barbatum mullum* latine reddens; reſpiciens puto eamdem dictionem p. 324. f. ex Sophronis Mimis Dorico idiomate expreſſam, τρίγλαν γενεᾶτιν. Simillima vero ratione hoc loco Ionica dialecto ἠὲ γενειῆτιν τρίγλην dedere noſtri codices mssti. *Ibid.* περκάδα κίχλην, *nigris maculis diſtinctum turdum.* περκὰς, eſt forma foeminina, reſpondens maſculino περκὸς vel περκνός. Apte autem convenit iſta nominis forma cum duplici forma verbi ab Heſychio adnotata: Περκάζει· μελανίζει, ποικίλλει. Περκαίνειν· διαποικίλλεσθαι.

e Ἐκ ταύτης ἡμῶν τῆς ὀψολογίας ὁ καλὸς Οὐλπιανὸς ζητείτω, &c. »Poſt longum ſermonem de *ſacro piſce*, prius»quam ad *apuas* transeat Deipnoſophiſta, Ulpiano quae»ſtionem unam proponit ex *ARCHESTRATI Opſologia*. Fa»cit enim ille poëta mentionem cuiusdam *piſcis qui in* »*Ponto & Maeotide reperitur*; quem tamen non nominat, »quia illum ἐν μέτρῳ οὐ θέμις εἰπεῖν, repugnante modu»lo ſyllabarum eius nominis legi heroici carminis. Non »ſolvitur propoſita quaeſtio ab Ulpiano: niſi deſunt ho»die illius verba, quod non puto. Doctiſſimo autem GES»NERO aſſentior, exiſtimanti [DE Aquatil. pag. 52.] *an»tacaeum* piſcem intelligi. Ea vox non magis epicum ver-

» ſum poteſt ingredi, quam elegiacum nomen *Tuticanus*, e
» de quo Ovidius conqueritur. Secunda utrobique eſt bre-
» vis. Unum video poſſe obiici huic ſententiae. Nam *an-*
» *tacaeum* deſcribunt veteres ſine oſſibus, ſpinis, ſquamis:
» quare illum non videtur habuiſſe notum Archeſtratus,
» qui ſolam ex omnibus piſcibus talem faciat anguillam:
» ἣ φύσει ἐστιν ἀπύρηνος μόνος ἰχθύς. Sed de his verbis plu-
» ra cap. XIII. [nempe ad pag. 299. a.] « CASAUBONUS.
— Vide eiusdem & *Coraÿi* notata ad loc. cit. *Antacaeum*
dicere voluiſſe Archeſtratum coniectaverat etiam DALE-
CAMPIUS. Caeterum in Athenaei verbis hoc loco mira
eſt ac vix tolerabilis ἀνακολουθία. Qualis enim eſt iſta
orationis conſecutio? Οὐλπιανὸς ζητείτω, κατὰ τί Ἀρχέ-
στρατος - - - εἰπὼν, (εἰπὸν proprius error eſt edit. Caſ.
2. & 3.) - - - τίς οὗτός ἐστιν, ὃν φησιν &c. Nec tamen
in his quidquam, quod ſciam, mutant membr. *A.* Multo
vero commodius Epitomator: Ἀρχεστράτου ἐν ταῖς κα-
λαῖς περὶ ὀψολογίας ὑποθήκαις εἰπόντος περὶ τῶν ἐν
Βοσπόρῳ ταριχῶν, - - - τίς οὗτός ἐστι ζητητέον, ὃν φη-
σιν οὐ θεμιτὸν εἶναι ἐμμέτρως εἰπεῖν. Ubi quidem quod
inter verba ἐν ταῖς καλαῖς & ὑποθήκαις interſerit iſta περὶ
ὀψολογίας, non idcirco putandum intercidiſſe haec in Ope-
ris plenioris exemplis: nam & ſatis per ſe intelligebatur,
quasnam *Archeſtrati* ὑποθήκας dixerit Noſter; (conf. pag.
278. e.) & praemiſſis illis verbis, Ἐκ ταύτης τῆς ὀψολο-
γίας, quae praetermiſit Epitomator, clare etiam id ipſum
indicabatur. De anacoluthia ſermonis monuerat etiam CA-
SAUBONUS: » Adverte loquendi genus, κατὰ τί εἰπὼν Ἀρ-
» χέστρατος, pro εἰπόντος Ἀρχεστράτου. « Quod autem
adiicit: » Pro ζητείτω, *quaerat*; male quidam ἐζήτησε,
quaeſivit: « unum Dalecampium dicit, qui *quaeſivit* in ver-
ſione poſuerat.

Caeterum in *ARCHESTRATI* verbis non ſolum illud
dubitari poterat, quis eſſet *piſcis* quem dixit *epico car-
mine non poſſe nominari*: (quamquam id quod ait, τὰ λευ-
κότατα, mire etiam convenit cum eo quod de *antacaeo
ſalſamento* lib. III. pag. 118. d. legitur, τάριχος ἀντακαῖον
ὁλόλευκον:) ſed & reliqua ſententia haud ſatis in liquido
eſt. Mihi illud certum videbatur, *verſ.* 1. non ἄλλα,
ut vulgo, ſed ἀλλὰ ſcriptum oportuiſſe; iſtaque verba
ἀλλὰ προσέστω ad ſequentia fuiſſe referenda. Sic videtur
etiam accepiſſe Epitomator, qui, omiſſis prioribus poë-

tae verbis, non niſi iſta adpoſuit, προσέστω μηδὲν ἐκεῖ στερεᾶς σαρκὸς &c. Idem, quum ἐναυξηθέντος pro αὐξηθέντος ſcripſit, interpretationis cauſſa verbo compoſito uſus eſt: nam in poëtae verbis ad Μαιώτιδι λίμνῃ adparet ſubintelligendam praepoſitionem ἐν, quam non recipiebat verſus. *Solidam carnem*, στερεὰν σάρκα, *quam procul abeſſe vult* lurco, cum VILLEBRUNIO intelligo *duram rigidamque*, qualis eſt piſcis annoſioris & qui ad nimiam molem excrevit. Sic quidem infra pag. 306. b. ab eodem poëta opponi inter ſe video piſcem στερεὸν, & eum qui ſit μὴ λίαν μέγας.

AD CAP. XXII.

f ΑΦΥΑΙ. Καὶ ἑνικῶς δὲ ἀφύην λέγουσιν. » Graeci »fere ἀφύας dicunt numero multitudinis. Atrici quidem »ἀφύην nunquam, ſi credimus antiquis Grammaticis. He»ſychius: Λέγουσι δὲ Ἀττικοὶ ἀφύας πληθυντικῶς· ἑνικῶς »δὲ οὐδέποτε. Sed huius contrarium probat Comici inter»pres [ad Equit. 642. & ad Acharn. 640.] prolatis ver»bis ex eiusdem Tageniſtis, ἄλις ἀφύης μοι. Qua de re »plura mox Noſter. [pag. 285. e.] Iudicium Ariſtarchi »ſubit mirari, qui πληθυντικῶς uſurpari hoc verbum no»luerit: auſusque ſit culpae notam affigere locis illis Co»micorum quos recenſuit, ubi vox ἀφύαι habebatur. »Scholiaſtes Ariſtophanis ad illa, Φαληρικὰς ἀφύας, ex »Avibus: [vs. 76.] Ἀρίσταρχος δὲ οὐκ ἀποδέχεται πλη»θυντικῶς, διὰ τὸ χ. Olim eruditiſſimum Gesnerum [De »Aquatilib. pag. 66.] torſerunt poſtrema verba. Nos ad »libros Diogenis pridem docuimus, τὸ χ eſſe culpae no»tam: quare in antiquorum poëtarum ſcholiis ſaepe le»gas διὰ τὸ χ. hoc eſt, propterea Critici huic verſui »praefixerunt τὸ χ. ut vocis κατάχρησιν aut inſolentiam »indicarent.« CASAUBONUS. — Vide Eiusdem & Menagii Notas ad Laërt. III. 65. De uſu ſingularis numeri in iſto nomine rectius, quam Heſychius, praecepit Etymologici auctor: Εἴρηται δὲ ἑνικῶς σπανιάκις, πλεονάκις δὲ πληθυντικῶς.

ὥστ' οὔτ' ἀφύη νῦν ἔσθ' ἁπλῶς. Ad mendoſam ſcripturam, ὥστ' οὔτ' ἀφύην νῦν, notavit CASAUB.: »*ARISTO*»*NYMI* locus paulo poſt ſcribitur melius, ὡς τοῦτ' ἀφύη »μὲν ἔσθ' ἁπλῶς.« — Nempe ſic vulgo ſcribebatur pag.

285. e. At, non ὡς τοῦτ' ſcriptum oportuiſſe, ſed (quem- f admodum hoc loco) ὥστ' οὔτ', perſpicue adparet ex p. 287. d. ubi idem fragmentum paulo auctius occurrit.

καὶ ἡ μὲν ἀφρῖτις λεγομένη οὐ γίνεται ἀπὸ γόνου, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐπιπολ. &c. Rem habes in Hiſt. Anim. lib. VI. 15. ſed verbis paulo diverſis: & loco nominis ἀφρῖτις, ibi eſt ὁ καλούμενος ἀφρός. Pleraque vero gemina his, quae apud Athenaeum leguntur, habet Suidas in Ἀφύα, ducta e Scholiis in Ariſtoph. Equit. vs. 642. *Mox*, ubi eſt ἀφύη κωβῖτις λεγομένη, debuerant puto librarii ἀφύη ἡ κωβῖτις λεγομ. adiecto *articulo*; quemadmodum fere apud Suid. & Scholiaſt. Ariſtoph. ἑτέρα δέ ἐστιν ἡ λεγομένη κωβῖτις. Apud Ariſtot. l. c. eſt ὁ καλούμενος κωβίτης: & κωβίτης habet hoc loco etiam ms. *Ep.* ſed tenet foemininum λεγομένη. Maſculinum vero κωβίτης mox ex Dorione adfertur.

ἐκ τῶν μικρῶν καὶ φαύλων τῶν ἐν τῇ ἄμμῳ διαγενομένων κωβιδίων. »Interpretatur Athenaeus iſta Ariſtotelis, »γόνος ἐστὶν ὁ κωβίτης κωβιῶν τινων μικρῶν καὶ φαύλων, »οἳ καταδύνουσιν εἰς τὴν γῆν. Propius ad philoſophi ver- »bum καταδύνουσιν, accedit lectio librorum Suidae, τῶν »ἐν τῇ ἄμμῳ φερομένων.« Casaubonus. — Perperam ἄμμῳ cum aſpero ſpiritu legebatur in editionibus omnibus; ſic & paulo poſt, ἐκ τῆς ἄμμου. Recte ἀμμῳ & ἄμμου mssti.

γίνεται δὲ καὶ ἄλλη ἀφύη, ὁ γόνος τῶν μαινίδων. Con- a iunctionem δὲ opportune dedit ms. *Ep.* Neſcio an eamdem agnoſcat ms. *A.* Bene vero cum ed. Ven. habet codex uterque ὁ γόνος, absque verbo ἐστί: quam verborum ſtructuram nil opus erat ut ex Ariſtotele refingeret editor Baſileenſis. Quod pro γόνος apud Suidam perperam γένος legitur, idem error eſt apud Comici Scholiaſten l. c.

καὶ ἄλλη δὲ ἐκ τῆς μεμβράδος. Sic & Suid. & Scholiaſtes modo laudatus, καὶ ἄλλη ἐκ τῆς μεμβράδος. Apud Ariſtotelem vero l. c. propemodum contrarium: ἐκ δὲ τῆς Φαληρικῆς (nempe ἀφύης) γίγνονται μεμβράδες. De diverſa ſcriptura μεμβρὰς & βεμβρὰς paulo poſt erit dicendi locus. *Ibid.* καὶ ἔτι ἄλλη ἐκ τῶν μικρ. Sic commode ms. *A.* & καὶ ἄλλη (absque ἔτι) ms. *Ep.* ut apud Suid.

Δωρίων - - κωβίτην τινὰ ἕψητὸν λέγει. Lubens h. l. tenui κωβίτην cum edd. & ms. *Ep.* maſculino genere, quod

ſequenti vocabulo ἑψητὸν magis convenire videbatur. Nec aliud debuiſſe videtur ms. *A.* in quo κωβίτιν, iota quidem in ultima ſyllaba pro ῃ ponens ſuo more; ſed in penultima accentum tenens *acutum*. *Ibid.* ἰχθυδίου δὲ ὄνομα ἀθερίνη. Conf. pag. 300. f. Pro ἀθερίνη perperam olim apud Ariſtot. VI. 17. ἀνθερίνη legebatur: mendam correxit Camus. *Ibid.* καὶ τριγλῖτιν ἀφύην. Foemininam terminationem uterque codex mſtus dedit. Et eâdem formâ foemininâ rurſus haud dubie utitur idem Dorion p. 287. c. ubi tertium caſum τριγλίτιδι habes. Sed in nominativo & accuſativo *circumflectenda* erat penultima, ut in ἀφρῖτις, κωβῖτις, aliisque.

Ἐπίχαρμος δ' ἐν Ἥβας γάμῳ &c. »Ait auctor, EPI-
b »CHARMUM, *in Hebae Nuptiis*, ἐν μεμβράσι καὶ καμμά-
»ροις τὰς ἀφύας καταριθμεῖσθαι: *inter membradas & camma-*
»*ros recenſere apuas*. Poëtae verba habes inferius in ſermo-
»ne de *bocibus:* ſed ibi [p. 286. f.] ſcribitur σμαρίδες,
»ἀφύαι, κάμμαροι, non, ut hîc, μεμβράδες. « CASAUBONUS. — Idem Epicharmi verſus, quem dicit Caſaubonus, iterum legitur p. 306. c. ubi pariter σμαρίδες ſcribitur: nec vero ob id, quod hîc dicit Athenaeus, tentanda erat iſta ſcriptura; nec vetat quidquam quo minus credamus recte ibi & ſuo loco ſtare illud nomen piſciculi, quod & alibi occurrit, ut pag. 313. a. & b. de quo conf. Heſychium in Σμαρὶς, & Gesnerum pag. 523. Et in eodem ipſo verſu, de quo agitur, qui ſic ſonat,

ἔτι δὲ ποττούτοισι βῶκες, σμάριδες, ἀφύαι, κάμμαροι:

membradibus per metri legem ne fuerat quidem locus: nam βαμβραδόνας vocari iſtos piſciculos ab Epicharmo in Hebes Nuptiis, non μεμβράδας, diſerte docet auctor noſter pag. 287. b. Itaque cum hoc loco idem auctor ait, ab eodem Epicharmo in eodem dramate *apuas commemorari ſimul cum membradibus atque cammaris;* intelligi par eſt, in iſto dramate verſui ei, quem modo adpoſuimus, proxime ſubiectum fuiſſe illum, qui pag. 287. b. & p. 305. c. legitur, a nomine βαμβραδόνες incipiens. Quod vero addit Athenaeus, de eodem Epicharmo loquens, cum ait, διαστέλλων τὸν λεγόμενον γόνον: verſum illum, qui huc ſpectabat, nusquam adpoſuit Deipnoſophiſta.

Ἱκέσιος δέ φησι· &c. »*Apuarum genera duo* facit HICE-
»SIUS, antiquus medicus. Τῆς ἀφύης, ait, ἡ μὲν λευκὴ, ἡ
»δὲ ῥυπαρωτέρα ταύτης. Emendant docti [neſcio qui,

»quorum meminit Dalecamp.] ἡ δὲ λιπαρωτέρα: non b
»animadvertentes, opponi ratione coloris τὴν ῥυπαρὰν
»τῇ λευκῇ. Alibi docemus, vocem ῥυπαρὸς & πιναρὸς non
»*sordes* significare interdum, sed *colorem* qualis est *vestis al-*
»*bae quae* habendo *facta est sordida.* Nihil igitur mutemus:
»sed libros sequamur; cum praesertim sequatur, διαφέρει
»δὲ ἡ καθαρὰ, quod plane est contrarium vocis ῥυπαρά.«
CASAUBONUS.

In *ARCHESTRATI verſ.* 1. cum μίνθον temere esset editum, monuit idem CASAUBONUS: »Scribe, Τὴν δ' ἀφύην
»μίνθου πᾶσαν πλὴν τὴν ἐν Ἀθήναις. *Omnem apuam, Attica exceptâ, aſperge ſtercore:* id est, *aſpernare & loco ſtercoris habe.* μινθοῦν Comicis idem ac κοπροῦν, προστιλᾶν.
»Vulgo μίνθον: sed μίνθου Epitoma.« — [Sic vero & noſter ms. *Epit.* & ms. *A.*] — »Quod autem *apuae* quaedam
»ἀφρὸς appellarentur, & indicat Archestratus, [*verſ.* 2.]
»cum ait, τὸν γόνον ἐξαυδῶ, τὸν ἀφρὸν καλέουσιν Ἴωνες·
»& confirmat Hesychius: λέγουσι δὲ καὶ αὐτὰς (*apuas*)
»ἀφρὸν διὰ λευκότητα.« — Sed, & Aristotelem τὸν καλούμενον ἀφρὸν dixisse, paulo ante docuimus. *Verſu* 3. *Phalericas* quas laudat *apuas*, iam saepe aliâs laudatas observavimus. Vide Animadv. ad III. 108. b. & paulo inferius, hac paginâ, lit. e. & f. *Verſ.* 5. ἐὰν, non ἐπὰν, habet c
codex ms. uterque. Sed ἐάν γ' ἐπιχ. haud dubie scripserat poëta. *Verſ.* 6. Metri ratio, collata cum librorum scripturâ, haud obscure clamabat eam quam dedi lectionem, Ἂν δέ που. Deinde poterat quidem ferri ἰμείρῃς, quod habebant edd. cum ms. *A.* sed praestabat verbum medium ἰμείρῃ, quod dabat ms. *Ep.*

Verſ. 7. κνίδας ὀψωνεῖν, τὰς ἀμφικόμους ἀκαλήφας. Nomen ἀκαλήφας *per adpoſitionem* (quam dicunt Grammatici) iungit nomini κνίδας. Sunt enim synonyma ista nomina, ita quidem ut κνίδη ex linguae communis usu sit, ἀκαλήφη vero ex Atticorum idiomate; de quo monuit Moeris pag. 66. aliique Grammatici ab Interpretibus ibi laudati. Quare nescio cur pro τὰς ἀμφικόμους ἀκαλ. doctissimus PIERSONUS (ad Moer. pag. 67.) τάς τ' ἀμφικ. maluerit: cuius tamen sententiae favet noster ms. *Ep.* in quo caeteroquin quidem manifesto errore sic scribitur, τάς τ' ἀφικομένους ἀκαλήφας. Caeterum illud video dubitari posse, *urticam*-ne *herbam*, an *marinum animalculum* dixerit Archestratus. (Conf. Athenaeum II. 62. d. & III.

c 89 sq.) *Herbam* quidem *Dalecampius* intellexerat, Graeca sic reddens, *Cnidas seu urticas undique foliis comantes.* Non concesserit hoc Galenus, qui (ut adnotavit Casaub. ad Athen. II. 62. d.) negavit reperiri quemquam posse qui *urticas* velit esse, non cogente fame, & quidem maximâ. Cui potuerit quidem responderi (quod ibidem monuit idem Casaubonus) ingeniosam nimis gulam esse, & posse sibi etiam ex aculeatis parare voluptatem. Sed tamen, cur apuam potissimum *cum urtica herba* (quae nihil sane exquisiti saporis habet) *comedendam* voluisset lurco poëta, difficile dictu fuerit. Contra vero, ex his quae de *marina urtica* cum apud Xenocratem leguntur, DE Alim. ex Aquatil. cap. 17. tum apud Apicium, lib. IV. cap. 2. pag. 110 sq. & cap. 3. pag. 131. haud obscure intelligi videtur, *urticam marinam* hic dixisse Archestratum. Et in eamdem non modo perapte, sed paulo etiam aptius quam in herbam urticam, convenit & epitheton ἀμφίκομος, *undiquaque comatus*, & verbum ὀφωνεῖν, quo usus est poëta.

AD CAP. XXIII.

Cum ἐν τοῖς περὶ Παροιμιῶν, τῆς ἀφύης φησὶ &c. legeretur; Dalecampius interpretatus erat, *Clearchus Peripateticus libro de Proverbiis Aphyae scribit* &c. Ad haec CASAUBONUS: »*CLEARCHO*, ait, librum fuisse editum *DE Pro*»*verbiis* constat. An *de Proverbiis Apuae* singularem aliquem »librum edidit? Suadet haec lectio, & assentiuntur inter»pretes. Sed hoc falsum est: nam scribendum, ut in Ex»cerptis, ἐν τοῖς περὶ Παροιμιῶν, περὶ τῆς ἀφύης φησί: »*in libro DE Proverbiis, scribit de apua.*« — Eamdem vocula m recte suo loco insertam nobis dedit noster ms. *Ep.*

d Idem CASAUBONUS, cum mox deinde ἐπιβάλλοντες consentientibus libris omnibus legeretur: »Transpo»sitio, inquit, locum subobscurat:« — monuitque ἐπιβάλλοντας corrigendum, ut haec sit sententia: »*Clear*»*chus de apua scribit: quia non multo igne opus habeat in* »*sartagine, iubet Archestratus in calentem sartaginem eam inii*»*cere, & ubi stridere incipit auferre.*« — Eamdem vero sententiam iam satis commode DALECAMPIUS his verbis expressserat: *quia igne pauco egeat aphya dum frigitur, Archestratum iubere tolli, cùm iniecta ferventi sartagini stridet.* Grae-

ca verba si inspicias, ista σίζουσαν ἀφαιρεῖν clausisse hexa- d
metrum intelliges in Archestrati carmine.

Ἴδε πῦρ ἀφύη. Sic commode edd. cum ms. *A.* Eâdemque sententiâ *ms. Ep.* εἶδε πῦρ ἀφύη. Aliter tamen apud Suidam & Scholiasten Comici ad Eq. 642. enunciatum habes proverbium, Ἀφύα ἐς πῦρ.

In *Chrysippi* verbis, pro τὴν ἐν Ἀθήναις διὰ μὲν τὴν δαψίλειαν, in ms. *Ep.* sic legitur, τὴν μὲν ἐν Ἀθ. διὰ τὴν δαψιλ. quae paulo commodior videri poterat verborum consecutio. *Ibid.* In τοὺς Ἀδριατικοὺς ὄρνιθας consentiunt libri: quo firmatur Harduini sententia, contendentis, (in Notis & Emend. ad Plinii lib. X. sect. 74.) apud Aristotelem Histor. Animal. VI. 1. non Ἀδριανικαὶ ἀλεκτορίδες, ut vulgo editur, sed aut Ἀδριανὰι aut Ἀδριατικαὶ scriptum oportuisse: coll. Steph. Byz. voce Ἀδρία. Caeterum istorum Chrysippi verborum mentionem faciens Camus in Notis ad Aristotelis Histor. Anim. pag. 696 sq. monuit, oblitum videri Chrysippum eorum quae de *Adrianarum gallinarum foecunditate* praedicavit Philosophus. At *mares* potissimum desideratos fuisse, nempe ob colorum varietatem, ex Chrysippi verbis cum Aristotele collatis intelligitur.

Ἐπὶ τοῦ ἑνικοῦ Ἑρμιππος Δημόταις. »*Hermippi* Co- e
»mici Δημόται, quae hîc laudatur fabula, Pollux citat »libris septimo, nono, & decimo cap. XXXVII.» Casaub. — De usu *singularis numeri* in vocab. ἀφύη vel ἀφύα, confer supra notata ad pag. 284. f. Quod vero post vocem Δημόταις, licet iam praecesserint verba Ἐπὶ τοῦ ἑνικοῦ, tamen in ms. *A.* rursus adiicitur τὸ ἑνικόν: id temere e margine in contextum receptum videtur. Quae de usu singularis numeri hîc adferuntur, ea omnia praetermisit Epitomator.

Καλλίας Κύκλωψι. »*Calliae Cyclopum* meminit Pollux »lib. VII. cap. 24. & 26. « Casaubonus.

Ἀριστώνυμος, Ἡλίῳ ῥιγοῦντι. Et hic & rursus pag. 287. d. ῥιγῶντι scribitur in ms. *A.* qui tamen supra (p. 284. f.) vulgatum ῥιγοῦντι (quod sciam) tenebat.

Ἀφύδια δὲ Ἀριστοφάνης. ἀφυίδια per diphthongum recte scripsit Brunck, in Fragm. Aristoph. pag. 267. num. 4.

AD CAP. XXIV.

Λυγκεὺς δὲ ὁ Σάμιος &c. »*Lyncei Samii*, qui sequitur,

»locus ex eius *Epiſtola ad Diagoram*, comparari debet »cum ſimilibus aliis qui in libris hisce habentur: cuius»modi ille eſt quem lib. III. cap. XXV. expoſuimus.« [Vide lib. III. pag. 109. d. ibique notata: conf. etiam III. 75. e. & in Animadv. ad eumdem locum corrige *apuis*, pro *aquis*, quod perperam ibi expreſſum video.] »Con»ſtat, eâ epiſtolâ contendiſſe Lynceum edulia Rhodiorum »cum Atticis, & Rhodiacis palmam adiudicaſſe. Eius »verba quae hîc habentur, & diſtinguuntur non bene, & »non ſine vitio ſcribuntur: vertuntur autem peſſime. Le- f »gendum: *ταῖς μὲν Φαληρικαῖς ἀφύαις τὰς Αἰνιάτιδας κα»λουμένας ἀφύας· τῷ δὲ γλαυκίσκῳ* [Γλαυκίσκῳ maiuscu»lâ literâ initiali ſcribebatur in ed. Caſ. 1. Perperam vero »*γλυκίσκῳ* ms. *A.*] *τὸν ἔλλοπα καὶ τὸν ὄρφον ἀντιπα»ρατιθεῖσα. πρὸς δὲ τὰς* Ἐλ. Hoc eſt: *Oppoſuit* (Natu»ra Rhodiis cupiens) *apuis Phalericis eas quae dicuntur Ae»niatides: glauciſco, ellopem & orphum: Eleuſiniacis paſſeribus »& ſcombris, & ſi quis alius apud Athenienſes piſcis eſt ipſo Ce»crope nobilior, opponendum genuit eum quem alopecem vocant.* »In priore parte huius ſententiae ſcripſimus *ἀντιπαρατι»θεῖσα.* [Id ipſum dedere noſtrae membr. *A.*] Sic legen»dum eſſe evincit vox *ἀντιγεννήσασα*: quam tamen vo»cem interpretes cenſuerunt mutandam in *ἀντεγγυήσας*: »[ſic diſerte Dalecampius; latine reddens, *velut ſponſione »facta ſatisdat.*] abſurde plane, & *ἀπροσδιονύσως*. Vera »lectio quam aſſerimus: vera ſententia quam expreſſimus. »Ut plena ſit Lyncei oratio, ἔξωθεν aliquid ſubaudien»dum, hoc modo, *ἀντιπαρατιθεῖσα ἡ Ῥόδος*, vel *ἡ φύσις »εὐνοοῦσα τοῖς Ῥοδίοις*. Simillimus locus eſt, qui recita»tur libro XI. [pag. 469. b.] *τὰς ἡδυποτίδας τοὺς Ῥο»δίους ἀντιδημιουργήσασθαι πρὸς τὰς Ἀθήνησι Θηρικλείους.*« [Sic *ἀντεκτρέφουσιν*, ſcil. *οἱ Ῥόδιοι*, ſcribit idem, XIV. p. 654. a.] »Item alius locus libro XIV. [pag. 647. a. b.] »ubi eodem genere & caſu ſcriptum, *εἰσάγουσα ἀνταγω»νιστὴν*, pro eo quod hic *ἀντιπαρατιθεῖσα.*« CASAUBONUS. — Quodnam ſit nomen foeminini generis, in hisce locis ſupplendum, perſpicue intelligitur ex lib. XIV. pag. 652. d. ubi ait. *ἡ δὲ γῆ ταῖς μὲν χελιδονίοις ἰσχάσιν ἀντιπαρατιθεῖσα τὰς &c.* Pergit CASAUBONUS: »Caeterum »apuae quas Rhodii *Aeneatidas* vocabant, nomen habue»runt ab *Aeno*; qui locus fuit in continente, Rhodo op»poſitus. Inde dictae *Aeniatides apuae*, ut *Pelorides con-*

» *chae*, & similia. [Vide Steph. Byz. in Αἶνος.] Cum ait, » ἐπάνω τῇ δόξῃ τοῦ Κέκροπος γέγονεν, alludit ad prover- » bium, Κέκροπος εὐγενέστερος: unde est apud Synesium, » ὑπὲρ τῆς εὐγενείας ἀμφισβητεῖν τῷ Κέκροπι. «

De omnibus istis, quae ex Lyncei Samii Epistola hucusque adtulit auctor noster, nihil aliud adposuit Epitomator, nisi haec verba: Ὅτι Λυγκεὺς ὁ Σάμιος ἐπαινεῖ τὰς Ῥοδιακὰς ἀφύας. Tum vero sic pergit: Ὅτι ὁ τὴν Ἡδυπάθειαν γράψας Ἀρχέστρατος παρακελεύεται &c. Ubi quum in opere pleniore *Archestrati* nomen statim non adiectum sit, sed deinde demum declaratum, monuit CASAUBONUS: » Ista, ὁ δὲ τὴν Ἡδυπάθειαν γράψας &c. ver- » ba sunt *Lyncei*, auctoritate *Archestrati* commendantis » Rhodiorum alopecem. Non nominaverat Lynceus Arche- » stratum, contentus hac periphrasi eum indicasse, ὁ τὴν » Ἡδυπάθειαν γράψας. Poterat tamen non iniuriâ dubitari, » de quo sentiret Lynceus: nam opus Archestrati solus » hic, (Lynceus,) ut libro primo observatum est, Ἡδυ- » πάθειαν appellavit: alii vel Ὀψολογίαν vel Γαστρονομίαν, » vel alio quo nomine. Propterea subdit Athenaeus, Ἀρ- a » χέστρατον λέγει τὸν τένθην ὁ Λυγκεύς. Quae [minus re- » cte a Dalecampio accepta verba,] erant vertenda, *Ar-* » *chestratum intelligit Lynceus, nobilem catillonem.* Elegantissi- » me autem scriptor Samius versuum Archestrati senten- » tiam paucis verbis est complexus. « — Libro primo, p. 4. e. adnotaverat Athenaeus, non modo a *Lynceo*, verum etiam a *Callimacho*, Ἡδυπάθειαν appellatum fuisse Archestrati carmen. Eâdem vero adpellatione paulo post (p. 306. a.) etiam suo nomine utitur Deipnosophista.

Qui dein adponuntur *ARCHESTRATI versus*, iidem iterum recitantur pag. 295. a. Temere vero h. l. in *vers.* 2. ἅρπασον αὐτὴν legebatur in editionibus omnibus, pro αὐτὸν, quod recte hîc habent mssti, & altero loco etiam editi libri. *Ibid.* Ad ἂν μὴ θέλῃ, intellige τὶς, vel ὁ ἰχθυοπώλης. Conf. Casauboni Animadv. ad VI. 260. d. *Vers.* 3 *sq.* Metri rationem nullam habentes librarii, & hîc & altero loco κᾆθ' ὕστερον scripsere, pro κᾆτα ὕστερον,

AD CAP. XXV.

Καλλίας, Κύκλωψιν. Sic recte ed. Bas. & Cas. cum ms. *A.* ut pag. praec. lit. e. Corrupte h. l. Κύκλυψιν ed. Ven.

Alio modo corruptum eumdem fabulae titulum infra vi-
b debimus, pag. 306. a. Erant autem etiam *Calliae* verba perquam corrupte ſcripta h. l. partim in ipſis membranis, ac paulo etiam magis in editis libris: κίθαρις ὀπτός τε βατὶς θύννου τε κεφάλαιον τὸ δί' (recte vero τοδὶ ed. Ven.) ἐγχελία κάραβοι Αἰνεεὺς ἄχαρνος. οὕτως ΒΑΤΙΣ &c. Itaque Casaubonus in Animadv. »*Calliae* locum, ait, »ſuper *acharno piſce* laudatum, ſcribo ſic: Κίθαρος ὀπτὸς »καὶ βατὶς θύννου τε κεφάλαιον τοδὶ, ἐγχέλυα, κάραβοι, »Αἰνιεὺς τε ἄχαρνος οὗτος. ΒΑΤΙΣ &c. Vide in Κίθαρος.« — Scilicet pag. 306. a. ubi de *citharo* piſce agitur, repetitur pars eorumdem verborum, de quibus hîc quaerimus. Ibi vero, pro κίθαρις, quod h. l. perperam membranae cum editis habent, recte κίθαρος legitur: tum ibidem ὀπτὸς καὶ, quod & hîc in membr. eſt, non ὀπτός τε. Pro mendoſo ἐγχελία, eſt ἐγχέλια in membranis, propius ei quod verum erat, ἐγχέλεια. cf. III. 105. f. In Αἰνεεὺς ἄχαρνος & οὕτως nil mutant membranae, niſi quod poſt ἄχαρνος non diſtinguant orationem: quo magis fit perſpicuum, (quod iam per ſe adparebat, & recte a Caſaubono monitum eſt,) οὗτος pro οὕτως oportuiſſe. Iam Αἰνεεὺς Dalecampius reddidit, *ex Aeno*, nempe Thraciae oppido. At ſic Αἴνιος graece fuerat dicendum. Αἰνιεὺς, quod Caſaubonus maluerat, ad Αἰνίαν Perrhaebiae oppidum fuerit referendum. Equidem teneri poſſe Αἰνεεὺς putavi, ab alio Thraciae ſive Macedoniae oppido, cui Αἴνεια nomen: cuius gentile regulariter quidem Αἰνειεὺς, itemque Αἰνειάτης, formatur; ſed, pro Αἰνειεὺς, licuit (puto) poëtae Αἰνεεὺς uſurpare. Iam, nulla alia adhibita mutatione, niſi οὗτοσὶ pro οὗτος poſito, (quà fere eâdem formâ praecedit etiam pronomen τοδὶ) prodibant duo verſus trochaici tetrametri catalectici:

Κίθαρος ὀπτὸς, καὶ βατὶς, θύννου τε κεφάλαιον τοδί·
ἐγχέλεια, κάραβοι, Αἰνεεὺς ἄχαρνος οὗτοσί.

quorum poſteriorem in exemplo noſtro ſic in duo ſua hemiſtichia distributum volueram, ut prius in Αἰνε- terminaretur, alterum ab εὺς inciperet. Epitomator, omiſſis quae de *acharno* piſce habet Athenaeus, proximis Archeſtrati verſibus haec verba ſubiecit: Ὅτι ἐν Ἐλευσῖνι ψῆτται καὶ σκόμβροι πολλοί: quae ille, quod ad ſententiam ſpectat, ex ſuperiori Lyncei teſtimonio decerpta huc transtulit.

AD CAP. XXVI.

ΒΑΤΙΣ, ΒΑΤΡΑΧΟΣ, ΒΑΤΟΣ. Τῆς μὲν οὖν βατίδος καὶ τοῦ βατράχου μνημονεύει Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ Ζώων. »Fortaſſe ſcripſerat καὶ τοῦ βάτου καὶ τοῦ βατράχου. Non enim video cauſſam huius praetermiſſionis. Nam Philoſophus *inter cartilagineos* & *batidem* & *batum* recenſet: atque adeo hunc ſaepius quam illum. Sic tamen omnia antiqua exemplaria & Epitoma.« CASAUBONUS. — Sane τὸν βάτον plus ſemel in Hiſtor. Anim. in numero τῶν σελαχῶν (i. e. *cartilagineorum*) diſerte nominat Ariſtoteles; veluti II. 13. & V. 5. quem locum poſteriorem paulo poſt citat auctor noſter. Qui vero locus hîc reſpicitur, is exſtabat in libro illo hodie deperdito, Περὶ Ζώων aut περὶ Ζωϊκῶν inſcripto, & nonnumquam περὶ Ζώων ἢ (vel καὶ) Ἰχθύων, quo nullus alius in hac diſputatione frequentius ab auctore noſtro citatur: de quo libro ſupra ad pag. 281. f. fuſe a nobis diſputatum eſt. Et verba quidem illius libri, ad quae hîc reſpicit Athenaeus, ipſa deinde adferuntur pag. 330. a. ubi, omiſſa τοῦ βάτου mentione, haec leguntur: Ἐν δὲ τῷ περὶ Ζωϊκῶν: Σελάχη· φησὶ, (ſcil. Ἀριστοτέλης,) βοῦς, τρυγὼν, ναρκὴ, βατὶς, βάτραχος, &c. b

Εὔπολις δ' ἐν Κόλαξιν φησίν. Deerat coniunctio editis, nec ex ms. *A.* adnotata. Sed vix umquam omiſſam eam in huiusmodi citationibus reperies, praeſertim ubi verbum φησὶ diſerte adiectum. Quare ex coniectura eam adiicere non dubitavi. Alia eſt ratio ſcripturae in Epitoma: ubi perſaepe absque verbo φησὶ nudum auctoris citati nomen teſtimonio ipſius praeponitur; veluti Εὔπολις: Ἐπίχαρμος: & ſimilia. In Κόλαξιν & φησὶν, literâ ν in fine percommode carere poteramus: ſed tenet eam (ni fallor) cum editis codex ms. *A.* *Callias*, de quo loquitur apud *EUPOLIDEM* adulator aliquis paraſitus, eſt luxurioſus ille Hipponici filius, cuius cum ſaepe alibi, tum IV. 169. a. mentionem facit Noſter. Poëtae verba, continuo tenore vulgo ſcripta, in tres verſus diviſimus, non illos quidem metricae legi adſtrictos; cui quo pacto adaptandi ſint, videant ingenioſiores. *Verſ.* 1. Παρὰ τῷδε erat editum: praetuli autem Παρὰ τῷ δὲ, quod dedit ms. *Ep.* *Verſ.* 2. ἵνα παρὰ μὲν ſcribebatur vulgo, & ſic etiam in eodem ms. *Ep.* Recte vero CASAUBONUS monuit: »πά-

b »ρα ſcribe, pro παρῆσαν. ut ante monebamus. « — Vide ad pag. 278. 1. Rurſus adponitur pars eorumdem Eupolidis verſuum lib. IX. pag. 400. b. ubi magis etiam corrupte ἵνα μὴ παρὰ μὲν βατ. editur; ſed negativam particulam ignorant ibi membranae. Quae hîc γυναῖκες nominantur εἰλίποδες, eas latine *tolutim incedentes* reddidit Dalecampius: Villebrune gallice, *des femmes qui font voltiger leurs pieds.*

»In *Epicharmi* ecloga [ex *Hebae Nuptiis*] non intel»ligo iſta, ἦν δὲ ζύγαιναι, πρῆστιες, καμεῖται. Poſtre»ma vox mendae ſuſpecta, vel eo nomine, quia in Ex»cerptis praetermiſſa eſt cum praecedente. Dalecampius »emendat χαμευνῆται: de quo pronuntient eruditi. Pro»babilius ſit multo κάτη ἕτερα: etſi ne id quidem placet.« Casaubonus. — Claudicat uterque *Epicharmi* trochaicus. Prior facile ad metri legem adcommodari poteſt, inſertâ poſt νάρκαι particulâ καὶ, quae quam facile excidere potuerit ſatis adparet. Igitur ſic decurret:

Ἦν δὲ νάρκαι, καὶ βατίδες· ἦν δὲ ζύγαιναι, πρῆστιες.

Zygaena piſcis, quem *libellam* apud Ariſtotelem interpretatus eſt Gaza, nusquam alibi, quod ſciam, apud Noſtrum commemoratur. De eo vide quae poſt alios monuit Camus in Notis ad Ariſtot. Hiſt. Anim. p. 842 ſq. Eſt ex cetaceorum genere, ſicut etiam qui continuo deinde nominantur πρῆστιες; pro quo haud immerito ſuſpiceris πρίστιες ſcriptum oportuiſſe, quemadmodum πρίστεις recte ſcribitur VIII. 333. f. quo de genere conſuli poteſt Gesner. pag. 726 ſqq. & Camus ibid. pag. 705.

c Alter verſus tali quodam modo potuerit concinnari:

(ἦν) καμεῖται, (ἦν) βάτοι, ῥῖναί τε τραχυδέρμονες:

ſive pro ἦν ubique ex Siculi poëtae more ἦς malueris. Quinam vero piſces ſint, quos καμείτας dixerit, non magis nobis quam Caſaubono compertum. Quod pro καμεῖται Villebrunius χᾶμαι καὶ legi voluit: parum probabile eſt, *chamas* e teſtaceorum genere cum *piſcibus* miſcere hîc voluiſſe poëtam: taceo, quod trochaico metro repugnet iſto loco vox χᾶμαι ob primam longam.

ἐν δὲ Μεγαρίδι. »*Megaris Epicharmi* laudatur & no»ni libri initio. Quae inde afferuntur hîc, non carent »ſuſpicione mendi.« Casaubonus. — In Epitoma prorſus omiſſa eſt iſta ecloga. Ab editorum librorum ſcriptura nil discedit ms. *A*. Nec nos quidquam mutare auſi ſu-

mus, nisi quod per versus utcumque distribuimus verba. c
Verbum ἔχησθ', (*vers.* 2.) *habeatis* interpretatus est Dalecamp. Quae si vera interpretatio, oportebat in Graeco ἔχητ', vel potius ἔχοιτ'. Sed manifeste ibi hiat misereque claudicat versus; cui nullum satis probabile remedium nobis succurrebat. Pro ὀστέων (*vers.* 3.) GESNERUS p. 800. eclogam istam citans, ὀστεᾶν legendum coniectaverat. ὀστίναν fortasse mallet alius. In fine *vers.* 4. quid valeat τε οὔ, (aut τε οὖ, ut scribitur in ed. Ven.) nullo pacto potui hariolari. De sententiae summa haud improbabiliter GESNERUS l. c. sic monuit: »Videtur laudare *latera* »*mollia*; sicut & *batis* piscis mollis est: *nates* vero *solidio-*»*res*; sicut batus piscis solidior ac durior est, sive absolute, sive batidi foeminae (ut Rondeletius putat) com»paratus.« — Caeterum quod *Eupolidi* ista verba tribuit idem Gesnerus, id imprudenti doctissimo viro exciderat.

Σαννυρίων δ' ἐν Γέλωτι. »Non memini laudari alibi in »his libris vetustissimum poëtam *SANNYRIONEM*, nisi hîc. »Antiquae comoediae poëta hic fuit antiquissimus: de »quo, & istâ eius comoediâ, legitur in Aristophanis scho»liis: [in Prolegomenis περὶ Κωμῳδίας, pag. XIII. edit. »Küsteri:] Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ παλαιὰ ἑαυτῆς διαφέρει. καὶ »γὰρ οἱ ἐν Ἀττικῇ πρῶτον συστησάμενοι τὸ ἐπιτήδευμα »τῆς κωμῳδίας (ἦσαν δὲ οἱ περὶ Σαννυρίωνα) καὶ τὰ »πρόσωπα εἰσῆγον ἀτάκτως, καὶ μόνως ἦν γέλως τὸ κα»τασκευαζόμενον. Suidas auctor est, plures poëtae huius »fabulas reperiri in Athenaei Deipnosophistis laudatas: & »nomina earum refert, Γέλως, Δανάη, Ἰὼ, Ψυχασταί. »Si igitur non fallit nos Suidas, aestimari hinc potest, »quantum hoc opus damni sit passum: in quo, ut dixi, »semel tantum in *Risu* laudatum *Sannyrionem* invenias. »Huius fabulae meminere multi: ut Pollux lib. IX. & lib. »X. cap. XLVIII. Harpocration, in Ναύκληρος: etiam in »Πέλανος, sed olim; nam hodie locus est mutilatus & tur»piter deformatus. Sic enim editum: Λέγεται δὲ πέμμα»τά τινα τοῖς θεοῖς γινόμενα ἐκ τοῦ ἀφαιρεθέντος σίτου ἐκ »τῆς ἄλω . . . . . δ' ἐν γέλωτί φησι πέλανον . . . . . »ἃ καλεῖτε σεμνῶς ἄλφιθ' ὑμεῖς οἱ βρωτοί. Legendum: Σαν»νυρίων δ' ἐν Γέλωτι'

»— πέλανα καλοῦμεν ἡμεῖς οἱ θεοὶ,
»ἃ καλεῖτε σεμνῶς ἄλφιθ' ὑμεῖς οἱ βροτοί.

»Quod ad reliquas fabulas attinet, quae Suidae nominan-

c »tur, *Danaën* reperio quidem, ſed apud Comici Inter»pretem, in commentario ad Ranas, [vs. 305.] non in »Athenaeo. *Pſychaſtas* vero & *Ionem* invenias in his li»bris: ſed hanc, *Platonis* Comici; illam, *Strattidis:* neu»tram *Sannyrionis*, niſi eſt mendum in noſtris codicibus.« CASAUBONUS. — *Sannyrionem* etiam alibi, tacito tamen dramatis titulo, citatum ab Athenaeo vidimus, nempe VI. 261. f. ubi videſis quae notavimus. Quae autem ibi citantur verba, ſi cum aliis teſtimoniis ex fabula *Riſu* & apud Athenaeum hoc loco & apud alios auctores prolatis conferas, facile iſta credas ex eâdem fabulâ ducta. Caeterum quae ex Graecis ad Ariſtophanem Prolegomenis περὶ Κωμῳδίας protulit Caſaubonus, ea nihil ad *Sannyrionis* fabulam, Γέλωτα inſcriptam, pertinere, atque perperam etiam ibi Σαννυρίωνα vulgo legi, pro Σουσαρίωνα, iam pridem PEARSONUS in Vindiciis Ignatii docuit: de quo monuit etiam Fabricius, Bibl. Graec. T. I. p. 787.

Ἀριστοτέλης δ' ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων. »Legeba»tur ante, ἐν πέμπτῳ Ζώων Ἱστορίας: recte, ſi rei veri»tatem ſpectemus: nam conſtat, ſumta haec eſſe *e capite* »*quinto quinti Hiſtoriarum.* Sed iam ante monuimus, factum »eſſe caſu quodam, ut, quae proferuntur cunque ab Athe»naeo e libro quinto *Hiſtoriarum*, operi *de Partibus* ab »ipſo aſcribantur. Iudicium noſtrum eſt, eveniſſe hoc quia »codex Ariſtotelis ad manum Athenaeo non erat refe»renti in literas hos Deipnoſophiſtarum ſermones. Excer»pta ſua vir diligentiſſimus & eruditiſſimus ſolum habuit: »atque ea, ut videtur, confuſa & perturbata, titulis »perverſis. Hinc illius manavit error. Mira enim eſt opti»marum membranarum conſtantia in hoc & aliis ſimili»bus locis: ubi tamen ſcioli homines & curvorum cor»rectores *Hiſtoriarum* nomen antiquae lectionis loco ſub»ſtituerant. Enimvero quisquis ille erat, qui ſpreta au»ctoritate veterum exemplarium, tot praeſertim locis »conſentientium, facinus hoc perpetrare in animum indu»xit, fidei ſubleſtae homo is fuit, & criticus peſſimus. »Nam ſi peccata veterum Scriptorum emendare licet no»bis, & ipſorum ſcripta pro noſtra libidine fas corrige»re, mutare, atque interpolare; prorſus & de antiquis »Scriptoribus & de literis ipſis conclamatum eſt. Apage »hanc a nobis temeritatem, audaciam & vaecordiam! Ut »in republica non ſemper optimum eſt, quod prudentiſ-

» simus senatorum censuerit: sic in recensendis antiquis c
» Auctoribus non semper amplectendum pro vero & re-
» cto, quod vel opinio vel etiam ratio suaserit esse opti-
» mum. Atque, ut in publicis consiliis suprema semper
» lex est, populi salus, &, ut ille ait, εἷς οἰωνὸς ἄριστος
» ἀμύνεσθαι περὶ πάτρας: ita in isto negotio illud semper
» anteponendum est, quod ab auctore esse profectum, li-
» quido constiterit. Nemo igitur miretur restitutam a no-
» bis cum isto loco, tum aliis quam plurimis, antiquam le-
» ctionem: quam, sicut iam diximus, constantissime tuen-
» tur omnia manu exarata exemplaria. « CASAUBONUS. —
Quod si Venetam consulere editionem voluisset vir do-
ctissimus, intellecturus erat, hominem eum, qui istam
Athenaei libris mutationem hoc loco intulit, *Editorem* fuis-
se *Basileensem;* qui quidem ea re bene & de Athenaeo &
de eius lectoribus sese meriturum existimaverat, haud pru-
dentissimo utique (ut recte monuit Casaubonus) consilio.
Morem autem istum Athenaei, *quintum ex eis libris, qui*
Περὶ Ζώων Ἱστορίας in omnibus Aristotelis codici-
bus hodie extantibus *inscribuntur*, isto titulo citandi ἐν
πέμπτῳ Ζώων Μορίων, iam supra aliquoties notavi-
mus; veluti in Animadv. ad II. 63. b. & ad III. 88. c. Eâ-
dem occasione observet lector inconstantiam Editorum
omnium. Nam Casaubonus, qui adeo graviter hoc loco
de novatione superiorum Editorum conqueritur, suosque
libros nunc secutus est, idem alibi passim superiorum edi-
tionum lectionem tenuit. Porro Venetus editor, qui alibi
nomen Μορίων ab Athenaeo adiectum, & in scriptis omni-
bus codicibus (etiamque in Epitoma, in qua quidem ple-
rumque aliâs omissi sunt librorum tituli) comparens, sua
auctoritate delevit, idem hoc loco scripturam codicum
msstorum tenuit. Caeterum caussam illius confusionis ab
Athenaeo invectae, quam caussam prorsus me ignorare
alibi professus eram, nuperrime mihi visus sum intellexis-
se esse similem ei, qua factum est, ut, qui in omnibus
Philosophi codicibus hodie numeratur *Nonus liber Historiae*
Animalium, eumdem Athenaeus sic citare consueverit, ἐν
τῷ περὶ τῶν Ζώων Ἠθῶν: de quo vide supra ad p. 282. c.
Scilicet, quemadmodum *nonus* ille *Historiarum liber*
ab his verbis incipit, Τὰ δὲ ἤθη τῶν ζώων &c. in eo-
demque libro potissimum de *Moribus Animalium* disputat
Philosophus; sic priores libri eiusdem operis ex professo

c de *Partibus Animalium* agunt: & primus quidem liber ab iſtis verbis capit initium, Τῶν ἐν τοῖς ζώοις μορίων, τὰ μέν ἐστιν ἀσύνθετα &c. Rurſus ſecundus liber ab his: Τῶν δ' ἄλλων ζώων τὰ μόρια &c. Similiter tertius & quartus liber. Quare haud mirum eſt, ſi nonnulli librarii atque etiam eruditi viri (quibus praeſertim aut alterum opus, quod hodie *De Partibus Animalium* inſcribitur, non ad manus fuiſſet, aut qui illud alio titulo inſcriptum habuiſſent) libros iſtos hoc titulo & inſcriberent & citarent, Περὶ Ζώων Μορίων. Iam eiusdem quidem Operis *liber quintus*, *ſextus* & *ſeptimus* de *Generatione* maxime *Animalium* agunt; *octavus* vero & *nonus*, de eorumdem *Moribus*: quare, ſicut *nonum librum* ab Athenaeo titulo iſto, ἐν τῷ (poterat ἐν τοῖς dicere, vel ἐν τῷ β'. quia octavus etiam in eodem argumento verſatur) περὶ τῶν Ζώων Ἠθῶν, citatum vidimus; ſic conſentaneum quidem videri debebat, ut *quintus Historiarum* (quae vulgo hodie inſcribuntur) *liber*, hoc titulo citaretur, ἐν τῷ (vel ἐν τοῖς, aut ἐν τῷ α'.) περὶ τῆς Ζώων Γενέσεως. Sed potuerunt etiam iſti libri, a *quinto* ad *ſeptimum*, (in quibus, quemadmodum de generatione, ſic & de *Partibus* ad generationem pertinentibus agitur) pro continuatione haberi priorum quatuor librorum, eodemque titulo & inſcribi a librariis & citari ab eruditis. Et in *quinto* quidem *libro*, de quo nunc maxime quaerimus, decipere librarium etiam potuerat ipſum initium libri, obiter inſpectum: ſimiliter enim & ipſe ille liber ab his verbis incipit, Ὅσα μὲν οὖν ἔχουσι μόρια τὰ ζῶα &c. quamquam paulo poſt ſubiicitur, πρότερον εἴρηται, id eſt, *de ea re ante diximus*. Porro, ut quintus ille liber cum duobus ſequentibus, tamquam continuatio priorum quatuor, eodem titulo Περὶ τῶν Ζώων Μορίων citarentur, nec peculiari inſcriptione Περὶ Ζώων Γενέσεως inſignirentur, ratio etiam ea eſſe potuit, quod his, qui ea quam diximus ratione uſi ſunt, ad manus fuiſſet alterum illud opus hodieque exſtans, quod proprie *De Generatione Animalium* vulgo inſcriptum eſt. Iſto quidem ipſo opere uſum etiam eſſe Athenaeum, colligas ex his quae ad II. 63. b. a nobis adnotata ſunt: niſi forte verba ea, quae ibi citantur, deſumta ſtatuas ex deperdito illo opere Περὶ Ζώων καὶ Ἰχθύων, de quo ad VII. 282. c. diximus, cuius teſtimoniis (in hoc quidem ſeptimo Libro) frequentiſſime uſum eſſe Noſtrum videmus.

σελάχη φησὶν εἶναι, Βάτον, τρυγόνα, βοῦν, λαμίαν, c
αἰετὸν, &c. »Philosophi verba in quinto Historiarum
»[cap. 5.] sunt haec: Σελάχη δέ ἐστι τά τε εἰρημένα, καὶ
»βοῦς καὶ λαμία, καὶ αἰετὸς, καὶ βάτραχος, καὶ πάντα
»τὰ γαλεώδη. Inde est emendanda scriptura nostrorum li-
»brorum. Nam male ἀμίαν, pro λαμίαν, etiam mem-
»branae praeferunt. At pro τὸν τρυγόνα, melius alii,
»βάτον, τρυγόνα.« CASAUBONUS. — Nomen ἀμία ex
iis, quae supra ab Athenaeo disputata erant, (p. 277 sq.)
memoriâ adhuc haesisse videtur nostris librariis. λαμίαν
vero, ut apud Aristotelem, sic & hîc apud Athenaeum
scriptum oportuisse, *non* ἀμίαν, iam ante Casaubonum
monuerat GESNERUS, DE Aquatil. pag. 39. *Lamia* enim,
id est, *canis carcharias*, (pag. 306. d.) de genere *cartilagi-
neorum* est, non *amia*. Conf. notata ad p. 177. e. Porro
βάτον, τρυγόνα, dedere ambo nostri codices mssti, re-
cte consentientes cum Aristotele: nam quod in verbis a
Casaubono citatis dicit philosophus τὰ εἰρημένα, id refer-
tur ad nomina paulo ante ibidem commemorata, βάτος
καὶ τρυγὼν καὶ τὰ τοιαῦτα. Deinde αἰετὸν, ut scribitur
apud Aristotelem, sic & dedere nostrae membr. *A*.

Σώφρων - - βότιν καλεῖ τινα ἰχθῦν ἐν τούτοις· Κέ- d
στραι βότιν κάπτουσαι. &c. Repetuntur eadem Sophronis
verba, infra ubi de κέστρᾳ, id est, de *sphyraena* vel *sude*
pisce agitur, pag. 323. a. Ac poterat *SOPHRON* videri si-
ve Dorico quodam more βότιν piscem eum dixisse, qui
vulgo βατὶς vocabatur, sive alium nescio quem piscem
eo nomine intellexisse. Sed, *videndum*, ait Athenaeus, *ne
herbam* potius *aliquam* dixerit. Est apud Hesychium glossa,
quam huc spectare licebat suspicari: Βοτίς· βόλτιον. Sed
quandoquidem, quid sit quod βόλτιον dixerit glossogra-
phus, incertum est, parum ea glossa nos iuvat: nisi for-
te VILLEBRUNIO sit adsentiendum, βολβίτιον pro βόλτιον
scriptum oportuisse, intelligendumque cum Galeno (apud
Foesium in Oeconom. Hippocr. pag. 124.) genus aliquod
minuti polypi. De quo equidem in neutram partem audeo
sententiam pronunciare.

In *ARCHESTRATI de Batide vers.* 1. recte ἔσθε μέσου
dedere codices mssti ambo. Reliquos versus praetermisit
Epitomator. *Vers.* 2. καὶ ταύτῃ. Intellige καὶ σὺν ταύτῃ.
Vers. 3. Post τέκνα perperam in ed. Bas. & Cas. *interpun-* e
gebatur oratio, ubi in ed. Ven. nulla prorsus distinctio.

e Nos punctum *minori distinctione* mutavimus: tum pro disiunctis vocibus τῷ δὲ, quae erant in editionibus omnibus, una voce τῷδε scripsimus. Paulo superius, ubi γαστρίον αὐτοῦ (nempe τοῦ βατράχου) dixit idem ARCHESTRATUS, γαστρίον intelligendum quod aliâs vulgo γαστρίδιον dicitur, *abdomen*. Longe diversum autem est γάστριον apud Hesychium & Etymologum.

Ἔφιππος δ' ὁ κωμῳδιοποιός. Constanter hanc scripturam tenent membr. *A*. sicut constanter alteram κωμῳδοποιὸς edd. *Primum* EPHIPPI *versum* citans GESNERUS de Aquatil. pag. 800. sic scribit, τὴν βατίδα (εἰς) τεμάχη κατατεμών. Nempe εἰς praepositio non adiici quidem debebat, sed subintelligi utique poterat: sed, verum si quaeris, proprie per adpositionem iuncta intelligi debebunt ista, κατατεμὼν τὴν βατίδα τεμάχη, *concidens batidem frusta*, id est, *ut fiant frusta*. *Vers.* 2. Ex ms. *Ep.* pro ἕψω, quod erat editum, adoptavi formam paulo rariorem ἑψῶ, ex ἑψέω contractam; unde futurum constanter in usu, ἑψήσω. (Eiusdem formae est imperativus ἕψει, quo utitur Dorion, pag. 287. c.) Ipsum autem *praesens* ἑψῶ notione *futuri*, ut saepe aliâs in huiusmodi sermone, accipiendum. Eâdem ratione notioneque, in fine eiusdem versus, praesens ποιῶ, quod flagitabat metrum, ex coniectura restitui pro ποιήσω, quod ex interpretamento temere in alterius locum substitutum a librariis iudicavi. *Vers.* 3. Non incipi potuit iambicus versus a voce Σικελικῶς: quoniam secundus pes, qui iambus vel tribrachys esse debet, priorem syllabam longam erat habiturus. Itaque perquam probabile videri debuit, intercidisse (ex occasione praecedentis verbi ποιῶ) imperativum Ποίει.

AD CAP. XXVII.

f Ἀριστ. ἐν τῷ ἐπιγρ. Ζωϊκῷ, ἢ περὶ Ἰχθύων. Vide ad VII. 281. f. *Ibid.* σκολιόγραπτα δὲ, κολίας. Acute edebatur κολιάς. Recte vero κολίας penacute scriptum in ms. *Ep.* ut aliâs apud Nostrum, veluti III. 118. d. & 121. a. itemque apud Aristot. Hist. Anim. V. 9. (ubi mendose quidem olim κοχλίαι, pro κολίαι) VIII. 13. & alibi apud eumdem; quamquam eadem verba, quae hîc ab Athenaeo citantur, nusquam hodie in Philosophi scriptis

reperiuntur. κοιλιόγραπτα pro σκολιόγραπτα legi posse, f ex Hermolao adnotavit GESNERUS p. 257. Sed ea quidem levis coniectura est; cuius mentionem e latina nostra versione exemtam velim. In vulgatum consentiunt libri. Quod vero in plurali neutro νωτόγραπτα, & σκολιόγραπτα scribitur, indicio est, aliorum piscium nomina a Philosopho adiecta fuisse, praetermissa hîc ab Athenaeo.

EPICHARMI verba, qualia libri omnes dabant, aptissime decurrentem absolvunt tetrametrum trochaicum. Repetuntur eadem infra, pag. 306. c. nisi quod ibi pro Dorico ποττούτοισι (de quo conf. Casaub. Animadv. ad pag. 282. a.) ex interpretatione ἐπὶ τούτοις scribitur.

In *NUMENII versu*: βόπκάς τε τριγκούς τε. »Recte »emendant docti βρίγκους τε. Hesychius: Βρίγκος· »ἰχθὺς κητώδης.« CASAUBONUS. — DALECAMPIUS, *brinchos* hoc loco in versione ponens, adnotavit in ora: »Sic libro nono legimus, ex Menemacho. Incogniti pisces.« — Ubi quid spectarit vir doctus, cum *Menemachum* auctorem nusquam nominatum Athenaeo viderim, diu quaesivi; donec in oculos inciderunt *Mnesimachi* Comici verba, IX. 403. b. ubi βρίγχος piscis nescio quis memoratur: ad quam scripturam accedit aliquatenus illa, βρίκχος, quae habetur apud Hesychium in voce Ἀνωδόρκας. Sed potuerat Dalecampius ex eâdem eiusdem Mnesimachi ecloga, cuius pars etiam VII. 322. e. adponitur, aliam adferre scripturam, paulo propius ad eam quae hîc ex Numenio edita est, accedentem, nempe βρίγκος: quae scriptura in Ephippi etiam verbis, ibidem prolatis, reperitur. Quo etiam spectat Hesychii glossa, a Casaubono laudata. Quae sunt utique talia, ut suspicari liceat, in Numenii verbis hoc loco βρίγκους τε, pro τριγκούς τε, scriptum forsitan oportuisse: quam suspicionem GESNERO obortam fuisse, ex eis quae ille pag. 130 extr. & p. 998. post med. scripsit, intelligitur. Nec vero idcirco tam certa nobis ista emendatio visa est, quam vel Dalecampius vel Casaubonus iudicaverant. In contextum certe eo minus a nobis recipi illa debuit, quoniam p. 322. b. ubi idem Numenii versus repetitur, rursus per literam τ, non β, scribitur id nomen: quas literas etiam alioquin numquam, nec per dialectum, nec per librariorum errorem, permutatas inter se memini observare. Illud addubitari poterat, utrum τριγκοὺς edere debuerimus, quod hîc habent

membranae cum editis, an τρικκους, quod altero loco ex eisdem membranis enotatum video. Epitomatoris teſtimonium in neutram partem invocari poteſt: is enim h. l. totum Numenii verſum praetermiſit, altero vero loco ipſum poſtremum vocabulum, de quo quaerebamus.

Ἀριστοφάνης, Σκηνὰς καταλαμβανούσαις. Ad mendoſum Σκηναῖς adnotavit CASAUBONUS: »Scribe Σκηνὰς ex »iis quae diſputamus libro quarto, cap. XX.« — Vide ad IV. 169. c. Animadv. T. II. pag. 569. Recte vero noſtrae membr. *A.* ſicut alibi in illius fabulae titulo, ſic & hîc a Σκηνὰς dedere. Verba, quae ex iſta fabula adferuntur, veluti metro ſoluta vulgo adpoſita erant. Nobis vero perfectum efficere trochaicum tetrametrum viſa ſunt; niſi quod vocabulum βοάκων, quod in ipſo dramate e ſuperiori oratione intelligebatur, extra verſus menſuram inſertum fuerit ab Athenaeo. Priorem eiusdem fragmenti partem adpoſuit etiam Etymologici auctor, in Βῶξ, ex Herodiano Grammatico.

Ὠνομάσθη δὲ παρὰ τὴν βοήν. »Docet Philoſophus quar»to Hiſtoriarum libro, [cap. 9.] nullum eſſe piſcem qui »habeat φωνήν: ſed tantum ψόφον quosdam, aut τρισμόν. »Sic accipiendum quod hic ſcribitur de *boce* ſive *boace*. »Veteres tamen Grammatici, de appellatione piſcis huius »differentes, proferunt tamquam Ariſtotelis verba haec, »ὅτι φωνὴν προΐεται, καὶ οὕτως ὠνόμασται. Ubi eſt κατάχρησις vocis φωνή.« CASAUBONUS. — Habet iſta verba Etymologus, in Βῶξ, ex eodem (puto) Herodiano Grammatico, quem paulo ante nominavimus.

ὡς τὸν κίθαρον, Ἀπόλλωνος. Recte τὸν κίθαρον ed. Baſ. & Caſ. de quo piſce vide infra pag. 305 extr. & ſeq. Perperam vero κίθαριν ed. Ven. cum ms. *A.* & *Ep.* quemadmodum pag. 286. a. b. Unde haeſitaſſe videtur Euſtathius, ad Iliad. α'. pag. 65. l. 49. ſic ſcribens: Ἀπόλλωνι μὲν (ἀνεῖται) κίθαρος ἤτοι κιθάρα, ἐπεὶ κιθαριστὴς ἐκεῖνος περιᾴδεται. Ἑρμῇ δὲ βόαξ, ὡς κήρυκι, διὰ τὴν βοήν.

Φερεκράτης δὲ, ἐν Μυρμηκ. εἰπών· »Ἄλλον φωνὴν οὐκ »ἔχειν ἰχθῦν φασι τὸ παράπαν·« ἐπιφέρει· »Νὴ τὼ θεὼ, »οὐκ ἔστιν ἄλλος ἰχθὺς οὐδὲ εἷς, ἢ βόαξ.« — »Apud eos»dem Grammaticos [apud Etymologum, ex Herodiano »ſua depromentem] extat integrior locus *PHERECRATIS*. »Sic illi: Φερεκράτης εἰπών·

» — Τί λήρεῖς; ἀλλὰ φωνὴν οὐκ ἔχειν

»ἰχθῦν γε φασὶ τὸ παράπαν. — a
»ἐπιφέρει·
» — — Νὴ τὼ θεὼ,
»κ' οὐκ ἔστιν ἰχθῦς ἄλλος οὐδεὶς ἢ βόαξ.«

CASAUBONUS. — Apud Athenaeum in ed. Caſ. quidem οὐδεὶς ſcribebatur, in edit. Ven. & Baſ. vero οὐδεεὶς, denique in cod. msto utroque exſerte οὐδὲ εἷς: quo poſito, ſuſpicari licebat, ſenarium apud poëtam talem fuiſſe:

Νὴ τὼ θεώ· οὐκ ἔστὶν ἄλλος οὐδὲ εἷς:

ut & vocabulum ἰχθῦς, & voces ἢ βόαξ, quae apud poëtam e ſuperiori oratione intelligi debuiſſent, perſpicuitatis cauſſa adiectae eſſent ab Athenaeo. Formula, νὴ τὼ θεὼ, ut adnotavit Heſychius, eſt ὅρκος κατὰ Δήμητρος καὶ Κόρης. Conf. Hemſterh. ad Comici Plut. vs. 1007.

Ἀριστοφάνης δ' ὁ Βύζαντιος &c. Pergit CASAUBONUS: »Sed de appellatione piſcis huius diverſum ſenſit ab aliis »*ARISTOPHANES Grammaticus:* de quo ſcribit Athenaeus, »κακῶς φησὶν ἡμᾶς λέγειν τὸν ἰχθῦν βῶκα, δέον βόωπα· »ἐπεὶ μικρὸς ὑπάρχων, μεγάλους ὤπας ἔχει. *Ait Ariſto-* »*phanes, male appellari* βῶκα *piſcem, quem melius appella-* »*verimus* βόωπα: *quoniam, parvus cum ſit, magnos habet* »ὤπας, id eſt, *oculos.* Non probatur haec Athenaeo ſen- »tentia, quemadmodum ſequentia indicant. Ait enim: »Πρὸς ὃν λεκτέον· εἰ τοῦτο κακῶς ὀνομάζομεν,« [commo- b de τοῦτο edd. ut ſubintelligatur αὐτὸν vel τοῦτον, pronomen τοῦτο vero cum verbo ὀνομάζειν (ſicut aliàs cum verbo καλεῖν) idem valeat ac adverbium οὕτως: *ſi perperam* (*eum*) *ſic vocamus; ſi perperam* (*ei*) *hoc nomen tribuimus*: ſed reſtituere nos auctori debuimus τοῦτον, quod dabat codex mstus uterque.] »διὰ τί κορακῖνον φα- »μὲν, οὐ κοροκῖνον; ὠνομάσθη γὰρ ἀπὸ τοῦ τὰς κόρας κι- »νεῖν. τί δ' οὐχὶ καὶ σείουρον λέγομεν, ἀλλὰ σίλουρον; »ὠνόμασται γὰρ καὶ οὗτος ἀπὸ τοῦ σείειν συνεχῶς τὴν οὐ- »ράν. Hoc vult: Compoſitas voces originem ſuam ſae- »pe diſſimulare, mutatis, adiectis, detractis literis ali- »quot. Velle autem publico conſenſu receptas & proba- »tas dictiones reformare, inanis ſit ac vanus labor. Qua- »re fruſtra fuit Ariſtophanes cum ſua hac obſervatione. »Subtilius eſt quod ait auctor, κορακῖνον uſu vulgi com- »probatum eſſe, cum dicendum eſſet κοροκῖνον, quia ſit »facta vox ἀπὸ τοῦ τὰς κόρας κινεῖν. Plane [vero] ita

b »eſt: nam ita fieri amat in huiusmodi compoſitione no-
»minum. Sic ἡμερόδρομος dicimus, non ἡμεράδρομος: ſic
»ἡμερόκοιτος, non ἡμεράκοιτος: ſic ἡμερόβιος, ἡμεροσκό-
»πος, δοξόκοπος, θαλασσόκαπος, & ſimilia multa. Ergo
»contra hanc analogiam uſu receptum eſt, ut dicamus
»κορακῖνος, non κοροκῖνος: ut & ἀγγελιαφόρος, non ἀγ-
»γελιοφόρος.« CASAUBONUS. — Perperam διὰ τί καρκῖνον eſt in ed. Ven. ubi recte κορακῖνον habet ed. Baſ. conſentientibus msstis. Etymologia huius vocabuli eadem infra traditur, pag. 309. a. Fuerint autem qui a *colore* potius, quem habet ille piſcis *corvo* ſimilem, denominatum ſtatuant. De *ſiluro* etiam in diverſam partem BOCHARTUS abiit, Hierozoic. Part. II. lib. 5. cap. 14. σίλουρον dici ſtatuens, quaſi ψίλουρον, a *cauda glabra tenuique*; quemadmodum & σιττακὸς dicitur & ψιττακὸς, & σάγδα pariter atque ψάγδα, & id genus alia. VILLEBRUNIUS priorem nominis partem a verbo σίλλειν derivat; quod verbum, illum ſi audimus, *vibrare* ſignificat.

AD CAP. XXVIII.

ΒΕΜΒΡΑ'ΔΕΣ. Cum Βεβράδες legeretur in editis, adnotavit CASAUBONUS: »Scribunt membranae Βεμ-
»βράδες: neque aliter in ſequente *Phrynichi* verſu. Sed
»rectum eſſe utrumque, ipſe auctor nos docet.« — Miram moleſtamque admodum confuſionem in huius vocabuli ſcripturam intulere ſive Editores, ſive iuniores quidam librarii, quorum exempla illi ſecuti ſunt. Non modo in titulo huius capitis, & in proximo *Phrynichi* verſu βεβράδες edebatur: verum etiam, paulo poſt, in *Dorionis* verbis, (lit. c.) βεβράδα ἀποκεφαλίσας, rurſusque τῆς βεβράδος σκευασίας; & ſaepius rurſus deinde eadem ſcriptura obtinebat: quibus omnibus in locis noſtri codices mssti cum iis, quorum excerptas lectiones Caſaubonus habuit, βεμβράδες, βεμβράδα, βεμβράδος ſcribunt. Erravitque Caſaubonus, cum ait, ipſum Athenaeum docere rectam eſſe utramque ſcripturam: nam iſtam, quam ſecuti ſunt editores, nusquam prorſus veteres Athenaei codices agnoſcunt; neque apud alium quemquam veterem auctorem eam reperias. Apud unum Heſychium gloſſa reperitur huiusmodi: Βέβραδα· ἀθαρίνην: ſed corrupta illa haud dubie, & ex corrupto

codice ducta. Oportebat, Βεμβράδα· ἀθερίνην: & Gram- b
maticus, e quo in Hesychii Lexicon transducta illa glossa, cum *bembrade* vel *membrade* alium piscículum vicini generis confudit, *atherinam*; cuius meminit Athenaeus ex Dorione, pag. 285. a.

Ἐπίχαρμος δ', ἐν Ἥβας γάμῳ, βαμβραδόνας αὐτὰς καλεῖ. Coniunctionem, quae deerat editis, recte dedit ms. *Ep.* An eamdem agnoscat ms. *A.* non habeo compertum: illud certe scio, non omissurum eam hoc loco fuisse Athenaeum. De forma nominis Epicharmo usitata, cum βεβραδόνας & mox dein βεβραδόνες ederetur, adnotavit CASAUBONUS: »Pro βεβραδόνας & βεβραδόνες, »Etymologici auctor, describens Athenaei hunc locum, βρα»δόνας semper. E contrario scripta lectio, βαμβραδόνας. Alibi in his libris, [p. 305. c.] βαβραδόνας: atque »istud placet.« — In Etymologico, pag. 195. bis truncatum nomen, non auctoris culpâ, sed librarii. Apud Athenaeum vero optimi nostri codices, non solum hoc loco βαμβραδόνας, & in proximo *Epicharmi* versu βαμβραδόνες habent: sed rursus in *Sophronis* verbis, continuo deinde, βαμβραδόνι, non βεβραδόνι: denique pag. 305. c. ubi idem *Epicharmi* versus repetitur, rursus βαμβραδόνες constanter tenent, ignorantque βαβραδόνες, quod sua auctoritate Casaubonus ibi posuit pro mendoso βαμβαδόνες, quod in ed. Ven. & Bas. ibidem legebatur.

EPICHARMI versum talem hîc dedi, qualem fere membranae *A.* hoc loco exhibent: in quibus scilicet pro δέτε, quod editum erat, δέτι scribitur, quod δ' ἔτι valere existimavi. In *Epit.* desunt hoc loco poëtae verba, cum proximo *Sophronis* testimonio, & aliis nonnullis. Sed pag. 305. c. uterque codex sic habet:

βαμβραδόνες τε κιχλαί τε καὶ λαγοὶ δράκοντές τ' ἄλκιμοι.

Apud Etymologum talis editur idem versus:

Βραδόνες τε καὶ κίχλαι, λαγοὶ, δράκοντες ἄλκιμοι.

Quare apud poëtam ipsum aut sic fuerit conceptus:

βαμβραδόνες, κίχλαι τε, καὶ λαγοὶ, δράκοντές τ' ἄλκιμοι.

aut in hunc modum:

βαμβραδόνες τε, καὶ κίχλαι, λαγοὶ, δράκοντες ἄλκιμοι.

De *dracone marino*, pisce, cui & *araneus* latinum nomen est, Gallicum *vive*, vide viros doctos quos laudavit CAMUS, in Notis ad Aristot. Hist. Anim. p. 842 sq.

c *SOPHRONIS* teſtimonium cum ſic editum eſſet: καὶ Σώφρων ἐν Ἀνδρείοις, βεβραδόνι ῥαφείᾳ· monuit CASAUBONUS: »Scribe, καὶ Σωφρ. ἐν Ἀνδρ. βεβραδόνι, ῥα»φίδι.« — Iam, de priori nomine, paulo ante diximus βαμβραδόνι ſcribi in Membranis. Recte id quidem: nam ſicut *Epicharmus*, quas Athenienſes βεμβράδας vocant, dorico idiomate βαμβραδόνας nominavit; ſic conſentaneum erat, ut *Sophron*, eodem idiomate ſcribens, eodem dorico nomine piſciculos hos adpellaret. In ῥαφείᾳ vero ab editorum ſcriptura nil discedunt membranae. Sed adeo luculenta certaque nobis viſa eſt Caſauboni coniectura, ut in contextum recipere non dubitaverimus. ῥαφεία vel ῥαφία nihil aliud ſignificare poteſt, niſi *futuram*: nec eam formam habet id vocabulum, ut pro *piſcis* nomine uſurpari potuiſſe videatur. Notus vero piſciculus, *acus* latine dictus, graece βελόνη & ῥαφίς. Et, hunc ab Atticis quidem & communi Graecorum ſermone plerumque βελόνην dictum fuiſſe, ex his quae apud Athenaeum noſtrum pag. 319. d. legimus, intelligitur: (conf. III. 86. c.) ſed & ῥαφίδα nominatum ibidem docet auctor: (conf. pag. 305. d.) & eo quidem nomine praeſertim *Dores* uſos eſſe, cum ex Epicharmi verſu intelligitur, qui ibi ſtatim citatur, tum ex verbis continuo ibidem ſubiectis Dorionis Grammatici, qui rarius nomen ῥαφὶς per vulgatius βελόνην interpretatur.

NUMENII teſtimonium tali modo editum erat: Νουμήνιος δ' ἐν Ἁλιευτικῷ.

Ἡ βαιῇ καρίδι κείνη
ζωὴ ἐπ' ἀγρώστοιο τάδε σκέλαιο δέλευρα.

Quare ibi CASAUBONUS: »Non video, inquit, quo per»tineat allatum in ſermone *de membradibus* Numenii teſti»monium: nam in illius verbis, ut quidem ea nobis ex»hibent omnes libri, de *membradibus* altum ſilentium. De»ſit fortaſſe aliquid huic teſtimonio.« — Perſpecte ſane. Nobis vero, tria vel quatuor verba, καὶ εἴ ποτε βεμβράδι, quae editis deerant, opportune dedit optimus noſter codex *A*. In Epitome quidem omiſſum totum Numenii teſtimonium. In cuius verſu poſteriore, quid ſit ζωὴ ἐπ' ἀγρώστοιο, mihi non liquet. Dalecampius vertit, *cum piſcaturus venaberis*. Cogitaverat puto de vocabulo ὁ ἀγρώστης, quod pro *venatore* nonnumquam ponitur. Sed quid iſtud huc faciat, non video. Cogitaveram ἐπ' ἀγρώστης,

aut ἀπ' ἀγρώστης: *quae vivit in gramine*, vel *de gramine*. c Nam ἀγρώστη apud Hesychium (post vocem Ἀγρὸς) valet βοτάνη, sicut aliàs ἡ ἄγρωστις. Sed multis dubiis premitur ista Hesychii glossa: & emendationem ne admissurus quidem erat versus. Videndum igitur, an & ὁ ἄγρωστος vel τὸ ἄγρωστον interdum fuerit dictum, pro ἡ ἄγρωστις. Caeterum tota etiam oratio in his versibus abrupta est: nam dativi καρίδι & βεμβράδι carent verbo, a quo pendeant; nisi velis intelligere, *quaerendam escam pro capiendis squillulis & membradibus vel bembradibus*. At videtur potius dicere voluisse poëta, *squillulas & membrades quaerendas esse pro esca capiendis aliis piscibus*. δέλευρα quidem, quod vocabulum nusquam alibi reperio, idem valere videtur ac δελέατα, *escae*.

In Dorionis verbis, temere rursus Βεβράδα & τῆς βεβράδος legebatur in editis; ubi fide utriusque nostri codicis iterum iterumque Βεμβράδα & τῆς βεμβράδος restituimus. *Ibidem*, imperativus ἕψει est a verbo ἑψέω, de quo ad pag. praec. *e.* dictum. Quod ait, τῇ τριγλίτιδι: confer pag. 285. a. *Mox ibidem*, scripturam βεμβραφύη itidem dedere ambo nostri codices. Ubi facile quidem tibi persuadeas, rectius esse quod scribitur apud Etymologum (in Βεμβράς) hoc modo: Γίνεται δὲ ἐξ αὐτῆς σκευασία τις, ἡ προσαγορευομένη μεμβραφύα: cum praesertim in *Aristonymi* verbis, quae proxime subiiciuntur, iidem nostri mssti cum editis & cum Etymologo in istam scripturam ταῖς μεμβραφύαις (per μ literam in vocis initio) consentiant. At potuerat Dorion Atticâ formâ, quae & vulgo magis usitata fuisse videtur, βεμβραφύη dicere; licet poëta, cuius testimonium dein adposuit, mutatâ labiali literâ μεμβραφύη usurparit. De eadem scriptura monuit etiam suis e libris Casaubonus: »Βεβραιφύη »quae dicitur in vulgatis libris, in mssis est βεμβραφύη: »in Etymologico bis μεμβραφύη, ut in Aristonymi sub»iecto loco.« — Quod ὧν μνημονεύει, pro ἧς, habet ms. *A*. id hactenus ferri fortasse poterat, quia in proximis poëtae verbis in *plurali numero* ponitur illud nomen. Et nunc demum animadverto, pluralem illum ὧν servatum etiam in ed. Ven. & Bas. uniusque Casauboni arbitratu in ἧς mutatum esse. Post vocem βεμβραφύη plura, quae sequuntur, praetermisit Epitomator, ab illis dein pergens: Ἀριστων. ἐν Ἡλίῳ ῥιγοῦντι· οὔτ' ἀφύη νῦν ἐστιν &c.

d *ARISTONYMI* verba, Ὁ γέ τοι Σικελὸς &c. cum vulgo veluti metro ſoluta adpoſita eſſent, anapaeſtico verſu tetrametro catalectico comprehenſa eſſe facile adparebat. In his cum καρκινοβαίτης ſcribatur apud Etymologum, ipſum metrum oſtendebat veriorem eſſe ſcripturam, quam apud Noſtrum veteres membranae cum editis habent, καρκινοβάτης. Hoc autem nomine intellexiſſe Siculi videntur, ut adnotavit DALECAMPIUS, *edulium quoddam e cancris paratum.* Nec enim placet quod H. STEPHANUS coniectaverat, in Indice Theſ. pag. 626. c. καρκινοβάτην fortaſſe dicere Ariſtonymum, quoniam Epicharmus ἐν μεμβράσι καὶ καμμάροις (qui ex genere τῶν καρκίνων ſunt) τὰς ἀφύας ἀριθμεῖται, ut Athenaeus (pag. 285. a. b.) tradit.

Ἀττικοὶ δ' ὅμως βεμβράδας λέγουσιν. Deſunt iſta verba Epitomae: ſed eodem modo, quo edidimus, & in vetuſtiſſimo codice *A.* & in iunioribus codicibus, atque etiam in editionibus omnibus, quae ſuperius βεβράδας ſcripſerant, nunc βεμβράδας legitur. Itaque haec verba reſpexiſſe videtur Caſaubonus, ubi paulo ſuperius dixit, *ipſum auctorem noſtrum docere, rectam eſſe utramque ſcripturam*, βεβράδες & βεμβράδες: ratus ſcilicet, quod Athenaeus nunc ait, *Atticos tamen* βεμβράδας dicere, id eo referri, quod alii Graeci vulgo βεβράδας dicere conſueviſſent. At, iſtam vocis formam, βεβράδες, ſicut apud nullum alium veterem ſcriptorem commemoratur, ſic ne Athenaeo quidem cognitam fuiſſe, ſupra oſtendimus; quippe non niſi iuniorum librariorum errore temeritateque in Athenaei libros illatam. Quare fruſtra ſtatuas, eidem formae βεβράδες *Atticam* formam βεμβράδας opponere voluiſſe auctorem noſtrum. At rurſus ex hoc ipſo, quod in ſuperioribus verbis iam ter quaterque vox βεμβράδες poſita eſt, naſcitur hoc loco difficultas aliqua; ut mirum utique videri poſſit, cur nunc ergo dicat auctor, Ἀττικοὶ δ' ὅμως βεμβράδας λέγουσιν: id eſt, *verum tamen Attici* βεμβράδας *dicunt*: nam illae particulae δ' ὅμως, quas cum editis agnoſcunt veteres membranae, plane ſignificant, *diverſam eſſe Atticam vocabuli formam* ab alia forma cuius ante mentio facta ſit. Itaque (quoniam praeſertim ſatis frequenter apud Atticos ſcriptores μεμβράδας, non βεμβράδας dictos illos piſciculos reperimus) in promtu fuerat ut ſuſpicaremur, μεμβράδας fortaſſe hic pro βεμβράδας ſcriptum oportuiſſe. At huic coniecturae

rurſus repugnat, quod non modo in teſtimoniis continuo d ſubiectis conſtanter βεμβράδες communi veterum codicum conſenſu ſcribitur; ſed & quod paulo poſt demum alterius illius, quam dixi, formae (μεμβράδες) mentionem facit auctor. Supereſt igitur, ut intelligamus, *Atticam vocabuli formam* non communi alicui aliorum Graecorum, ſed *Doricae formae*, quam paulo ante commemoraverat, opponere voluiſſe Athenaeum. In quo illud tamen haud ſatis commode factum videri debet, quod inter hoc monitum de Attica forma, & inter iſtam Doricae formae mentionem, alia nonnulla interiecta ſunt. Itaque (niſi quid turbatum hoc loco etiam in veruſtis membranis eſt) dicendum fortaſſe fuerit, Atticam formam ſimul Doricae illi, quae ſupra memorata eſt, ſimul compoſitae formae βεμβραφύη vel μεμβραφύη, hoc loco opponi. Quod ſi paulo ante, ubi ἡ προσαγορευομένη βεμβραφύη ſcribitur, veteres Athenaei libri μεμβραφύη darent, quemadmodum apud Etymologum & apud Noſtrum etiam in ipſis Ariſtonymi verbis ſcribitur; crederem equidem, Atticam formam βεμβράδες ſimul Doricae formae βεμβραδόνες, ſimul alteri iſti, Graecis ſubinde uſitatae, μεμβράδες, oppoſitam hîc voluiſſe Athenaeum. Verba iſta, Ἀττικοὶ δ' ὅμως βεμβράδας λέγουσιν, omiſſa eſſe in Epitoma, ſupra dixi. Supereſt tamen eorumdem verborum aliquod veſtigium in noſtro codice Epitomae; qui, quamquam non admodum vetuſtus, tamen ex puriſſimo fonte derivatus videtur. In hoc igitur, in ipſo huius capitis initio, ubi primum vox Βεμβράδες, veluti inſcriptio capitis, occurrit, a primâ manu ſuperne adſcripta eſt vox ἀττικῶς.

Ἀριστομένης, Γόησι. »Γόητας *ARISTOMENIS* citat Pol»lux libro octavo. [immo lib. VII. ſect. 211.] βιβλιο»πώλην, inquit, παρὰ Ἀριστομένει εὑρήσεις ἐν Γόησι. Et »Harpocration, de dictione φορίνη disputans. « Casaubonus. — *Ibid.* βεμβράδας φέρων ὀβολοῦ. Sic non modo veteres membranae; ſed ſic etiam tandem edidit Caſaubonus, veterum codicum auctoritatem nunc ſecutus. Mendoſam autem ſcripturam βεβράδας rurſus huc invexere editiones Ven. & Baſ. eamdemque pariter & in proxime ſequentibus *Ariſtonymi*, *Ariſtophanis*, & *Platonis* comici teſtimoniis mordicus tenuere.

Ἀριστώνυμος, Ἡλίῳ ῥιγοῦντι. Rurſus ῥιγῶντι ſcribitur hic in ms. *A.* ut pag. 285. e. ſed in ῥιγοῦντι cum editis

d consentit ms. *Ep.* in quo aliâs perraro adiecti sunt librorum aut fabularum tituli. Paulo superius tamen etiam codex *A.* in ῥιγοῦντι consentiebat: sic etiam (ni fallor) p. 284. f. Quod hîc adponitur *ARISTONYMI testimonium*, id paulo auctius est, quam legebatur pag. 284. f. & p. 285. e. Illud, quale hîc legitur,

Οὔτ' ἀφύη νῦν ἐστιν ἔτι σαφῶς, οὔτ' αὖ βεμβρὰς κακοδαίμων:

plane ut istud, ὅ γε τοι Σικ. anapaestico versu comprehenditur. Et consentiunt in illam scripturam membranae cum editis; nisi quod βεβρὰς in ed. Ven. & Bas. scribitur. In ms. *Ep.* brevius: Οὔτ' ἀφύη νῦν ἐστιν, οὔτ' αὖ βεμβρὰς κακοδαίμων. In Etymologico: Οὔτ' ἀφύη νῦν ἐστι σαφῶς, οὔτ' αὖ βεμβρὰς κακόδαιμον: ubi in vocativo casu accipitur postremum vocabulum. Nominativum si cum nostris libris teneamus, intelligi poterit *misera* dicta bembras sive membras, utpote qui vilissimus habebatur cibus, quo nonnisi fere pauperiores uterentur, ut intelligitur ex VI. 241. b. itemque ex Aristomenis verbis modo citatis, βεμβράδας φέρων ὀβολοῦ: denique ex Alexidis verbis ex Protochoro, in fine huius paginae: quam in partem etiam diserte Etymologus ait, Βεμβρὰς, εἶδος ἰχθύος εὐτελοῦς. Videtur autem hîc agi de edulio illo *ex apuis & membradibus mixto*, quod uno nomine μεμβραφύη supra nominatum est.

In *ARISTOPHANIS* versu, ex fabulâ *Senectute*,

ταῖς πολιόχρωσι βεμβράσι τεθραμμένη:

desiderares βεμβράσιν, quo ultima syllaba longa fieret: quae tamen etiam ob caesuram produci potuerit. Nil mutavit BRUNCK, in Fragm. Aristoph. p. 228. num. 3.

In *PLATONIS* Comici verbis, Ἡράκλεις, τῶν βεμβράδων: est genitivus casus in admirandi formulâ; ut in illis, Δαμάτερ, σοφίας! III. 113. d.

Ἐν δὲ ταῖς Εὐπόλιδος Αἰξὶν ἐστὶν εὑρεῖν καὶ διὰ τοῦ μ̄ γραφόμενον. Etiam haec verba (simul cum illis, de quibus paulo ante diximus, Ἀττικοὶ δὲ ὅμως βεμβράδας λέγουσι) persuadere Casaubono potuerant, ut existimaret, duplicem vocis formam commemoratam esse ab Athenaeo; alteram Atticam, βεμβράδας: alteram vulgarem & communem, βεβράδας. Quasi nempe μ litera, qua usum *Eupolidem* ait auctor, illa intelligenda esset, quae in fine primae syllabae adiicitur. At, quoniam *nusquam* omnino in veteribus libris nomen illud *absque* μ *in media voce* oc-

currit, atque adeo conſtanter adhuc ea teſtimonia adtulit auctor noſter, in quibus ſcriptura βεμβράδες obtinet: liquido inde adparet, quod nunc de *Eupolide* commemorat, *per literam* μ *vocabulum illud ſcribente*, id non ad e mediam vocem, ſed ad *primam* vocabuli *literam* referri; ut hoc dicat Deipnoſophiſta, *praeter illam vocabuli formam, quae in teſtimoniis adhuc prolatis occurrebat, nempe* βεμβράδες, *aliam etiam reperiri, quâ Eupolis comicus uſus ſit*, ſcilicet μεμβράδες, *literâ* μ *initio vocis pro* β *adhibitâ*. At quamvis manifeſtus eſſe videatur hic ſenſus iſtorum verborum, tamen non diffitendum eſt, hoc ipſo rurſus novis difficultatibus nos implicari. Nam cum plane hoc dicere videatur auctor noſter, rariorem eſſe hanc ſcripturam μεμβράδες, ita ut vix alibi praeterquam apud *Eupolidem* in fabula *Capellis* (&, quod idem auctor noſter paulo poſt ſubiicit, in *Alexidis* fabula *Choregide*) eam reperias; tamen, ſi fides eſt noſtris Athenaei libris & aliis aliorum auctorum codicibus hodie exſtantibus, ſatis frequens eadem ſcriptura apud plures auctores reperitur, atque ab ipſo etiam Athenaeo in veterum auctorum codicibus, quibus ille uſus eſt, frequenter reperta erat. Sic quidem p. 285. a. ex Ariſtotele adfertur τῆς μεμβράδος; (quemadmodum etiam apud ipſum Ariſtot. Hiſtor. Anim. VI. 15. editur; quamquam apud Athenaeum l. c. βεμβράδες habet noſter ms. *Ep.*) rurſusque ex eodem Ariſtotele μεμβρὰς, pag. 328. e. conſentiente utroque noſtro codice. Sic VI. 241. b. ex Timocle comico, τὰς μεμβράδας. Sic III. 126. e. ſcribitur μεμβραδοπώλαις, in teſtimonio Nicophontis, veteris comoediae poëtae. Sic VIII. 357. e. μεμβράδες, ex Mneſitheo Medico Athenienſi. Sic porro apud Ariſtophanem, Veſp. 493 ſq. bis μεμβράδας conſentientibus (quod quidem norimus) libris msstis legitur; quamquam ex eiusdem Comici fabula Γήρᾳ alteram ſcripturam βεμβ. citavit Athenaeus. Sic porro ex Ariſtonymo (qui Alexandriae ſub Ptolemaeis Philadelpho & Philopatore vixit) ταῖς μεμβραφύαις (non βεμβραφ.) paulo ante citatum vidimus. Denique ſic ſuo nomine loquens Athenaeus, pag. 285. a. ἐν μεμβράσι ſcripſit, non ἐν βεμβράσι. Taceo Scholiaſtam Comici, Suidam & Pollucem, apud quos nonniſi ſcriptura μεμβρ. reperitur. Contra, quemadmodum in plerisque ex eis teſtimoniis, quae magno numero ex antiquis poëtis hoc capite adponuntur, ſcriptura βεμβρ.

e obtinet, ſic eadem rurſus in *Hegeſippi* teſtimonio p. 290. c. bis occurrit, ubi quidem noſter ms. *Ep.* alteram ſcripturam per μ initio vocis praefert. Quibus omnibus inter ſe collatis, hoc effici videtur: veteres Atticos olim βεμβράδες dixiſſe ſcripſiſſeque; progrediente vero tempore obtinuiſſe, ut permutatis initio vocis literis labialibus μεμβράδες pronunciaretur ſcribereturque; quae ſcriptura pronunciatioque & Athenaeo noſtro familiaris fuit, ac fortaſſe iam inde a Ptolemaeorum aetate vulgo invaluerat. Quo factum eſt, ut ipſe fortaſſe etiam Athenaeus, in citandis veterum poëtarum teſtimoniis, loco veteris ſcripturae eâ nonnumquam uſus ſit quae ipſius aetate invaluerat, & ut librarii praeſertim in locum veteris ſcripturae novam ſubinde ſubſtituerent. Idque non modo a recentioribus librariis, ſed iam a vetuſtioribus factum: ita quidem ut iam Athenaei aetate in *Eupolidis*, veteris comoediae poëtae, fabulâ Αἰξὶν, & in *Alexidis Choregide*, nova iſta ſcriptura μεμβρ. in locum veteris (βεμβρ.) ſubſtituta vulgo reperiretur.

Ἀντιφάνης δ' ἐν Κνοισθίδι· Ἄτοπόν τε κηρυττ. &c. »Mendoſe ſcribitur, Ἀντιφάνης δ' ἐν Κυοισθιδείᾳ·

»Τόπον τε κηρύττουσιν ἐν τοῖσιν ἰχθύσιν
»κήρυγμα, οὗ καὶ νῦν τις ἐκβεβράγει μέγα &c.

»Primum illud certum, fabulae titulum corruptum eſſe. »Libro decimo: [pag. 448. e. f.] Ἀντιφάνης ἐν Κνοιθίδι, ἢ »Γάστρωνι. Videtur proprium nomen eſſe *Cnoethis*. Haereo tamen adhuc, & dubito num ſit ſcribendum Σκοίθι»δι. Atticis dicebatur σκοίθης, *calumniator*, & *locutuleius*: »auctor Heſychius. Quid ſi legas ἐν Κναθίδι? Nam eo »potiſſimum deducunt nos corruptae lectionis veſtigia. υ »& ν in antiquis membranis exiguo ac paene nullo dis»crimine ſeparantur: eoque ſaepiſſime confunduntur. Et»iam ex α facere οι, error eſt facilis nimis. Equidem li»bro octavo, κναθὶς aut κνοιθὶς offendiſſe memini, ubi »absque omni dubio auctor ſcripſerat κναθίς. Omnino au»tem fugitivum α retrahe, & ἄτοπον cum DALECAM»PIO ſcribe, pro τόπον. Licentiae comicae vox eſt ἐκ»βεβράγει: facta ut ad *bebradas* alluderetur. Alioqui ἐκ»βαβράζει minus inſolens fuerit; cum hoc ipſo libro [p. »282. b.] extet in Ananii verbis ſimplex βαβράζειν. « CASAUBONUS. — Ἄτοπον corrigendum eſſe, ante Dalecampium monuerat *Guil.* CANTERUS, Novar. Lect. lib. IV.

cap. 5. Sic vero ex ſcriptura Κνοισθιδείᾳ, quam ms. *A.* e praeivit, manebat ἐν Κνοισθίδι, quod h. l. tenendum putavi; licet pag. 448. e. idem codex cum editis in Κνοιθίδι abque σ litera conſentiat. Pro ἐκβεβράγει malle ſe ἐκεκράγει profeſſus eſt CORAY in Notis msstis: atque etiam »dubitari vix poſſe, quin reponendum ſit »ἐκεκράγει μέγα« ad Moerin adnotaverat PIERSON pag. 65. Et plane ita ſcriptum in ms. *Ep.* ubi brevius quidem in hunc modum: Τὶς ἐκεκράγει, φησὶν Ἀντιφάνης, μέγα, μέλιτος γλυκύτερον (ſic mendoſe) βεμβράδας φάσκων ἔχειν. Neque raro ſane in Graecis libris permutatae inter ſe literae β & κ, ob earum in vetuſtis codicibus ſimilitudinem, reperiuntur: de qua permutatione iam frequenter a nobis dictum eſt; ad II. 71. a. ad IV. 129. e. 130. b. &c. Sed iſta permutatio, verum ſi quaeris, ita potiſſimum comparata eſſe ſolet, ut, quae figura in vetuſtioribus codicibus literam β ſignificaret, ea a recentioribus pro κ acciperetur, non vice verſa. Quare illam maxime legem criticam hîc valere iudicavi, quae monet, duarum ſcripturarum, quarum altera expeditiorem facilioremque explicationem habeat, altera difficiliorem, (caetera ſi ſint momenta paria) probabiliorem eſſe eam, quae paulo inſolentior aut difficilior videri poterat. Iam verbo ἐκεκράγει nihil ſimplicius ac vulgatius: ita quidem, ut non modo per literarum β & κ permutationem temere huc inferri, verum etiam per interpretationem conſulto hîc poni ab Epitomatore potuerit. Rarius vero verbum ἐκβεβράγει non opus eſt, ut cum Caſaubono per comicam licentiam pro ἐκβαβράζει poſitum ſtatuamus: ſed potuit illud etiam ſuo nomine hîc ſtare, a themate βεβράζω; a quo ductum eſt participium aoriſti primi βεβράξαντα apud Heſychium, quod ille interpretatur συντόνως (ſic enim haud dubie pro vulgato συντόμως legendum) κεκραγότα, derivatque a nomine βέβρηκες, quod τὸ ἔνδον σιαγόνων μέρος ſignificat. Caeterum etiam βαβράζειν utique idem valebat: nam & βαβράζων apud eumdem Heſych. per κεκραγὼς συντόνως exponitur. (conf. Schneiderum ad Aelian. de Nat. Anim. X. 44.) Denique fieri quidem poteſt, ut poëta iſto verbo ad nomen βεμβράδες alludere quodammodo voluerit: (quod magis probabile foret, ſi βεβράδες, non βεμβράδες, fuiſſet piſciculorum illorum nomen:) ſed & nullo reſpectu habito illius nominis eo-

dem verbo uti poëta potuerat. *Ibid.* ἐν τοῖς ἰχθύσιν: *in foro piſcario.* Vide ad III. 104. d. In ſcripturam βεμβράδας (vers. 3.) & βεμβράδων (*verſ.* 6.) nunc denique conſentiunt editiones omnes cum utroque codice msto.

Καὶ Ἄλεξις δ' ἐν Χορ. Percommode in ms. *Ep.* (neſcio an & in ms. *A.*) adiecta καὶ particula, cui ſimul cum ſequenti δὲ haec vis ineſt: *At non apud unum Eupolidem*, (de quo paulo ante dictum) *ſed & apud Alexin per* μ *ſcriptum hoc nomen reperitur.* Quo magis adparet, mendoſum eſſe quod in ipſo *Alexidis teſtimonio*, quod continuo adponitur, βεμβράδας ſcribitur in ed. Caſ. ubi recte μεμβρ. tenent ed. Ven. & Baſ. cum mſstis. *Priori verſu*, cum legeretur vulgo παρέθηκεν ἐσθίων, quonam ſenſu teneri aut defendi illud poſſet, non vidi: omninoque ἐσθίειν corrigendum iudicavi; quod & Dalecampius expreſſerat, *comedenda appoſuit.* Quod τοῖς τετραδίσταις ait poëta, monuit Casaubonus: »*Tetradiſtae* iuvenes, »qui in Alexidis verſu nominantur, inde nomen invene»runt, quod *quarta cuiusque menſis* (*die*) *convenirent*, & »*convivia agitarent.* Alii, quod die viceſima idem facerent, »*icadiſtae* dicti: [vide infra pag. 298. d. & Caſaub. ad V. »186. a.] at, qui die triceſima ſolebant unà eſſe, τριάκα»στοι nuncupati; unde ἀτριάκαστοι, [apud Heſychium,] »ad quos ſodalitas illa nihil attinebat.« — Deinde λέκιθον recte mssti. Corrupte λέθκιθον ed. Ven.

Ἐν δὲ Πρωτοχόρῳ. Adfertur aliud eiusdem *Alexidis* teſtimonium, ex *Protochoro*, ubi alterâ formâ, veteribus magis uſitatâ (βεμβράδες) uſus erat poëta. Illius eclogae *primus verſus* vulgo ſic legebatur:

Ἐπιπονώτερον μὰ τὸν Διόνυσον οὐκ εἴληφ' ἐγώ.

Ibi cum Casaubonus adnotaſſet: »Malim εἴληχ' ἐγώ.« — perſpecte Dorville (ad Charit. pag. 319.) monuit, incertam quidem eſſe eam emendationem; at illud certum, vel ſic miſere laborare verſum: quem tali quodam modo refingendum ille ſuſpicabatur:

— Ἐπιπονώτερον
μὰ τὸν Διόνυσον [ἄλλον] οὐκ εἴληχ' ἐγώ.

At primum, cur ſolicitaretur εἴληφ', quod cum editis tenent membranae *A.* (nam in *Epit.* deeſt iſta ecloga) nulla prorſus cauſſa fuit. ἄλλον, *convivatorem* (puto) intellexerat Dorvillius. At adiectivum nomen ἐπίπονος de *rebus* magis, quam de *perſonis*, uſurpari mihi viſum erat:

quare ἐπιπονώτερον cum Dalecampio *convivium* vel *coe-* f
nam (δεῖπνον) intellexi; & ante particulam οὐκ pronomen
οὐδὲν intercidiſſe ſuſpicatus ſum. *Tertius verſus* cum
duobus modis corruptus legeretur in editis,

ἔχειν με κ' ἀττικιστὶ δυνάμενον λαλεῖν:

adnotaverat idem CASAUBONUS: »ἔσθειν με malim, quam
»ἔχειν.« — Perſpecte vero, quod ad verbum ἔχειν ſpe-
ctat, monuit eruditiſſimus CORAY: »Equidem nihil mu-
»to. Infra pag. 303. e. ξύννης οὐραῖον ἔχειν, & θερμά τ'
»ἔχειν τεμάχη: & alibi paſſim: ſive τὸ ἔχειν per *habere*
»velis exprimere, ſive per ipſum *edere*, *veſci*. Quid enim
»vetat hoc ſenſu accipere τὸ ἔχειν? quandoquidem ab
»ipſo derivatum ὀχὴ, *cibum* ſignificat. Herodotus lib. I.
»cap. 200. Καὶ ὃς μὲν ἂν βούληται αὐτέων, ἅτε μάζαν μα-
»ξάμενος ἔχει. Heſychius exponit ἕκτεον, per λιπτέον:
»quod non modo per *capiendum* in genere, verum etiam
»in ſpecie per *capiendum cibum* (ſolenni Graecorum phraſi,
»λαμβάνειν τροφὴν) commode declarare poſſumus.« —
Sic ille. De reliquo vero corrigendo ſermone, qui tamen
ſalebroſus admodum erat, neuter doctiſſimorum viro-
rum cogitaſſe videtur. Quanto commodius noſtrae mem-
branae? μετ' ἀττικιστὶ δυναμένου λαλεῖν: *cum homi-*
ne, qui, (quamvis tenuem adponat coenam) tamen attice lo-
qui noverit.

AD CAP. XXIX.

ΒΛΈΝΝΟΣ. Ad editam olim ſcripturam Βέλεννος, ad- a
notavit CASAUBONUS: »Excerptorum auctor ſemper
»Βλέννος. Utrumque dici invenias.« — Quibus in pau-
cis verbis, duo ſunt minus curate poſita. Primum enim,
Excerptorum auctor ſcribit quidem βλέννος: ſed nonniſi
ſemel nomen hoc habet; niſi quod in ora (in noſtro qui-
dem ms. *Ep*,) pariter βλέννος ſcribitur: ſcilicet quo indi-
cetur argumentum, quod in contextu tractatur. In ipſo
contextu nil aliud de hoc piſce habet Epitoma, niſi haec
verba: Βλέννος. Κοβιῷ τὴν ἰδέαν οὗτος παραπλήσιος.
Sed membr. *A*. cum in initio Βλέννος, tum in Sophronis
teſtimonio βλέννῳ exhibent. Quod vero *utramque inveniri*
ſcripturam ait idem Caſaubonus; id quo ſpectet non vi-
deo. Nam apud nullum alium, quod ſciam, veterem au-
ctorem mentio huius piſciculi occurrit, niſi apud Oppia-

a num Ἁλιευτ. I. 109. & apud Diophanem, in Geoponicis XVIII. 14. apud quorum utrumque βλέννος, non βέλεννος, ſcribitur: eodemque modo apud Etymologum pag. 192. l. 52. Quare nulla prorſus veterum librorum auctoritate nititur haec poſterior ſcriptura: cui etiam origo nominis repugnare videtur, nam παρὰ τὴν βλέννην, id eſt, *a muco* dictum haud improbabiliter iudicarunt viri docti, H. Stephanus aliique. Caeterum graece βλεννὸν, & latine *blennum* etiam pro *ſtulto*, *fatuo*, dictum reperiri, notum eſt. Quam ambiguitatem ſecutus videtur Ariſtippus in illo reſponſo, quod Laërtius refert II. 67. ubi βλέννος pro βλένος ſcriptum oportebat.

Σώφρων ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ὠλιεὺς τὸν ἀγριώταν. Sic plane dedere noſtrae membr. *A*. Confer quae notavimus ad III. 86. a. Animadv. T. II. pag. 78. Nil aliud ad hunc locum adnotaverat CASAUBONUS, niſi iſta: »*Só*»*PHRONIS* verba imperfectam ſententiam habent, τὸν »ἀγριώταν βελέννῳ θηλαμόνι, vel, ut ſcribunt interpretes, »θηλαμόνα.« — Nempe DALECAMPIUS latine ſic reddiderat: *Villicum laborioſum belenno:* adiectâ in ora Notâ: »Subintellige, *alere oportet;* vel aliquid huiusmodi.« — At, *laborioſum*, Graece non θηλαμόνα fuerat dicendum, ſed τλήμονα, ſive dorice τλάμονα. Equidem θηλαμόνι *pingui* interpretatus ſum, TOUPIUM ſecutus, qui in Curis Nov. in Suid. pag. 205 ſq. confert hoc vocabulum cum eo quod apud Suidam legitur, εὐθηλήμονα μόσχον, (vide Brunckii Analect. T. I. pag. 233. num. 51.) & χοῖρον μάλα εὐθηλούμενον apud Athenaeum pag. 375. e. ex Aeſchylo. Poteras fortaſſe etiam *bene nutrientem* intelligere, quandoquidem θηλαμὼν a vetteribus Grammaticis per τροφὸς exponitur.

ἔστι δὲ κωβιῷ τὴν ἰδέαν παραπλήσιος. Recte pro mendoſo κωθιῷ, quod in ed. Ven. & Baſ. legebatur, κωβιῷ edidit Caſaub. codices ſuos ſecutus, quibus & noſtri adſentiuntur. Sic & ſcribitur apud Etymol. p. 192. l. 53.

Ἐπίχαρμος - - ΒΑΙΟ'ΝΑΣ τινὰς ἰχθῦς καλεῖ. &c. Mire variant libri in accentu nominis. In ed. Ven. & Baſ. primo βαιόνας ſcribitur, deinde βαίονας, tertio βαιών. Editio Caſaub. bis βαίονας habet, tum deinde βαιών: & ex ms. *A*. (qui codex cum ed. Caſ. 1. collatus eſt) nihil discrepantiae ab his ſcripturis adnotatum eſt, niſi tertio loco βαιῶν, pro βαιών. Contra in ms. *Ep.* bis eſt βαιόνας, tum deinde βαίων. Alias varietates vide apud Etymolo-

gum l. c. & apud Hesych. in Βαίων. Ad ipsum piscículum a quod adtinet, non dicit Athenaeus, ab Epicharmo eumdem piscículum βαιόνα sive βαίονα vocari, qui aliàs *blennus* audit: at videas tamen GESNERUM aliosque, qui de Piscibus scripsere, *baeonem* Epicharmi pro eodem cum *blenno* accipientes. Nempe diserte hoc tradidit Etymologus; cuius verba, ob alias etiam varietates, operae pretium fuerit huc transcribere. Βαίων, inquit, ὃς καὶ βλέννος λέγεται· ἐστὶν ἰχθῦς παραπλήσιος κωβιῷ. Ἐπίχαρμος δὲ βαιόνας λέγει. καὶ παρ' Ἀθηναίοις δὲ παροιμία ἐστὶ, Μή με βαίων κακώσῃ ἰχθῦς. ἐπὶ φιλησύχου εἴρηται. E quibus colligas, Atticos fortasse penacute βαίων, adeoque in plurali βαίονας dixisse: Epicharmum vero diverso accentu, βαιὼν, βαιόνας. Atticum proverbium, quum in ed. Cas. 1. & 2. sic scribatur, Μή μοι βαιὼν κακῶς ἰχθῦς: diceres, scripturam κακῶς ex ista κακώσῃ, quae est apud Etymologum, ortam, vel vicissim. Sed κακῶς ibi temere operarum errore positum. In ed. Ven. & Bas. sic habes: μή μοι βαιὼν κακὸς ἰχθύς. Pariterque κακὸς habet codex noster ms. uterque: sed in ms. *Ep.* (nescio an & in *A.*) duo posteriora verba a prioribus interposito puncto separantur. Atque ita etiam CASAUBONUS in Animadv. monuit: »Scribe, μή μοι βαιών. κακὸς ἰχθύς. Atque ita edi»tum volui.« — Sic vero oritur ambiguitas, ut nescias, utrum verba ista, κακὸς ἰχθὺς, pars fuerint proverbii, an ab Athenaeo aut ab eo auctore, e quo sua hìc hausit Athenaeus, suo nomine adiecta. Ex illa vero ratione, qua apud Etymologum scribitur id proverbium, intelligitur, pro parte proverbii habenda ista verba. Quod adiicit idem Etymologus, ἐπὶ φιλησύχου εἴρηται, id apud Athenaeum non legitur: sed apud eumdem (puto) vetustiorem Grammaticum legebatur, e quo & Athenaeus & Etymologus sua hauserunt.

In EPICHARMI verbis, cum Ἄγε penacute & hìc (ubi in ed. Cas. 2. & 3. quidem ad literam maiusculam accentus non adponitur: sed in ed. Ven. & Bas. & Cas. 1. adpositus est:) & pag. 324. e. scriptum esset; *Agedum* interpretatus est Dalecampius, deinde vero verbum *adducito* ex coniectura adiecit. At metrum, quod perfectissimum Epicharmeum est, necessario ἄγε primâ longâ (dorice pro ἴηγε, ut apud Theocr. IV. 35.) desiderabat. Sic existebat trochaicus tetrameter:

a Ἄγε | δ' ἐ τρί | γλας τε | κυφὰς || κἀχα | ρίστους | βαιό | νας. Paulo commodior videri poterat δ' ἢ particula, quam dant libri omnes pag. 324. e. ſed & δὲ produci poteſt ob ſequentem poſitionem, quamquam debiliorem. Recte monuit H. STEPHANUS, Theſ. T. IV. pag. 361. e. f. memoriâ lapſum eſſe Euſtathium, cum ad Odyſſ. Ϝ. vs. 236. adnotavit, ἀχάριστον apud poſteriores Homero ſcriptores non poni ἐπὶ τοῦ μὴ χαρίεντος, ſed tantum de eo qui *accepti beneficii oblitus* ſit. Nec enim hîc ſolum apud Epicharmum, dorice loquentem, habemus ἀχαρίστους iſta notione, *inſuaves, parum gratiae habentes*: ſed eâdem notione οὐκ ἀχαρίστως etiam Athenaeus noſter dixit, X. 440. e. Et apud Lucian. in Mercede Conductis cap. 30. ἀχάριστος pro ſynonymo ponitur τοῦ οὐ κεχαρισμένου.

AD CAP. XXX.

ΒΟΥΓΛΩΣΣΟΝ. Sic codex noſter uterque, (& cod. *Ep.* quidem cum in contextu, tum in ora,) *neutrius generis* nomen piſcis huius facientes; quemadmodum & herbae nomen vulgo uſurpatur. Pariter Heſychius: Βούγλωσσον· ἰχθὺς ποιός· καὶ βοτάνης εἶδος. Verum eſt quidem quod adnotavit GESNERUS pag. 677. probabiliorem debere videri terminationem masculinam, ut ſit adiectivum nomen ad quod ſubintelligatur ſubſtantivum ἰχθύς. Sed ſequi nos librorum noſtrorum auctoritatem debuimus, Heſychii teſtimonio firmatam. Et nobis nonniſi unus auctor notus eſt, qui citra ambiguitatem & terminatione masculina & masculo genere uſus ſit in hoc nomine; ſcilicet Matro parodus apud Noſtrum IV. 136. c. ſi tamen vera eſt quam ibi ſecuti ſumus ſcripturam. Epicharmus quidem (paulo poſt, lit. b. & pag. 330. a.) masculina utitur terminatione; at, utrum masculino etiam genere, an foeminino uſurpaverit, incertum. Archeſtratus certe, cuius verba continuo hîc adferuntur, τὴν ὑπότρηχυν βούγλωσσον in foeminino genere uſurpavit. Porro apud Oppianum, Ἁλιευτ. vs. 99. legebatur quidem vulgo,

τραχούρων τ' ἀγέλαι, βούγλωσσοι, καὶ πλατύουροι:

ſed ibidem alii libri βούγλωσσά τε praeferebant, qui eſt pluralis numerus a ſingulari τὸ βούγλωσσον: quae ſcriptura eſt a Schneidero in contextum recepta eſt. Denique etiam apud Noſtrum pag. 330. a. ex Ariſtotelis opere

deperdito citatur βούγλωττα: at ibi nomen hoc esse vide- a
tur singularis numeri & generis foeminini: quandoquidem alia omnia nomina, quae ibi vel proxime praecedunt vel sequuntur, in singulari numero posita sunt.

Ὁ Πυθαγορικὸς δὲ δι' ἐγκράτειαν Ἀρχέστρατος. Ironice ait, *Archestratum* propter temperantiam mereri *Pythagoricum* dici. Particulam adversativam δὲ, (nam continuativa hoc loco esse non potest) omissam a superioribus editoribus, recte adiectam dedit ms. *A.* qua indicaretur, usum esse Archestratum aliâ nominis formâ quam praescriptus ab auctore nostro titulus praeferebat: nempe in foeminino genere. Iidem *ARCHESTRATI versus* repetuntur pag. 330. a. ubi (*vers.* 2.) pro βούγλωσσον ex ms. *A.* b
βούγλωσσα adfertur; mendose, nisi forte βούγλωσσαν debuit librarius: sed ibi βούγλωσσον, ut hîc, tenet ms. *Ep.* Reliqua eiusdem versus verba h. l. praetermisit Abbreviator: pag. 330. vero cum ms. *A.* & editis nonnisi ista subiicit, περὶ Χαλκίδα κεδνήν. Hoc loco cum mendose editum esset,

βούγλωσσον· ταύτην ϑήρα καὶ Χαλκίδα κεδνήν.

adnotavit CASAUBONUS: »Lege, ταύτην ϑήρα περὶ Χαλ-»κίδα κεδνήν. Nam etsi *chalcis*, piscis nomen est; hîc ta-»men locum, non piscem, significat.« — Nempe καὶ haud dubie corruptum: pag. 330. a. vero commode περὶ legitur. Sed, ibi non adnumerata esse omnia poëtae verba, paulo ante monitum est: videri autem utique debuit καὶ particula, quae hîc legitur, ex κατὰ potius quam ex περὶ nata. Quare licet καὶ hîc teneant nostrae membr. *A.* (quod diserte ex eis adnotatum in nostris schedis) tamen κατὰ, quam περὶ, corrigere malui; cum praesertim Villebrunius affirmet, in suis msstis κατὰ hîc legi: quod ipsum quidem, si ita (ut ait ille) in recentioribus codicibus legitur, commodae doctorum librariorum emendationi acceptum ferri debebit.

In *EPICHARMI* verbis ex *Hebes Nuptiis*, quum κίθαρις ederetur, monuit idem CASAUBONUS: »Melius κίθαρος »infra, suo loco.« — Vide pag. 306. a. 326. e. (ubi integer poëtae versus) & 330. a. At non modo melius, sed unice verum erat κίθαρος: quod etiam recte hîc (ubi omissa ista verba in ms. *Ep.*) dedit ms. *A.* Similiter vero in eodem vocabulo etiam a vetustioribus librariis erratum vidimus pag. 286. a. b. & p. 287. a.

b Alterum *Epicharmi* teſtimonium, tam in *Hebes Nuptiis*, quam in *Muſis*, eisdem paene verbis conceptum legebatur. Vide pag. 307. b. c. pag. 308. e. & 322. f. quibus omnibus in locis pro eo, quod mendoſe hîc legebatur in editionibus omnibus, Αἰλίαι, (de quo mireris nil animadverſum a Caſaubono) recte Αἰολίαι ſcribitur, quod ipſum h. l. etiam ms. *A.* dedit. (In Epit. deſunt haec ex Epicharmo, cum ſuperioribus.) Ad poſtrema verba, quae ſic hoc loco edebantur, ἐνῆν δὲ καὶ σκιαθίδες, haec adnotavit Casaubonus: »Quem piſcem alii *ſciaenam* vocant, Nu»menius σκιαδέα, Epicharmus σκιαθίδα, aut certe σκιαι»νίδα: nam quo loco de *ſciaena* diſputatur infra [pag. »322. f.] quidam codices, atque etiam Epitoma, ſcribunt »σκιαινίδες.« — At ibi quidem in σκιαθίδες cum editis conſentiunt noſtri mssti, niſi quod in ms. *Ep.* ſuperne inter lineas σκιαινίδες ſcriptum. Pariterque in σκιαθίδες conſentiunt libri pag. 307. c. quo eodem loco cum ſcribatur ἐνῆν δὲ σκιαθίδες, absque καὶ particula; adoptavi hîc eamdem ſcripturam, omiſſâ illâ voculâ quae verſui officere videbatur. Eſt enim & hic verſus, iuſtus trochaicus, ut reliqui Epicharmei, qui ex iisdem fabulis, Hebes Nuptiis & Muſis, frequentes citantur. Nec tamen diffiteor, potuiſſe etiam Athenaeum, perſpicuitatis ſententiae magis habita ratione, quam metri, particulam illam inſerere.

Ἀττικοὶ δὲ ψῆτταν αὐτὴν καλοῦσι. Sic fere etiam Heſychius, in Ψῆττα: cuius verba in Animadv. ad IV. 136. b. c. T. II. pag. 438. adpoſuimus. De ψῆττα autem, id eſt, *paſſere* piſce, ſive *ſoleâ*, ex profeſſo infra agit Auctor noſter p. 329. f. & ſq. ubi quidem videas, plerosque auctores ψῆτταν & βούγλωσσον diſtinguere, ita tamen ut ad unum commune latorum piſcium genus referantur. Caeterum illud ſatis adparet, pronomen αὐτὴν non ad proximum nomen (οἱ κυνόγλωσσοι) poſſe referri: ſed ad τὴν βούγλωσσον eſſe referendum. Ac fortaſſe inde natus erat uſus huius nominis in foeminino genere, quod ad adiectivum βούγλωσσος, ſubſtantivum nomen ἡ ψῆττα ſubintelligeretur. Codex ms. *Ep.* in contextu quidem αὐτὸν habet: (ubi intelligi poterat τοῦτον τὸν ἰχθῦν:) ſed ſuperne ab eadem manu adnotata eſt altera lectio αὐτὴν, quam cum editis tenet ms. *A.*

AD CAP. XXXI.

σκληροτέρους τῶν ἐγχέλεων. Corrupte τῶν ἀγελαίων c legebatur in ed. Ven. & Baſ. Perſpecte vero GESNERUS De Aquatil. pag. 292. l. 26. & pag. 293. l. 16. monuit, probabilius alios (veluti Volaterranum) ἐγχέλεων legere: conferrique iuſſit lib. VIII. pag. 356. a. Dein ἐγχελέων (ſic) tacite edidit Caſaub. nullo verbo tangens hunc locum in Animadv. Recte vero ἐγχέλεων ſcribitur in noſtro cod. *Epit.* puto & in ms. *A.*

Νίκανδρος δὲ, ὁ ἑποποιὸς, ἐν τρίτῳ Γλωσσῶν, καλεῖσθαί φησιν αὐτοὺς καὶ γρύλλους. »*Gloſſae* NICANDRI, quod ex »illarum reliquiis conſtat, heroico verſu erant ſcriptae. »Ideo ἑποποιὸς hîc nominatur. *Congros* eſſe appellatos & »γρύλλους, alibi temere non legas. *Porcellos* ita proprie »dixerunt, & γρυλλισμὸν editum ab illis ſonum. Con»gris, credo, propter paſcendi aviditatem nomen idem »communicatum: unde etiam γόγγρους dictos tradunt ve»teres, [Etymolog. pag. 237.] a γρᾶν, quod eſt *edere.* »Sed & γύλλους dixere veteres quosdam piſces, & γυλ»λίσκους, teſte Heſychio.« CASAUBONUS. — Saepius apud Noſtrum citantur *NICANDRI Gloſſae:* nusquam vero veſtigium ullum deprehendere mihi contigit, e quo colligas, carmine heroico comprehenſas illas *Gloſſas* fuiſſe. Ἑποποιὸν *Nicandrum* adpellat (puto) Athenaeus, quo moneat *Colophonium* hunc eſſe Nicandrum, eumdem qui *Alexipharmaca, Georgica*, aliaque argumenta heroico carmine deſcripſerit; diverſum a *Thyatireno Nicandro*, alibi paſſim apud Noſtrum laudato, (veluti in ipſa hac diſputatione de Piſcibus, pag. 320. c.) qui *Atticas Dictiones* conſcripſit. Vocabulum γρύλλος, de piſce, uſurpatum videas a Diphilo Medico, apud Noſtrum, VIII. 356. a.

Εὔδοξος δὲ, ἐν ἔκτῳ Γῆς περιόδου, γόγγρους φησὶ &c. Delevi δὲ particulam, quae importune poſt γόγγρους repetebatur. Ignorat illam ms. *Ep.* neſcio an ms. *A.* In titulo operis *EUDOXI*, nil discrepat hoc loco (quod ſciam) ms. *A.* ab editis: ſed in eodem codice lib. IX. pag. 392. pro Γῆς περιόδου eſt τῆς Περιόδου: quod defendi poſſit ex Laërt. I. 8. Sed nomen Γῆς diſerte adiectum habes apud eumdem Laërt. VIII. 90. apud Steph. Byz. in Ἀζανία, & apud Porphyr. in Vita Pythag. ſect. 7.

Φιλήμων δὲ τῆς κωμῳδίας ὁ ποιητὴς — — — ἐν τῷ ἐπι-

c γραφομένῳ Στρατιώτῃ. Ubi poëtam quemdam comicum (v. c. Platonem) ab alio cognomine ſcriptore diſtinguere vult Athenaeus, aut ubi minus vulgo notus eſt is quem commemorat, ibi adiicere proprio illius nomini ſolet adpellativum ὁ κωμῳδιοποιός: nusquam vero miram illam adpellationem, τῆς κωμῳδίας ὁ ποιητὴς, reperies; quae ferri poſſet, ſi aut *Tragicum* aliquem poëtam *Philemonem* (quem nullum novimus) a *Comico* diſtinguere voluiſſet auctor, aut ſi adiecta vox eſſet παλαιᾶς, μέσης, aut νέας: quo pacto de PHILEMONE (verbi cauſſa) dici poterat τῆς νέας κωμῳδίας ὁ ποιητής. At rurſus illud me advertebat, quid cauſſae eſſet, cur ſubito nunc tale aliquod praedicatum nomini *Philemonis* adieciſſet auctor noſter; qui perquam frequenter citans notiſſimum illum poëtam, Menandri aemulum, numquam aliâs ne vocabulum quidem κωμῳδιοποιὸς adiicit, ſed nude ſemper nomen Φιλήμων ponere conſuevit. Nempe, quidquid ſit quod hîc ſcripſerit Athenaeus, (nam, parum integram ſanamve eſſe vulgatam ſcripturam, perſuaſum habeo:) illud utique probabile videri debet, adiectione iſta diſtinguere Deipnoſophiſtam voluiſſe eum *Philemonem*, quem nunc dicat, ab altero illo notiſſimo Comico. Quod magis etiam fit perſpicuum ex loco paulo inferiore, pag. 291. e. ubi τὸν νεώτερον Φιλήμονα nominat. Nam qui ibi adferuntur verſus ex fabula, cuius titulus non adponitur, ad idem argumentum pertinentes cum iſtis qui hîc citantur, haud dubie ex eadem fabula, cuius hîc index Στρατιώτης declaratur, deſumti ſunt. Quare, quemadmodum altero loco Ὁ παρὰ τῷ νεωτέρῳ Φιλήμονι μάγειρος dixit Athenaeus, ſic videndum ne hoc loco τῆς νεωτέρας κωμῳδίας ὁ ποιητὴς aut aliquid in eamdem ſententiam ſcripſerit. Illudque certum videtur, fabulam iſtam Στρατιώτην, non maiorem illum clarioremque *Philemonem*, ſed *iuniorem*, quem ſuperioris filium fuiſſe Suidas ait, habuiſſe auctorem.

AD CAP. XXXII.

d Priores duo verſus ex *PHILEMONIS Milite* ſic ſonant:

Ὡς ἵμερος μ' ὑπῆλθε, γῆ τε κοὐρανῷ
λέξαι μολόντι τοὖψον ὡς ἐσκεύασα.

Ibi quum ſecundum verſum latine ſic reddidiſſet Dalec.

viatorique explicandi obſonium quî paraverim:

monuit CASAUBONUS: »Verte, *Narrare* [perperam *nar-* d
»*rate* expreſſum] *quomodo illi reverso piſcem paraverim.*
»μολὼν, non eſt *viator:* ſed *is qui venit*, aut *rediit.*« — In eamdemque ſententiam GROTIUS, (in Excerpt. p. 770.) cuius verſionem latinam Graecis ſubiecimus, illud μολόντι, *adventanti*, interpretatus eſt. At falſos eſſe doctiſſimos viros, liquido intelligitur ex Euripideae Medeae vs. 56 & ſq. quibus e verſibus, ad captandum riſum, iſti duo Philemonis expreſſi ſunt; de quo monuit KOEN ad Gregor. DE Dialect. p. 57. Confer MUSGRAV. ad Euripid. l. c. Ibi igitur cum ait Nutrix:

ὥσθ' ἵμερος μ' ὑπῆλθε γῆ τε κοὐρανῷ
λέξαι, μολούσῃ δεῦρο, Μηδείας τύχας:

manifeſte μολούσῃ refertur ad pronomen μοι, quod in μ' ὑπῆλθε continetur: ſin μολοῦσαν ibi legas, quod Bruncckius verum iudicaverat, eadem manet ſententia. Quare Philemonis verba tali quodam modo erant reddenda: *Ut me deſiderium cepit, venientem*, (ſive, *huc egredientem, narrare*) &c. Pro τ' οὖφον, quod erat in editis, (ubi τ' pro particula τε acceperat Dalecamp.) τοὖφον ſcripſi cum ms. *Ep.*

»*Verſ.* 3. Νὴ τὴν Ἀθηνᾶν ἡδύ γ' ἔστ' εὐημερεῖν ἐν ἅπασιν. »Simile eſt apud Plautum, *Quid eſt ſuavius quam bene* »*rem gerere bono publico! Quintum* ſic ſcribe: Οἷον παρα-»τέθεικ' οὐ πεφαρμακευμένον.« CASAUBONUS. — Nempe corrupte παρετίθει κοὐ πεφαρμ. legebatur in editis. Recte vero παρατέθεικ' οὐ πεφ. mssti: quod Grotius etiam ante nos in contextum receperat. *Verſu* 3. vero, poſt εὐημερεῖν comma ponebatur in ed. Baſ. & Caſ. & deinde *vs.* 4. poſt ἅπασιν in omnibus editionibus nulla prorſus erat diſtinctio. Ibi ex ms. *A.* nil adnotatum: in ms. *Ep.* vero perſpicue iunguntur εὐημερεῖν ἐν ἅπασιν, & dein interpungitur oratio; quemadmodum cum Grotio edendum curavimus. Deinde in verbis ἰχθῦς (ἰχθὺς edd.) ἁπαλὸς γέγονέ μοι nil mutant libri: & *verſ.* 5. οἷον tenet ms. *A.* ubi ſuo arbitratu τοῦτον poſuit Epitomator. In his cum CLERICUS (in Philemonis Fragm. pag. 330.) tenuiſſet Grotii librorumque ſcripturam, niſi quod in fine verſus quarti interrogandi vel exclamandi ſignum adpoſuit; BENTLEIUS in Emend. in Menandr. & Philem. pag. 118. ait: »Haec »coacta & duriuscula ſunt. Lego & diſtinguo:

»Νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, ἡδύ γ' ἔστ' εὐημερεῖν.

d »Ἐν ἅπασιν ἰχθῦν, ἁπαλὸς οἷος γέγονέ μοι,
»τοῖον παρετίθην, κ' οὐ πεφαρμακευμένον.
»Nam apud Athenaeum est παρετίθει, κοὐ. *Per omnia ta-*
»*lem*, inquit, *piscem apposui, qualem acceperam.*« — Denique TOUPIUS, (Emend. in Suid. Part. III. pag. 492.) partem emendationis Bentleii tenens, sed istud ἐν ἅπασιν rursus ad superiora referens, sequentia sic scribenda censuit,
»— Ἰχθῦν ἀφ' ἁλὸς οἷος γέγονέ μοι,
»τοῖον παρατέθεικ', οὐ πεφαρμακ.
»ἀφ' ἁλὸς, (inquit,) *as it came out of the water.*« — Mihi vero & satis commoda vulgata scriptura, & eo minus apta huic loco esse emendatio ἀφ' ἁλὸς videbatur, quoniam paulo post idem coquus profitetur, non *marinos* pisces, sed *fluviatiles* se habuisse. Quod dein ait auctor οὐ πεφαρμακευμένον τυροῖσι, cum eo confer id quod dicit alius coquus infra, pag. 311. c.

Vers. 6. οὐδ' ἄνωθεν ἐξηνθισμένον. Vertit DALECAMPIUS, *nec alio quam suo colore superne tinctum;* notans in ora, GESNERUM intellexisse, *nullis desuper floribus aspersum.* Inde CASAUBONUS: »Placet, inquit, quod Dalecampius haec »ad *colorem* refert. Nam vulgo coqui gratiam condimen»tis ex colore captabant. Inde illud coqui apud Sotadem, »[pag. 393. c.] τριμμάτιον ᾠκείωσα τούτοις ἀνθινον: & »paulo post [ibid. d.] κατέπνιξ' ἐν ἅλμῃ τοῦτον εὐανθε»στέρᾳ. Apud Hippocratem *coloris* genus est ὁ καρυκοει»δὴς, ut alibi docuimus.«

Vers. 7. Pro κ' ὀπτὸς, quod bene edidit Casaubonus, plene scribitur καὶ ὀπτὸς in utroque msto, & in ed. Ven. & Bas.

e *Vers.* 9. Ad scripturam τὸν ὀπτὸν ἰχθῦν, quam cum editis tenent membr. *A.*, monuit CASAUB. »Scribe ex »libro vetere, ὀπτῶν τὸν ἰχθῦν οὐδὲ πιστευθ. Prior pars »versus ad superiorem versum pertinet.« — Is *vetus liber*, erat codex Epitomae: certe in nostro cod. *Ep.* sic scriptum. Fuerint vero fortasse qui malint ὀπτὸν τὸν ἰχθῦν (scil. εἶναι) οὐδὲ πιστευθήσομαι, *nemo mihi credet assum esse piscem.*

Vers. 10. Cum ὄρνις ὅταν ἁρπάσῃ legeretur, monuit idem CASAUB. »Sustine labantem versiculum, & scribe,
»Ὅμοιον ἐγένετ', ὄρνις ὡς ὅταν ἁρπάσῃ.«
Commodissima utique emendatio, quam non immerito Grotius adoptavit: at nos codices sequi nostros debui-

mus, quorum uterque ὁπόταν dabat, ſubintellecto ni- e
mirum pronomine οἷον, ad ὅμοιον relato: pro quo pronomine οἷον, in fine orationis iſtud adiicit garrulus homo, ταυτὸν ἦν. BENTLEIUS ὅταν ἀναρπάσῃ legendum cenſuerat.

Verſ. 11. Cum pravâ diſtinctione, ſive rectius ut dicam, omiſſâ poſt μεῖζόν τι diſtinctione, laboraret oratio, meliora docuit eruditus Animadverſor. Idem vero, quum *verſus* 12 & 13. ſic vulgo editi legerentur:

τηροῦσα τοῦτο καταπιεῖν. περὶ δ' ἐσπούδακεν
ἑτέρα διώκουσα ταύτην. ταυτὸν ἦν.

haec adnotavit: » Scribo θηρῶσα: *quaerens, tentans.* Nam » τηροῦσα eſt *cavens:* at θηρᾶν, eſt ζητεῖν, μηχανᾶσθαι, & » *rationem quaerere perficiendi quod velis.* Deinde, pro διώ- » κουσα, ipſa lex metri ſuggerit nobis Atticam vocem » iſto loco reponendam. Scribe ἑτέρα διωκάθουσα ταύ- » την. « — Quarum emendationum, a CASAUBONO commendatarum, utramque GROTIUS adoptavit. Et de poſteriore quidem, quam & nos ſecuti ſumus, manifeſta res videri poterat. De priore vero ſecus iudicabit, quicumque ipſum verſum paulo propius inſpexerit; cuius menſuram iuſto longiorem mireris a neutro ſummorum virorum eſſe animadverſam. Ea erat profecto illius verſus conditio, ut, etiamſi θηρῶσα pro τηροῦσα poſuiſſes, tamen etiam tum alia medicina fuiſſet circumſpicienda, quae laboranti metro ſuccurreret. Qualis vulgo edebatur, talem quidem exhibet codex Epitomae, nullâ ſyllabâ mutatâ. Sed in ms. *A.* maiore etiam mole, quam in editis, laborat verſus. Quippe ſic ibi legitur:

τηροῦσα τοῦτο καταπιεῖν μεῖζόν τι περὶ δ'
ἐσπούδακεν.

Quâ ex ſcripturâ, quid hoc loco in vetuſtiore aliquo codice, communi utriusque noſtri fonte, olim accidiſſet, liquido mihi intellexiſſe viſus ſum: ſcil. ex hoc ipſo verſu in ſuperiorem aberraverat librarius, ut cum ſcribere debuiſſet,

τηροῦσα τοῦτο· κἄτα περιεσπούδακεν,

pro κἄτα, ex ſuperiori verſu iſta verba καταπιεῖν μεῖζόν τι temere repeteret. Deinde, cum ad verbum περιεσπούδακεν deſideraretur particula coniunctiva, ſubſequens alius librarius (ſive etiam idem ille primus, cum, cognito errore, diſſimulare culpam, quam lituram facere mallet)

e pro περιεσπουδ. insertà coniunctione περὶ δ' ἐσπουδ. scripsit. Quae si placet ratio (quae mihi quidem verissima visa erat) & explicandi ortus vulgatae scripturae, & corrigendi erroris; nihil porro causae erit cur verbum τηροῦσα solicitetur, quod proprie *servans* significat: in quo percommode praesens notione futuri positum, vel actio pro conatu & studio, intelligi poterit; ut *servans* idem valeat ac *servatura*, vel *servare studens*. Atque sic iam olim legendum hunc locum BENTLEIUS censuerat:

τηροῦσα τοῦτο· κἄτα περιεσπούδακεν
ἑτέρα διωκάθουσα ταύτην &c.

Sed vel sic vereor, ne in utroque istorum versuum, in quibus haeremus, aliud quoddam etiamnum ulcus lateat. Scripturam olim editam, διώκουσα ταύτην, (*vers.* 13.) tenet quidem ms. *Ep.* sed in ms. *A.* est διώκουσι δὲ ταύτην. Ex eodem ms. *A.* loco nominativi singularis ἑτέρα, enotatum video ἑτερᾳ: unde intelligo, scriptum ibi (pro more illius codicis) ἕτεραι, quam eamdem scripturam ἕτεραι perspicue habet etiam codex *Ep.* Ac multo sane aptior erat hic *pluralis*, quam singularis numerus: quemadmodum etiam infra non ἄλλος δ' ἐδίωκε dicit, sed ἄλλοι δ' ἐδίωκον. Denique in huiusmodi oratione, ubi confertur id quod dicimus, cum eo quod in alio genere rerum *similiter fieri solet*, non tam in *praeterito perfecto* ponere verbum solent Graeci, quam in *aoristo*. Quare suspicor, tali quodam modo olim scriptos fuisse istos versus:

τηροῦσα τοῦτο. κἄτα περιεσπούδασαν
ἕτεραι, διώκουσιν τε ταύτην. ταὐτὸν ἦν.

Vers. 15. »τῆς λοπάδος ἀνεπήδησε. Emendant μετὰ τῆς »λοπάδος ἀνεπ. Nihil nisi distinctio mutari debet:

»τὴν ἡδονὴν ὁ πρῶτος αὐτῶν καταμαθὼν
»τῆς λοπάδος, ἀνεπήδησε.« — CASAUBONUS.

Scilicet, *simul cum patina exiluit*, interpretatus erat Dalec. In ed. Bas. vero & in ed. Cas. 1. perperam distinctio post καταμαθὼν posita erat, non post λοπάδος.

f *Vers.* 17. ἐξῆν ὀλολύζειν. »Quid hoc verbum proprie si»gnificet, fuse exponimus alibi.« [nempe ad Theophr. Char. Conf. ad Athen. VI. 242. e. Animadv. T. III. p. 426.] »Est enim sacrorum vox, & *clamorem mulierum sa»crificantium* indicat; qualis est ille apud Tibullum:

»*Agna cadet vobis: quam circum rustica pubes*
»*clamet, io! messes & bona vina date.*

» Poſtea tamen *flendi* & *lugendi* ſignificatione uſurpari coe- f
» pit. Hîc non male interpreteris *cachinnari* & *ridere*. « CA-
SAUBONUS.

Verſ. 18 *ſq.* Pro καί τοι παρέλαβον, fuerat καί τι παρελ. in ed. Ven. & Baſ. deinde ἰχθῦς ταμίους, truncatâ voce, pro ποταμίους: & prava diſtinctione magis etiam obſcurata erat oratio. Quo factum ut a ſententia auctoris prorſus aberraverit interpres Dalecampius. Sed in ed. Caſ. eodem modo, quo in noſtra, iſti verſus leguntur, niſi quod ibi *vſ.* 18. nullâ interpoſitâ diſtinctione ſic ſcribitur, οἱ δὲ πάντα καί τοι παρέλαβον. Itaque in Animadv. monuit CASAUBONUS: »Scribendum,

» — οἱ μὲν ἥρπασάν τι γὰρ,
» οἱ δ' οὐδὲν, οἱ δὲ πάντα. καί τοι παρέλαβον
» ἰχθῦς ποταμίους ἐσθίοντας βόρβορον.

» Induſtriam ſuam mirum in modum exaggerat coquus. » *Atqui*, ait, *piſces ego acceperam* (ab eo videlicet qui illum » conduxerat) *fluviatiles*, *qui limo paſcuntur*. Qualis ergo » artifex iſte, qui in mala adeo materia tale ſuae artis ſpeci- » men ediderit! Porro hunc locum ita iuſſeram edi ex *MSS.* » *codice* « [vides, apud Caſaubonum iſtâ notâ *MSS.* non ſemper *plures manuſcriptos codices*, ſed etiam *unum ſingularem* ſignificari] » *illuſtriſſimi Principis Palatini* emendatum. » Nam poſterior verſus peſſime ſcribitur in omnibus aliis » quos videre contigit libris. Utinam ita res noſtrae tuliſ- » ſent, ut beneficio magni Principis diutius frui fas fuiſ- » ſet. Non dubito futuram fuiſſe & aliis multis locis eius li- » bri collationem perutilem. Sed erit, ſpero, aliquis ex eo » numero doctiſſimorum virorum, quos inclyta Heidelberga » fovet, qui ope illius librariae merito περιβοήτου caetera » perpoliat in hoc auctore, quae noſtrâ diligentiâ in ſplen- » dorem dare non potuimus nos. Ita autem ſcriptum et- » iam in *Italicis codicibus*, unde excerptas διαφόρους γρα- » φὰς miſit ad nos *Andreas Schottus* vir doctiſſimus. Ver- » bum παρέλαβον accipiendum ut ſtatim, εἰ δ' ἔλαβον ἄρ- » τι σκάρον, *ſi traditus mihi fuiſſet parandus*: & ita ſaepe » in ſequentibus, quando inducitur coquus aliquis lo- » quens. « — Eamdem ſcripturam quam ex iſtis codici- bus edidit commendavitque Caſaubonus, praeiverant illis vetuſtiſſimae noſtrae membranae *A*. Sed miratus ſum, *Hoeſchelianae Epitomae* nullam prorſus mentionem hîc ab eodem Caſaubono factam. Noſter quidem codex *Epit.*

f haud ſecus ac ms. *A.* eadem verba, quae corrupta in veteribus editionibus erant, recte ſcripta exhibet. Omiſit quidem Abbreviator verſum 17. & priorem partem decimi octavi: ſed poſt iſta verba (*vſ.* 16.) ἐδίωκον κατὰ πόδας, ſic pergit: Εἶτα ἐπάγει· (ſcil. Φιλήμων:) καί τοι παρέλαβον ἰχθῦς ποταμίους &c.

Verſ. 20. εἰ δ' ἔλαβον ἀρτίως σκάρον, ἢ 'κ τῆς Ἀττικῆς &c. Pro εἰ δὲ λαβὼν, quod nec conſtructionis nec metri rationi erat aptum, corrigendum eſſe εἰ δ' ἔλαβον monuerat olim *Guil.* CANTERUS, Novar. Lect. lib. IV. cap. 5. idque tacite in contextum recepit Caſaubonus. Tum pro vulgato ἄρτι, ob primam in σκάρον brevem, neceſſario ἀρτίως ſcriptum oportuiſſe docuit BENTLEI in Emend. pag. 119. Ac ſane in σκάρον manifeſte brevem penultimam faciunt poëtae, cum Oppianus, tum alii apud Noſtrum pag. 329 extr. & ſq.

a *Verſ.* 25. Pro εὕρηκα, quod conſentientibus libris hîc ſcribitur, eſt νύρηκα pag. 290. a. quod magis Atticum cenſent nonnulli, ſed contrarium ſtatuit Euſtathius, alii perinde eſſe docent. Vide Maittaire, in Dialect. pag. 58 ſq. qui quod ex Phrynicho citat, id ex Herodiani Grammatici Fragmentis eſt, (pag. 202.) quae Phrynichi libello ſubiecta ſunt.

Verſ. 26. »Poſtremus verſus,

ἢ ὅταν ὀσφρανθῶσι ποιῶ ζῆν πάλιν.

»palam mutilus, ſic integrari poteſt, ὅταν μόνον ὀσφρ. »vel ἐπειδὰν ὀσφρ. Sic tamen iterum paulo poſt [pag. »290. a.] Sequitur vara vibiam. « CASAUBONUS. — GROTIO placuit ὅταν τι ὀσφρανθῶσι. BENTLEIUS ὅταν ἀποσφρανθῶσι maluerat, ultimam in ὅταν longam ſtatuens, neſcio utrum tamquam in caeſura poſitam, an & aliàs pro longa uſurpari poſſe exiſtimans; quemadmodum quidem apud Noſtrum VI. 285. c. & IV. 160. f. in ἐὰν ultima longa uſurpatur, niſi ibi γ' particula excidit. Conf. p. 292. c. vſ. 34. Nos hîc, in re incerta, particulam μόνον ex Caſauboni coniect. adiecimus quidem, ſed uncis incluſimus.

AD CAP. XXXIII.

Ταῦτα, νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, οὐδ' ἂν Μένεκράτης ἂν ὁ Συρακόσιος ἐξωγκώσατο. »Coqui gloriatio, verſibus »Philemonis modo recitatis contenta, revocavit in men-

» tem Athenaeo *Menecratis medici* furorem. Nam, hunc a
» *Iovis* nomen palam ſibi arrogaſſe, quia, ut aiebat Phi-
» lemonis cocus, τοὺς ἤδη νεκροὺς ἐποίει ζῆν πάλιν, etiam
» alii teſtantur: ut non uno loco Plutarchus, & Clemens
» Alexandrinus in Προτρεπτικῷ. « CASAUBONUS. — Ad verba quod adtinet: repetitam illam Attico more particulam ἂν dedit uterque noſter codex mſtus: & ms. *A.* quidem planè ut a nobis editum, e quo codice etiam (ut alibi) ſcripturam Συρακόσιος recepimus; Breviator vero, immutans nonnihil orationis formam, ſic ſcripſit: Τοιοῦτόν τι οὐκ ἂν ἐξωγκώσατο οὐδ' ἂν Μενεκράτης ὁ Συρακούσιος. In ἐξωγκώσατο vero, pro eo quod editum erat ἐφθέγξατο, cum *Epit.* percommode conſentit ms. *A.* cf. p. 290. a.

τοὺς οὖν θεραπευομένους ὑπ' αὐτοῦ τὰς ἱερὰς καλουμένας νόσους &c. »Quid appellat autem noſter τὰς ἱερὰς νό-
» σους? Medici *ſacrum morbum* norunt unicum, *epilepſiam.*
» Sed Noſter non ut medici locutus eſt, verum ut elegan-
» tiores Graecorum: quibus *magna res omnis & vehemens*
» ἱερὰ dicitur; ſicut etiam Plutarchus ſcribit, & item me-
» dici ipſi. Igitur ἱεραὶ νόσοι Athenaeo, quae Plutarcho
» ἀπεγνωσμέναι: nam ait duobus locis de eodem Mene-
» crate, ἐπεὶ κατατυχὼν ἔν τισιν ἀπεγνωσμέναις θερα-
» πείαις: *cum ei res ſucceſſiſſet in curatione quorundam deſpe-*
» *ratorum morborum:* in vita Ageſilai, & Apophthegmatis.
» Mox [vero] referente Athenaeo, *Nicoſtratum Herculis* b
» *ornamenta & σκευὴν omnem aſſumſiſſe*, τὴν ἱερὰν νόσον θε-
» ραπευθέντα *a Menecrate*, ſic accipe ut in libris Medico-
» rum. Nam quod *Herculem* ſe Nicoſtratus finxerit, cauſ-
» ſa fuit hoc, quod *comitiali morbo* laboraverat, quem
» Graeci vocant Ἡρακλείαν νόσον: etſi eius nominis aliam
» cauſſam affert Galenus. « CASAUBONUS. — Vide Foeſii Oeconom. Hippocr. voc. Ἡρακλείης νόσου.

In his quae de *Nicoſtrato Argivo* obiter commemorantur, (quae deſunt in Epit.) ſic ſcribebatur in editis:

Ἔφιππος ἐν Πελταστῇ λέγων·

Ὧδ' ὁ Μενεκράτης μὲν ἔφασκεν εἶναι ὁ θεὸς,
Νικόστρατος δ' ὁ Ἀργεῖος ἕτερος Ἡρακλῆς.

Ubi illud ſatis adparebat, vocem Ὧδ', quae ne verſui quidem ullo modo conveniebat, perperam a verbo λέγων abruptam eſſe; cum quo recte ea iungitur in ms. *A.* ubi λέγων ὧδε ſcribitur, & dein *interpungitur* oratio. Sed idem ms. *A.* pro ὁ Μενεκρ. percommode οὐ Μενεκρ. dedit; quam

ſcripturam adoptantes, *interrogandi ſignum* deinde adiecimus. Sed in fine verſus, quo ratio conſtet metro, haud dubie Ζεὺς θεός legendum videtur; quod tamen in contextum recipere non ſum auſus, quia neſcio quid aliud ſcribere etiam hîc potuerat poëta. In *poſteriore verſu*, articulus ὁ ante Ἀργεῖος in pronunciando elidendus fuerit, aut ita raptim pronunciandus, ut ſimul cum ſequenti ἀρ nonniſi unam ſyllabam efficiat. *Mox*, pro καρύκειον, quod temere editum erat, κηρύκειον dedere ambo noſtri codices mssti. *Nicagorae*, quem patriâ Ζελείτην fuiſſe ait, (ſcil. ex *Zelea*, Troadis oppido) meminit etiam Clemens Alexandr. in Προτρεπτ. pag. 48. ed. Pott.

c ὡς ἱστορεῖ Βάτων ἐν τοῖς περὶ τῶν ἐν Ἐφέσῳ τυράννων. Deſunt haec Epit. In ms. *A.* vero Βάτων recte ſcribitur, ut apud Suidam in Πυθαγόρας Ἐφέσιος. Idem haud dubie *Sinopenſis* intelligitur *BATON*, cuius & alia ſcripta nonnulla alibi laudat Noſter, & ſimilis argumenti librum, De Hieronymi Syracuſii tyrannide. Conf. VI. 251. e. & ibi notata. Quod dein ait, καὶ ἄλλος δ' αὐτῷ τῶν περισωθέντων, Ἀσκληπιοῦ στολὴν ἀναλαβὼν, συμπεριεφθείρετο: ſi cui fortaſſe oboriatur ſuſpicio, συμπεριεφέρετο ſcriptum oportuiſſe, quemadmodum in ſimillima dictione apud Lucian. in Pſeudologiſta cap. 18. (T. VIII. Opp. pag. 439.) pro συμπεριεφθείρου Moſes Solanus συμπεριεφέρου legendum cenſuerat; is legat, quae de uſu verbi φθείρεσθαι, & eius compoſitorum, poſt Budaeum in Comment. Ling. Graec. pag. 1081 ſq. & Henr. Stephanum in Theſauro, Brunckius adnotavit ad Ariſtoph. Eccleſiaz. 248. & (quem is laudavit) vir doctus in Miſc. Obſerv. T. IV. p. 451.

AD CAP. XXXIV.

d ἐγὼ δὲ ἰατρικᾶς. Dorico idiomate utitur homo Syracuſius. Suo vero arbitratu ἰατρικῆς ſcripſit Abbreviator. *Mox*, οἳ ἂν ἐμοὶ πείθωνται commode dedit uterque ms. *Ibid.* Τοιγαροῦν σὲ μὲν Μακεδόνες δορυφορεῦσιν, ἐμὲ δὲ καὶ οἱ μέλλοντες ἔσεσθαι. Nil mutant libri: adparet autem, mendoſum aut mutilum eſſe poſterius orationis membrum; in quo ſi nihil addas aut mutes, ad μέλλοντες ἔσεσθαι ſubintelligi debebit Μακεδόνες, *qui Macedones futuri ſunt*; quod frigidum nimis & abſurdum. DALECAMPIUS interpretatus erat, *mihi vero* (ſatellites ſunt) *qui a*

morbis ſuperſtites futuri ſunt: quam in ſententiam περιέσεσθαι corrigi vult VILLEBRUNE. Probabilius videbitur, quod ad hunc locum CASAUBONUS commentatus eſt: »Videtur vox una excidiſſe, & ſcripſiſſe Menecratem, »καὶ οἱ θεοὶ μέλλοντες ἔσεσθαι. Parum erat furioſo iſti, »quod *Iovem* ſe dicebat; niſi inſtar Iovis *minores Deos* in »comitatu haberet. Sequitur mox, καλέσας αὐτὸν ὁ Φιλ. »μετὰ τῶν ἰδίων θεῶν: & paullo ante, περιῄει μετὰ τοῦ »θείου χοροῦ, *regiones luſtrabat, comitante Deorum choro.*« d

Πρὸς ὃν, ὡς μελαγχολῶντα. Sic recte codex uterque. *Deinde*, neſcio an ἐπέστελλεν recipi debuerit ex ms. *A.* Ibi quidem ἐπέστειλεν ὁ Φιλ. cum editis commode tenet ms. *Ep.* Paulo poſt vero, ἐπέστελλε καὶ Ἀρχ. dedit codex ms. uterque. *Ibidem*, cum ſic vulgo legeretur, ἐπέστειλεν ὁ Φίλιππος, Μενεκράτει ὑγιαίνειν, monuit CASAUBONUS: »Geminata voce Φίλιππος ſcribendum, ἐπεστ. »ὁ Φίλιππος· Φίλιππος Μενεκρ. Similiter Ageſilaus, »Βασιλεὺς Ἀγεσίλαος Μενεκράτει ὑγιαίνειν. Exemplum epi- »ſtolae Philippi eſt huiusmodi: Φίλιππος Μενεκράτει ὑγιαί- »νειν. Συμβουλεύω σοι προσάγειν σεαυτὸν ἐπὶ τοῖς κατ' Ἀν- »τίκυραν τόποις.« — De Ageſilao quod ait Caſaubonus, vide apud Plutarch. in vita Ageſilai, pag. 607. e. Loco Ageſilai vero, quem nominavit in ea re Plutarchus, *Archidamum* nominat Noſter; qui fuit Ageſilai filius, & patri in regnum ſucceſſit. Exemplum epiſtolae Philippi habes apud Aelianum, Var. Hiſtor. XII. 51. Ibi fere, ut hic voluit Caſaubonus, ſcribitur: Ἀντέγραψε δὲ καὶ ὁ Φίλιππος: Φίλιππος Μενεκράτει ὑγιαίνειν &c. Subiecitque ibi ſuo nomine Aelianus: Ἠνίττετο δὲ ἄρα διὰ τούτων, ὅτι παραφρονεῖ ὁ ἀνήρ: id eſt, *Significabat autem iſtis verbis, inſanire hominem.* Quod ſequitur apud Noſtrum, οὐκ ἀπεχόμενος τοῦ Διός: nihil in ea ſcriptura variant libri. e

Καλέσας δ' αὐτόν ποτε ἐπὶ δεῖπνον. Sic ms. *A.* Deeſt vero ποτὲ Epit. *Ibid.* »*Hunc igitur novum coelitem, &* »*ipſius Deos, Philippus* συγκατέκλινε πάντας ἐπὶ τῆς μέ- »σης κλίνης ὑψηλότατα καὶ μεγαλοπρεπέστατα ἢ »ἱεροπρεπέστατα κεκοσμημένης, ait Athenaeus; hoc ſigni- »ficans: *Menecrati & eius choro paratum fuiſſe lectum pror- »ſus ad inſtar pulvinarium quae Diis exſtruuntur:* de quibus »ſuſe nos alibi. Exemplum habes apud Heſychium, in »Πλακίς, & ſimilibus veterum locis. De eo convivio plu- »ra Aelianus.« CASAUBONUS. — Eumdem vide ad Sue-

e tonii Iulium, cap. 76. Aeliani autem vide Varias Hiſtorias loco cit. Vox μεγαλοπρεπέστατα cum ſequenti particula ἢ neſcio cuius male ſeduli hominis operâ in editos libros illata erat: nonniſi ὑψηλότατα καὶ ἱεροπρεπέστατα agnoſcit uterque noſter codex mstus. Apud Aelianum quidem eſt, καὶ ἦν μεγαλοπρεπὲς τὸ δεῖπνον. Pro ὑψηλότατα autem apud Noſtrum equidem ὑψηλοτάτης malebam.

Ibid. καὶ τῶν ἀπὸ γῆς (perperam ἐπὶ γῆς ms. *Ep.*) πάντων ἄνω ἀπαρχαί. In ſcriptura, quam exhibebant editi libri, καὶ τῶν ἀπὸ γῆς πάντων καρπῶν ἀπαρχαί, nihil deſiderares, ſi addicerent veteres manu exarati. Nec tamen diffitendum, percommode *abeſſe poſſe* vocabulum καρπῶν; quod prorſus etiam ignorat ms. *Ep.* Cuius loco quum ανων (ſic) in ms. *A.* ſcribatur; notum eſt quidem ſignificari illo ſcripturae compendio vocabulum ἀνθρώπων: ſed, ei vocabulo non eſſe hîc locum, ſatis adparet. Quare ſuſpicatus ſum, per errorem eſſe illud huc invectum, cum ἄνω olim ſcriptum fuiſſet, id eſt, ἐπὶ τῷ βωμῷ, *ſuperne, in altari.*

f καὶ τέλος ὁ καινὸς Ζεὺς, μετὰ τῶν ὑπηκόων γελώμενος, θεῶν ἔφυγεν ἐκ τοῦ συμποσίου. Cum nec poſt Ζεὺς nec poſt γελώμενος commata vulgo eſſent interpoſita; tacite ſic edidit CASAUBONUS, μετὰ τῶν ὑπηκόων γελώμενος θεῶν: cui praeiverat DALECAMPIUS, in verſione ſic ponens, *novus ille Iupiter cum ſubiectis ac morigeris Diis irriſus.* Commode id quidem, ſed refragantibus vetuſtis libris: nam noſtri certe mssti ambo cum ed. Ven. & Baſ. θεῶν ἔφυγεν exhibent, id eſt, *curſu ſe proripuit.* Similiter, ἀπιὼν ᾤχετο, ait Aelianus. *Ibid.* ὡς Ἡγήσανδρος ἱστορεῖ. *Hegeſander*, puto, ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι, ſaepius citatis a Noſtro.

AD CAP. XXXV.

Καὶ Θεμίσων δ' ὁ Κύπριος. Eiusdem hominis rurſus meminit auctor noſter lib. X. pag. 438. d.

a ἀλλ' ἔθυον αὐτῷ. Sic ms. *Ep.* ἔθυον δὲ αὐτῷ, absque ἀλλὰ, ms. *A.* ἀλλ' ἔθυον δὲ αὐτῷ ed. Ven. & Baſ. iunctâ utrâque particulâ. Inde ἀλλ' ἔθυον τε ed. Caſaub.

De verſibus illis, Ἀθανασίαν πύρηκα &c. vide p. 289. a. ibique notata.

AD CAP. XXXVI.

ὡς καὶ Ἡγήσιππος ἐν Ἀδελφοῖς παρίστησι. »Redit b »auctor ad cocorum arrogantiam: cuius teſtimonia ali- »quot ex antiquis Comicis recitat hoc loco. Incipit ab eo »quod petitum ait e *Delphis Hegeſandri*. Mihi vero & auctoris »nomen ſuſpectum eſt, & fabulae. Quis legit apud veteres »Hegeſandrum inter Comicos? quis *Delphos* comoediam »usquam invenit nominatam? Cenſeo legendum ex libro »nono, [IX. 405. e.] Ἡγήσιππος ἐν Ἀδελφοῖς: licet re- »clamantibus & msstis & Epitoma. *Hegeſippi* Comici Sui- »das aliique meminerunt. *Adelphos* autem multi docue- »rant: ut Menander, Hegeſippus, Diphilus; & apud La- »tinos, Terentius, ac L. Pomponatius, Atellanarum poë- »ta.« CASAUBONUS. — Certiſſimam iſtam eſſe Caſauboni coniecturam merito iudicavit VOSSIUS, DE Hiſtoric. Graec. lib. III. pag. 372. (cui ſuffragati ſunt VALCKENAER ad Eurip. Phoen. pag. 233. & PIERSON ad Moer. pag. 74.) quam quin in contextum reciperem dubitare non debui; licet & noſter codex ms. uterque in curruptum poëtae nomen, & membr. *A.* in truncatum fabulae titulum (quem ſuo more omiſit Abbreviator) conſentiant. Haeſerat in animo librariorum *Hegeſandri* nomen, paulo ante commemoratum. Quod autem Δελφοῖς pro Ἀδελφοῖς ſcripſerunt: tot exſtant nominum initio truncatorum exempla, ut eo minus mirum eſſe debeat, ſi A ante ſimillimae formae literam Δ intercidit. Cui errori hoc loco etiam illud praeterea ortum dare potuit, quod animo nonnullorum obſcure obverſaretur cognomen ὁ Δελφὸς, (i. e. *Delphicus*, vel *Delphenſis*) quod *Hegeſandro* aliâs tribuere Athenaeus ſolet. Nec vero diſſimulandum, citari etiam apud eumdem Noſtrum, *Philemonem* ἐν Δελφοῖς, lib. XIII. p. 569. d. ubi mireris vulgatum defendi a Caſaubono, neque ullam contra iſtum fabulae titulum dubitationem vel a Grotio in Excerpt. p. 765. vel a Bentleio in Emend. in Menandr. & Philem. p. 112. moveri. Et ibi quidem Graecum Δελφοῖς latine *Delphis* reddidit Grotius cum Dalecampio, *Delphenſibus* vero Clericus, in Fragm. p. 297. Ego vero non video cur dubitemus, quin perinde ibi atque hic ἐν Ἀδελφοῖς legendum fidenter pronunciemus. Caeterum Ἀδελφοὺς fabulam docuit etiam Euphron. *Mox*, παρίστησι recte dedere mssti. Temere παρίστασι edd.

b *Verſ.* 1-3. »Primis huius ῥήσεως verbis occurrit poëta »auditorum faſtidio. Quia enim a multis poëtis tractatum »fuerat hoc argumentum, ut ſibi audientiam faciat *He-*»*GESIPPVS*, (ita enim poſthac appelletur) initio pollice-»tur, *dicturum ſe aliquid novi.* Plurimos Comicorum lo-»cum hunc attigiſſe, & in Attico theatro *coquorum arro-*»*gantiam* exagitaſſe, docet clare Athenaeus; qui tot lo-»cis tam multa eiusdem ſententiae, mirâ patientiâ, de-»ſcripſit. Quam multa iam huius argumenti libro III. »[immo libro IV. haud longe ab initio] recitata ſunt? »Ecce iterum paginas aliquot in ea re occupatas. Libro »IX. [pag. 376 ſqq.] invenies nihilo pauciora, aut plura »fortaſſe. Etiam libro XIV. extremo, eâdem oberratur »chordâ. Ex his omnibus intelligere eſt, cur poëta ſer-»monem hunc ita ordiatur:

»Βέλτιστε, πολλοῖς πολλὰ περὶ μαγειρικῆς
»εἰρήμεν' ἐστίν. ἢ λέγων φαίνου τί μοι
»καινὸν παρὰ τοὺς ἔμπροσθεν, ἢ μὴ κόπτε με.« CASAUBONUS. — *Verſ.* 2. εἰρημένα plene ſcribitur in mſstis: quod hoc loco teneri etiam poterat. *Ibid.* Pro τί μοι, quod erat editum, τι λη enotatum eſt ex ms. *A.* Id vero haud dubie ex τι δὴ ortum: (Λ ex Δ, evanidâ imâ lineolâ:) quod, ut peraptum huic loco, recipiendum putavi. μοι ex recentiorum eſt emendatione. Verba iſta, ἢ λέγων &c. cum pluribus verſibus ſequentibus omiſit Abbreviator, poſt εἰρημένα ἐστὶν ſic pergens: ἔπειτα ἐπάγει· ὡς ἐγὼ πάντα τὸν βίον &c. quae ſeptimo verſu leguntur. In fine *verſ.* 3. rurſus plene ſic ſcribunt membr. *A.* κόπτε ἐμέ. Unde κόπτ' ἐμὲ, quam (ut vulgo) κόπτε με, edere malui. De illo uſu verbi κόπτειν, notione *obtundendi, moleſtiam creandi, enecandi*, conf. quae notavit PIERSON ad Moer. pag. 74. ubi loca huic parallela collegit ex Noſtri libro IX. pag. 378. b. & pag. 404. b.

»*Quartus* & *quintus verſus* corrupti ſunt:

»Οὐκ· ἀλλὰ τὸ πέρας τῆς μαγειρικῆς * εὗρε
»εὕρημα μόνον εἰδέναι τῶν νομιζομένων ἐμέ.

»Lego:

»Οὐκ. ἀλλὰ τὸ πέρας τῆς μαγειρικῆς τέχνης
»εὑρηκέναι τὰ νῦν νόμιζε μόνον ἐμέ.

»Propius accedere ad editae lectionis veſtigia non poſſu-»mus.« CASAUBONUS. — Nil iuvant membranae; quae nihil ab editis discedunt, niſi quod *aſteriſcum* ignorant,

quem primus Editor hîc, ut ſubinde alibi, non ut *defectus* alicuius, ſed ut *corruptelae* notam adpoſuit. Pro mendoſa autem voce ε῎υρε, videri Σύρε legendum, tam ingenioſe quam modeſte adnotavit eruditiſſimus CORAY, in notis msstis; ad viceſimum verſum provocans, ubi idem nomen occurrit. Quae mihi emendatio tam certa viſa eſt, ut haud cunctanter recipiendam iudicarem. Quisquis meminerit σ literam in vetuſtis codicibus ſimillimam formam literae latinae C referre, ab illaque forma literam graecam ε nonniſi exili lineolâ transverſâ, quae facile evaneſcat, differre, is σ & ε literas paſſim a librariis permutatas non mirabitur: quo de genere cum alibi paſſim a nobis dictum eſt, tum ad Polyb. XI. 9, 5. Hoc loco, Σύρε, pro ε῎υρε legendum monuerat etiam olim *Sam.* PETITUS, Miſcell. VI. 4. At proximum verſum minus feliciter idem *Petitus* curavit, ſic legens: b

εὕρηκα, μόνον εἰδέναι τῶν νομιζομένων ἐγώ.

Ubi, ut taceam metrum prorſus peſſumdatum, miro quodam commento ἐγὼ pro φημὶ ἐγὼ accepit, ad IX. 378. a. provocans, cuius tamen loci diverſa ratio eſt. Graeca autem iſta latine ſic ille reddidit: *Ad ſummum artis coquinariae perveni, o Syre: atque me unum inter illos, qui eam ſcire ſe putant, optime callere ego aio.* Equidem, in librorum veſtigiis latere id ipſum, quod edidi, mihi perſuaſeram:

εὑρημένον εἰδέναι νομίζε μόνον ἐμέ.

Ad particulam οὔκ: (*verſ.* 4.) intelligendum, οὐ κόψω σε: *non te obtundam vanis ſermonibus, quibus nihil novi contineatur.*

Verſ. 8. Multo aptius huic loco eſt praeteritum perfectum, ἐξήτακα, quod dedit codex uterque msstus, quam aoriſtus ἐξήτασα. *Verſ.* 9. βεμβράδων cum edd. c tenet ms. *A.* De eo vocabulo ſatis ſuperque haud multo ante dictum eſt. *Ibid.* τρόπους dedit codex uterque. Intellige, ἐξήτακα τοὺς βεμβράδων τρόπους ὅσοι εἰσί. Cum τρόπος in ſing. eſſet editum, adnotaverat CASAUBONUS: »Malim τρόποι: vel ſic, βεμβράδων δ' ὅσα.«

Verſ. 13. τὰ βάπτ' ἔχοντες. »Recte vertit Dalec. *atra-*»*ti.* Propius tamen ad Graecam vocem acceſſiſſet, ſi di-»xiſſet *colorati.* Ita Graeci & Latini ambitum earum di-»ctionum circumſcribunt. Verum haec obſervatio alius »eſt loci.« CASAUBONUS. — *Atratas veſtes* in luctu geſtare ſolitos Graecos, cum aliunde notum, tum ex illo

c Periclis verbo, apud Plutarch. De Sui Laude, Opp. T. II. pag. 543. cum ait, ὅτι δι' αὐτὸν οὐδεὶς Ἀθηναίων μέλαν ἱμάτιον ἀνείληφε. Eoque ſenſu haud dubie hîc βαπτὰ pro μέλανα dixit poëta. Conf. Kirchmann De Funerib. Romanor. II. 17. Longe vero diverſa notione βαπτὰ ἱμάτια dixerat Ariſtoph. in Plut. 530. *veſtes nuptiales* intelligens, *variegatas*, aut *purpureas*.

Verſ. 17. Φακῆν παρατιθεὶς &c. »Male capiunt, qui »[cum Dalecampio] putant eſſe coqui: pronunciatur »enim [ille verſus] ab eo quicum ipſe loquitur. In *ſili»cerniis* & circumpotationibus, quas mortui cauſſa agita»bant, non exquiſiti cibi apponebantur, ſed e vilioribus; »cuiusmodi ſunt *lens & membrades*. Ideo miratur iſte, quî »potuerit fieri, ut in tali convivio praeſtaret quod mo»do dicebat. Quaerit igitur mirabundus, an ex ritu *len»tem & membradas* ferali coenae illi adhibuerit.« Casaubonus.

Verſ. 18. ἐὰν δὲ δὴ λάβω. Bene ſic edd. ſive ex primi editoris emendatione, ſive ex docti cuiusdam ante eum librarii. Manifeſte mendoſum erat ἐὰν δὲ μὴ λάβω, quod eſt in vetuſtis membr. *A*. Recte vero negatio abeſt in ms. *Ep.* ſed labat ibi metrum.

d *Verſ.* 19. καὶ τουπτάνιον ἁρμόσωμ' ἅπαξ. Quod vulgo hic conſentientibus mſstis legebatur, τουπτανεῖον, id penultima brevi fuiſſe efferendum, τουπτάνιον, docuit Valcken. ad Eurip. Phoen. pag. 253. Confer ſupra notata ad Athen. III. 102. f. T. II. pag. 201. Porro cum ἁρμόσω μ' disiunctis vocibus eſſet editum, quod ἁρμόσω με valebat; tenens iſtud idem Valckenarius, praecedentem καὶ particulam in κἀς mutandam cenſuerat, ut eſſet κἀς (i. e. καὶ ἐς) τουπτάνιον ἁρμόσω μ' ἅπαξ, *& ad culinam ſemel me comparavero*. Sed uterque noſter codex, ἁρμόσωμαι plene ſcriptum exhibens, oſtendit ἁρμόσωμ' una voce, in verbo medio, fuiſſe ſcribendum: quâ adoptatâ ſcripturâ, nihil amplius deſiderabatur. Valet autem ἁρμόζομαι, perinde atque activa forma ἁρμόζω, *adapto*, *compono*, *concinno*, *inſtruo*, & ſimilia.

Verſ. 22. Pro οὐδεὶς, quod invito metro erat editum, οὐδὲ εἷς ſcribendum monuit Casaubonus. Sic vero plane dedit uterque noſter cod. ms. & cum his Euſtathius ad Od. μ'. pag. 471, 33. (ubi etiam ἁρμόσωμαι ἅπαξ, ſicut in eisdem codd.) Porro pro ὁδμῆς, habent ὁσμῆς ii-

dem mssti & Euſtathius; quod praeferendum editae ſcri- d
pturae docuit PIERSON ad Moer. pag. 59. ex Thoma Mag. qui Ὀσμὴ, ait, Ἀττικόν. ὀδμὴ δὲ, Ἰωνικόν. Idem *Pierſonus*, pro ὑπὸ τῆς ὀσμῆς γὰρ, leviter transpoſitis verbis ὑπὸ τῆς γὰρ ὀσμῆς legendum cenſuit: puto, quod deſiderare hoc iambici metri rationem exiſtimaret. In quo quidem non repugno auctoritati viri, cuius & doctrinam & iudicium maximi facio: ſed videndum puto, ne in ὀσμῆς prima ſyllaba corripi potuerit. Statuerat ſane Toupius, in Praefat. Partis II. Emendation. in Suidam, concurſum literarum σμ nonniſi debilem (quam vocant) efficere poſitionem: cui quidem repugnantem novimus Brunckium noſtrum in Notis ad Sophoclis Electr. vs. 21.

Verſus 25 *cum ſeqq.* ſic editus legebatur:

ἑστήξετ' ἀχανὴς προσπεπαττωλευμένος
ἄφωνος, ἄχρις ἂν αὐτὸν τῶν φίλων βεβυσμένος
τὴν ῥῖν' ἕτερός τις &c.

Ibi poſtquam perperam inſertam vocem αὐτὸν notavit PIERSON l. c. eiiciendamque monuit, haec adiicit: »Niſi »quis ἄφωνος e gloſſemate ortum putet, & ſcribi debere,

»ἄχρις γ' ἂν αὐτὸν τῶν φίλων βεβυσμ.

»quae coniectura *Valckenario* blandiebatur; & mihi quo- »que, antequam Euſtathium inſpexeram, in mentem ve- »nerat.« — VALCKENARIUM vide ad Herodot. VII. 33. Ac habet ſane prorſus eam ſpeciem vocabulum ἄφωνος, ut ex interpretamento vocis ἀχανὴς videri debuerit irrepſiſſe. Sic quidem interpretatur Heſychius: Ἀχανής· ἄφθογγος, ἄφωνος, μὴ ἀνοίγων στόμα. Pariterque Suidas: Ἀχανής· ὁ μὴ κεχηνὼς, καὶ ἄφωνος, ὁ ἐκπεπληγμένος σιωπῇ. Sed quoniam in praedicto verſu non modo Euſtathius, (loco paulo ante cit.) &, unde is ſua hauſit, Epitoma Athenaei, verum etiam veteres membr. *A.* pronomen αὐτὸν ignorant; hoc ipſum potius, ut ex recentioris librarii interpretamento invectum, abiicere debuimus. Porro, quum pro ἄχρις ἂν non modo ms. *Ep.* ἄχρι ἂν perſpicue daret, ſed & eadem vocis forma in mendoſo ἀχαριαν, quod hic habet ms. *A.* haud obſcure contineretur, tenendam hanc formam, ut magis Atticam, putavi. Vide Thomam M. pag. 135. & quos ibi laudant interpretes. De vi vocabuli ἀχανὴς ex profeſſo diſſeruit Pierſon l. c.

Verſ. 29. πολλοὺς - - οἶδα τῶν καθημένων. »Abſurde e »vero docti [unum *Dalecampium* dicit] corrigunt κατα-

e »κειμένων, & peſſime vertunt *ex accumbentibus*. Non anim-
»advertebant, licentia comica perſtringi a poëta *ſpectato-*
»*rum* nonnullos, qui bona ſua liguriendo in ventrem con-
»diderant omnia. - - - *Multos novi* [ait] *ex iis qui ſe-*
»*dent ſpectantes, qui, ut operâ meâ poſſent uti, facultates om-*
»*nes ſuas abſumſerunt.*«

τῶν παρὰ Πινδάρῳ Κηληδόνων. »Non facile eſt divinare,
»quid Pindarus nomine Κηληδόνων intellexerit eo loco,
»quem tangit hîc Athenaeus. Interpretes quidem [nempe
»rurſus, unus Dalecampius] pronunciare non verentur,
»quas vocavit Homerus *Sirenas*, dictas fuiſſe Pindaro κη-
»ληδόνας. Athenaeus tamen hoc non dicit, niſi placeat
»*eadem* eſſe, quae dicuntur *ſimilia efficere*; quod ineptum
»nimis & ἀσυλλόγιστον. Quare Athenaei verba non ali-
»ter accepit Euſtathius, cum ad Ὀδυσσ. λ'. exponens il-
»la [vs. 333.] οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ, κη-
»ληθμῷ δ' ἔσχοντο: tum ad ſequentem ῥαψῳδίαν, [ad
»Od. μ'. pag. 471, 28.] ubi ſcribit: Ἰστέον, ὅτι Πίνδαρος
»κηληδόνας λέγει ποιούσας τοὺς ἀκροωμένους ἐπιλαθέ-
»σθαι τῶν τροφῶν ὑφ' ἡδονῆς, καὶ οὕτως ἀφαυαίνεσθαι. οὐ
»πάνυ δὲ δῆλον, εἴ τε κηληδόνας ἐκεῖνος ἐπιθετικῶς τὰς
»Σειρῆνας λέγει, διὰ τὸν κατ' αὐτὰς, Ὅμηρος ἂν εἴποι,
»κηληθμόν· εἴ τε καὶ ἄλλα τινὰ ᾠδικὰ δαιμόνια. Fatetur
»EUSTATHIUS, *neſcire ſe plane, quomodo accipi debeat apud*
»*Pindarum vox* κηληδόνες: *poſſe enim vel epitheton eſſe Sire-*
»*num, vel alia quaedam ſuavis cantus numina.*« CASAUBO-
NUS. — Κηλημόνες ſcribitur (editur certe) apud Pauſa-
niam, in Phocicis cap. 5. pag. 810. ubi citatur *PINDARI*
verſus huiusmodi:

χρύσειαι δ' ἐξ ὑπερῴου ἄειδον κηλημόνες.

De uſu verbi ἀφαυαίνεσθαι nonnihil adnotavit Toup, in Curis Noviſſ. in Suidam, pag. 181 ſq. &, quem ille laudat, Küſterus ad Ariſtoph. Theſmoph. 813.

AD CAP. XXXVII.

Νικόμαχος - - παράγει τινὰ μάγειρον ὑπερβάλλοντα τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίτας. In illorum verborum latina verſione, praeeunte DALECAMIPO ſupplevi iſta, *in-ſolenti vaniloquentia ſuperantem. Dionyſiacos* (id eſt,

Bacchicos) *artifices* idem DALECAMPIUS, in ora, interpretatus est »*Ludiones*, *histriones*:« haud paulo commodius, puto, quam Gallicus interpres, sic vertens, *le corps des ouvriers consacrés au culte de Bacchus.* Vide Lexicon Polybianum, voce Τεχνίτης: & Wesseling. ad Diodor. IV. 5.

NICOMACHI comici *Eclogam* Excerptis suis inseruit GROTIUS, pag. 883 sq. cuius Latinam versionem Graecis versibus subieci, nonnisi uno aut altero verbo (vers. 6. & 10.) mutato. In distinguendis colloquentium partibus, in hac aliisque similibus Eclogis paulo commodius facturum me fuisse intelligo, si *coqui* partes in Graecis versibus ubique notâ *M.* in Latinis vero notâ *C.* distinxissem.

Vers. 5 - 7. — B. Μὰ Δί', ἐγὼ μὲν οὐκ f
ὤμην. A. Ἴσως, ὅσον μαγείρου διαφέρει
μάγειρος, οὐκ οἶσθ'; —

Rectius in his distincta erat oratio in ed. Ven. & Bas. quam in ed. Casaub. Rectèque in Dalecampii versione distributae signataeque partes colloquentium. Quo respexit CASAUBONUS, cum in Animadvers. scriberet: »In *NICOMACHI versibus*, melius quaedam distincta sunt in Latino textu, quam in Graeco: quem inde licet corrigas.« — Ad verbum ὤμην (quod cum editis tenet codex ms. uterque) e superiori oratione intelligendum δεῖν ἐξετάζειν τοῦτο ἢ πυνθάνεσθαι: quod commode DALECAMPIUS his verbis expressit, *id faciundum non putavi.* Quod quum non placeret GROTIO, orationem personae *B.* ille terminavit in ἐγὼ μὲν οὐκ. ac deinde *coqui* verba (*vs.* 6.) sic scripsit:

Ἦ μὴν ἴσως ὅσον διαφέρει διακόνου
μάγειρος οὐκ οἶσθ'; —

In eiusdem *sexti versus* fine effugerat & Casauboni & Grotii observationem, turbatum metrum. Sane vocalis α in διάκονος & διακονεῖν constanter longa, (de quo conf. notata ad IV. 170. f. & vide mox dein vs. 10.) non ferebat in fine senarii ista verba διαφέρει διακόνου, quae quidem in editionibus omnibus ibi leguntur. At non διακόνου, sed μαγείρου habet ibi mstus codex uterque: perquam commode ad sententiam, *quantum a coquo coquus distet:* id est, *quam sit coquus alius alio doctior solertiorque.* Quam sententiam minus percipiens iunior aliquis librarius, sive ipse Editor Venetus, ex versu 10. vocem διακόνου huc invexit. μαγείρου quidem hîc etiam alios duos codices

Parisienses tenere, ex Villebrunii adnotatione intellexi. Sed, quum ne id ipsum quidem,

— ἴσως ὅσον διαφέρει μαγείρου,

ferret metri ratio, transponendae duae voces in hunc modum fuerunt:

— ἴσως ὅσον μαγείρου διαφέρει,

a Qui sequuntur *versus* 8 – 10. in editis sic scribebantur:

Τὸ γὰρ παραλαβόντ' ὄψον ἠγορασμένον
πότερον ἀποδοῦναι σκευάσαντα μουσικῶς
διακόνου 'στὶ τοῦ τυχόντος Ἡράκλεις.

Quos latine sic reddidit DALECAMPIUS: A. *Emptum & acceptum obsonium reddere antea concinne praeparatum ministri cuiusvis est.* B. *Papae, Hercules.* Quam versionem spectans CASAUBONUS, ait: »Melius legit Dalecampius »πρότερον, quam, ut est editum, πότερον.« — Et istud πρότερον ita fidenter recepit GROTIUS, ut vulgatae scripturae ne mentionem quidem facere in Notis (ut aliàs consueverat) dignaretur. Et nos summorum virorum auctoritatem secuti sumus: vereor ne temere & praecipitanter; quandoquidem meliora (ni fallor) indicabant veteres membranae. Nam Epitoma quidem parum iuvabat: in qua post illa verba, vs. 7. Εἴσομαι δέ γ' ἣν λέγῃς. omissis multis, sic pergit Abbreviator: Ἔπειτα αὐχήσας ὁ μάγειρος εἰδέναι τὸ ἠγορασμένον ὄψον σκευάζειν μουσικῶς, λαπεῖ ὅτι πρὸ τῆς μαγειρικῆς τέχνης πρότερον μαθεῖν δεῖ ἑτέρας τέχνας, ἀστρολογικὴν, ἰατρικὴν, &c. E quibus illud quidem colligas, Epitomatorem ista poëtae verba, Τὸ γὰρ παραλαβόντ' ὄψον &c. ut a *Coquo* pronunciata accepisse. At aliò ducunt nos vestigia scripturae, quam (ad *vers.* 10.) ex ms. *A.* in hunc modum enotatam reperio, διακόνουσ τούτου τυχόντος. Qua in scriptura minime obscure contineri haec verba videntur, διακόνου 'στ' οὗ τοῦ τυχόντος, id est, διακόνου ἐστὶν οὗ τοῦ τυχόντος. Quae si, servatâ (*vs.* 9.) librorum scripturâ πότερον, *interrogative* accipias, totamque istam ῥῆσιν eidem homini tribuas, qui operam coqui locaverat, istaque modo dixerat, Εἴσομαι δέ γ', ἣν λέγῃς: existit (puto) percommoda sententia haec: *At sciam, si tu dixeris, Nam, acceptum piscem emtum reddere scite paratum, nonne hoc est famuli cuiuslibet?* Illud unum, pro ista sententia, paulo insolentius poterit videri, quod particula οὖ proxime ante τοῦ τυχόντος, non ante διακόνου posita sit. Quare de constituenda

huius loci ſcriptura integrum penes eruditum lectorem a iudicium eſto!

Etiam ſequentes *verſus* 12 - 16. non carent difficultate: in quibus nihil quidem ab edita ſcriptura diſſentiunt membranae. Ibi igitur ſtatim, quum haud perſpicuum eſſet, unde penderet genitivus ὧν, (*verſ.* 13.) ſuſpicatus eram pro πάνυ (in fine *vs.* 12.) fortaſſe legendum ἄνευ, ut ἄνευ ὧν eſſet, *absque quibus ſcientiis.* Tum vero rurſus ταύταις (*verſ.* 14.) non videbatur ad illas ἐνδόξους τέχνας, quas modo dixerat, referri poſſe; ſed ad τὴν μαγειρικὴν τέχνην referendum videbatur pronomen: quare placebat GROTII emendatio, ταύτῃ. Quam in ſententiam praedictos verſus etiam DALECAMPIUS acceperat, ſic reddens:

Artes multas proferam celebres admodum,
quas recte ſi quis ediſcere negligat, non licet
hanc adire confeſtim. —

Id ipſum vero, quod nos Graece ἄνευ ὧν dicendum fuiſſe ſuſpicabamur, GROTIUS ita effici poſſe exiſtimaverat, ſi, tenendo (*verſ.* 12.) ἐνδόξους πάνυ, deinde pro ὧν τὸν μαθεῖν βουλόμενον, ſic ſcriberetur, ut edidit ipſe,

ὧν μὴ μαθεῖν βουλόμενον ὀρθῶς, οὐκ ἔνι
ταύτῃ προσελθεῖν εὐθύς. —

Ubi non video, cur non eâdem operâ ὧν in ἃς mutarit,

ἃς μὴ μαθεῖν βουλόμενον.

Caeterum etiam in his, quae deinde ſequuntur, multis adhuc difficultatibus premitur hic locus. Nam, ut illam extundas ſententiam, quam GROTIUS in verſione, Graecis a nobis ſubiecta, expreſſit: (cui conſentit DALECAMPIUS, ſic pergens:

Antea namque convenit
Picturam attingere. Hanc ſcilicet ante culinariam
oportet didiciſſe, artesque multas alias.)

alia adhuc mutanda fuerint; velut illud *verſ.* 15.

ζωγράφίας ἥφθαι. ταυτὰ καὶ μαγειρικῆς &c.

Ubi quod GROTIUS poſuit,

ζωγράφίας ἥφθαί τι. καὶ μαγειρ.

id quidem non magis, quam vulgatum, conveniebat metro. Sed oportebat,

δεῖ ζωγραφίας ἥφθαί τι. καὶ μαγειρ.

aut aliquid ſimile. Nec vero diſſimulandum eſt, violentum eſſe, ταυτὰ in τὶ mutare. Porro mirum videri debet, quod, poſtquam dixiſſet, ἔμπροσθε (ſcil. τῆς μα-

a γειρικῆς) δεῖ ζωγρ. ἤφθαι, tum rurſus veluti de novo incipiat dicere, καὶ μαγειρικῆς πρότερον μαθεῖν δεῖ. Quibus ex poſterioribus verbis perquam fit probabile, illud ſuperius ἔμπροσθε pertinere ad *alias quasdam artes, quas cum culinaria ita conferat coquus*, ut dicat, *quemadmodum ſunt aliae quaedam nobiles artes, ad quas non continuo accedere liceat, niſi prius alias attigeris; eamdem eſſe rationem culinariae.* Sic ταὐτὰ ſuo loco ſtabit, valebitque κατὰ ταὐτὰ, *eodem modo, ſimiliter.* Sic etiam vox τάνυ *verſ.* 12. ſtare poterit; itemque pluralis ταύταις *verſ.* 14. Parum commodus tamen manebit ille genitivus ὧν, a verbo μαθεῖν pendens; pro quo ἃς utique malim; niſi eodem modo ὧν μαθεῖν dici potuit, quo paulo poſt ὧν εἰδέναι ait. Denique *initio verſus* 15. mendam adhuc prodit labans metrum. In eamdem fere, quam dixi, ſententiam locum hunc accepit Gallicus interpres, ſuo ſermone ſic reddens: *Je pourrois vous citer ici pluſieurs arts très-honorables qu'il n'eſt pas poſſible d'apprendre directement, ſi l'on veut les bien ſavoir: mais il faut, par exemple, apprendre d'abord la peinture. C'eſt ainſi qu'avant d'apprendre la cuiſine, il faut préalablement avoir étudié d'autres arts.* Caeterum ſimillimam huic iactantiam coqui vide lib. IX. pag. 378.

b *Verſum* 17. cum ſic vulgo editus legeretur,

ὧν εἰδέναι σοι κρεῖττον ἦν μοι πρὶν λαβεῖν:

» plane ſe eum non intelligere« ingenue profeſſus eſt CASAUBONUS. Dalecampius latine ſic reddiderat: *Me priusquam accerſeres, notum hoc eſſe tibi ſatius fuit.* GROTIUS, ſic vertens, *intererat mea haec ſcire te priusquam me conduceres*: multaque in Graecis mutans, illud ipſum verbum tenuit, in quo menda latebat. Nempe non compertum ille habuerat, λαλεῖν ſcribi in vetuſtis membranis: ac poterat cum inſigni ſpecie veri verbum λαβεῖν (quod editiones omnes hîc agnoſcebant) notione *conducendi* accipi, quemadmodum alibi ſubinde *comparandi emendique* notione uſurpatur. Nos, adoptatâ membranarum ſcripturâ, nihil praeterea mutandum duximus, niſi ante μοὶ πρὶν λαλεῖν leviter diſtinguendam orationem. Sententia eſt: *Quae ſcire tibi ſatius erat, priusquam me adloquereris*, id eſt, mecum ageres de opera mea tibi locanda. Inſolens quidem dictio, ὧν εἰδέναι, pro ἃ εἰδέναι: ſed poterat hominem qui doctus videri volebat, conſulto ita loquentem inducere poëta, imperitâ imitatione Homericae dictionis τόξων σὺ εἰ-

δὼς, & ſimilium. Porro, ſicut h. l. λαβεῖν pro λαλεῖν te- b
mere editum erat, ſic pag. 292. b. λαβὼν pro λαλῶν po-
ſuerant.

Verſ. 19. »Quid appellet τῶν ἰχθύων τὰς τέχνας, pa-
»rum aſſequor. Nam interpretatio, quae in promtu eſt,
»ſententiam frigidiusculam videtur continere.« CASAU-
BONUS. — *Parandi artem* interpretatus erat Dalecamp. GRO-
TIUS, τἀσθενῆ corrigens, adnotavit: »Legebatur καὶ τὰς
»τέχνας, nullo ſenſu.« — At τέχνας fortaſſe dixerit
morem piſcium, certo anni tempore latibulis ſe condendi,
& id genus alia.

Verſ. 25. Cum Τοὐπτανεῖον (ut pag. 290. d.) editum eſ-
ſet, monuit CASAUBONUS: Scribe:

»Τοὐπτάνιον ἡμεῖς σφαῖραν εἶναι τιθέμεθα.

»Non hoc autem dicit coquus, e culinae totius ambitu
»locum deligi, ubi omnia artis totius officia exerceantur:
»ſed hoc potius, culinam ſic dividi a coquis ſolitam, ut
»ſingulis artis ſuae partibus proprium locum aſſignent. —
In τοὐπτανεῖον conſentiebat ms. *Ep.* Ad veram ſcripturam
propius accedit ms. *A.* τοὐπτάνειον antepenacute ſcribens.
Pro σφαῖραν quum operarum lapſu in ed. Baſ. σφαῖρον fuiſ-
ſet expreſſum, error ille per omnes tres editiones, quae
Caſauboni nomen praeferunt, continuatus eſt.

Verſ. 29. Οὗτος, πέπεισμαι. Sic recte veteres libri c
ambo: id eſt, *Heus tu, credo.* Sic Ariſtoph. Plut. 439.
1100. & ſaepius alibi. Quod quum parum intelligerent
recentiores, in Οὕτως mutarunt. *Ibid.* μὴ λαλῇς dedit
ms. *Ep.* Pro quo perperam μὴ λαλεῖς ms. *A.* Inde deni-
que μὴ λάλει edd.

Verſ. 36. »Scribe ἐμοὶ, non ἐμόν. Eſt autem obſcu- d
»rior ſententia, propter aliquot verborum traiectionem
»audaciorem. Tirones ordinent ſic: Ἤδη τὸ ποῦ ἕκαστα
»τεθήσεταί μοι μετὰ νοῦ, καὶ τὸ συμμέτρως, μεταφορά
»ἐστι παρὰ τακτικῆς τέχνης. *Praeterea ubi quaeque mihi ſint*
»*collocanda ex arte & convenienter, id translatum eſt de diſcipli-*
»*na tactica.* Vide quam alienam ſententiam poëtae affin-
»xerint qui ſunt aliter interpretati.« [Dalecampium di-
cit: cuius nihil adtinet verſionem huc transſcribere.] »*Ta-*
»*ctica* ars docet imperatores, quomodo inſtrui acies de-
»beat. Ex ea [ſe] didiciſſe ait coquus *rectam & artificioſam*
»*paropſidum ac lancium ſuper menſa collocationem:* in quo
»poſitam eſſe artis ſuae perfectionem, disputat alius co-

d » quus libro nono. [pag. 378. e. f.] Ideo Archeſtratum » vocat auctor hoc libro, τὸν τῶν δείπνων λοχαγόν. Epito- » mator diſtinguit poſt συμμέτρως ἐμόν: & cum ſuperioribus » illa connectit. Quare ex eius lectione hoc dicet coquus: » *quod ſciat in conditura ciborum uti iudicio & ſervare modum,* » *id ex medicinae notitia ſe habere.* « CASAUBONUS. — Nempe poſt iſta verba καὶ τὸ συμμέτρως ἐμόν. ſic pergit Epitomator: Ἔπειτα δεικνύει ὁ μάγειρος ὅτι καὶ τακτικῆς ἐστι τὸ εἰδέναι ἕκαστα ποῦ τεθήσεται. Pro ἐμὸν adoptavit GROTIUS ἐμοὶ, quod a Caſaub. propoſitum eſt. Mihi videbatur, teneri poſſe librorum ſcripturam, intelligendo τὸ ἐμὸν μετὰ νοῦ καὶ συμμέτρως πάντα ποιεῖν. Quod *verſ.* 37. περὶ Τακτ. ſcribitur in ms. *A.* id ex verſ. 30. repetitum: recte vero παρὰ correctum videtur ab Editoribus. τακτικᾶς, pro τακτικῆς, error operarum erat, ex editione Ven. in alias omnes propagatus.

Verſus 38 & 39. nullâ in fine prioris verſus interpoſitâ diſtinctionis notâ, ſic erant editi:

ἀριθμῷ τῷ πλῆθος εἰδέναι μαγειρικῆς
οὐθεὶς ἕτερός σοι πρὸς ἐμὲ καὶ γραφήσεται.

Ibi CASAUBONUS: » Ἀριθμῷ τὸ πλῆθος εἰδέναι μαγειρικῆς. » *Coquinae* artis *eſt, numero cognoſcere multitudinem.* Docet, » quomodo arithmeticae cognitio neceſſaria ſit coquo. Io- » catur deinde qui coquum conduxerat, & ait, Οὐδεὶς » ἕτερος πρὸς ἐμὲ καὶ γραφήσεται. Lego, πρὸς ἐμέ γ' ἐγ- » γραφήσεται: *Nemo alius, praeter me, huic albo inſcribe-* » *tur.* Dixit coquus, ſibi neceſſariam eſſe arithmeticae co- » gnitionem, ut convivarum numerum inire poſſit. Nunc » ille ait, nihil ei iam numerorum ſcientiâ fore opus: » quia uni ſolique ſibi parari velit a coquo coenam. « — Equidem in conſtituendo priori verſu adſenſus ſum GROTIO, Ἀριθμητικῆς pro μαγειρικῆς ſcribenti. Idem vocabulum ἀριθμητικῆς manifeſte deſideratur etiam in Epitomatoris ſcriptura; qui poſt verba paulo ante adlata, ſic pergit: τὸ ἀριθμεῖν τὸ πλῆθος, ἣν καὶ αὐτὴν δεῖ προειδέναι τὸν μάγειρον. In iſtis autem verbis finem ille fecit huius eclogae. *Verſu* 39. GROTIUS, τάδε γραφήσεται corrigens, longiſſime a Caſauboni interpretatione receſſit. Equidem neutri doctiſſimorum virorum plane adſentiri potui: ſed coquo haec tribuens cum Grotio, tenendam vulgatam ſcripturam, aut cum Caſaubono γ' ἐγγραφήσεται legendum putavi. Sententia, ad verbum, haec mi-

hi ineſſe viſa erat: *Nemo tibi alius contra me ſeſe vel in-*d *ſcripſerit;* id eſt, *profiteri audebit ſe iſtas artes me melius callere.*

Verſ. 40. Cum absque distinctione, ἐν μέρει κἀμοῦ λέγε, ſcriberetur, haec adnotavit CASAUBONUS: »Diſtingue,

»Μικρὰ διάκουσον ἐν μέρει κἀμοῦ. Λέγε.

»*Nunc tu viciſſim pauca ex me audi.* Haec *dominus.* Poſtre-»mum verbum eſt *coci.* Ἐν μέρει dicunt Graeci, & ἐν τῷ »μέρει. Res nota: ſed hoc eo dico, ut maculam abster-»geam, quae Aeliani codices dehoneſtat. Variae Hiſto-»riae lib. IX. cap. 1. de Hieronis erga fratres amore lo-»quens: Τοῖς ἀδελφοῖς συνεβίωσε, τρισὶν οὖσι, πάνυ σφό-»δρα ἀγαπήσας αὐτοὺς, καὶ ὑπ' αὐτῶν φιληθείς. ἐν τῷ μέ-»ρει τούτῳ φασὶ καὶ Σιμωνίδῃ συνεβίωσε καὶ * Πίνδαρος. »Lege, καὶ ὑπ' αὐτῶν φιληθεὶς ἐν τῷ μέρει. Τούτῳ φασὶ »καὶ Σιμωνίδης συνεβίωσε καὶ Πίνδαρος.« —

AD CAP. XXXVIII.

Ὁ δὲ παρὰ τῷ νεωτέρῳ Φιλήμονι μάγειρος. Quamvis diſerte τὸν νεώτερον Φιλήμονα nominet Athenaeus, tamen eclogam iſtam GROTIUS pag. 977. in ſuperioris Philemonis fragmentis retulit, pag. 777. Inde etiam Clericus pag. 364. Fuit autem *PHILEMON iunior*, teſte Suida, ſuperioris Philemonis comici filius, comicus & ipſe: cuius verſus etiam nonnullos citavit Stobaeus, Serm. c. de Medicis & Medicina. Quod autem non adponitur hîc ab auctore noſtro *index fabulae*, e qua petiti ſunt verſus, quos citat; id plane contra ipſius morem factum; niſi ſtatuamus, paulo ſuperius declaratum eſſe titulum, qui hic deſideratur. Atque id ita eſſe, facile ſibi perſuadebit quisquis cum hoc loco ea, quae ſupra pag. 288. leguntur, quaeque ibi a nobis adnotata ſunt, contulerit. Corrupte in noſtro ms. *Ep.* ſcribitur, Περὶ δὲ τῶν νεωτέρων Φιλήμων διδασκαλικός τις μαγ. pro Παρὰ δὲ τῷ νεωτέρῳ Φιλήμονι.

Verſ. 1. »Claudicat pede uno verſus primus e *PHILE-»MONIS* ecloga:

»Ἐάσαθ' οὕτως ἔχειν. τὸ πῦρ μόνον.

»Scribe, Ἐάσαθ' οὕτως τοῦτ' ἔχειν.« CASAUBONUS. — Ἐάσαθ' οὕτως οὖν ἔχειν placuit GROTIO. Nos BENTLEIUM ſecuti ſumus, ſic corrigentem, (in Emend. in Menandr. & Philem. pag. 131.) Ἐάσαθ' οὕτως, ὡς ἔχει. Nempe

poſtquam olim a ſyllaba praecedente abſorpta eſſet vocule ὡς, verbum ἔχει in ἔχειν eſt mutatum. *Verſ.* 2. ἀπτοῖσι pro vulgato ὀπτοῖς correxit GROTIUS.

AD CAP. XXXIX.

f In *DIPHILI* ecloga ex fabula *Pictore*: »*Primi verſus* »(inquit CASAUBONUS) corruptiſſimi ſunt: ideo praeter»miſſi a Breviatore. Ita libri omnes:

»Οὐ μὴ παραλάβω σου θάμ' οὐ δράκων ἐγὼ,
»ἐπ' ἔργον οὐ μὴ διατελῆς τὴν ἡμέραν,
»τραπεζοποιῶν ἐν ἀγαθοῖς πολλοῖς χύδην.

»Dalecampius quam lectionem ſibi fabricaverit, non di»vino. Nos ita concinnamus:

»Οὐ μὴ παραλάβω τοὔψον, οὐδ' ἥκω γ' ἐγὼ
»ἐπ' ἔργον, οὗ μὴ διατελῶ τὴν ἡμέραν &c.

»Quando coquos conducebant, hoc primum fiebat, ut »omnia iis traderent opſonia. Hoc ſenſu λαβεῖν & παρα»λαβεῖν toties iam poſita in ſuperioribus; neque aliter »hic accipiendum. Nam (quod ex praecedentibus Athe»naei verbis conſtat) negat cocus ſe opſonium ullum »tangere velle, aut ad opus accedere, ut iis operam na»vet, qui non totum diem ſint ipſum occupaturi, & qui»dem in lautiſſimis lautitiis. Commune hoc omnibus me»lioribus, ut ad levia, & quae facile aut brevi perfician»tur, aegre trahi ſe ſinant.« — Sic ille: cuius rationem ſecutus eſt GROTIUS, in Excerpt. pag. 789. DALECAMPIUS latine in hunc modum reddiderat:

Mea non equidem tibi ſumam, niſi prius videro
quo in opere mihi ſit impendendus dies
menſis bonis omnibus affluenter inſtructis.

Mea autem, quae (*verſ.* 1.) dixit, in orâ interpretatus erat, *vaſa mea & inſtrumenta coquinaria.* Haud abſurde ſane, ac ſatis ingenioſe omnia. Ubi pro δράκων, δρακὼν legebat, *videns*, aor. 2. verbi δέρκω: tum θαμ' pro τἀμ', id eſt, τὰ ἐμὰ acceperat: denique σου in σοι mutandum cenſuerat. Equidem, in δρακὼν adſentiens huic interpreti, teneri poſſe θαμ' per literam θ hactenus putavi, ſi θᾶμ' ſcriberetur, quod ex τὰ ἧμα contractum eſſet, idemque ac τὰ ἡμέτερα vel τὰ ἐμὰ valeret. In quo praeeuntem habui doctiſſimum DUTHEIL, a quo in Notis msstis propoſitam illam ſcripturam vidi, adiectâ Gallicâ

verſione huiusmodi, *ne regardant point mon intérêt:* quam f ſententiam etiam in Latina verſione expreſſi. Quae praecedunt verba, & quae proxime ſequuntur, ea idem Vir doctus in hunc modum accepit: *Non je ne m'engage point avec vous à aucun ouvrage:* commodiſſimâ utique ſententiâ, ſed quam e Graecis verbis, niſi nonnihil mutaveris, aegre elicias. Placuerit fortaſſe alicui, Οὐ μὴ μεταλαμβάνω σοι - - τοῦ ἔργου: aut reperiet aliud quid probabilius & expeditius, ſi quis id egerit. Ego, nullam literam mutando, ſatis fortaſſe fore coniectaveram, ſi, pro ἐπ' ἔργον, unâ voce ἔπεργον ſcriberemus. Iſtud autem vocabulum, τὸ ἔπεργον, quod nusquam quidem aliâs (quod ſciam) reperitur, eâdem fere notione accipi poſſe ſtatueram, quâ vocabulum ἐπεργία apud H. Stephanum in Indice Theſauri exponitur, *operatio penes aliquem*, ſive, *ſociatus cum aliquo labor*, aut *operis ſocietas*. Nempe, quod ex *verſu ſecundo* intelligitur, (ubi recte διατελεῖς dedere noſtrae membranae) colloquitur hic coquus cum τραπεζοποιῷ, id eſt, *menſarum ſtructore*; (de quo genere miniſterii dictum eſt lib. IV. pag. 170. e. f.) qui, cum operam ſuam locaſſet meretricibus illis, de quibus vſ. 38 ſqq. dicit, nunc agebat cum coquo, perſuaſurus ei, ut opus ſecum partiri, & ipſe quoque eisdem puellis ſuam operam in cibis parandis vellet commodare.

Verſ. 10. Cum ſic olim ederetur, ναύκληρος ἀποθύει τις a ἐυθὺς &c. adnotavit CASAUBONUS: »*Si quis nauclerus ſa-*» *cra facit ex voto, cuius eſt reus ſalutem nactus ex naufragio.* » Ita interpretor ἀποθύειν hoc loco. Sed inveni, poſtquam » haec ſcripſi, aliam lectionem in Epitoma, quae ad hanc » ſententiam praeit nobis. Habet enim εὐχὴν, pro εὐθύς: » vere omnino. Nauſicrates, Naucleris, de mullis loquens, » [apud Athen. VII. 325. f.]

» Αἷς καὶ θεὰν τιμῶσι φωσφόρον Κόρην
» δείπνων ὅταν πέμπωσι δῶρα ναυτίλοι.

» Euphron libro nono iſtorum: [nempe Athenaei libro- » rum: pag. 379. f.]

» Πέμπτην ἔθυον ἡμέραν οἱ Τήνιοι
» πολιοὶ γέροντες, πλοῦν πολὺν πεπλευκότες. «

— At veram illam ſcripturam εὐχὴν non modo ms. *Ep.* ſed & membr. *A.* nobis dedere.

Verſ. 11. Τὸν ἱστὸν, ἢ πηδάλια συντρίψας νεώς.

a Multiplici errore παδάλιόν τι ſcriptum erat in editionibus omnibus. πηδάλιόν τι habet codex ms. uterque; recte quidem ſcripta voce ab initio: ſed nec terminationem ον, nec adiectam voculam τι, quae & alioquin haud ſatis commoda erat, metri ratio ferebat. Itaque cum GROTIO, & cum TOUPIO, (Emend. in Suid. P. III. p. 516.) πηδάλια correxi.

Verſ. 12. ἢ φορτί' ἐξέρριψ' ὑπέραντλος γενόμενος.
Sic editiones omnes & Grotius. Plene vero ſcriptum exhibent verbum, ἐξέρριψεν, codices noſtri ambo: quod nunc quidem nullo pacto ferebat verſus, niſi pro γενόμενος ſcripſeris γεγώς. TOUPIO vero l. c. ita ſcribi iſtum verſum placuit:

ἢ φορτία γ' ἐκρίψας ὑπέραντλος γενόμενος.

b *Verſ.* 15 - 17.

ὁμοῦ δὲ ταῖς σπονδαῖσι διαλογίζεται,
τοῖς συμπλέουσιν ὁπόσον ἐπιβάλλει μέρος
τιθείς. τὰ θ' αὑτοῦ σπλάγχν' ἕκαστος ἐσθίει.

CASAUBONUS, poſtquam in ſua editione *poſt* μέρος (*vs.* 16.) *interpunxiſſet* orationem, iunxiſſetque iſta verba, (*verſ.* 17.)

τιθεὶς τὰ θ' αὑτοῦ σπλάγχν' ἕκαστος ἐσθίει:

ad eumdem verſum haec adnotavit: »Nimis cernunt »acutum, qui hîc proverbium aliquod deprehendunt.« [Scilicet DALECAMPIUS, verſum ſic vertens,

Illic appoſita quisque viſcera ſua comeſt:

in ora notaverat, proverbii ſpeciem hoc habere.] »Contra affirmamus nos, ſimplicem & ἀσχημάτιστον eſſe ora»tionem. Verte: *& quisque ſua viſcera* (non corporis ſui; »apage: ſed victimae quam adolevit) *ſibi apponens*, ea »*comedit.* σπλάγχνα accipe ut in illo Homeri,

»ἔνθ' οἱ σπλάγχν' ἐπάσαντο, θεοῖσι δὲ μηρία καῖον.

»Vide ad librum III.« — De σπλάγχνοις, *viſceribus*, nota ſane res. Vide III. 123. a. & ibi not. Quod vero vir doctus verbum τιθεὶς (haud fere ſecus atque Dalecampius) *apponens ſibi* interpretatus eſt: id vereor ne non ferat Graeci ſermonis uſus, qui pro iſta notione verbum medium παρατιθέμενος deſiderabat, ut VII. 276. c. & alibi. Quare GROTIUM probavi, qui ſublato puncto poſt μέρος, (quod & veteres editiones ignorabant) verbum τιθεὶς ad ſuperiora retulit. Nempe utrumque verbum, διαλογίζεσθαι & τιθέναι, ad *computandi* rationem

pertinet; ita quidem, ut διαλογίζεσθαι generatim ſignifi- b
cet *rationes inire, computum facere;* τιθέναι vero ſigillatim, *in rationes referre, ſcribere, calculum ponere.* Conf. Reiskii Indic. Demoſth. pag. 739. n. 9. Totum *verſum* 17. praetermiſit Breviator. *Verſ.* 16. commode ſcribetur ἐπιβαλεῖ, quod CORAVUS maluerat: ſed & vulgatum nullo incommodo teneri poſſe nobis viſum erat.

Verſ. 19. εὐπορικώς. »Calamo ſcripti multi, εὐπορικῶς: »ceu eſſet ab εὐπορίζω: quo parum aut nunquam utun»tur Graeci.« CASAUBONUS. — εὐπορικῶς habet noſter ms. *Ep.* Sed in εὐπορηκὼς cum editis conſentit ms. *A.* recte. Valet autem εὐπορεῖν non modo, *divitem eſſe, abunde habere;* ſed & *divitias comparare, diteſcere:* quae notio huius eſt loci.

Verſ. 20. εἰς δέκ' ἐπὶ τῇ μνᾷ γεγονέναι καὶ δώδεκα. »Pono hypoſtigmen in fine huius verſus: & ſeparo haec »a ſequentibus. Naucleri unus hic quaeſtus eſt, quando »merces, quas advexit, ſic vendidit, ut *in ſingulas minas* »*lucri faceret drachmas decem aut duodecim.*« CASAUBONUS. — Ubi de numis agitur, notum eſt frequentiſſime Graecos nomen δραχμὴ ſubintellectum omittere. Nec vero ſatis hîc erat id de quo Caſaub. monuit, ut interpungeretur oratio poſt δώδεκα: illud etiam moneri debebat, tollendum eſſe *punctum* quod in fine verſ. praec. poſt περιχαρὴς in ed. Caſ. & Baſ. perperam poſitum eſt. Cohaerent etiam enim iſta, περιχαρὴς γεγονέναι (ſcil. αὐτῷ) εἰς δέκα &c. *laetus quod ipſi rediiſſent*, vel, *quod lucratus eſſet ad decem* &c.

Verſ. 21. λαλῶν τὰ ναῦλα, καὶ δάνει' ἐρυγγάνων. »δά»νεια ἐρυγγάνειν, *foenera eructare:* poſitum pro *iactare ſe* »*de magno lucro*: vel, *quaerere ubi pecuniam foenori collo*»*ces.* CASAUB. — Prior interpretatio potior videtur. Eodem vero modo dixit poëta, λαλῶν τὰ ναῦλα, id eſt, *praedicans, narrans quaeſtum e naulis factum.* Qua ratione, *loqui aurum & argentum*, Petronius uſurpavit; & Horatius, *omnia magna loquens.* Temere iſtud λαλῶν, quod dedit codex noſter uterque, in λαβὼν mutarunt recentiores; quod etiam Grotius tenuit, meliora non habens. Pariter haud multo ante (pag. 291. b.) λαλεῖν temere in λαβεῖν mutatum vidimus.

Verſ. 22. ἀφροδίσι' ὑπὸ κόλοφι μαστροποῖς ποιῶν. Quum κάλλοφι, pro κόλοφι, omnes editiones obſediſſet, no-

b tavit errorem CASAUBONUS: »Quis *formam* (inquit) in »*lenonibus* commendavit? aut quis dictionem κάλλοψ alibi »legit? Illa vero etiam hinc extrudenda, ut verae lectio»ni κόλλοψι locus fiat. Sic recte in Excerptis. Ita voca»bant *exoletos*: quasi *duros*, ut a Latinis poëtis appellan»tur. *Lenones* vocat *DIPHILUS* κόλλοπας, vel propter »vultus truculentiam, vel ob morum perversitatem: vo»luit enim ea appellatione significare, id genus homines »non alienae tantum, sed & suae pudicitiae esse prodi»gos.« — κόλλοψι recte ms. *A.* & *Ep.* Hesychius: τοὺς σκληροὺς καὶ παρηβηκότας παῖδας, κόλλοπας φασίν. In voce μαστροποῖς scripturam per ο breve tenent libri omnes, cum hîc, tum infra lib. XIII. pag. 587. f.

Vers. 23. ὑπὸ τοῦτον ὑπέμυξ' εὐθὺς ἐκβεβηκότα. Vertit DALECAMPIUS: *navi egressum confestim oculis aspicio nictitantibus.* Huc spectat quod ait CASAUBONUS: »Docti »scribunt, πρὸς τοῦτον ὑπέννυξα: sed non est ὑπονύττειν, »quod illi putant, *oculis nictando signum alicui dare.* νύτ»τειν, *pungere.* ὑπονύττειν, *clam pungere.* Nisi alia profe»ratur ex libris lectio, vertam, *leniter hominem mungo.* »Adulationis genus hoc est: cui similia in Theophrastea »eius vitii descriptione, floccos vestimentorum eximere, »& e barba paleas detrahere, ac similia.« — At nusquam declaravit Dalecampius, se ὑπέννυξα legendum censere. ὑπέμυσα, si quid video, (a praesente ὑπομύω) in mente ille habuerat: quod haud ita absurdum. Lubens vero equidem vulgatum teneam, (quod & mstus codex agnoscit uterque) si modo commodus extundi sensus possit. Sed quodsi cum Casaub. activâ notione accipias verbum, non video quo pacto illud cum praepos. ὑπὸ construi potuerit. Taceo mirum blandiendi genus a docto viro excogitatum: nisi quis forte huc trahere voluerit id quod est apud Platonem de Repub. lib. I. pag. 48. ed. Malley, quod tamen diversam habet rationem: nam de *nutrice* dicitur, σὲ κορυζῶντα περιορᾷ, καὶ οὐκ ἀπομύττει δέομενον. Si esset, αὐτὸν ὑπέμυξα absque praepositione, intelligi possit, *hunc tacite emungo*, vel *emungere studeo.* GROTIUS, neutraliter sive reciproce accipiens verbum, (quo pacto ἀπομύττω, pro ἀπομύττω τὴν ῥῖνα dici potuerit) vertit, *propter emungor:* haud satis video quo sensu, nisi hoc voluit, *pone eum* vel *prope eum emungo nares*, quo is me animadvertat, meque adspiciat; aut quo me compa-

rem ut bello modo eum adloqui poſſim. Equidem ſuſpi- b
catus ſum, ὑπὸ τοῦτον ὑπέμιξ' fortaſſe ſcriptum oportuiſſe, hoc ſenſu, *hunc ego callide adgredior, huius ſermoni latenter me immiſceo, & in eius benevolentiam me inſinuo.* Scilicet ſicut aliàs verba συμμιγνύναι, προσμιγνύναι, ἐπιμιγνύναι vel ἐπιμίγνυσθαι (de quibus conſuli poteſt Lexicon noſtrum Polybianum) ſignificant *convenire aliquem colloquendi cauſſa:* ſic ὑπομιγνύναι is dici potuerit, qui *latenter, callide ac ſubdole* id facit. Tum, quamvis iſta quae dixi verba cum dativo caſu ſoleant conſtrui, potuerit hoc cum praepoſitione ὑπὸ iungi, quo ſignificetur *ſubmiſſa adulandi ratio*, qua veluti *pedibus alterius ſe ſubiicit* adulator: quae loquendi forma ſimilis fere fuerit illi, ὑποδραμεῖν τινα, (idem valenti ac ὑποδραμεῖν ὑπό τινα) quam de *humili adulatore, in alterius benevolentiam ſeſe inſinuare ſtudente*, ſupra uſurpatam vidimus, V. 212. a.

Verſ. 24 *ſq.* ἐμνήσθην Διὸς Σωτῆρος. »Formula gratulan- »di ei, qui ex periculo evaſiſſet.« CASAUB. — *Ibid.* ἐμ- c
πέπηγα τῷ διακονεῖν. Dalecampius: *Miniſterio gnaviter inhaereo, ac totus incumbo.* Similiter Grotius: *Meque ipſum totus ad miniſterium apparo.* Putabam ego, ad ἐμπέπηγα ſupplendum eſſe caſum perſonae αὐτῷ, ut hoc dicat coquus: *adhaeſi homini miniſtrando:* id eſt, ita cepi hominem ut is ſtatim meam locaret operam, utque conſtanter ei miniſtrarem, quamdiu hic morabatur, vel, quoties convivio exciperet ſodales.

Verſ. 28 - 30.

Ἀπὸ συμβολῶν συνάγοντα, νὴ Δί', ἕτερά που
ἐνέβαλεν εἰς τὸν κέραμον ἕνι' εὑρημένα,
τὰ κράσπεδ' ἀποθλίβοντα, &c.

»Hic liceat nobis illud uſurpare: *Eſt quodam prodire tenus,* »*ſi non datur ultra.* Nam mentem quidem huius loci, in- »terpretibus οὐδ' ὄναρ viſam, facile nobis aperire: verba »in integrum reſtituere, hoc vero non poſſumus. Prior »ſententia deſinit in praecedentis verſus fine. Quare po- »nenda στιγμὴ τελεία poſt verbum πορεύομαι. Nunc ait: »*At ſi qui adoleſcentes, cupientes ex ſymbolis unà eſſe, coëant,* »*& pecuniâ*, vel anulo, vel aliâ qua re loco pignoris »*in vas aliquod coniectâ, eant deinde per forum & clament:* »*Quis eſt qui tenuem coenam parare velit? ego iſtos clamare* »*ſino, neque iis operam meam loco.* συνάγοντα exponendum »ita ut docet ipſe auctor diſerte libro VIII. in extremo.

c »Repetendum autem ex ſuperioribus μειράκια. Sequente »verſu ἀνευρημένα habent libri: neque hoc rectum eſt, »neque id quod editum eſt.« CASAUBONUS. — Prorſus utique extra oleas hîc vagatus erat Dalecampius; cuius interpretationem nil adtinet huc transſcribere. De verbo συνάγειν docet Athenaeus, VIII. 365. c. Ἔλεγον δὲ συνάγειν, τὸ μετ' ἀλλήλων πίνειν· καὶ συναγώγιον, τὸ συμπόσιον. Quemadmodum vero συμπόσιον non ſolum *compotatio* eſt ſtricte ſic dicta, ſed & *convivium, epulae;* ſic συνάγειν (ſcil. δεῖπνον, vel συμπόσιον) non ſolum *compotare* dicitur, ſed & *convivium agere, epulum inſtituere.* Vide Not. ad IV. 142. c. Iam quinam ſint libri, in quibus (*verſ.* 29.) ἀνευρημένα reperiri ait Caſaubonus, incompertum mihi: ſuſpicorque, coniecturam docti alicuius viri pro librorum lectione ab illo fuiſſe acceptam. In Epitoma non exſtat iſte verſus: totam enim eclogam in verbo πορεύομαι terminavit Breviator, nil aliud porro adiiciens, niſi haec verba, καὶ ἄλλα τοιαῦτα. In editionibus vero omnibus ſic ſcribitur, ἐν εὑρημένα: neque aliter (quod ſciam) in ms. *A.* Mendoſe haud dubie: ubi in promtu fuerat ἐνευρημένα una voce corrigere, ſi quid promoveretur iſta emendatione; quae vel hoc nomine non faciebat ſatis, quoniam ad participium iſtud deſiderabatur articulus, aut aliquid aliud quod eius locum teneret. Quare GROTIUM probavi, ita ſcribentem, ἔνι' (pro ἔνια) εὑρημένα, quam ſcripturam ipſe in Notis ſic interpretatus eſt: »*Iaciunt in urceum quaevis obvia* pro ſortibus: »quia annuli deſunt.« Nempe *annulos* dicit eos, de quibus copioſe commentantem Caſaubonum ad III. 117. c. vidimus. ἔνια valet *aliquid, quidquid ſit;* ut cum ſaepe aliâs, tum apud Polyb. X. 27. 8. quod etiam ipſa origo vocis declarat: idem eſt enim ἔνια ac ἔστιν ἃ. Iam quod ait, τὰ κράσπεδ' ἀποθλίβοντα, *fimbrias* (vel, *limbos*) *extorquentes* vel *excutientes:* intelligo, quaerentes an inſit aliquid nummorum, aut aliud quid, quod deponere poſſint. Longe vero diverſam in partem poſteriora iſta verba accipienda ſuſpicatus erat CORAYUS noſter; cuius ad hunc locum eſt Nota manuſcripta huiusmodi: »Recte vi»dit Caſaubonus, repetendam eſſe ἀπὸ κοινοῦ vocem μει»ράκια. Secundum verſum cepit de pecunia vel annulo, »loco pignoris in vas coniecto. ἐνευρημένα vel ἀνευρημένα »reſtituere ſe non poſſe faſſus eſt. Silet eximius Criticus

» de tertio verſu, τὰ κράσπεδ' ἀποθλίβοντα: qui tamen c. » intelligi non poteſt, niſi illud ἐνευρημένα prius emende- » tur. Forte ſcripſerat *Diphilus*:

» ἐνέβαλεν εἰς τὸν κέραμον ἐναυρημένα
» τὰ κράσπεδ' ἀποθλίβοντα. —

» Adoleſcentuli, qui *immictos* (h. e. *urina pollutos*) *limbos* » *veſtium exprimunt*: qui nempe adeo iuvenes ſunt, ut ne » mingere quidem poſſint quin veſtes ſpurcent, nedum » ex ſymbolis coire & epulari. Iocoſe dictum, quemad- » modum apud Gallos, *un petit morveux*. Similis iocus, » licet paulo diverſo ſenſu, apud Ariſtophanem, Ran. » 89-95.

— — » μειρακύλλια,
» ἅπαξ προσουρήσαντα τῇ τραγῳδίᾳ.

» Porro emendationem ἐνουρημένα firmare aliquatenus vi- » dentur, quae mox ſequuntur:

— » ἀμίδα μοι
» ἔνεγκε πρῶτον, φησίν. « —

Qua de interpretatione, ingenioſa utique & docta, integrum ſit penes eruditum lectorem iudicium. Mihi quidem, & illa verba ἀμίδα μοι ἔνεγκε perinde ab *adultioribus* iuvenibus pronunciari potuiſſe viſa erant; &, quod continuo ſequitur de intentatis coquo *verberibus*, (vs. 32. coll. vs. 36 ſq.) id adoleſcentes arguere mihi viſum erat *non nimis parvulos*.

Verſ. 31. ὀψάριον ἀγοραῖον: *triviale, vulgare, vile obſonium*. *Verſ.* 32. πληγὰς γάρ ἐστι προλαμβάνειν. Sic editiones omnes. At cur *ante accipere?* Sententia utique deſiderabat προσλαμβάνειν, *insuper accipere;* nempe, praeterquam quod multum licet laborans, nihil tamen aut parum quaeſtus facias. Et id ipſum offerebant membranae: at non admittebat metrum. Quare προσλαβεῖν utique corrigendum videtur. *Verſ.* 33. Pro νύχθ' ὅλην, plene νύκτα ὅλην ſcriptum in membr.

Verſ. 34. τὸ μισθάριον γὰρ ἐὰν ἀπαιτῇς. Ex coniectura ἐὰν ſcripſi, pro ἂν, quod erat in edd. ubi nihil varietatis adnotatum ex ms. *A*. Certe iſtud deſiderabat metri ratio. Niſi tamen *produci* ſyllaba ἂν *ob caeſuram* potuit: quemadmodum ultima in ἐὰν, IV. 160. f. & VII. 285. c. quibus quidem locis inſertâ γ' particulâ fulciri labans metrum facile potuit. Conf. notata ad VII. 289. a.

Verſ. 36. οἰμώξει μακρά. Cum οἰμώξεις eſſet edi- d

d tum, adnotavit CASAUBONUS: »Melius omnino antiqui »libri, οἰμώξει. *Flebit multum primus cocorum;* nempe qui »pecuniam a me flagitabit.« — Et ego οἰμώξει ex noſtris membr. recipiendum putavi. At non pro *tertia* perſona, ſed pro *ſecunda* futuri *medii*, attice formata, accepi. Nam ab οἰμώζω, eſt futurum οἰμώξομαι: ſic apud Ariſtoph. Nub. 217. & alibi. Pervulgata autem eſt Atticis terminatio ει pro η. Sic ὠνεῖ, pro ὠνῇ, VI. 225. a. ἥγει, pro ἥγῃ, V. 217. b. VII. 299. f. οἰχήσει paulo poſt, in Archedici ecloga, & plurima alia. *Verſu ſeq.* autem πρῶτος μάγειρε malebam, quam μαγείρων: ſed & hoc ferri poteſt, praeſertim ſi ſic accipias, quaſi dixiſſet, σὺ ὁ πρῶτος μαγείρων, *tu qui coquorum princeps* tibi videris. Conf. p. 393. a.

Verſ. 39 *ſq.* — πολυτελῶς Ἀδώνια
ἄγουσ' ἑταίρα μεθ' ἑτέρων πορνῶν χύδην.

Cum μεθ' ἑταίρων πορνῶν eſſet editum, monuit CASAUBONUS: »Scribendum μεθ' ἑτερῶν πορνῶν.« — ἑτέρων, puto, voluerat: id quod recte dedere noſtrae membranae. Pro Ἀδώνια, in eisdem membr. perperam Ἄδωνιν ſcribitur.

Verſ. 41. »Ultimus verſus eſt:

»Σαυτὸν ἀποτάξεις τόν τε κόλπον ἀποτρέχων.

»Aquam ex ſilice facilius expreſſerim, quam ex hac le»ctione ullum ſenſum. Lego ἀποσάξεις. *Verſaberis*, »ait, *in tanta rerum copia, ut liceat tibi ſuffarcinato & prae»da onuſto domum tuam excurrere*, atque ibi furta deponere. »Quam fuerint olim cocorum conductitiorum tagaces ma»nus, ex Aululariа & Graecorum comicorum ſexcentis »locis compertum eſt eruditis. χύδην, in ſuperiore ver»ſu, non eſt *ſparſim*; ſed δαψιλῶς, *copioſe, adeo ut omnia* »*circumfluant*. Diphilus modo: τραπεζοποιῶν ἐν ἀγαθοῖς »πολλοῖς χύδην. Iam ἀποσάττειν eſt *exonerare*, ſive *onus* »*excutere*. Figura eſt ἓν διὰ δυοῖν: *exonerabis ſauτὸν τόν τε* »κόλπον, *te & ſinum*, pro, *ſinum tuum*.« CASAUBONUS. — Iſtam emendationem & in Graecis verſibus adoptavit GROTIUS; & in Latina verſione, quam & nos Graecis ſubiecimus, expreſſit. CORAY vero, inſolentiorem (puto) uſum iſtum verbi ἀποσάττειν cogitans, adnotabat: »Forſ. ἀποτινάξας.« caeterum eamdem ſententiam, ut videtur, ſecutus, quae eſt a Caſaubono expoſita. Equidem, licet nec praeſtare ſanitatem vulgatae ſcripturae audeam, nec quam in partem ea accipienda ſit ſatis ſciam; tamen, cum nec ſatis placeret iſta doctiſſimorum virorum interpreta-

tio, nec certius quid ſuppeteret, nihil in contextu auſus d ſum mutare. Illud quidem paene certum mihi viſum erat, verbum ἀποτρέχειν non debere de *domum-reditione coqui ex aedibus meretricum* accipi; ſed ſignificari eo verbo *ſtudium* eius hominis qui cum coquo colloquitur, illumque urget, ut *properet & ocyus ſecum abeat* operam ſuam puellis commodaturus: quam in ſententiam Dalecampius vertit, *eò procurre.* Quo poſito, malebam ἐπισάξεις, aut aliud quoddam verbum, in hunc ſenſum: *tu, ſi ocyus mecum abieris, & te & ſinum tuum probe ſtipabis explebisque;* id eſt, & tu ipſe gulam tuam lautis dapibus, quae non deerunt, & ſinum tuum larga mercede multisque bonis rebus, quas domum reportes, replere poteris. Vulgatum ἀποτάξεις ſic reddidit Dalecamp. *ubi te ipſum atque ſinum compoſueris.* At, *ſinum componere*, Graece non eſt ἀποτάττειν. Poſſit quidem fortaſſe ἀποτάττειν ἑαυτὸν (ſcil. εἰς ἔργον) intelligi, *ſeſe comparare ad opus, tradere ſe operi:* ſed hoc nunc nihil ad id quod quaerimus. Parum promoviſſe videbitur VILLEBRUNIUS, locum hunc ſic vertens: *Remplis bien le devant de ta tunique, & tu iras te décharger à la hâte.*

AD CAP. XL.

Καὶ παρ' Ἀρχεδίκῳ δὲ &c. »In *ARCHEDICI* pericopa, »non planiſſima ſunt omnia: quod fatetur Breviator, »qui paucula tantum verba inde excerpſit.« CASAUBONUS. — Quum gratum nos facturos eruditis Lectoribus intellexerimus, ſi ſubinde, quo pacto locus aliquis Athenaei tractatus ſit a Breviatore, apertius docuerimus; age & nunc verba eius adponamus. Sic igitur ille, truncato quidem etiam (in noſtro quidem ms. *Ep.*) nomine poëtae: Παρὰ δὲ Ἐκδίκῳ σοφιστὴς μαγειρίσκος ἐπὶ πολλοῖς ἄλλοις αὐχεῖ [καὶ hîc a librario puto omiſſum] ὅτι δείσας, καὶ φλόγα ῥαδίως ποιεῖ. φησὶ γάρ· Πρῶτον ὠμῶν κειμένων τῶν ἰχθύων πάρεισιν οἱ δαιτυμόνες. δίδου κατὰ χειρός; τὰς λοπάδας ἐπιθεὶς ἐπὶ τὸ πῦρ, τοὺς ἄνθρακας ἔῤῥαν' ἐλαίῳ καὶ ποιῶ φλόγα. Περὶ τούτῳ [ſive τούτου] κεῖται καὶ τὸ, ἐλαδίου κοτύλη.

Verſ. 1. Bene ſcribitur in editis, Πρῶτον μὲν &c. ubi e μὲν deeſt non modo msto *Ep.* ſed & ms. *A.* *Verſ.* 3. Facile intelligitur, priora verba eſſe vel domini vel ſtructoris ad menſam miniſtrantis, quae verba coquus hîc repe-

e tit, narrans quid geſtum ſit: poſteriora vero, coqui reſpondentis. Poſſunt vero etiam duo priores verſus ita accipi, ut narret ipſe coquus, quid alter dixerit. Sic VILLEBRUNE, haud incommode: A. *Quoi! les poiſſons* (me dit-il) *ne ſont pas encore cuits, & voilà les convives qui arrivent. Donnez l'eau pour laver les mains.* B. *Vous ne ſerez pas ſorti d'ici que le poiſſon ſera prêt.* *Verſ.* 7. τὸν ἄνδρα - - μου. Sic Gallice quidem dicimus: *cela a fait plaiſir à mon homme;* aut, ut hîc VILLEBRUNE, *à mon bourgeois.* At, an Graece eo ſenſu genitivus μου ad ἄνδρα iungi poſſit, dubito. Neque magis τὸν ἄνδρα μου pro τὸν δεσπότην μου, *dominum meum*, Graece dici puto. Satis vero erat τὸν ἄνδρα: pro μου autem ſuſpicor μοι olim ſcriptum fuiſſe, *dativum* illum *pronominis perſonalis*, qui, cum pleonaſtice poſitus eſſe videri poſſit, tamen nec vi nec gratiâ caret. *Eodem verſ.* verbum εὐφραίνω ſic poſitum, ut in ipſo huius libri initio, pag. 275. a. ubi vide notata.

Verſ. 8. ἐφθὸν τὸν ἰχθῦν ἀποδίδωμι. Perquam opportune hoc dedere membranae *A*. Sententiam prorſus turbabat id quod editum erat, ἀποδιδόντ'. Primam verbi perſonam hîc deſiderari, perſpecte viderat DUTHEIL, pro ἀποδιδόντ' ſcribendum proponens ἀπεδίδουν τ'.

f *Verſ.* 10. Vocem ἀνὴρ, quae in membranas ex interpretamento irrepſerat, recte eiecerunt editores.

Verſ. 12. Cum ſic vulgo ſcriberetur,

σέσωκέ μου τρίκλινα πεντήκοντ' ἴσως.

recte monuit idem, quem modo laudavi, doctiſſimus DUTHEIL, in *prima perſona* ponendum fuiſſe verbum. Mihi inſuper genitivus μου vel ἐμοῦ neceſſario cum *dativo caſu* viſus erat permutandus. Sic, σέσωκ' ἐμοὶ ſcribendo, exiſtebat illa ſententia, quam in Nota mssta his verbis ab eodem Viro commodiſſime expreſſam reperi: »*C'eſt* »*ainſi qu'en dépenſant une cotyle de mauvaiſe huile, je me ſuis* »*ſauvé peut-être cinquante repas.* (ſous entendu, *que ma pa-* »*reſſe auroit pu me faire perdre*: ce qui ſe rapporte au dé- »but du discours.)«

Φιλοστέφανος δ' &c. »Videtur auctor, cum ait, Φιλο- »στέφανος δ' ἐν Δηλίῳ καὶ ὀνόματα ἐνδόξων μαγείρων ἐν »τοῖσδε καταλέγει, *catalogum nobilium coquorum* polliceri: »in ſubiectis tamen *PHILOSTEPHANI* verſiculis duo ſo- »lum nominantur, *Daedalus* & *Thymbron*. Unde non in-

»iuriâ ſuſpicio doctis eſt oborta, plures eius comici ver-
»ſus fuiſſe deſcriptos.« [Adnotaverat ſcilicet Dalecam-
pius, videri hic deeſſe quaedam.] »Quod non putamus
»nos. Nam in Excerptis ita ſcriptum ex hoc loco: Ὅτι
»Θύμβρων ἔνδοξος μάγειρος παρὰ Φιλοστεφάνῳ. Hiſtoriam
»autem famoſorum cocorum habes libro nono & decimo
»quarto.« CASAUBONUS. — Non Θύμβρων, ſed Θίμ-
βρων ſcribitur in noſtro cod. *Ep.* quemadmodum etiam
in *PHILOSTEPHANI verſu ſecundo* Θίμβρωνα ſcribitur in a
edd. & in membr. *A.* Eiusdem nominis clarus olim fuit
Lacedaemonius, cuius Suidas meminit ex Harpocr. aliique
ſcriptores, Valeſio ad Harpocr. laudati. *Verſ.* 1. Arti-
culus τῇ ante τέχνῃ deſideratur in ed. Caſ. 2. & 3. ope-
rarum culpâ. *Verſ.* 3. τὸν καλούμενον Πέρας. Qui ad-
pellatur *Terminus*, ſive *Faſtigium*, nempe ſuae artis. Sic
de adoleſcentulo pulchritudine excellente loquens poëta
apud Noſtrum I. 15. b. πέρας ἐστὶ κάλλους dixit. Apud
Hegeſippum, gloriantem aliquem coquum vidimus, *repe-
riſſe ſe* τὸ πέρας τῆς μαγειρικῆς pag. 290. b.

»*Poſtremus verſuum* PHILOSTEPHANI vulnus accepit:
»Δοὺς μισθὸν ὃν ἤτησας ἥκω * δεῦρ' ἀγαγόν σε.
»Scribo: Δοὺς μισθὸν ὅν μ' ἤτησας ὧδε σ' ἤγαγον.« CA-
SAUBONUS. — Membranae, in praecedentibus verbis nil
mutantes, in fine habent ἄγων σε. Inde ἄγων recipien-
dum, σε vero (ut ex interpretatione adhaerens) reſecan-
dum putavi; in reliquis nil mutans, niſi quod ὃν μ' ἤτη-
σας cum Caſaubono ſcripſerim. δοὺς μισθὸν, *dans merce-
dem*, id eſt, *daturus*, *pollicens*, *paciſcens tibi mercedem*, *quan-
tam poſtulaſti*. ἥκω δεῦρο, *veni huc*. ἄγων, ſcil. σὲ, *te du-
cturus domum meam*.

AD CAP. XLI.

In *SOTADIS verſ.* 1. Καρῖδας recte edd. accentu circum-
flexo. Καρίδας mssti, per ſe non male: ſed hoc loco
penultimam longam deſiderabat metrum. Vide de illa vo-
ce lib. III. pag. 105 ſq.

Verſ. 3 *ſq.* — — τὴν δὲ λοιπὴν γρυμέαν b
ἕψω, ποιήσας τρίμμα συκαμίνινον.

»Obſcura dictio eſt γρυμέα. Viri docti, qui didicerant ex
»Polluce, γρυμαίαν idem ſignificare ac πήραν, *peram*:
»vertere hîc, *advectos in pera reliquos piſces*. [Sic Dale-

b »camp.] Verius eſt, ea voce deſignari *res viles ac pretii »minimi;* ut ſi latine dicas *quisquilias.* Heſychius, Gloſſo»graphorum longe princeps, id nos docet: qui poſtquam »nomen γρυμαία (ſive γρυμέα: nam utroque modo ſcri»bitur) interpretatus eſt his verbis, ita ſcribendis, ἐσθὴς, »σκευοθήκη, ἀγγεῖον ἐν ᾧ ἡ γρύτη. addit: ἤδη δὲ καὶ τὰ »λεπτὰ σκευάρια, ἃ καὶ γρύτην καλοῦμεν: ſignificans ita »appellari quae luriſconſulti & Seneca vocant in ſupel»lectile, *frivola.* Apud Themiſtium Suaviloquum γρυμαία »inter inutilia arma ponitur. καταλιπεῖν μὲν τὰ λαισήια, »καὶ τὰς ἰκτιδέας (ita legendum) καὶ τὴν γρυμαίαν· λα»βεῖν δὲ ἀσπίδα ἀληθινήν. Generaliter *omnia minuta & par»vi momenti* ita dixerunt. Ergo τὴν λοιπὴν γρυμέαν coquus »hic appellat *reliquos piſciculos minutos & non magnae rei;* »aut *galei piſcis extremas partes*, quae, demto medio cor»pore, ſuo quodam & peculiari condimento parabantur »intritis moris & aliis nonnullis, ex quibus conficiebatur »quem vocabant ὀξυλίπαρον χυμόν. [infra, vs. 19.] Vocem »γρυμαία etiam Epicharmus ita uſurpavit, ut docebimus »cap. XIX. lib. [nempe libri huius. Vide Caſaub. ad VII. »318. e.] At octavo, in Eubuli verſu, ἐσθίειν φλυαρίας »eodem ſenſu. Poſterior haec interpretatio, poëtae men»ti convenientior eſt, ac verior. Timocles, in Anulo, »[VII. 295. b.] γαλεοὺς καὶ βατίδας, ὅσα τε τῶν γενῶν »ἐν ὀξυλιπάρῳ τρίμματι σκευάζεται. Vide etiam capite »ſequenti.« [nempe ad pag. 295. c.] CASAUBONUS. — De vocabulo γρυμαία vel γρυμέα conſule Heſychii Interpretes, & quos illi laudarunt. Quum in fine *verſ.* 4. συκάμινον ſcriberetur, & ſententia carebant verba, & manifeſte claudicabat verſus. Nihil tamen mutant, quod ſciam, membranae *A.* In *Epit.* vero omiſſus totus verſus cum poſteriore hemiſtichio tertii. Haud dubie autem verum erat id, quod obiter adnotaverat CASAUBONUS, ubi verſum iſtum in Animadverſſ. repetens, ſic ſcripſit: »ἕψω ποιήσας τρίμμα συκάμινον: vel potius συκαμί»νινον.«

Verſ. 7. Cum ſic vulgo legeretur conſentientibus libris,

χλόην, κύμινον, ἅλας, ὕδωρ, ἔλαιον:

recte monuit CASAUBONUS: »Scribe, metri cauſſa, ἐλά»διον.« — χλόη (quaſi *viriditatem* dicas, aut *viridia*) variae ſunt *herbulae*, condiendis cibis adhiberi ſolitae. Conf. II. 68. a. & VII. 309. f. *Verſ.* 9. ἔσται δ' ἅλμης &c.

Haud ſatis liquet, quid ſit, quod, cum aliâs in praeteri- b
to tempore loquatur homo, (nempe, non modo in aor. 1. act. qui *indefinite* accipi poterat, verum etiam in aor. 1. paſſivo, qui ſemper in notione *praeteriti* temporis uſurpatur; ut ὤφθη, vs. 15.) nunc etiam *futuro* ἔσται utatur.

Ad *verſum decimum*, qui, ab Epitomatore omiſſus, ſic vulgo ſcriptus legebatur conſentientibus vetuſtis membranis,

ἀποδοὺς ὅς ἐστιν ἀποβέλισον ὄπταν᾽:

nihil prorſus a Caſaubono monitum mireris. Eſt tamen perobſcurus certe, & haud dubie corruptus. Sane, ut ſonant iſta verba, non continetur eis ſententia a DALECAMPIO ſic expreſſa:

Sepoſitis ac traditis, ut par eſt, in veru quae aſſari debent.

Pro qua ſententia Graecus verſus tali quodam modo ſonare debebat, quemadmodum a PURSANO (conſtanter illud inſtitutum ſecuto, ut latina Dalecampii Graece redderet, eâque ratione emendare corrupta Athenaei loca conaretur) concinnatus eſt:

ὡς εἰκὸς, ἀποδοὺς ἀποβελίζειν ὄπταν᾽.

Longe vero in diverſam partem poëtae verba H. STEPHANUS acceperat. »Ὄπτανος (ait, in Theſ. Graec. Ling. »T. II. pag. 1378. a.) pro ὀπταλέος dici videtur in loco »quodam Sotadis, ἀποβέλισον ὄπταν᾽: ut ſenſus ſit, *Ve»rubus exime toſta*, ſeu *e verubus detrahe aſſata.*« Qui quum iſta ſcriberet, ad conſecutionem connexionemque orationis in iſtis poëtae verbis animum non adverterat: alioquin id quidem facile intellecturus erat, imperativo modo hîc non eſſe locum. VILLEBRUNIUS, verſum iſtum Gallico ſermone ſic expreſſit: *mais je ne le ſervirai qu'après tous les rôtis qui ſont en broche.* Id eſt: *ſed illum* (labracem) *non adponam niſi poſt aſſas omnes carnes quae in verubus ſunt.* In quo fatetur, praeeuntem ſe habuiſſe ADAMUM, Graeca ſic corrigentem:

ἀποδοὺς ὅσ᾽ ἐστὶν ἐπ᾽ ὀβέλοισιν ὄπταν᾽.

Qui quo pacto iſtam ſuam emendationem interpretatus ſit quum non habeam compertum; omitto quaerere, recte-ne mentem illius ceperit Villebrunius, aut inſit-ne omnino Graecis verbis ita conſtitutis ea ſententia, quae ab hoc interprete expreſſa eſt: illud obſervari velim, duos vulgatae ſcripturae errores, qui ne Dalecampium quidem latuiſſe videntur, recte notatos ab Adamo fuiſ-

b se: unum (cuius simillimum iam subinde alibi observavimus) in verbis ὅς ἐστιν; quae haud dubie sic scribi debuerant, ὅσ' ἐστὶν, ut ὅσα ad ὄπτανα referretur: alterum in voce ἀποβέλισον, quam corruptam esse cum forma verbi imperativa arguebat, cui hîc non erat locus, tum & ipsum metrum clamabat. At istud ἀποβέλισον non in ἐπ' ὀβέλοισι cum Adamo, sed in ἀπ' ὀβελίσκου (sive ἀπ' ὀβελίσκων malueris) fuisse mutandum, cum per se magis erat probabile, tum ex glossa Hesychiana intelligebatur, quae est huiusmodi, Ἀπ' ὀβελίσκου ἰχθῦς· οἱ ἀναπεπαρμένοι. Nempe quemadmodum τὰ ἀπὸ τηγάνου dicuntur, quae *in sartagine frixa* sunt, VI. 228. e. VIII. 355. e. & alibi: sic τὰ ἀπ' ὀβελίσκου ὄπτανα, sunt *carnes in verubus assatae*: contra, quae non in veru ad ignis flammam, sed prunis imposita torrentur, τὰ ἐξ ἀνθράκων vel ἀπ' ἀνθράκων dicuntur. vide paulo ante, *vers.* 1. & conf. III. 110. a. b. & VIII. 355. e. Et hactenus quidem dubitatione carere videtur nostra emendatio. Sed de verbo ἀποδοὺς quid facerem, aut quomodo interpretarer, incertus haeseram; nec dum satis scio, ad superioremne versum debuerit referri, an interpositâ post χλόῃ maiore distinctione (sicut in edd. & membr. factum) recte a nobis versus hic ad sequentem orationem fuerit relatus. Si cum superioribus cohaeret iste versus, talem aliquam desiderabam sententiam: *labrax ille in muria elixus ita eximie paratus reperiebatur, ut omnia in veru assata longe post se relinqueret.* Sin cum sequentibus: (quae probabilior nobis visa erat ratio, quia opponi videbantur τὰ ἀπ' ὀβελίσκου ὄπτανα, & τὰ ἀπ' ἀνθράκων, vers. 12. νεὶ ἁπλῶς ὠπτημένα, vs. 16.) id dicere voluisse poëtam suspicatus sum, quod in latina versione posui. Sed, pro neutra istarum rationum, vel quo pacto teneri possit vulgata scriptura ἀποδοὺς perspicere potui, vel, quid potissimum eius loco substituendum esset, reperire. Nam ἀποθεὶς quidem, quod in mentem venerat, valde dubito an *omittens, missum faciens*, aut aliquid tale, significare possit, quae Graece proprie ἐῶν vel ἀφιεὶς sonabant. Quod si tenendum ἀποδοὺς, quod consultissimum fuerit, intelligendum hoc verbum fuerit sicut in Archedici vers. 8. p. 292. e. & sententia fere ea erit, quam Villebrunius expressit; ut non ad praecedentia referendus fuerit hic versus, verum ad sequentia, hoc sensu: *Postquam inferenda in men-*

ſam tradidero (vel, *poſtquam paravero*) *omnia in veru aſſanda, adſunt pulcri, quos emi, mulli turdique: hos carbonibus iniicio* &c. Conf. pag. 291. a.

Verſ. 12. Recte ταύτας poſuerunt editores, pro ταῦτα, quod erat in msstis. *Verſus* 14. deeſt Epitomae cum quinque ſequentibus. Ibi quum vulgo ſic eſſet ſcriptum: c

Ταύταισι προσέλαβον σπιάς καὶ τευθίδας:

monuit HERMANNUS, DE Metris pag. 161. » ſcribere po» tuiſſe poëtam ταύταις. « Ego vero, quin ita ſcripſerit, non dubitandum putavi. Quod ſi quem delectat proceleusmaticus pes, pro iambo, in ſecunda ſenarii ſede, nil impedio quin Ταύταισι reponat. De verbo προσέλαβον adnotavit CASAUBONUS: » προσέβαλον malim; etſi » ferri προσέλαβον poteſt, ut in triceſimo παρέλαβον. « — Equidem, quid in vulgato deſiderari poſſit, prorſus non video. *Verſ.* 15. τευθὶς ὠνθυλευμένη commemorata eſt lib. I. pag. 4. a. ubi vide Animadv. T. I. pag. 49 ſq.

Verſ. 16. Manifeſtum erat, pro πτέρυγ' ſcribendum fuiſſe πτερύγι', nempe πτερύγια ὠπτημένα. conf. p. 324. c.

Verſ. 17. Ad iſta τριμμάτιον - - ἄνθινον: & *vs.* 21. ἐν ἅλμῃ εὐανθεστέρᾳ: confer notata ad p. 288. d. vs. 6.

Verſ. 18. Ἑψητὰ δὲ μετὰ ταῦτ' ἐστίν τινα.

Ἑψητὸν temere ſcripſerat librarius, terminationem proxime praecedentis vocabuli παντοδαπὸν ſecutus. *Pluralem* hîc fuiſſe a poëta poſitum, cum finis verſus, tum pronomen τούτοις verſ. ſeq. declarat. ἑψητὰ, intellige ἰχθύδια. Poterat alioqui etiam ἑψητοὶ dicere, ut pag. 300. f. In fine verſus, pro μετὰ ταῦτ' ἐστὶν quod erat editum, in membr. *A.* ſic ſcribitur, μετὰ ταῦτ' ἄστινα: in quo, ſi ſimul quid metrum deſideret cogitaveris, latere intelliges (puto) id quod dedimus, μετὰ ταῦτ' ἐστίν τινα.

Verſ. 22. Pro ἄττα, quod erat editum, (quod ἄ d τινα valet) ἄττα recepi ex ms. *Ep.* quod valet τινά.

Verſ. 24. Cum ſic vulgo legeretur,

ἐμόλυν' ἀλεύρῳ τοιούτῳ τινί:

adnotavit CASAUBONUS: » Una dictione imminutus eſt » verſus. Scribe, ἐμ. ἀλ. ταῦτα τοιούτῳ τινί: vel πάντα. « — Mihi vox τρόπῳ deſiderari videbatur, ut ex verſ. ſq. intelligeretur οἵῳ τὰς καρῖδας. In *Epit.* ſcribitur, ἐμόλυν' ἀλεύρῳ, πέμπω τε &c. omiſſis verbis τοιούτῳ τινι, absque quibus ſententiae conſtabat ratio. *Verſ.* 25. καρίσι penacute ſcribebatur in edd. & msstis, quemadmo-

d dum καρίδας verſ. 1. Sed ſicut ibi καρῖδας, ſic hîc καρῖσι deſiderabat metrum, penultimâ longâ. *Eodem verſ.* ubi τὴν αὐτὴν ὁδὸν ſcribitur, vox αὐτὴν temere omiſſa erat in ed. Caſ. 2. operarum errore; isque error in ed. Caſ. 3. propagatus.

Verſ. 26. Ἀμίαν τε χήραν. *Amiam viduam*, i. e. »*ſolam*, »*inconditam*:« ut in ora adnotavit DALECAMP. *Verſ.* 27. Ὄρνισι ταύτην εἶλυσ'. Prorſus mendoſum erat ἄλας vel ἅλασ', quod ex ms. *A.* enotatum. εἵλησ' ex *Epit.* adſcitum ab editoribus; ubi tamen rectius (in noſtro quidem ms. *Epit.*) εἵλησ'. At id non ferebat metrum, ob ſyllabam longam, ubi brevem deſiderabat ſenarii modulus. Quare εἵλυσ' corrigendum putavi: quo in verbo (ni me ratio fallit) corripi vocalis υ potuit. *Ibid.* δισσὰς. A verbo δίημι: de quo conf. Animadv. ad IV. 170. c. T. II. pag. 607. *Verſ.* 28. Pro περιπάσας, perperam περὶ πάσας ſcriptum erat in ed. Baſ. & Caſ. Poterat περιπάσας ὀριγάνῳ ſcribi, quod maluerat CORAY, quemadmodum infra (hac pag. lit. f.) χλοῇ περίπαστον. Sed & teneri vulgatum poterat, περιπάσας (nempe αὐτῇ) ὀρίγανον: quamquam in hac conſtructione ἐπιπάσας malles, quam περιπάσας.

e *Verſ.* 32 *ſq.* Intricatior eſt verborum ſtructura in iſtis,

τεμὼν δὲ λεπτὴν τῆς χλόης, καὶ πλείονα,
κἂν ᾖ δικότυλος λήκυθος, καταστρέφω.

Omiſit haec Epitomator: nihil vero mutat ms. *A.* Ubi niſi quid a librariis peccatum, conſtructio in hunc modum fuerit concipienda: τῆς χλοῆς, τεμὼν αὐτὴν λεπτὴν, καταστρέφω (ſive, quod eodem redit, τεμὼν δὲ χλόην λεπτὴν, καταστρέφω αὐτῆς, i. e. κατ' αὐτῆς) καὶ πλείονα, (nempe πλεῖον μέρος ἐλαίου: intelligendum autem *oleum* oſtendit vocabulum λήκυθος, quod ſequitur) κἂν ᾖ λήκυθος δικότυλος. Sed egregie fallor, aut πλείονας ſcriptum oportuit, intelligendo πλείονας κυάθους ἐπιχύω, *complures cyathos olei infundo: atque etiamſi duas cotylas* (id eſt, duodecim cyathos) *capiat ampulla, inverto eam.*

AD CAP. XLII.

περὶ δὲ τοῦ γόγγρου λεκτέον. Caſaubonus unde illam ſcripturam arripuerit, temere huc invectam, Ἴδιον δὲ γόγγρου πέρι λεκτέον, hariolari non potui; cum nec

in vetuſtis libris ullum illius veſtigium reperiatur, & ipſe in Animadverſſ. ficco pede locum hunc transierit. Veteres quidem noſtrae membr. *A.* cum ed. Ven. & Baſ. in id, quod dedimus, conſentiunt: Epitomator vero, omiſſis prioribus verbis, caput iſtud ab his ſtatim inchoavit: Ὅτι Ἀρχεστρ. ἐν τῇ Γαστρονομ. Redit autem Auctor noſter ad argumentum interruptum inde a capite XXX. ubi de *Congro* piſce disputare coeperat.

In *ARCHESTRATI verſ.* 1. ſcripturam iſtam, φίλος f ἐς Σικυῶνι, tenent cum editis ambo noſtri mssti. Et poteſt φίλος intelligi ac ſi dixiſſet, σὺ ὁ φίλος, id eſt, φίλε: quemadmodum alibi φίλε Μόσχε dicit, v. c. III. 111. f. VII. 278. b. Sed paene perſuaſum habeo, φίλῃ ἐν Σικυῶνι ſcripſiſſe poëtam. Talia quidem epitheta ſolet ille ſubinde urbium nominibus adiicere; velut Βυζαντίου ἐξ ἐρατεινοῦ, pag. 278. c. alibi κλεινὸν Βυζάντιον dicit, κλειναὶς Ἀθήναις, & ſimilia. Et ad *Sicyonem* quidem quod ſpectat, iſtud me adverterat, quod ille apud iuniorem Philemonem coquus, ubi de eodem *congro* piſce loquitur, pag. 289. a. *optimum adferri*, ait, ἐκ τῆς Σικῶνος τῆς φίλης.

Mox, quod *Archeſtratum* Noſter feſtive adpellat Περιηγητὴν, conf. pag. 278. d. In *proximo* eiusdem poëtae a *verſu*, recte ὥστε τοσοῦτον dedere codices noſtri ambo, non τοσούτου, ut perperam legebatur in edd.

Ἄλεξις, ἐν Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις. Sic fabulae illius titulus ſcribitur in membr. *A.* prorſus ut Aeſchyleae tragoediae index; non ἐπὶ Θήβας, ut adhuc edebatur. Conf. pag. 295. e.

In *ARCHEDICI verſ.* 2. labans metrum inſertâ δ' ὲ par- b ticulâ fulciendum putavi. *Ibid.* τεμάχια recte dedere mssti. *Verſ.* 4. δραχμῆς τραχήλους. »*Cervices* congrorum »intelligit, vel aliorum piſcium, aut conchyliorum, de »quibus libro tertio.« CASAUBONUS. — Immo nihil ad piſces pertinent illae *cervices*, ſed tantummodo ad certa quaedam conchyliorum genera. Vide Animadv. ad III. 88. f. — Pergit CASAUBONUS: »Sequitur iocus in voce τράχηλος, nonnihil obſcurus:

»— Ἀλλὰ νὴ τὸν Ἥλιον
»κἄμοὶ τράχηλον ἕτερον εἰπόθε [immo, εἴ ποθεν]
λαβεῖν
»ἦν, καὶ πρίασθαι δυνατὸν, ὃν ἔχω τοῦτον ἂν
»πρὶν εἰσενεγκεῖν ταῦτα δεῦρ' ἀπηγξάμην.

b » Malim, καὶ πρίασθαι δυνατὸν ὃν ἔχω τοῦτον ἦν. *Si poſ-*
» *ſet*, inquit, *fieri, ut aliud collum aliunde mihi pararem, &*
» *iſtud meum emtorem reperiret, priusquam iſtos quos emi τρα-*
» *χήλους intro ferrem, unam de me literam longam facerem.*
» Paratus erat videlicet vitam ponere, modo τραχήλους
» quos emerat poſſet edere, aut luculentioribus mutare,
» (non enim ſatis hic aperit animi ſui mentem) & poſt-
» ea vitam recipere. « — At, quid iſtud, quaeſo, eſt?
Si aliud collum aliunde parare mihi poſſem, & iſtud meum em-
torem reperiret? Aut ubinam gentium umquam ver-
bum πρίασθαι, *emtorem reperire*, ſignificavit? Plane vero
& perſpicue id ipſum dicere coquus videtur, quod in ſub-
iecta Graecis verſione Latina expreſſimus. Id unum paulo
inſolentius dictum videri poterat, quod, cum aliâs vel nu-
dum verbum ἀπάγξασθαι, vel ἀπάγξασθαι ἑαυτὸν, *ſeſe*
ſuspendere, dicatur, nunc ad id verbum referatur accuſa-
tivus τὸν τράχηλον. At, quum ἀπάγχειν proprie *ſuffoca-*
re, ſtrangulare, ſignificet: cur id turbare nos debeat, aut
alienum nobis videri, ſi quis τὸν τράχηλον ἀπάγξασθαι,
id eſt, *collum ſibi ſtrangulare*, dixerit, pro, *ſuspendio vitam*
finire? Deinde vero a reliqua etiam huius loci ſententia
prorſus aberraſſe mihi vir doctiſſimus videtur. Nempe,
ſi quid video, coquum illum, quem poëta iſta loquen-
tem inducit, hoc angit, quod, quum tam multos cibos
tam caro pretio emiſſet, veretur, ne, ubi (quemadmo-
dum ille apud Alexidem lib. III. pag. 117 ſq.) rationes
inierit cum iuvenibus, qui eius operam ad parandam
coenam locaverant, non ſint ei fidem habituri iſti nepo-
tes, tam caro emtos fuiſſe cibos, nolintque de expenſa
pecunia ei ſatisfacere, nedum operae mercedem numera-
c re. Itaque iſtud, Κατέδουτ' ἐκεῖνοι, (*verſ.* 11.) aut ita in-
telligendum, *Devorant iſti*, nempe, *hos caros exquiſitosque*
cibos, (ex *verſ.* 10.) *& me perdent*, rationem ſcilicet nullam
habentes mearum expenſarum meorumque laborum: (coll.
vs. 8.) aut, ſicut in verſione ſupplevi, *devorant me illi.* Tum,
quod ait τοῦτο πρὸς ἐμαυτὸν λέγω: (eodem *vs.* 11.) id op-
ponitur ei quod *verſu ſeq.* ſubiicitur, de *vino*, quod, dum
intrat, videt *iſtos humum exſpuentes profundentesque* & tam-
quam vile ſpernentes, quamvis & ipſum (non minus
quam cibi) carum eſſet ac pretioſum. Sed hoc quidem iam
non tam prope ſeſe adtingere dicit; quia nempe alius ho-
mo, non idem ipſe coquus, vinum illis ſuppeditandum

ſuſceperat: attamen ſubiicit, Οἴ μοι, *Heu mihi!* quia vel c ex hoc etiam intelligit, quid ſibi exſpectandum ſit a tam perditis petulantibusque hominibus.

Eclogam iſtam in verſu ſeptimo terminavit Epitomator. Pro δὲ δικόννκεν, (*verſ.* 8.) uno verbo δεδικόννκεν ſcriptum oportuiſſe monuerat VALCKENAR. in Diatr. Euripid. pag. 278. Confer Heſychium, ea voce. Pro ἀπωλλύμην (*verſ.* 10.) ἀπολλύμην ſcribebatur in ed. Baſ. errore operarum propagato in ed. Caſ. In διαπυτιοῦσιν ultimam ſyllabam elidendam monuit metri ratio. Haud dubie vero ad ſequentia referendum erat id verbum; quod Caſaubonus, a ſequentibus ſeparans, in hunc ſenſum cum Dalecampio accepiſſe videtur, *Iſti me contemnunt.* Eſt autem διαπυτιοῦσι, a themate διαπυτίζω, *exſpuendo diffundo; paſſim exſpuo.* Compoſitum ignorant Lexica: ſimplex verbum πυτίζω, idem valens ac πτύω, adnotavit Etymologus, pag. 797 ſq. Item Suidas: Πυτίζω· πταίω: ubi πτύω pro πταίω oportuiſſe, recte H. Stephanus in Indice Theſ. monuit.

AD CAP. XLIII.

ΓΑΛΕΟΙ'. Sic, *in plurali numero*, nomen iſtud ſcribit codex ms. uterque. Adnotavit hoc loco CASAUBONUS: »Γαλεός. Gloſſarium vetus, Γαλεὸς ἰχθὺς, *catella.* Non »probo reſcribi *muſtela:* nam etiam in altero Gloſſario ita »ſcriptum. Ut a γαλῆ ſuum γαλεὸς fecêre Graeci: ſic La»tini a *catus*, *catella.* In eodem libro, *ſqualus* eſt ῥίνη. « — Nos in latina verſione Graecum nomen *Galeus* cum Gesnero (de Aquatil. pag. 614.) tenuimus. *Squali* nomen, quod recentiores fere adoptarunt, ex mendoſa apud Plinium ſcriptura ortum.

βελτίονας εἶναι. Poteſt e ſequentibus huc trahi verbum φησί: ſed & ſaepe in huiusmodi citationibus prorſus omitti iſtud verbum obſervavimus.

De proximis *ARISTOTELIS* verbis, quae in libris ho- d die exſtantibus non reperiuntur, conf. Salmaſii Exercit. Plin. pag. 532. & Camus in Not. ad Ariſtot. Hiſt. Animal. pag. 219. Ex iſtis verbis poſtremum, ῥίνην, & octo ſequentia, ex occaſione repetiti vocabuli ἀλωπεκίαν, omiſſa erant in ed. Ven. & Baſ. tacite deinde a Caſaubono adiecta ex mſstis, quibus & noſtri codices adſentiuntur:

d eademque verba etiam Natalis Comes in latina verſione expreſſerat. Ibi cum in *Dorionis* verbis, τὴν ἀλωπεκίαν in ed. Caſ. expreſſum eſſet, monuit ipſe in Animadverſſ. » Scribe τὸν, non τὴν ἀλωπ.« Nempe ſic mssti; & eâdem ratione mox (lit. *e.*) ὁ ἀλωπεκίας habent libri omnes. Errorem tamen iſtum τὴν ἀλωπ. (quemadmodum paene omnes alios, de quibus corrigendis monuerat Caſaub. in Animadverſſ.) religioſe in contextu tenuerunt ii qui editiones Caſ. 2. & 3. curarunt.

ὁ δ' Ἀριστοτέλης, ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων, καὶ κεντρίνην, φησὶ, τινὰ γαλεὸν εἶναι, καὶ νωτιδανόν. » Etſi non neſciebamus, quae recitantur hîc ex Ariſtotele, » neque in libris De Partibus (qui non plures ſunt quatuor) » extare hodie, neque in Hiſtoriis; reſtituimus tamen et- » iam hîc omnium veterum exemplarium ſcripturam, & » fecimus, Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων: qua de » re capite nono [Animadverſionum ad hunc librum] di- » ximus. Νωτιδανὸς vocabulum eâdem formâ factum eſt, » qua ἠπεδανὸς, πευκεδανὸς, βρυκεδανὸς, & alia: in qui- » bus omnibus τὸ δανος, formationi tantum ſerviens, ni- » hil ſignificat.« Casaubonus. — Nempe pro eo, quod hoc loco in ed. Ven. & Baſ. nude legebatur, ἐν πέμπτῳ ζώων, mssti libri Italici e quibus excerptas lectiones Caſaubonus habuit, ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων dabant: eamdemque ſcripturam non modo vetuſtiſſimus noſter cod. *A.* verum etiam cod. *Epit.* agnoſcit. Quo titulo quum (ut ſupra demonſtratum eſt, ad pag. 286. c.) eumdem librum citare Athenaeus conſueverit, qui eſt *quintus* illorum qui in codicibus hodie exſtantibus Περὶ Ζώων Ἱστορίας inſcribuntur: illud nunc ſingulare eſt, quod iſta verba, quae hîc citantur, in eo quem modo diximus libro hodie non reperiuntur. Quare, aut intercidiſſe illa, ſtatuendum eſt, aut, praeter conſuetas turbas aliquid inſuper in hac ipſa citatione apud Athenaeum turbatum fuiſſe. Quod κεντρίνην nominatum aliquod galeorum genus ait: idem nomen legitur apud Oppian. Ἁλιευτ. I. 378. Sed κεντρίτην vocant Aeliani codices, De Nat. Anim. I. 55. quod perinde eſſe videtur. Suſpicari autem licet, eumdem & ἀκανθίαν & κεντρίνην vel κεντρίτην dictum fuiſſe. *Mox dein*, mendoſe τὴν κεντρίνην ſcribitur in ed. Caſ. 2. & 3. quemadmodum etiam Rondeletius ſcripſerat, hunc locum citans: pro quo rectius ſuo in codice τὸν ſcribi adnota-

vit Gesner. pag. 609 extr. Et τὸν quidem cum msstis agnoſcunt etiam veteres editiones.

εἰσδέχεται τὰ γενηθέντα εἰς τὸ στόμα, καὶ πάλιν ἀφίησι. e Vide Ariſtot. Hiſt. Anim. VI. 10. ſub fin. & conſule Bochartum in Hieroz. I. 3, 35. praeſertim vero BECKMANN ad Antigoni Caryſt. Hiſtoriar. Mirabil. cap. 25. pag. 45 ſq.

AD CAP. XLIV.

Σαρδαναπάλῳ. Σαρδαναπάλλῳ ms. *A*. *Ibid.* τὸν αὐτὸν εἶναι ἡγεῖται τῷ παρὰ Ῥωμαίοις μετὰ αὐλῶν καὶ στεφάνων εἰς τὰ δεῖπνα περιφερομένῳ, ἐστεφανωμένων καὶ τῶν φερόντων αὐτὸν, καλούμενόν τε ἀκκιπήσιον. »Quod ſequi»tur de *acipenſere*, notum ex Macrobio omnibus. Etiam »in Arbitri Satyrico cibi menſis inferuntur ſtrepente ſym»phonia.« CASAUBONUS. — Vide Macrobii Saturn. III. 16. Alia veterum loca in Latinis etiam Lexicis ad voc. *Acipenſer* indicata reperiet qui deſiderat. De toto autem hoc Athenaei loco conſulendus SALMASIUS, Exercit. Plin. pag. 940 ſq. Quod καλούμενον δὲ ante nos edebantur: f minime quidem incommoda erat δὲ particula, ſed τε dabat uterque codex mstus. Haud ſatis vero placet accuſativus καλούμενον: licet enim proxime praecedat accuſativus αὐτὸν, tamen participium illud ad ſuperius περιφερομένῳ rectius referebatur. Quare (deleto pronomine αὐτὸν, quod facile ſubintelligi poterat) malebam, καλουμένῳ τε ἀκκιπησίῳ: ſive, ſervato αὐτὸν, dein καλούμενον ἀκκιπήσιον absque particula coniunctiva. ἀκκιπήσιον vero geminatâ literâ κ tenent libri omnes, licet latine ſimplici litera *c* rectius ſcribatur. De terminatione nominis, ησιος, adnotavit SALMASIUS l. c. reſpondere illam latinae terminationi *enſis*, qua in eodem nomine uſus eſt Martialis, XIII. 91.

ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀπικίου τρυφῆς. Conf. Animadv. ad I. 7. a. *Ibid.* τὸν ἕλλοπα. Scripturam iſtam per geminatam literam λ tenet h. l. ms. *Ep.* cum edd. Vide not. ad pag. 282. c. & d. Animadv. T. IV. p. 87 & 89.

ARCHESTRATI verſus, qui hîc adponuntur, haud mul- a to ante iam prolatos vidimus, p. 286. a.

Καὶ γὰρ τὸν Θησέα, φησὶ, γεγονότα καλὸν &c. Sunt b utique haec *LYNCEI Samii* verba. At non verbo φησὶ

b Athenaeus (ut mihi quidem videtur) de Lynceo utitur, ſicuti paulo ante, ut dicat: *Ait enim Lynceus, Theſeum quoque* &c. Sed Lynceus ait: *Aiunt enim, Theſeum quoque* &c. Nam vetus illa fuerat & incerta fama de Theſeo, ad quam provocat Lynceus. Quem ad locum eſt CASAUBONI animadverſio haec: »Ait Deipnoſophiſta Lyncei »Samii verbis: Καὶ γὰρ τὸν Θησέα γεγονότα καλὸν ὑπο»λαμβάνω τοῦ Τληπολέμου τὸν ἰχθῦν τοῦτον αὐτῷ παρα»σχόντος παρεσχηκέναι. Auctoritate *Theſei*, viri magni, »probare inſtituit Lynceus, rectum Archeſtrati conſilium »eſſe, qui amico ſuadet, ut galeum Rhodium iniqua vi »rapiat, ſi alia ratione parare eum ſibi non poteſt. Id »conſilii placere ſibi indicavit iam Lynceus, cum dice»ret, δικαίως παρακελεύεται. Nunc ait, etiam *Theſeum* »*feciſſe idem, cum Tlepolemo piſcem eripuit, quem precibus ab* »*eo extorquere non poterat.* Hiſtoria, quam reſpicit Lyn»ceus, neque Plutarcho in vita Theſei, neque veterum »cuiquam eorum qui ad nos pervenerunt, narrata eſt, »quod equidem meminerim. Quare certi aliquid de huius »loci emendatione velle pronuntiare, hominis ſit qui non »meminerit ſe hominem. Ἀμουσία τὸ πλέον μέρος ἐν βρο»τοῖσιν, aiebat olim ſapiens: quod cum aliâs verum ex»perimur, tum vel maxime, quoties veterum ſcriptorum »monumenta ſerio tractamus. Utrumque vulnus obliga»veris, ſi ſcribas, ὃς τοῦ Τληπολέμου τὸν ἰχθῦν τοῦτον »αὐτῷ οὐ παρασχόντος, παρασχεῖν (vel παραχω»ρεῖν) ἠνάγκασε. Id eſt: *Nam & Theſeum*, inquit Lyn»ceus, *puto fuiſſe virum probum, qui Tlepolemum, cum dare* »*ſibi hunc piſcem recuſaret, vi compulit ut faceret.* Sunt qui »putent, innui his verbis, *Theſeum emiſſe galeum a Tlepo»lemo pudicitiae ſuae iactura.* Non male eo traxeris ſupe»riora illa Lyncei, τῇ ἀδικίᾳ κτήσασθαι τὴν ἐπιθυμίαν; »nam & *flagitium* ἀδικία eſt, ut virtus omnis iuſtitia. »Ita legendum fuerit, ἑαυτὸν παρεσχηκέναι.« — In eam ſententiam, quam priorem expoſuit Caſaubonus, locum hunc Dalecampius etiam interpretatus erat: nec aliud quid tentavit Meurſius, in Theſeo cap. 10. pag. 33. ubi eumdem locum tetigit. In eâdem fere interpretatione VILLEBRUNIUS adquievit: ſed, ne quid a Caſaubono adoptaſſe videretur, primum, non οὐ παρασχόντος, ſed μὴ παρασχόντος ſe legere ait: deinde, pro παρεσχηκέναι corrigit (ſi hoc corrigere eſt) παρεκμυκέναι, quod ipſum

quidem verbum inſolitâ quâdam modeſtiâ ita profert, quaſi in Athenaei exemplis ſive editis ſive ſcriptis non aliter legeretur. En hominis verba: »Texte, *parekmykenai*, [ſic] »*emunxiſſe*, forme particulière aux Attiques, qui négli- »gent ſouvent les augmens. Ariſtophane en préſente de »fréquens exemples.« — At παρεσχηκέναι tenent cum ms. *A.* alii mssti editionesque omnes: in Epit. vero deſunt iſta Lyncei omnia. Nec vero ſolicitari omnino id verbum debuerat; nec ad παρασχόντος negativa particula deſiderabatur. Haud dubie enim vera eſt ea interpretatio, cuius poſt iſtam meminit Caſaubonus: cuius interpretationis quis fuerit auctor, quem in animo ille habuerat, mihi non eſt compertum: ſed peropportune a CORAYO noſtro ad hunc locum haec adnotata reperi: »Non opus »eſt emendatione Caſauboniana, οὐ παρασχόντος. Ver- »bum hoc, de *Tlepolemo* dictum, ſignificat ſimpliciter *da- »re*, piſcem ſcilicet. παρεσχηκέναι vero, de *Theſeo* di- »ctum, eſt verbum uſurpatum in re venerea de amaſia »vel amaſio, qui amantibus *gratificantur*, ſynonymum τοῦ »χαρίζεσθαι, quod pariter ſignificat *ſui copiam facere.* Ari- »ſtophanes Lyſiſtr. 226 ſq.

»Ἐὰν δὲ μ' ἄκουσαν βιάζηται βίᾳ,
»κακῶς παρέξω, κοὐχὶ προσκινήσομαι.

»Caeterum, formoſos adoleſcentulos *piſcibus* donatos ali- »quando fuiſſe Athenis, docuit nos ſupra Anaxandrides »apud Noſtrum pag. 227. c. d.« — Eamdem in partem accipienda iſta Lyncei verba iudicaſſe doctiſſimum DUTHEIL, ex Notulis eius mssis cognovi. Et pro eâ ſententiâ poterat quidem (quod Caſaubonus voluerat) adiici pronomen ἑαυτόν: quemadmodum apud Lucianum Dial. Mar. XIII. eſt παρεῖχεν ἑαυτήν: ſed & nudum per ſe verbum, ut apud Comicum, ſic & hîc poni potuit, intellecto (quemadmodum in multis aliis verbis activae formae, reciproca notione poſitis) nomine τὸ σῶμα aut pronomine reciproco.

Τιμοκλῆς δ' ἐν Δακτυλίῳ. Habent utique ἐν Δακτύλῳ edd. id eſt, *in Digito*, ut reddidit Dalecampius: nec aliud ex Membranis enotatum video. Rurſusque eodem modo ſcribitur lib. IX. pag. 385. a. ubi idem recitatur teſtimonium. At neutiquam probabile eſt, talem fuiſſe dramatis alicuius titulum. Quare ſicut Menandri fabula, cui haud dubie Δακτύλιος (id eſt, *Annulus*) titulus fuerat, in eis-

b dem noſtris Membranis, indeque in aliis omnibus libris hodie exſtantibus, perperam ἐν Δακτύλῳ citata eſt, lib. VI. pag. 247. f. ſic & in hoc Timoclis dramate eumdem commiſſum eſſe errorem iudicavi, eodem modo corrigendum. In quo praeeuntem CASAUBONUM habui, qui in Animadv. ad p. 293. b. verſ. 3 ſq. idem Timoclis teſtimonium, quod hîc adponitur, his verbis citavit: »*TIMOCLES* in *Annulo*, γαλεοὺς καὶ &c.« Eumdem ſecutus eſt VILLEBRUNE: »*Timocles dans ſa pièce intitulée l'Anneau.*« — Video quidem, in Fabricii Bibl. Gr. T. I. p. 793. (etiamque in Harleſii nova editione, T. II. p. 503.) ubi Timoclis fabula Δάκτυλος commemoratur, pro iſto titulo, praeter Athenaei auctoritatem, etiam Suidae invocari teſtimonium: ſed nullum huius fabulae veſtigium apud eumdem Suidam reperire mihi contigit.

TIMOCLIS verba hoc quidem loco tamquam nullo metro adſtricta edebantur; ſed pag. 385. a. in duos hos verſiculos erant distributa:

Γαλεοὺς καὶ βατίδας ὅσα τε τῶν γενῶν
ἐν ὀξυλιπάρῳ τρίμματι σκευάζεται.

Quibus quum quisnam ineſſet rhythmus non intelligerem; iſtis quidem verbis,

τῶν γε | νῶν ἐν | ὀξυ | λιπάρῳ || τρίμμα | τι σκευ | άζε | ται:

perſpicue intellexiſſe mihi viſus ſum trochaicum contineri tetrametrum catalecticum. Cui modulo nonnimis quidem apta videntur quinque praecedentia verba: ſed in his mutatum fortaſſe aut omiſſum eſt aliquid, quo factum ut non tam commodus rhythmus inſit. Pro eo quod hîc ὀξυλίπαρον τρίμμα dicitur, alius poëta ὀξυλίπαρον χυμίον dixerat, pag. 293. c. Eodemque pertinere videntur, τρίμμα συκαμίνινον, & ἅλμη λιπαρὰ, quae ibidem paulo ante commemorantur.

AD CAP. XLV.

In *NUMENII priore verſu*, cum Συκῆν corrupte ederetur, nihil melius mssti libri dabant, neque ad hunc locum quidquam adnotavit Caſaubonus, licet pro iſto vocabulo in latina verſione *Hyccam* a DALECAMPIO poſitum videret. Rectiſſime vero id poſuerat hic interpres: qui ſi tam fuiſſet graece doctus, quam fuit & diligens, & ſa-

gax & ingeniosus, infinitis partibus melius de Athenaeo b meriturus erat. Sane *ficui* non erat hîc locus: recte vero infra, pag. 328. a. ubi idem Numenii versus citatur, Ὕκκην habent ambo mssti cum editis. Poterat autem & ὕκην simplici litera κ scribi, ut pag. 284. c. (ubi vide notata) itemque pag. 300. f. & pag. 327. b. Et sic fortasse etiam hîc olim scriptum erat, eoque facilius in συκῆν corrumpi potuit: sed quoniam altero quem dixi loco, ubi idem repetitur versus, geminatam literam libri omnes agnoscunt, eamdem hîc scripturam tenendam putavi. Conf. p. 304. e. Epitomator hîc, omisso isto versu, nonnisi haec verba posuit: Νουμήνιος· Γλαῦκον περόωντα κατὰ μνία σιγαλόεντα.

Τὴν δὲ τοῦ γλαύκου κεφαλὴν ἐπαινῶν ὁ Ἀρχέστρ. »Glau- c »ci piscis maxime expeti caput, probat Deipnosophista »aliquot veterum Comicorum testimonio. Id ipsum con- »firmat παροιμιῶδες illud apud Antiphanem, [apud Athen. »VIII. 340. c.]

»Ἧττόν τ' ἀποστατὴν ἂν ὧν προειλόμην,
»ἢ Καλλιμέδων γλαύκου πρόοιτ' ἂν κράνιον.

»*Difficilius coepta deseram, quam Callimedon glauci caput.*« Casaubonus.

In *Archestrati versu* 1. mutilato verbo legebatur Ἀλλὰ μὲν ὀφώ. in ed. Ven. & Bas. ubi ὀφώνει corrigendum recte coniecerat Gesnerus, de Aquatil. p. 332 extr. Veram scripturam recepit Casaub. consentientibus mssstis. *Versu.* 2. Quum corrupte ubique ederetur σεμνοῖς γὰρ ἁλίσκεται ἐν τεναγισταῖς, verba ista omisit Breviator: nec multum promovere videtur ms. *A.* in quo ἐκ τεναγιστῆς scribitur; quod ipsum tamen quid valeat, aut quid sub hoc lateat, amplius quaerendum. Nos interim Casaubono obsecuti sumus, monenti: »Lege »ἐν τενάγεσσι. Et σεμνὸς praestat quam σεμνοῖς.« — Istud ἐν τενάγεσσι iam Dalecampius expresserat: *in limosa maris eluvie.* σεμνοῖς scripserat librarius, imprudens ad Μεγάροις referens adiectivum: quare nec distinctionem inter duas istas voces posuit, quae etiam in ed. Ven. deest. At γὰρ particula, quae proxime sequitur, necessario desiderabat vocabulum quod ad sequentia referri posset. Nec vero σεμνὰ dici aut intelligi possunt τὰ τενάγη: sed *glaucus* σεμνὸς, est *venerabilis, praeclarus;* nempe *magnus & exquisitae bonitatis.* Conf. p. 303. a.

c Ἀντιφάνης δ' ἐν Προβατεῖ. Cum ἐν προβάτει ederetur, quod *in Probati* latine reddiderat interpres, monuit CASAUBONUS: »Scribendum ἐν Προβατεῖ: *in Paſtore ovium.* »προβατεὺς idem ac ποιμήν.«

Primus ANTIPHANIS *verſus* quum in ed. Ven. & Baſ. ſic eſſet ſcriptus:

Βοιωτία μὲν ἔγχελυς, μῦς Ποντικοὶ,

tacite Caſaubonus in ſua editione Ποντικοὶ in Ποντικὸς mutavit. Sed reliqua nomina, quae ſequuntur, omnia in plurali numero poſita, in primo etiam verſu pluralia nomina deſiderabant: & non modo ſcripturam Ποντικοὶ firmant mssti, verum etiam ἐγχέλεις in plurali numero ponunt; ex quo ſimul intelligebatur, pro Βοιωτία, quod tenent quidem iidem mssti, Βοιωτίαι ſcriptum oportuiſſe. Vocabulum μῦς non modo ſingularis eſt numeri; ſed & pluralis, ex μῦες contractum. In *verſ.* 2. ferri non poterat id quod cum editis veteres etiam membranae habent, Σύννοι Μεγαρικοί. Sic enim in tota hac ecloga, quae pro teſtimonio de *glauco* piſce adfertur, nulla omnino *glauci* fieret mentio: cuius cum nomen neceſſario requireretur, cumque *Megaricum glaucum* paulo ante ab Archeſtrato laudatum viderimus, nihil magis probabile videri debuit, quam, γλαῦκοι Μεγαρικοὶ hîc ſcriptum oportuiſſe. Idque ipſum in ms. *Ep.* alteri vocabulo a prima manu ſuperſcriptum. Fortaſſe ante hunc verſum alius olim fuerat interiectus a voce Σύννοι incipiens, ab illoque verſu in hunc aberravit feſtinans librarii calamus. Μῦς h. l. fortaſſe non *musculi* fuerint, ſed *capriſci* piſces. cf. VIII. 355. e.

d Eiusdem ANTIPHANIS ecloga ex fabula *Philotide* repetitur infra, XIV. 662. b. ſed paulo mendoſius ibi, quam hîc, vulgo ſcripta. Poteſt tota illa ecloga pro unius eiusdemque hominis oratione haberi; quemadmodum acceperant interpretes. At nobis viſae erant alternae eſſe colloquentium vices; in eum fere modum, quo uſi ſumus, distinguendae. Confer extremum verſum, pag. 662. c.

Verſ. 2. Cum abeſſet hoc loco verbum φημὶ, poterat quidem ad infinitivum ἕψειν intelligi verbum finitum χρὴ vel δεῖ, ut perſaepe aliâs. Sed labebat verſus; qui percommode fultus eſt verbo φημὶ, quod pag. 662. diſerte adiectum legebatur. *Ibid.* Ferri poteſt particula γε, quam h. l. cum editis agnoſcit (ni fallor) ms. *A.* ut penultimus pes ſit anapaeſtus: ſed commodius fortaſſe abiicie-

tur illa; & abeſt pag. 662. & hoc loco ignorat eam d ms. *Ep.*

» *Tertio verſu* ſcribunt omnes veteres, atque etiam Epi» toma,

» — τὸν γαλεὸν ἐνυποτριμματί»ζεσθαι. τὸ δ' ἐγχέλιον &c.

» ut vox unica ſit ἐνυποτριμματίζεσθαι, metri ſolum cauſ» ſâ dialyſim paſſa. *Galeum* piſcem, aut illius partes ex» tremas, *intrito quarumdam herbarum ſolitas condiri* diceba» mus capite ſuperiore. [ad pag. 293. b.] Scribebamus ex » coniectura ἐν ὑποτρίμματι ζέσαι. In his libris & ζέειν » & ἀποζέειν non ſolum pro *fervere* & *coquere*, ſed etiam » pro *facere coquere.* « CASAUBONUS. — In editionibus omnibus, hoc loco, tertius verſus ſic terminabatur,

— ἐν ἀποτρίμματι.

Tum quarti initium tale faciebant, * Ζέσθαι, τὸ δ' &c. Quam vero ſcripturam hîc ex coniectura commendavit Caſaubonus, eamdem deinde lib. XIV. ipſe in contextum recepit. Sicut autem h. l. ἐνυποτριμματίζεσθαι habent noſtri etiam duo codices mssti cum iis quorum lectionibus Caſaubonus uſus eſt: ſic fere rurſus p. 662. a. (ubi quidem deeſt illa ecloga in Epit.) ἐν ὑποτριμματίζεσθαι ſcribitur in membranis *A*. Adſenſus vero ſum Caſaubono, ſeparari debuiſſe voces, & ζέσαι ſcriptum oportuiſſe: idque hoc loco, ſicut ille altero fecerat, in contextum recepi. Cuius quidem uſus verbi iſtius, activâ notione, non aliud exemplum nunc in promtu habeo, niſi illud, ἀποζέσας σίλουρον, IV. 132. d. & huic ſimile, I. 7. e. Pro ἐγχέλιον, quod h. l. habebant edd. & mssti, aut pro ἐγχέλυον, quod erat pag. 662. neceſſario ἐγχέλειον penultimâ longâ fuit ſcribendum, ſicut communi librorum conſenſu ſcribitur III. 104. f. Eumdem errorem correximus VII. 286. b. Pariterque III. 96. b. ἐγχελείου legendum videtur. Similiter etiam apud Pollucem VI. 58. ubi ἐγχέλυα vulgo editur, ἐγχέλεια neceſſario deſiderabat metrum. Conf. Ariſtophanis Acharn. vs. 1043. Alia diminutiva forma vocabuli ἔγχελυς, eſt ἐγχελύδιον, paulo poſt, lit. f. *Ibid.* Pro ἄλες, quod hîc agnoſcunt libri omnes, ἅλας malles cum CORAYO ex pag. 662. Id vero ſi placet, oportebat etiam *verſ. ſeq.* χλόην, pro χλόη, quod quidem & hîc & illic agnoſcunt libri. In abrupta oratione, nullo incommodo teneri poſſe videtur librorum ſcriptura.

d *Septimum verſum* percommode in hunc modum interpretatus eſt doctiſſimus CORAY: »*Adeſt-ne hoedi caro?* »*pariter aſſa eſto. Caro altera*, (i. e. *agnina*; nam oppo»nuntur vulgo τὰ ἐρίφεια τοῖς ἀρνείοις) *contra*: id eſt, »*elixa eſto.*«

Verſ. 8. Mirum videri poſſit, *farciendum* dici *lienem*: & σεσάχθω ad νῆστιν fortaſſe relatum malles. At quamvis noſtro palato *lien* nec farctus nec nudus admodum ſapiat, aliter de hoc viſcere iudicarunt veteres; apud quos etiam *torreri* & neſcio quo *exquiſito condimento parari* ſolitum reperias, III. 49. f. Ut hîc, ſic etiam III. 96. c. coniunctim nominantur σπλὴν & νῆστις. Quae *extremo verſu* deſunt, ea expleta habes p. 262.

AD CAP. XLVI.

e In *EUBULI* ecloga, nec metrum, nec ſenſum expedire admodum potui. Deſperans omiſit Breviator: nil mutant membranae *A*. Metro fortaſſe conſulueris, ſi ita ſcripſeris:

Τὴν τ' εὐπρόσωπον λοπάδα γλαύκου τοῦδε, τοῦ
θαλαττίου, φέρουσαν εὐγενέστερον &c.

Verſ. 3. μίαν ſi cum VILLEBRUNIO in ἀμίαν mutatum velimus, non admodum video quid lucremur. Si teneas, referendum fuerit ad λοπάδα, indicabitque, *in una eademque lance glaucum cum lupo fuiſſe menſae illatum*. Sed nihil equidem definio.

In *ANAXANDRIDIS verſ.* 2. γλαύκου πρόσωπον eſt *glauci caput*. Sic ἔφθὰ πρόσωπα ἰχθύων dixerat idem poëta, VI. 227. c. *Ibid.* Quod ait τοῦ τ' ἀκύμονος δέμας θύννου, h. e. *corpus thynni fluctibus non agitati*: id opponitur ei quod κυματόπληξ Archeſtratus dixit pag. 300. e. & πολυκύμαντος ſive Theophraſtus ſive quis alius auctor apud Noſtrum p. 301. f. ex CORAYI emendatione; cuius vide ad illum locum adnotationem. Piſces autem *fluctibus pulſati*, duriores ſunt & minus pingues, ut docet Archeſtratus l. c. Et ſigillatim de *thynno* notandum hoc loco id, quod ex Plinio Gesnerus adfert pag. 972. lin. 28. ubi, *Thynni*, inquit, *magna ex parte ſuaviſſimi ſunt cum latent*. Quae verba apud Plinium quidem reperire mihi non contigit: ſed ſententiam ductam video ex Ariſtotelis Hiſt. Anim. lib. VIII. cap. 15.

Ἄμφις, ἐν Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις. Sicut in titulo fabulae Alexidis, pag. 294. a. ſic & hoc loco ἐπὶ Θήβας edebatur: ſed Θήβαις rurſus recte dedere membr. *A.* Ibi cum ait *AMPHIS*, ῥαχιστὰ κρανίων μέρη, proprie quidem ῥαχιστὸς idem valet ac κατὰ ῥάχιν ἀνατμηθεὶς, id eſt, *per ſpinam* vel *ſecundum ſpinam dorſi diſſectus*, ut ait Xenocrates de Alim. ex Aquatil. ſect. 37. quem ad locum vide Corayi Animadv. pag. 179. Sed & generatim *conciſus*, *ſectus*; ut monuit H. Steph. Theſ. T. I. p. 523. & III. 670. Confer Heſych. in Ῥαχίζων. f

Ἀντιφάνης δ' ἐν Κύκλωπι. Sic ms. *Ep.* quo in codice hîc, contra morem Breviatoris, index etiam fabulae adiectus. Pro δὲ particulâ, eſt τε in ms. *A.* quae h. l. minus placuit. Coniunctio prorſus omiſſa in edd. Monuit CASAUBONUS: »*ANTIPHANIS Cyclopem* laudat & Iulius »Pollux libro ſeptimo & nono.«

Verſ. 1. Ἔστω δ' ἡμῖν κεστρεὺς ὑμήττιος.

Sine ulla ſuſpicionis ſignificatione vulgatam iſtam ſcripturam tenuit MEURSIUS, in Reliquis Atticis, cap. X. 47. ubi maiusculâ literâ κεστρεὺς Ὑμήττιος ſcripſit; vertitque, *mugil Hymettius*. At ab Hymetto, Atticae monte, novimus quidem celebrari *mel Hymettium*, μέλι Ὑμήττιον, itemque *ſerpyllum ex Hymetto*, apud Theophraſtum & apud Athen. XV. 681. e. Sed *mugilem* piſcem ab *Hymetto* nominatum vix credas. Eamdem vero ſcripturam etiam metrum, ni fallor, reprobat: nam manifeſte anapaeſtico rhythmo decurrit iſta ecloga; quae quidem vulgo, nullâ metri ratione habitâ, veluti proſa oratio adpoſita erat. Fortaſſe κεστρεὺς νῆστις ſcripſerat poëta: de quo vide pag. 307. d. e. f. Conſentiunt tamen in ὑμήττιος cum editis mssti noſtri ambo. *Eodem verſu*, pro ὑμῖν, eſt ὑμῖν in ms. *Ep.* Pro πέρκη, quod *verſ.* 2. recte dederunt editiones veteres cum mssti, temere πέρκα legebatur in ed. Caſ.

Verſ. 7. »Pro ψήττας κίσχος, quod interpretari »non eſt, ſcribunt docti ψῆττα, κίχλη. Nec video »quicquam melius.« CASAUBONUS. — *Merulam* interpretatus erat Dalecamp. Id vero Graece κόσσυφος: quod ad metrum non erat aptum. In Epitoma deſunt duo iſta verba, cum duobus praecedentibus.

AD CAP. XLVII.

a Ναυσικράτης Ναυκλήροις. »*NAUSICRATIS* verſus inte»gri non ſunt: ſententiam certe non continent integram. »More ſuo Athenaeus, de *glauco piſce* agens, occaſione »nominis, de *Glauco marino Deo* quaedam affert.« CASAUBONUS. — De *Glauco* piſcatore, poſt deguſtatam immortalitatis herbam vel in piſcem verſo, vel in Deum marinum, confer Ovid. Metam. XIII. 936 ſqq. Nonnum. Dionyſ. XXXV. pag. 869. Tzetzen ad Lycophr. vs. 754. quos ſimul cum Athenaeo laudavit Olearius ad Philoſtr. Icon. p. 833. Adde Pauſan. IX. 22.

In *NAUSICRATIS* teſtimonio, pro uno *verſu primo*, adpoſita vulgo erant iſta verba,

Δύο μὲν φησὶν ἁπαλοὶ καὶ καλοὶ τοῦ ναυτίλοισι πολλάκις.

Quae verba in duo verſus diſtribuimus, inſerta initio ſecundi τε particulâ, quâ fulciretur metrum. Quinam ſint vero *duo illi teneri & pulcri*, quos a *Glauco Deo marino* miſſos dicere videtur, haud ſatis adparet. *Glaucos* fortaſſe *piſces* dixit. Pro φησὶν, quod erat editum, φασὶν dedit codex mstus uterque. Quod *verſ.* 2. ait πελαγίοις ἐν ἀγκάλαις, ſimiliter locutus eſt Euripides, Helen. 1071. & 1456. & Ariſtoph. Ran. 704.

Θεόλυτος μὲν ὁ Μεθυμναῖος, ἐν τοῖς Βακχικοῖς ἔπεσιν. »Alibi citatur *Theoclytus*, poëta antiquiſſimus; quem ab »iſto alium eſſe non autumo. Itaque mallem hic quoque »Θεόκλυτος ſcribi, ut libro XI. [p. 470. b.] ubi lau»datur & Theocles, poëta vetuſtiſſimus, qui *Ithyphalli*»*cos* fecerat. Ea ſunt iudicio meo quae vocantur hîc »Βακχικὰ ἔπη. Ex quo illud ſequitur, *Theoclem* & *Theo*»*clytum* eiusdem poëtae leviter immutata nomina eſſe.« CASAUBONUS. — Nomini Θεόκλυτος favere quidem videtur Graeci ſermonis analogia: ſed ſicuti h. l. ſcripturam Θεόλυτος tenet uterque noſter codex mstus, ſic & libro XI. pag. 470. b. ubi in editis Θεόκλυτος legitur, (qui locus deeſt quidem in Epit.) vetuſtae noſtrae membranae prorſus ut hîc Θεόλυτος habent, eamdemque ſcripturam in codicibus Florentinis repererat Natalis Comes. Laudaturque idem *Theolytus* a Scholiaſte Apollonii Rhodii ad lib. I. vs. 623. Quare lubricum admodum fundamentum eſt, quo niſus Caſaubonus poëtam hunc eum-

dem ſtatuerat cum *Theocle* illo, qui Ithyphallicorum auctor nominatur eodem libro XI. pag. 497. c. Quo accedit quod *THEOLYTUS* patriâ *Methymnaeus* fuerit, teſte Athenaeo noſtro; Theocles autem Naxius vel Eretrienſis perhibeatur, ut Voſſius docet Inſtitut. Poëtic. lib. III. c. 9. ſect. 3. qui quidem quo auctore id dixerit nondum mihi contigit reperire: nusquam enim alibi *Theoclis* mentionem ullam reperi.

ἐν Δίᾳ τῇ νήσῳ. *In Dia inſula;* id eſt, *Naxi.* Nam *Diam* olim nomen ei inſulae fuiſſe conſtat. Quod apud *THEOLYTUM* (*verſ.* 1.) *Glaucus* ait, Ἀνθηδὼν νύ τις ἐστὶν &c. adnotavit CASAUBONUS: »*Glaucum* hunc *Anthedonium* »fuiſſe, etiam Strabo memoriae prodidit.« — Confer Pauſan. l. c. *Ibid.* πλευροῖο dedit uterque codex mſtus: a qua ſcriptura temere diſceſſerant editores. b

Προμαθίδας δ' ὁ Ἡρακλ. ἐν Ἡμιάμβοις. »De *PROMATHIDAE Hemiambis* quaerebamus libro primo capite »XVIII. [ad I. 19. c.] Huius non ſemel vetus Apollonii »interpres meminit: etſi aliquando Προμαχίδας in eius libris invenies ſcriptum.« CASAUBONUS. — Vide Schol. ad Apoll. I. 1126. & II. 817. & 931.

Μνασέας δὲ ἐν τρίτῳ τῶν Εὐρωπιακῶν. Eodem titulo citatur hoc *MNASEAE* opus apud Noſtrum, IV. 158. d. Sed ἐν τρίτῳ Εὐρώπης habes, XII. 530. c. *Mox dein*, Ἀλκυόνης repoſui ex mſstis, cum temere Ἀλκυόνας eſſet editum.

ἁρπάσαντα δὲ Σύμην τὴν Ἰηλύμου καὶ Δωτίδος θυγατέρα. Ad editam olim ſcripturam monuit CASAUBONUS: »Non poteſt mendâ carere vox Ἴκλημος. Hellenismi »ratio vocem illam non admittit. Epitome & Euſtathius, »recitantes hanc hiſtoriam, [nempe ex ipſa Epitoma Eu»ſtathius,] omittunt iſta verba. Interpretes Ἰαλέμου. »Ego Ἰαλύσου; niſus Hermolai Byzantii auctoritate, »qui [in Epitoma Stephani Byz.] *Symen* inſulam, de qua »Athenaeus loquitur, ita nominatam ſcribit a *Syme, Ialyſi* filia, quae eſt haec ipſa.« — Non Ἴκλημος, (ut eſt in ed. Baſ. & Caſ.) ſed Ἴκλιμος habet ed. Ven. Sed Ἰηλυμος eſt in membranis, neſcio quo accentu: & abeſt fortaſſe prorſus (ut haud raro in eodem codice) accentus. Ego terminationem vocabuli mutans, praecedentem conſonam non auſus ſum immutare. Nec tamen fere dubito, Ἰηλύσου aut Ἰηλυσοῦ ſcriptum oportuiſſe: quod eſt idem oppidi nomen. Vide Waſſe ad Thucyd. VIII. 44. c

Ποσειδῶνος αὐτὸν υἱὸν εἶναι καὶ Ναΐδος. Postremum nomen *antepenacute* scriptum edidi, ut est in membr. *A.* Ναίδος scribitur in ed. Ven. Bas. & Cas. 1. Ναΐδος in ms. Epit. & in ed. Cas. 2. & 3. Ante istud nomen perperam deest καὶ particula in ed. Cas. 3. Locum hunc citans vero MEURSIUS, in Theseo, c. 14. p. 49. verbum φησὶν adiicit: quod tamen saepe in huiusmodi citationibus consulto omisisse videtur auctor, ellipsi praesertim familiari Grammaticis scriptoribus.

d τοῖς θέλουσι μαντεύεσθαι. Hoc, quod dedit noster codex Epitomae, haud dubie praeferendum putavi ei quod ex vetustis membr. editum erat, τοῖς θεοῖς. Pausanias IX. 22 extr. Δαίμονα ἐν θαλάσσῃ γενέσθαι, καὶ ἀνθρώποις τὰ ἐσόμενα ἐς τόδε προλέγειν. i. e. *Deum factum marinum, & hominibus etiamnunc praedicere futura.*

Πόσσις δ' ὁ Μάγνης. »Nihil magis obnoxium errori »quam propria nomina; velut istud, Πόσσις. Nam me»lius libro XII. Πόσις. *Posis*, ὑποκοριστικὸν nomen est, »pro *Posidonius*: ut *Amphis*, pro Amphiaraus: *Iphis*, pro »Iphigenia.« CASAUBONUS. — Potest, ut docta, sic vera esse magni Animadversoris observatio, decurtatum esse nomen de quo agitur ex longiore *Posidonius*: similem quidem rationem multa alia Graecorum nomina personarum propria habent; quorum nonnulla commemoravit Etymologus in voc. Ἄμφις, pag. 93. Quâ analogiâ, originem si spectes, utique Πόσις scribi debuerat. Sed usus Graecorum aliter fortasse decreverat: certe in scripturam per geminatam sibilantem non modo hîc uterque noster codex ms. consentit; sed rursus Πόσσις in ms. *A.* scribitur, XII. 533. d. ubi deest in ms. *Ep.* testimonium huius scriptoris. Ac fortasse eâ ipsa formâ distinguebatur proprium nomen ab appellativo.

ὅτε Ἰάσων μετὰ τῶν Τυῤῥηνῶν ἐμάχετο. »Quod mira»bilis illa navis Argonautarum etiam in *Etruscum* mare »e Ponto devenerit, non solus *Posis* credidit. Lege Apol»lonii Argonauticorum librum IV. [vs. 559 sqq.] Sed »*Glaucum* in *Argonautarum* albo neque Orpheus recen»suit, neque Apollonius, neque Valerius Flaccus.« CASAUBONUS. — Pro θεωρηθῆναι, est θεαθῆναι in ms. *Ep.*

AD CAP. XLVIII.

Ubi adponere adgreditur Auctor noſter *ALEXANDRI Aetoli* verba, poterat vel ὡς vel ὅτι ſcribere; utramque ut iungeret particulam nil erat opus. Et lubens equidem cum Epitomatore abeſſe patiar priorem: ſed poterat etiam utraque ſimul teneri, ut habent edd. cum ms. *A.* In *verſ.* 5. VALCKENARIO obtemperavi, ad Theocr. pag. 213. pro vulgato τιν' corrigenti νιν, quod valet αὐτούς. Ὕδνης φησὶ, τῆς Σκύλλου τοῦ Σκιωναίου. Vide Weſſeling. & Valckenaer ad Herodot. VIII. 8. & Iacobs ad Anthol. Vol. II. Part. I. pag. 263 ſq. Scripſerat BRUNCKIUS noſter in Notis ad Apollonidae Epigr. XVI. quod eſt in Analect. T. II. pag. 136. »Sciam aliquando, quid »in Athenaei ſcriptis libris ſit: ubi forte reperietur Κυά»νης φησὶ τῆς Σκυλλίου.« — At nihil aliud, niſi quod editi libri habent, in codice Pariſ. *B.* deinde reperit idem vir doctiſſimus: & eamdem ſcripturam, Ὕδνης & Σκύλλου tenent etiam multo meliores libri noſtri *A.* & *Ep.*

Ibid. ἰδίως δὲ καὶ περὶ τῆς βοτάνης λέγει &c. »Herba »illa, *cuius eſu dicitur Glaucus mortalitatem mutaſſe immortali»tate*, hîc non nominatur: *ſedum* autem fuiſſe ſive ἀειζῶον, »veteres prodiderunt; ut legimus libro ultimo, [XV. »679. a.] & apud Iſaacium Tzetzem. « CASAUB.

Νίκανδρος δ', ἐν τρίτῳ Εὐρωπίας, Νηρέως ἐρώμενον τὸν Γλαῦκον ἱστορεῖ γενέσθαι. Pro Νηρέως, quod habent editiones omnes, recte Νηρέως dedit uterque codex mstus. Praecedentia verba quum eodem modo, quo nos edidimus, ſcripta in ed. Ven. fuiſſent, editor Baſileenſis ante Εὐρωπίας *aſteriſcum* vel *crucis figuram* poſuit; quaſi ibi vel deſideraretur aliquid, vel alio modo corruptum eſſet. Illius editionis exemplo utens DALECAMPIUS, ſuppleturus id quod deeſſe videbatur, locum ſic latine convertit: *Nicander, tertio Colophoniorum, ab Europia Nereide Glaucum amatum fuiſſe, prodidit.* Cuius interpretis veſtigia in Graeco contextu ſuae editionis ſecutus CASAUBONUS, ſic edidit ἐν τρίτῳ . . . . Εὐρωπίας, relicto ſpatio; quaſi haud dubie aliquid intercidiſſet. At in *Animadverſſ.* deinde haec monuit: »Conatum doctorum virorum in emendandis »iſtis verbis non reſpondiſſe voluntati, arguunt Excer»pta: in quibus obſervatur hinc, *Glaucum fuiſſe amatum* »*a Nereo*, non ab Europa Nereide, ut illi corrigunt.

»Quare verius eſt quod de voce Εὐρωπίας ſemper exi»ſtimavimus, latere ſub illa *titulum unius librorum Nican»dri.* Poſſis legere, ἐν τρίτῳ Εὐρωπιακῶν Νηρέως ἐρ. »Sic ſtatim *Aetolica* eius poëtae laudantur: alibi *Oetaica*, »*Colophoniaca*, & *Boeotica.* Quia tamen *Europiaca* NI»CANDRI nusquam nominantur, & turpe eſt ſine lege »loqui, ſcribo, ἐν τρίτῳ Ἑτεροιουμένων. Cum enim de »Glauci mutatione ſit ſermo, optime argumento conve»nit libri index, *De iis qui Mutati ſunt.* Poëma erat ſimi»le Ovidianae metamorphoſi. Eius iterum meminit Athe»naeus hoc libro; [pag. 305. d.] & multos verſus inde »ſumtos legere eſt apud Antonium Liberalem & alios.« — At iſta quam audax, quaeſo, quamque violenta mutatio! Nempe ſummo viro iſta ſcribenti non obverſabatur locus Stephani Byz. in Ἄθως, ubi citatur idem Νίκανδρος πέμπτῳ τῆς Εὐρωπείας: de quo monuit Vossius, lib. IV. De Hiſtoric. Graec. pag. 474. Praeſtare autem videtur ſcriptura Εὐρωπίας, quae eſt apud Athenaeum, iſti Εὐρωπείας. Valet enim τῆς Εὐρωπίας idem ac τῆς Εὐρώπης: & eſt iſtud *Europae* nomen poëtis familiare, ut ex Sophocle & Euripide adnotavit idem ipſe Stephanus, in Εὐρώπη. Quare nil opus eſſe iudicavi, ut cum Rutgersio Var. Lect. II. 18. τῆς Εὐρωπείας apud Noſtrum corrigeremus. Breviator ſuo more titulum libri omiſit.

a Verbum ϑηρᾶσαι recte ex msstis reſtitutum in ed. Caſ., niſi quod perperam *acuto accentu* ibi notetur, ϑηράσαι. Monſtroſe vero ϑαραλάσαι ſcriptum in ed. Ven. & Baſ.

Ibid. ὃν λειποθυμοῦντα ὑπὸ τῆς διώξεως ἀπαγαγεῖν ὑπὸ κρήνῃ τινι, καὶ τῇ παρακειμένῃ πόᾳ ἤδη ἀποψυχόμενον ἀπομάσσειν. Dalecampius: *ac eum, quod acrius ſectando inſtitiſſet, defectum animo & captum prope fontem quendam tuliſse, aciam refrigeratum exanimatumque abstersisse herbâ vicinâ.* Ad quae Casaubonus nil aliud monuit, niſi: »Scribe ὑπαγαγεῖν, non ἀπαγ.« — Quam ſcripturam ſicut non ſpreturus eram ſi dediſſent libri, ſic invitis libris inferendam non exiſtimavi. Videtur autem Caſaubonus cum Dalec. verbum illud activâ notione accepiſſe; quod equidem neutraliter ſive reciproce accipiendum iudicavi, *abiiſſe, ſe recepiſſe:* parique ratione ἀπομάσσειν, quod ſequitur, pro ἀπομάσσεσθαι vel ἀπομάσσειν ἑαυτὸν accepi. Eadem Athenaei ſive Nicandri verba citans Pierson ad Moerin pag. 170. pro ὑπὸ κρήνῃ τινὶ, legen-

dum ἐπὶ cenſuerat. Quae emendatio non magis neceſ- a
ſaria, quam iſta Caſauboni, mihi viſa erat. Sed pro ὑποψυχόμενον, quod conſentiente quidem utroque cod. msto hîc legebatur, omnino ἀποψυχ. eodem PIERSONO praeeunte corrigendum putavi. ὑποψύχεσθαι, *modice & ſuaviter refrigerari* ſignificat: & ſatis aptum huic loco id verbum videri poſſet, ſi eſſet in futuro poſitum, nec adiectam haberet voculam ἤδη. Perſpecte Dalecampius ad verbum *refrigeratum* (quod de *rigore artuum poſt mortem* intellexiſſe videtur) adiecit *exanimatumque*: nempe tale aliquod verbum deſiderabat orationis connexio: at id non ὑποψύχεσθαι erat, ſed ἀποψύχεσθαι vel ἀποψύχειν. Nec vero diffitendum, non tam paſſivo vel medio, quam *activo* verbo ἀποψύχειν, *animam efflare*, *extremum ſpiritum reddere*, uti ſolere Graecos ſcriptores; de quo & diſerte Euſtathius monuit ad Iliad. χ'. pag. 1348, 51. Quo & pertinent exempla ab H. Stephano collecta, Theſ. Gr. Ling. T. IV. pag. 742. & a Wetſtenio ad Evang. Lucae c. 21, 26. Attamen in eadem ſignificatione verbo etiam *paſſivo* vel *medio* uſus eſt Epictetus; cuius verba (ab eodem Wetſtenio etiam citata) haec ſunt, Diſſertationum libro IV. cap. 1. ſect. 147. Κἂν τινα ὑμῶν ἴδῃ μόνον συνεστραμμένῳ βλέμματι, ἀποψυχόμενοι. Id eſt: *Qui* (Caeſar) *ſi modo quempiam veſtrûm tetrico vultu adſpexerit, exanimati eſtis.* Paulo poſt, τὴν δύναμιν recte dedere mssti.

Ἡδύλος δ' ὁ Σάμιος. Ad editam olim ſcripturam, Ἡδύλογος, monuit CASAUBONUS: »*Hedylogus Samius vel* »*Athenienſis*, ſemper alibi in his libris, & apud auctores »alios, *HEDYLUS* nominatur: neque dubium, etiam hîc »ſcribi debere Ἡδύλος, ut in Epitoma. « — Et noſter ms. *Ep.* & ms. *A.* in veram conſentiunt ſcripturam.

Ἡδύλῃ δὲ &c. De *HEDYLA poëtria* egit Olearius in Diſ- b
ſert. de Poëtriis Graec. ſect. 36. in Wolfii Poëtriis Graec. pag. 161. ubi tamen nihil fere aliud profertur niſi quae hîc auctor noſter habet. In illius *verſ.* 1.

ἢ κόγχου δώρημα φέρουτ' Ἐρυθρᾶς ἀπὸ πέτρης,

cum utroque codice noſtro msto editiones etiam Ven. & Baſ. Ἐρυθραίης tenebant. Igitur DALECAMPIUS, cum interpretatus eſſet *concham ex Erythraeis ſcopulis*, adnotavit in ora: »*Concham Veneream*, ſupra Amathitin; quae »affertur e mari rubro. Propertius: *Venit & e rubro concha* »*Erycina ſalo.*« — Sed quum Ἐρυθραίης non ferret me-

b trum, tacite Casaubonus ἐρυθρᾶς edidit; quasi adpellativum id esset nomen, *a rubra petra*. Mihi tamen videbatur, proprium utique nomen aliquod hîc posuisse poëtriam; quare unciali literâ primâ scripsi. Utrum vero de *Erythraeo* mari, an de alio nescio quo loco e pluribus, quibus Ἐρυθρὰ vel Ἐρυθραὶ nomen fuerit, cogitaverit illa, definire equidem non ausim. Sed quoniam & in adpellativo nomine ἐρυθρὸς & in propriis inde denominatis ρυ syllabam longam facere solent Graeci poëtae, quae in isto versu brevis esse debet; videndum puto, ne fortasse non Ἐρυθρᾶς, sed Ἐρύθης scribi hoc loco debuerit; quod (quemadmodum Stephanus Byz. in Ἐρύθεια docet) idem valeret ac Ἐρυθείας; ut intelligeretur illa poëtarum fabulis celebrata insula *Erythea* vel *Erythia*, in Atlantico mari olim prope Hispaniae oram sita, quae maris fluctibus deinde hausta est. In illius quidem insulae nomine syllabam ρυ brevem usurpant poëtae; veluti Dionysius Periegeta, vers. 558.

ἤτοι μὲν ναίουσι βουτρόφον ἀμφ' Ἐρύθειαν.

In *Hedyles* vers. 3. τῇ νύμφῃ δυσπείστῳ ἀθύρματα. Vulgatum δύσπιστος tenent membr. *A*. In ms. *Ep.* istud ipsum unum vocabulum omissum. Commode vero adnotavit Casaubonus: »Lego δυσπίστῳ, *inexorabili*: »aut δύσπιστον, *cuius oratio parum efficax fuerit ad persua-*»*dendum*; quarto casu, ut ἔχοντα [φέροντα scribere vo-»luerat] in primo versu.« — Et δυσπίστῳ adoptavit Olearius l. c. Ego vero δυσπείστῳ probavi, ab Heringa commendatum, Observ. cap. 31. p. 287. ubi monuit, δύσπιστον eum significare *cui difficulter haberi fides possit*; δύσπειστον vero, *qui difficulter sibi aliquid persuaderi patitur*. Nimis longe citra necessitatem, a scripturae vestigiis recessit doctissimus Iacobs, δύστηνος corrigens, in Anim-c adverss. ad Anthol. Vol. I. Part. II. pag. 284. Ad *vers.* 5. idem Iacobs monuit: »κείνην accipe de litore ubi *Sirenes* »habitant: nisi forte legendum est, ἀκτὴν γὰρ Σικελὴν »παρενήχετο.«

AD CAP. XLIX.

ΓΝΑΦΕΥΣ. Id est, Fullo. »Huius piscis & Hesy-»chius meminit: [Γναφεύς· εἶδος ἰχθύος.] alius veterum, »opinor, nemo.« Casaubonus. — Qui φύλων piscis

vulgo apud Aristotelem nominatur, eum *fullonem* interpretatus erat Gaza; sed hariolando magis, quam certam rationem secutus. *Ibid.* Vocabulum σπῖλον circumflexo accentu scriptum dedere nostri codices. c

AD CAP. L.

Τῶν θαλασσίων ἐγχέλεων μνημονεύει Ἐπίχαρμος ἐν Μούσαις. »*Anguilla*, *marinus piscis* non est, sed fluviorum »aut lacuum; unde saepe in mare descendit, ait Philo»sophus libro sexto Historiarum, cap. XIII. [cap. XIV. »extr.] Hae sunt quas *marinas* vocabat *EPICHARMUS*: »quem poëtam, piscem hunc appellasse πατάνε⸗ιν, obser»vat Iulius Pollux; [VI. 90.] nimirum quod in patella »coqueretur, quae πατάνη Siculis.« CASAUBONUS.

διαποροῦντα τὸ τοῦ γένους παράδοξον. »Nonne me- d
»lius τέλους? in sensu τῆς τελετῆς. Scholiastes in So»phocl. Oed. Col. 1050. [al. 1105.] τέλη, τὰς τελετὰς »exponit.« CORAY. — At ibi τέλη vel τελεταὶ, *mysteria* intelliguntur, vel *initiationes*. Hoc loco intelligendum videtur τὸ γένος τῆς θυτίας vel τοῦ ἱερείου, *genus sacrificii*, sive *victimae*. *Mox*, οὐ χρὴ δ' ἐ θαυμάζειν: & *deinde*, τὸν πρῶτον ἁλόντα, recte dedere mssti. e

AD CAP. LI.

Ἡρόπυθος γοῦν ἐν Ὥροις Κολοφωνίων. *HEROPYTHUS quidem in Annalibus Colophoniorum.* Vide ad IV. 175. e. Scriptorem illum, quem in opere DE Historicis Graecis silentio praeteriit Vossius, ab *Herophyto Samio*, qui apud Plutarchum nominatur, (in Cimone p. 484. a.) non diversum statuit SCHNEIDER, in Animadv. ad Nicandri Alexipharmaca pag. 82. ubi etiam docuit vir doctissimus, coloniae conditorem qui Λάκιος apud Nostrum nominatur, eumdem esse qui Ῥάκιος apud Pausaniam aliosque.

Προθέντος γὰρ αὐτῷ τοῦ Λακίου λαβεῖν τοῦ χωρίου f
ἢ ἄλφιτα ἢ ἅλητα ἢ ταρίχους. Cum προσθέντος vulgo legeretur, & ἢ ἅλιτα, monuit CASAUBONUS: »Prima & »ultima vox sunt depravatae. Scribe προθέντος, & ἅλα»τα, vel ἅλευρα.« — Et προθέντος quidem recte dedit ms. *A.* (in Epitoma deest totum Heropythi testimonium:) ista autem verba ἢ ἅλφιτα ἢ ἅλιτα non aliter in membr.

f atque in edd. leguntur. Perſpecte vero CORAY: »Lego »ἄλητα, inquit: quod idem eſt atque ἄλευρα, id eſt, »*farina ex tritico*; quum ἄλφιτα ſint *farina ex hordeo*. Conf. »Foeſii Oecon. Hippocr. in Ἄλητον.« — Quem eo lubentior ſecutus ſum, quo facilior proniorque fuerat ex ἄλητα in ἄλιτα transitus. Suſpicor tamen, antiquum hoc loco tenuiſſe noſtrum librarium, ut duas diverſas lectiones, quarum unam in contextu ſui exemplaris, alteram in ora aut inter lineas adnotatam reperiſſet, temere in ſuo contextu coniunxerit. ἄλητα videtur una vera lectio olim fuiſſe: ea in ἄλιτα erat corrupta: deinde nonnemo ἄλφιτα adnotavit. Inde ἄλφιτα ἢ ἄλιτα homo noſter iunxit. TOUPIUS, Emend. in Suid. Part. III. p. 537. locum hunc Athenaei citans, nonniſi ἢ ἄλφιτα poſuit; ἢ ἄλιτα omiſit. Ibidem idem vir doctus ἀντὶ τοῦ χωρίου legendum cenſuit: haud ſatis video qua neceſſitate, aut omnino quâ cauſſâ; cum nihil vulgatius ſit ellipſi illius praepoſitionis in eiusmodi dictione.

εἵλετο ὁ Κυλάβρας. Cum apud Suidam, in Φάσηλις, ubi proverbium Φασηλιτῶν ϑῦμα exponitur, vulgo ſic legatur, Φασηλίτας γὰρ τάριχος τῷ Καλαβρῷ ϑύειν φησὶ Καλλίμαχος: monuit TOUPIUS, ex Athenaeo corrigendum Κυλάβρᾳ. Recte: nec de terminatione dubitationem cuiquam movere debet, quod hoc loco Κυλαβρος ſcribitur in vetuſtis noſtris membranis: nam eaedem & paulo ante in tertio caſu ſcripturam Κυλάβρᾳ tenent; & deinde rurſus τοῦ Κυλάβρα & τῷ Κυλάβρᾳ, conſentiente in duobus poſterioribus locis etiam ms. *Ep.* Ex eiusdem viri heroisque nomine apud Mich. Apoſtolium (Proverbior. Centur. XX. num. 14.) κόλαβρον, id eſt *porcellum*, fecerunt.

Λάκιον τὸν Ἀργεῖον τῶν σὺν Μόψῳ ἀφικομένων, ὃν τινες μὲν Λίνδιον εἶναι λέγουσιν, ἀδελφὸν δὲ Ἀντιφήμου τοῦ
a Γέλαν οἰκίσαντος, εἰς τὴν Φασηλίδα ὑπὸ Μόψου μετ' ἀνδρῶν πεμφθέντα &c. De *Lacio* eiusque patria conſule quem paulo ante laudavi SCHNEIDERUM ad Nicandr. pag. 82 ſq. Ubi quod ait vir doctus »in verbis ſupra ſcriptis, »ὑπὸ Μόψου πεμφθέντα, videri vitium ineſſe, quoniam »praeceſſerit τῶν σὺν Μόψῳ ἀφικομένων:« iſta quidem non pugnare inter ſe mihi viſa erant. De univerſa re videndus Scaliger ad Euſeb. pag. 80. & quos ille laudavit auctores. De *Antiphemo*, Lacii fratre, conf. Stephanum Byz. in Γέλα. Ad orationem quod ſpectat auctoris noſtri, vi-

deri poterat desiderari verbum finitum; quod in tota periodo nusquam reperitur: sed illud non tam librariorum culpâ intercidisse putem, quam ab ipso Athenaeo omissum, quum (quod saepe aliâs in describendis veterum auctorum verbis ab eo factum observavimus) verba Philostephani a superioribus abrupta, ad quae referebantur, describeret. At Epitomator, aptae orationis connexioni magis intentus, percommodam contexuit periodum huiusmodi: *Φησὶ γοῦν Φιλοστέφανος, Λάκιον τὸν Ἀργεῖον, &c. - - - ἀγοράσαι τὴν γῆν οὗ ἡ Φάσηλις νῦν ἐστι.*

AD CAP. LII.

Ἀριστοτέλης δὲ, χαίρειν, φησὶ, τὰς ἐγχέλεις &c. Pleraque eorum quae hîc referuntur, usque ad ista verba, *ζῶσί τε τὸ ἐπὶ πολὺ ἐπὶ ὀκτὼ ἔτη*: leguntur in Histor. Animal, VIII. 2. exceptis istis, *Ὀχεύονται δὲ συμπλεκόμεναι - - ζωογονεῖται*: quae nec usquam in Aristotelis scriptis hodie reperiuntur, & plane repugnant eis, quae alibi pluribus locis, mira utique, de anguillarum generatione praecepit Philosophus: sed continent aliorum *de coitu anguillarum* sententiam, quam eamdem ab Oppiano expositam legas, Halieut. I. 525 sqq. Iam quod scripsi, *λεπτὰ γὰρ ἔχουσαι τὰ βράγχια, αὐτίκα &c.* & deinde *νυκτὸς μὲν νέμονται*, in his codicum nostrorum secutus sum auctoritatem. In proximis verbis, *ἡμέρας δὲ* &c. temere omissa est *δὲ* particula in ed. Cas. 2. & 3. Paullo superius, recte editum videtur *γλοιῶδες* in ed. Bas. & Cas. *γλινῶδες* habet ms. *A.* & sic quoque ms. *Ep.* in contextu, sed *γλοιῶδες* inter lineas. *γροιῶδες* ed. Ven. Conf. p. 399. c.

Ἐν ἄλλοις δὲ πάλιν Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ, γίνεσθαι αὐτὰς - - - ἐν τῷ βορβόρῳ καὶ τῇ ἰλύϊ σήψεως γινομένης. καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν καλουμένων τῆς γῆς ἐντέρων λέγεται. »Multa hoc loco, ut saepe alibi, ex membranis ad»iecimus. Sunt autem omnia, quae *de anguillarum ortu* »hîc ex *ARISTOTELE* referuntur, sumta de libro Histo»riarum sexto, cap. XVI. Sed minus recte expressa est »Athenaeo mens philosophi: qui nunquam dixit, *gene»rari anguillas ut generantur quae vocant terrae intesti»na;* sed *ex illis ipsis.* Verba eius sunt: *Αἱ ἐγχέλυες »γίνονται ἐκ τῶν καλουμένων γῆς ἐντέρων· ἃ αὐτόματα »συνίσταται ἐν τῷ πηλῷ, καὶ ἐν τῇ γῇ τῇ ἐνίκμῳ. καὶ ἤδη*

c »εἰσὶν ὠμέναι αἱ μὲν ἐκδύνουσαι ἐκ τούτων· αἱ δ' ἐν δια-
»κνιζομένοις καὶ διαιρουμένοις γίνονται φανεραί. Id est: *Na-*
»*scuntur anguillae ex lumbricis qui terrae inteſtina dicuntur.*
»*Ii ſponte ſua generantur in luto & madente ſolo. Iamque viſae*
»*ſunt anguillae, aliae e lumbricis exeuntes; aliae iis ſciſſis ac*
»*diviſis ſunt factae conſpicuae.* Conſtat ex his, quo iure,
»quâve iniuriâ ſit poſitum hîc τὸ καθάπερ ab Athenaeo.
»At, quod in praecedentibus cenſuerunt doctiſſimi viri,
»[Gesnerus, de Aquatil. pag. 44.] pro σήψεως γενομέ-
»νης, legendum eſſe πέψεως, falſi ſunt iudicii: eo dece-
»pti, quod in prioribus editionibus perturbata & mutila-
»ta verba philoſophi recitarentur. Athenaeus iſta illius re-
»ſpicit, [Hiſt. Anim. VI. 16.] καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ δὲ
»καὶ ἐν τοῖς ποταμοῖς γίνονται τὰ τοιαῦτα, ὅταν ᾖ μά-
»λιστα σῆψις. Caeterum quomodo in generatione anguil-
»larum & aliorum quae non fiunt e ſeminibus, & πέψις
»neceſſaria ſit, & σῆψις quoque reperiatur, declarat au-
»reus locus divini philoſophi, in libris DE Prima Philo-
»ſophia; quem non poſſum quin aſcribam. Τῶν αὐτομά-
»των γινομένων, ait, γίνεται οὐδὲν σηπόμενον, ἀλλὰ πε-
»πτόμενον. ἡ δὲ σῆψις, καὶ τὸ σηπτὸν, περίττωμα τοῦ
»πεφθέντος ἐστί. οὐδὲν γὰρ ἐκ παντὸς γίνεται, καθάπερ
»οὐδ' ἐν τοῖς ὑπὸ τέχνης δημιουργουμένοις· οὐδὲν γὰρ ἂν
»ἔδει ποιεῖν. νῦν δὲ τὸ μὲν ἡ τέχνη τῶν ἀχρήστων ἀφαι-
»ρεῖ, τὸ δ' ἡ φύσις.« CASAUBONUS. — In ed. Ven. &
Baſ. poſt verba iſta ſuperiora, ἐν τῇ ἰλύϊ ἀκινητίζουσι,
ſtatim ſic pergebatur, σήψεως γενομένης, omiſſis me-
diis omnibus; quae e msstis adiecit Caſaubonus, quibus
& noſtri codices adſentiuntur, niſi quod γινομένης
(non γενομένης) habet uterque. De adiiciendis eisdem
verbis monuerat etiam ex codice (Epitomae) Corſelia-
no Andreas Schottus, Obſervat. Humanar. lib. I. cap. 6.
De mira Philoſophi ſententia ſuper *generatione anguilla-*
rum confer quae disputavit CAMUS, in Notis ad Ariſtot.
Hiſt. Animal. ſub voce *Anguille*.

d Διὸ καὶ Ὅμηρον - - - τάδε εἰπεῖν· Τείρονθ' ἑγχέλυές
τε &c. Perperam Ὅμηρος ſcribitur in utroque noſtrum co-
dicum, licet in iisdem & infinitivus εἰπεῖν ſequatur, & ac-
cuſativus χωρίζοντα. Poëtae verba leguntur Iliad. φ'. 353.
Ad iſta Athenaei haec notavit CASAUBONUS: »Sic lo-
»quitur (auctor) quaſi ex Ariſtotele haec quoque de-
»ſcriberet non minus quam praecedentia. Hodie in illius

»libris haec non legas. Sed extabant adhuc ſeculo Athe- d
»naei ſcripta alia Ariſtotelis eodem argumento; unde po-
»tuit ea eſſe mutuatus.«

AD CAP. LIII.

Ἐπικούρειος δέ τις εἰκαδιστής. Hinc nomen proprium, *Eicadiſtes*, exſculpſerunt in Indice auctorum ab Athenaeo citatorum; cum εἰκαδισταὶ dicti ſint promiſcue *Epicurei*, qui *viceſimum cuiusque menſis diem* feſtum agerent, & convivio eum diem celebrarent in Epicuri honorem; ut monuit CASAUBONUS ad V. 186. a. & ad VII. 287. f. Vide Diog. Laërt. X. 18. & ibi MENAGIUM. Ab iſto igitur Epicureo, *anguilla*, inter cibos adpoſita, adpellatur ἡ τῶν δείπνων Ἑλένη: puto, utpote *pulcerrimum ferculum*, quod adponi coenantibus poſſet. Tam pulcra enim res videbatur veteribus Graecis *anguilla* menſae illata, ut non modo παρθένον & κόρην & νύμφην, verum & θεὰν ſubinde nominarent. Vide pag. 300. b. c. Iam quod ſignificavi deſiderare me *ante verba* τῶν δείπνων Ἑλένη *articulum* ἡ: nunc demum video non neglectum eum eſſe ab Epitomae auctore, qui ſic habet, εἶπεν, πάρεστιν ἡ τῶν δείπνων Ἑλένη. Pariter Euſtathius, ad Iliad. φ'. pag. 1329, 31. Idem Euſtathius ibidem (moneamus obiter) pro verbis τὶς τῶν συνδειπνούντων ἡμῖν, quae Breviator tenuit, τῶν τὶς ῥητόρων ſcripſit.

In verbis iſtis, τὸ πλευρὸν ἀγαγὼν εἰς ἄκανθαν, vix dubitandum eſt ineſſe errorem: ſed, utrum ἀπάγων, an ἀνάγων aut ἀναγαγὼν, oportuerit, ſive quid aliud, non definiam. — *Homericus verſus*, qui dein citatur, eſt ex e Iliad. υ'. 371.

In *ARCHESTRATI verſu* 2.

Ῥηγίου ἀντίπεραν πορθμοῦ λιφθεῖσα θαλάσσης.

naturalis verborum ordo in hunc modum, ni fallor, concipiendus: λιφθεῖσα (ἐν τῷ μέρει τοῦ) πορθμοῦ θαλάσσης, (ὅ ἐστιν) ἀντίπεραν Ῥηγίου: id eſt, *capta in ea parte freti maris* (Siculi) *quae eſt contra Rhegium:* id uno verbo dici poterat, *prope Meſſanam.* Ibidem locorum laudabantur etiam *muraenae*, quae ſunt e genere haud multum ab anguillis diverſo. cf. I. 4. c. ibique not. & VII. 313. a. Pro ἀντίπερας, quod erat editum, ἀντίπεραν ſcripſi cum ms. *Ep.* Nam quod de voce ἀντιπέρας *penacute* ſcri-

benda, ἀντίπεραν vero *antepenacute*, ex codicum mſſtorum uſu obſervatum paſſim ad Polybium olim adnotavi, (vide Lexic. Polyb.) id analogiâ Grammaticâ, de qua monuere veteres doctores, firmatur. Diſerte quidem Suidas monuit, Ἀντιπέρας penacute ſcribi: eſſe enim vocem compoſitam ex praepoſitione, & genitivo caſu nominis primae declinationis; quare ultimam eſſe longam debere. Illud autem nomen eſſe ἡ πέρα, quod κατὰ γλῶσσαν idem ſignificet ac ἡ γὴ, Euſtathius adnotavit ad Iliad. β. p. 231, 46 ſq. ubi ſimul monuit, vocem πέραν proprie eſſe accuſativum caſum eiusdem nominis.

f *Verſ.* 3. Quum corrupte in edd. legeretur Μέσσην ἐθνητῶν, monuit CASAUBONUS: »Tertius verſus nullo negotio emendari poterat: πάντων Μεσσήνιε ϑνητῶν. »Per apoſtrophen alloquitur *Meſſanios* Mamertinos, eosque ait πάντων ἄλλων βροτῶν πλεονεκτεῖν, id eſt, *felicitate ſuperare caeteros omnes mortales*, ob copiam fretenſium »anguillarum, quae omnium optimae. Meſſanam, in Sicilia, Rhegium e regione ſpectare, ne tirones quidem »ſunt monendi.« — Veram ſcripturam Μεσσήνιε ϑνητῶν perſpicue dedere veteres membr. *A.* In ms. *Ep.* deeſt iſte verſus cum ſequente.

Verſ. 7. In ὅμως conſentiunt mssti cum editis. Id ſi probum, haud fere aliter intelligi debebit ac ſi eſſet ὅλως: nempe, *Attamen undecumque habeas anguillam, ſemper inter omnes alios cibos regnabit.*

a *Poſtremus verſus* ſic vulgo ſcriptus legebatur:

ἔγχελυς, ἣ φύσει ἐστὶν ἀπύρηνος μόνος ἰχθύς.

Quo in loco mirum utique videri debuit, quid eſſet, quod ἀπύρηνος *anguilla* diceretur apud poëtam. DALECAMPIUS, in verſione latina graecum nomen tenens, & maiusculâ literâ ſic ſcribens, *Apyrenos*, adnotavit in ora: »*Apyrenos* fructus proprie dicitur, *cui nullus eſt nucleus. Apyrenon anguillam* μεταφορικῶς Archeſtratus vocat, omni »ex parte teneram, ac ſuccoſi fructus inſtar, dum manditur, in ore liqueſcentem.« — Ante hunc in eamdem fere ſententiam vocabulum illud accipiendum cenſuerat GESNERUS, de Aquatil. pag. 46 med. »Vide, inquit, an »per ἔγχελυν ἀπύρηνον proprium anguillae genus, forte »*lampredam* intelligat, quae & delicatiſſima eſt, & tota »ἀπύρηνος, puto; id eſt, *ſine omni oſſium ſpinarumque duritie*; anguilla non item.« — Disputaverat nonnihil ſu-

per hoc loco CASAUBONUS in Animadv. ad II. 57. c. ubi a vide. Rurſus eumdem locum tetigit haud multo ante, in Animadv. ad VII. 284. e. Denique hoc ipſo loco: »Vi»deamus, inquit, quod *de natura anguillarum* ſcribit *ARCHESTRATUS*: Ἔγχελυς, ἣ φύσει ἐστὶν ἀπύρηνος μόνος »ἰχθύς. Euſtathius, prolato iſto verſu, notat: [ad Iliad. »φ'. p. 1329, 33.] Ἔνθα ὅρα ὅτι πυρῆνα ἐκεῖνος ἔφη ἀστείως »τὴν ὀστώδη ἰχθυηρὰν ἄκανθαν. *Obſerva*, inquit, *poëtam* »*appellaſſe eleganter* πυρῆνα (i. e. *nucleum*) *osseam pi»ſcium ſpinam*. Recte Euſtathius; neque eſt aliter in»terpretari eam vocem. Atqui falſum hoc, anguillam eſ»ſe penitus exoſſem; niſi de aliqua peculiari eius ſpecie »hodie incognita loquebatur poëta. Habere enim *ſpinam* »hunc quoque piſcem, & αὐτοψία arguit, & teſtimonia »ſcriptorum; ut paulo ante Athenaeus, de Epicureo ica»diſta, ἐγχέλυος παρατεθείσης, ἐπιβαλὼν ἐψίλωσε τὸ πλευ»ρὸν, ἀγαγὼν εἰς ἄκανθαν. Sed, ut hoc Archeſtrato con»cedatur: falſum eſt rurſus, *ſolam anguillam ex omni pi»ſcium natura carere ſpina*: nam & antacaeus eſt ἀνάκανθος, »& huſo Danubii, qui eſt alius ab antacaeo Pontico. Ve»rum de huſone Germanico facilis reſponſio: eum enim »Archeſtratus notum non habebat. Antacaeum non fuiſ»ſe illi incognitum, dicebamus capite ſeptimo, [ad pag. »284. e.] neque mutamus ſententiam: ſed levis erat illa »notitia, &, ut videtur, nominis potius, quam rei, vel »naturae antacaeorum.« — Ad quam disputationem plura reſponderi poſſunt, quae non ſunt huius loci. Illud unum velim obſervari: ſi ἀπύρηνον *anguillam* dixiſſet Archeſtratus ea notione, quam volunt iſti doctiſſimi viri, quaſi ἀνάκανθον, *quae ſpina dorſi careret;* non ſine animadverſione transmiſſurum hoc ipſum fuiſſe Athenaeum, quod non modo nemo alius auctor dixiſſet, e magno numero eorum quos de anguillis loquentes citat, ſed quod etiam cum obviae omnium obſervationi, tum planiſſimis ipſius Athenaei verbis, qui paulo ante *ſpinam anguillae* diſerte nominaverat, manifeſte fuiſſet contrarium. Neque nos in hac re magnopere commovere EUSTATHII auctoritas debet: cui doctiſſimo Homeri interpreti ſicut magnae grates habendae ſunt, ubi *veterum Grammaticorum* de uſu ac vi rariorum vocabulorum dictionumve ſententias adfert, ſic, ubi *ipſe ſuo nomine* aliquid interpretatur, non plus tribuendum eſt, quam alii cuivis interpreti, quem non ul-

a tra ſequi convenit quam res & ratio ſuadet. Quare hoc loco equidem non dubitandum duxi, quin doctiſſimi CORAYI veriſſimam amplecterer emendationem, in Notis ad Hippocratis libellum de Aëre, Aqua & Locis, pag. 242. propoſitam, ἀπήρινος μόνος ἰχθύς: *anguilla, ſolus piſcis qui partibus careat genitalibus*: quod mire convenit cum illa Ariſtotelis de generatione anguillarum ſententia, quae paulo ante expoſita eſt. Habes apud Suidam: Πηρὶν, (*genit.* πηρῖνος) τὸ αἰδοῖον. Primus caſus Πηρὶς formatur apud Heſychium; ubi Πηρίς· ὄσχη, κήλη, αἰδοῖον. Et, eſſe nomen duplicis in recto caſu terminationis, ſed cuius reliqui caſus eodem modo flectantur, diſerte adnotavit Etymologus pag. 671. Πηρὶν, inquit, δικατάληκτόν ἐστι· σημαίνει δὲ τὸν ὄρχιν. ἀπὸ τοῦ σπείρω, σπειρὶν καὶ πηρίν· παρὰ τὸ σπείρειν δι' αὐτοῦ τέκνα. Sic & in Cyrilli Lexico msto, citato ab Heſychii editore: Πηρῖνες· οἱ ὄρχεις. Denique ſimilia apud alios habes Grammaticos. Confer, quem idem Coray laudavit, Foeſium in Oecon. Hippocr. voc. Πήρινα. Quam vero pronus fuerit librariis ex ἀπήρινος in ἀπύρηνος tranſitus, nil opus eſt ut moneamus lectorem. In eamdem, quam cum Corayo diximus, ſententiam accipiendum eſſe illum Archeſtrati verſiculum, iam VILLEBRUNIUS, ac fortaſſe ante hunc is, e cuius ſchedis ille profecerat, ADAMUS, neſcio qua divinatione, intellexerant. Et in verbis quidem nil mutandum Villebrunius cenſuit; ſed ipſum vocabulum ἀπύρηνος, quod habent hodie codices Athenaei, *ſterilis* ille interpretatur, provocans ad Theophraſt. de Cauſſis Plantar. lib. III. cap. 25. cuius e verbis manifeſtum fieri contendit, vocem ἀπύρηνος idem atque ἄφορος (id eſt, *ſterilis*) ſignificare. At ibi pro corrupto τὴν ἀπειρηνίαν, nempe γῆν, legendum eſſe τὴν ἀπειρηκίαν, id eſt, *terram viribus exhauſtam a qua nihil amplius ſperari poſſit*, perſpecte docuit idem ſagaciſſimus CORAY, in iisdem, quas modo laudavi, in Hippocratem Notis.

AD CAP. LIV.

Ὁμήρου δὲ εἰπόντος &c. Reſpicit poëtae verſum ſupra citatum, pag. 298. d. ex Iliad. φ'. 353. Ad id quod hoc capite agitur, haec eſt Animadverſio CASAUBONI: »Cum »ἔγχελις dicatur & ἔγχελυς recte, non tamen pro-

» miſcua fuit Atticis harum vocum uſurpatio, ut hoc lo- a
» co obſervatur. Enarrator autem Ariſtophanis [ad Acharn.
» 889.] hanc litem ita dirimit, ut dicat, per *iota* ſcribere
» Boeotos, per *υ* Athenienſes. Melius noſter, & accu-
» ratius. «

ARISTOPHANIS verſus ex *Acharn.* citatus, eſt num. 889. in ed. Br. ubi τὴν ἀρίστην ἔγχελυν habent codices Ariſtophanei, non κρατίστην, quod apud Noſtrum tenent cum editis mssti, & ex Epitoma Euſtathius ad Iliad. φ'. pag. 1329, 18.

καὶ ἐν Λημνίαις. » *ARISTOPHANIS Lemniae* ſaepius citan- b
» tur Polluci libro VII. Harpocrationi in ἀρκτεῦσαι, & aliis.
» Eodem titulo plures Tragici fabulas ediderunt, ut ante
» diximus. « CASAUB. — Equidem nec ubi de Tragicorum fabulis iſto titulo editis ante hunc locum dixerit vir doctus, nunc recordor; nec ullius Tragici *Lemnias* usquam memoratas reperio. Comicorum, *Menandri* & *Nicocharis*, *Lemnias* novimus a Noſtro laudatas: illius, VI. 230. d. & 258. c. d. huius, VII. 328. e. & X. 426. f. Quae ex *Ariſtophanis Lemniis* hic proferuntur verba, eadem auctiora recurrunt pag. 302. d.

CRATINI verſiculus ex *Plutis* repetitur pag. 303. d. ubi initio adiicitur vocula καὶ, quae hic deeſt, ſed ad ſenatii modulum deſiderabatur.

Qui ex *ARISTOPHANIS Equitibus* citatur verſus, eſt num. 864. in ed. Br. ubi pro ὥσπερ, quod hîc tenent mssti noſtri cum editis, rectius ὅπερ legitur, quemadmodum apud eumdem Noſtrum paulo poſt, lit. c. Apud Etymologum vero p. 312 ſub fin. ubi idem citatur verſus, ὅπερ quidem edidit Sylburgius; ſed, in veteribus exemplaribus ὥσπερ ſcriptum fuiſſe, (quemadmodum hîc apud Athenaeum) teſtificatur idem in Notis. Quem deinde citat Noſter ex eiusdem Comici Δευτέραις Νεφέλαις, Τὰς εἰκοῦς &c. is legitur in *Nubibus* hodie exſtantibus, vs. 559. Quare ex hoc Athenaei loco, & ex VIII. 345. f. coll. cum Nub. vs. 983. collegit BRUNCKIUS noſter, (in Fragm. Ariſtophan. pag. 256.) quae hodie ſuperſunt *Ariſtophanis Nubes*, eſſe eas Δευτέρας Νεφέλας: id eſt, alteram & emendatam eiusdem fabulae editionem, anno ſequenti poſt editas primum Nubes, denuo ſcenae commiſſam. (Conf. eumdem Brunck in Notis ad Nubes, pag. 64 ſq.) Cui tamen rationi videri poterat obſtare id quod legitur

b apud Athen. IV. 171. c. ubi vide Notata. Qua occasione dixerit fortasse aliquis, potuisse eadem verba cum in priore, tum in posteriore eiusdem fabulae editione legi. At, sicubi diserte citatur versus aliquis *ex priori*, aut *ex posteriori editione*, intelligi par est, eumdem versum in altera editione non eodem modo scriptum fuisse.

ἐν Σφηξί. Vide *ARISTOPH. Vesp.* 510. ed. Br. (olim 508.) ubi quidem in Aristophaneis libris non ἐγχέλεσιν legitur, quemadmodum hîc apud Nostrum habent mssti cum editis, sed ἐγχέλυσιν: minus recte, ut videtur.

Στράττις δ' ἐν Ποταμίοις ἔφη. Recte ἔφη dedit ms. *A.* Nec aliud in suo exemplari hîc legerat Breviator; qui, omisso (ut solet) dramatis titulo, sic habet: καὶ Στράττις· ἐγχέλεων ἀνεψιός. Sed in Ποταμοῖς consentiunt cum editis membranae: quam ad scripturam cum accederet in editis verbum ἔφυ pro ἔφη, locum hunc ita interpretatus erat Dalecampius: »Strattis:

»*Natus est in fluviis* ἐγχέλεων *consobrinus.*«

Neque in hunc locum quidquam animadversum a Casaubono reperitur: & fabulae titulus, e qua Athenaeus verba quaedam hîc citavit, nec in Indice Auctorum ab Athenaeo laudatorum, nec apud Casaubonum in Fabularum Strattidis recensu, quem dedit in Animadv. ad Athen. lib. VII. pag. 327. e. nec apud Fabricium in Bibl. Graeca T. I. p. 790 sq. (ubi de STRATTIDIS *fabulis* agitur) occurrit. Sed isti recensui adiiciendam esse fabulam, cui Ποταμοὶ titulus, primus monuit Iungermann ad Polluc. IX. 78. Denique, non Ποταμοὶ fuisse illius fabulae indicem, sed Ποτάμιοι, ab *Atticae demo* petitum, *cui id nomen erat*, extra dubitationem posuisse videtur HEMSTERHUSIUS, in Notis ad Aristoph. Plut. p. 470 sq. cuius quidem diligentiam effugerat hic Athenaei locus, qui etiam notandus est ad Harlesianam editionem Bibliothecae Graecae Fabricii, T. II. pag. 498.

c *SIMONIDIS* verba, ὥσπερ ἔγχελυς κατὰ γλοιοῦ, in Proverbiis Erasmianis ralata sunt ab *Hadr.* IUNIO p. 577. adiectâ interpretatione, *Anguilla in strigmento*: quod in *lubricae fidei hominem* dictum ille iudicavit, contulitque cum isto Aristophanis verbo, λεῖος ὥσπερ ἔγχελυς, id est, *instar anguillae lubricus*. DALECAMPIUS, cum κατὰ praepositionem non usurpari solere ea notione meminisset, με-

τὰ γλοιοῦ (si recte percepi viri mentem) maluit; adno- c
tavitque: »Iunius γλοιὸν interpretatur *olei faecem uvidam:* »ego vero, *ſtrigmentitium mucum ac lentum*, cuius ſupra »mentio facta eſt.« VILLEBRUNE in eamdem fere cum Iunio ſententiam, nihil de ſcriptura dubitans, interpretatus eſt: *C'eſt comme une anguille frottée de fine huile.* Et in ſubiectâ notâ: »*Il eſt encore plus difficile de la tenir.*« Ego praepoſitionem κατὰ ea notione accipiens, quam habet paene conſtanter ubi cum genitivo caſu conſtruitur, verbum *conquerens* ex coniectura ſupplevi; cogitans, ſimile quidpiam dicere voluiſſe Simonidem ei quod eſt apud Iuvenalem: *Quis ferat Gracchos de ſeditione querentes?*

Qui continuo ſequuntur iambi, Ἐρωδιὸς γὰρ &c. quum non alius nominetur auctor, eiusdem videntur eſſe SIMONIDIS. In verbis nil mutat, quod ſciam, ms. *A.* In *Epit.* vero deſunt iſti verſiculi. Quorum in priore fortaſſe non Μαιανδρίην, ſed Μαιάνδριον ſcriptum oportuerat. Solent certe eiusmodi adiectiva ſub terminatione maſculinâ etiam in foemininо genere uſurpari: & ἐγχέλεις Μαιάνδρειοι laudantur apud Clement. Alexand. lib. II. Paedag. p. 164. edit. Potteri.

Ἀριστοτέλης δ' ἐν τοῖς περὶ Ζώων. Sic cum edidiſſet CASAUBONUS praeeuntibus ſuperioribus editoribus, monuit idem in Addendis ad Animadverſſ. »Teſtificor autem fi»dei mei cauſſa, iſto loco ſcribere *Huraldinum codicem*, ἐν »τοῖς περὶ Ζώων Μορίων; ſicut alibi tot numero locis, »de quibus ante diximus ſaepius.« — Videtur eamdem ſcripturam Villebrunius in recentioribus codicibus Pariſinis reperiſſe: certe ſic ſcribit in Gallica verſione: »*Ariſtote, dans ſon traité des Parties des Animaux.*« Sed vocem Μορίων cum editis ignorant membr. *A.* In *Epit.* quidem hoc loco nude ſic ſcribitur: Ἀριστοτέλης διὰ τοῦ ῑ ἔγχελις εἴρηκε. At in Philoſophi libris hodie exſtantibus conſtanter, quod quidem ſciam, ἔγχελυς per υ ſcribitur. Caeterum de *ARISTOTELIS Libris* ab Athenaeo maxime citari ſolitis vide Animadv. ad VII. 282. c. & 286. c.

In *ARISTOPHANIS* ecloga ex *Equit.* vs. 864 ſqq. recte nunc Ὅπερ (non, ut paulo ante, ὥσπερ) ſcribunt libri omnes. Quod dein ait Auctor noſter, ὅθεν (nempe ὅτι d ἡ ἔγχελυς ἐκ τῆς ἰλύος λαμβάνεται) καὶ τοὔνομα εἰς ῡς ἀπερατώθη; inde corrigendum id quod perperam vulgo ſcribitur apud Etymologum pag. 312 ſub fin. Ἔγχελυς,

παρὰ τὸ ἔχεσθαι ἐν τῇ ὕλῃ, ὅ ἐστι ζωγρεῖσθαι. Oportebat ἐν τῇ ἰλύϊ: de quo & Sylburgius in Notis monuit. Caeterum pro ὄθεν, quod habet ms. *Ep.* cum editis, eſt ἔνθεν in ms. *A.*; quod teneri poterat, ac fortaſſe etiam teneri debebat: certe, ſicut ἔνθα non modo *ibi* ſignificat, ſed & *ubi*, relativa notione; ſic & ἔνθεν non modo *inde*, ſed & *unde*.

AD CAP. LV.

e πολὺ τῶν θεῶν γάρ ἐστι τιμιωτέρα. »Lepidiſſimi ſunt »verſus ANTIPHANIS, quibus traducuntur *Aegyptii*, quod »*anguillam pro Deo colerent.* Sed, in quo praecipue ſita »elegantia, parum vulgo attenduntur: nam, cum ait, πολὺ »τῶν θεῶν γάρ ἐστι τιμιωτέρα, ludit in ancipiti vocis »τιμιωτέρα, quae & *carior* & *honoratior* poteſt ſignificare.« CASAUBONUS. — Nos Graecis verſibus Latinam GROTII verſionem ſubiecimus, ex eiusdem Excerptis pag. 614.

Poſtremus verſus, in ed. Caſ. 2. & 3. operarum errore in hunc modum foedatus legebatur,

οὕτως ἐσθ' ἅγιον τελῶς τὸ θηρίον.

Quem ſic corrigebat KOPPIERS, in Obſervatis Philolog. pag. 43.

οὕτως ἁγιόν γε παντελῶς τὸ θηρίον.

Videtur vir doctus non modo integrare mutilatam vocem voluiſſe, verum etiam *dactylum* pedem tollere, qui in vulgata ſcriptura *ſecundam ſenarii ſedem* occupat. Sed iam tot exempla iamborum vidimus, ex variis poëtis citatorum, in quibus ſecundus aut quartus pes dactylus erat, ut nimis ſevere praecipere videantur hi, qui nihil tale ferendum contendunt.

f In *ANAXANDRIDAE verſ.* 5. pro ἠγῇ, ἡγεῖ dedere membr. *A.* qua de formâ Atticâ iam ſaepe diximus, ſaepius a Brunckio etiam in Atticis poëtis e msstis reſtitutâ. *Verſ.* 6. pro παραπολὺ, perperam περιπολὺ habet ms. *Ep.* vulgatiſſimâ permutatione. *Verſ.* 7. ὕεια plene ſcriptum tenui, ut erat in edd. & msstis. Commodius aliis videbitur ὗε' eliſâ ultimâ vocali. Sic GROTIUS in Excerpt. pag. 643. cuius rurſus *verſione latinâ* uſi ſumus.

a *Verſ.* 11. ἀπηργμένους. Feſtive dictum; proprie *delibatos*, ut reddidit DALECAMPIUS, qui in ora haec adnotavit: »*Mutilati*, vel *recutiti* & *apellae*, vel *caſtrati*. Herodoto li-

»bro II. Aegyptii ſacerdotes ſemper radunt caput, quod a »genus eſt τῆς ἀπαρχῆς. Apud Homerum: ἀπαρχόμενος »κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλεν. Idem ſcriptor eodem »loco tradit, Aegyptios virilia circumcidere, ut mundio»res ſint.« — »Videtur *circumciſionem* reſpicere, quam »Aegyptiorum nonnullis uſitatam plurimi ſcriptores prodi»derunt.« GROTIUS.

Verſus 12. in editis ſic conceptus legebatur:

σὺ μὲν τὸν αἴλουρον κακὸν ἔχοντ' ἢν ἴδῃς.

Quem non mutatum tenuit Grotius; nam, quod ἂν ἴδῃς, pro ἢν ἴδῃς, ſcribitur in eius Excerptis; id operarum errori potius, quam editoris conſilio tribuendum. At vix, & ne vix quidem, in Attico praeſertim poëtâ, ferenda dictio erat κακὸν ἔχοντ': quae dormitanti exciderat librario, cum κακῶς ἔχοντ' poſtularet Graecorum uſus. Itaque PIERSON ad Moerin pag. 37. memor ſimul αἰέλουρον potius quam αἴλουρον dicere ſolitos Atticos, ſic corrigendum verſum cenſuit:

σὺ μὲν αἰέλουρον ἢν κακῶς ἔχοντ' ἴδῃς.

In quo praeeuntem habuerat DAWESIUM in Miſc. Crit. pag. 261. (pag. 258. ſecundae edit.) niſi quod ille αἰόλουρον maluerat: quod quidem eo minus erat neceſſe, quoniam diſerte Etymologus docet, (pag. 31. lin. 43.) per ἀντίθεσιν, nempe vocali ο in ε mutata, αἰέλουρον dici, παρὰ τὸ αἰόλον καὶ (lege κατὰ) τὴν οὐράν. Et illud ipſum αἰέλουρον perſpicue hîc (quemadmodum & paulo poſt, αἰελούρου) dedere noſtrae membr. *A.* in quibus totus verſus ſic ſcribitur:

τὸν αἰέλουρον κακὸν ἔχοντ' ἐὰν ἴδῃς.

Eodem modo ſcribitur in *Epitoma*, niſi quod ea hîc αἴλουρον, & deinde in Timoclis eclogâ αἰλούρου habet; quam ſcripturam inde acceperunt editores. Uterque autem codex mstus in eo verſu, de quo nunc agimus, duo priora verba σὺ μὲν ignorant: quae ex primi editoris ingenio adiecta ſunt. Illis igitur abiectis, ſic refingendum verſum putavimus:

τὸν αἰέλουρον ἐὰν κακῶς ἔχοντ' ἴδῃς.

Nec video, cur articulo ad αἰέλουρον non eſſe locum contenderint docti, quos modo nominavi, Britanni. Pari ſane ratione *verſ.* 5. etiam τὴν ἔγχελυν, adiecto articulo, dixerat. *Verſ.* 13. Pro κλαίεις, perperam κλαίῃς legebatur in ed. Baſ. & Caſ.

a *Timoclis* verſiculi ex *Aegyptiis* ſic ſcripti digeſtique in editis legebantur:

Πῶς ἂν μὲν οὖν σώσειεν ἴβυς ἢ κύων.
Ὅπου γὰρ εἰς θεοὺς τοὺς ὁμολογουμένους
θεοὺς ἀσεβοῦντες οὐ διδόασιν εὐθέως
δίκην, τίν' αἰλούρου βωμὸς ἐπιτρίψειεν ἄν.

Quos ita emendari iuſſit Casaubonus in Animadv.

» Πῶς ἂν μὲν οὖν σώσειεν ἰβυς ἢ κύων;
» Ὅπου γὰρ εἰς τοὺς ὁμολογουμένους θεοὺς
» ἀσεβοῦντες οὐ διδόασιν εὐθέως δίκην,
» τίν' αἰλούροιο βωμὸς ἐπιτρίψειεν ἄν;

» Si quis metri cauſſa [ſic pergit idem] putet, in ſecun» da vocis αἴλουρος, diphthongi loco, alteram tantum vo» calem a poëta uſurpatam, non repugnabo. Multa in » hoc genere ſibi licere volunt poëtae contra communem » loquendi uſum: ut, cum ἕλοψ dicitur Archeſtrato, qui » vulgo aliis ἔλλοψ. Ita fortaſſe Timocles αἴλυρον vel αἴ» λορον appellavit, metro ſerviens, quem vulgus αἴλουρον.« — Caſaubonum in caeteris ſequens Grotius, Excerptor. p. 689. iſtud merito improbavit, quod (*verſ.* 4.) de ſecunda ſyllaba vocabuli αἴλουρος corripienda monuerat doctus Animadverſor: ſed nimis longe a veteri ſcriptura recedens, eumdem verſum ſic concinnavit:

πῶς βωμὸς αἰλούρου τιν' ἐπιτρέψειεν ἄν;

Ubi quod ἐπιτρέψειεν ſcripſit, quamquam eamdem ſcripturam in eiusdem Notis ad h. l. repetitam video, imprudenti ſummo viro id excidiſſe arbitror: nec enim ſignificat verbum ἐπιτρέπειν, *evertere*, quod in verſione ille non male poſuit; & percommode hîc locum habebat verbum ἐπιτρίβειν, quod *perdere* valet. Sic quidem, ne longius abeam, apud Suidam habes: Ἐπιτρίψαι· ἀπολέσαι. Paulo aliter eosdem verſus digerendos cenſuit Davisius ad illa Ciceronis verba, Quaeſt. Tuſc. V. 27. quae huc adprime faciunt, ubi ait: *Aegyptiorum morem quis ignorat? quorum imbutae mentes pravitatis erroribus quamvis carnificinam prius ſubierint, quam ibim aut aſpidem aut felem aut canem aut crocodilum violent.* Nos *verſ.* 1. ἴβις correximus, praeeunte utroque cod. msto. *Eodem verſu* commode quidem cum Dawesio & Pierſono, Πῶς ἂν τιν' οὖν, legas, pro μὲν οὖν: ſed potuerat apud poëtam pronomen perſonale e ſuperioribus verbis, quae ab Athenaeo b praetermiſſa ſunt, intelligi. In *verſ.* 2. tenuimus Caſau-

boni emendationem. *Quarto verſu*, id ipſum quod erat a b DAWESIO & PIERSONO ex coniectura propoſitum, τίν' αἰελούρου βωμὸς &c. dedere veteres noſtrae membranae.

AD CAP. LVI.

Ὅτι δ' ἥσθιον τὰς ἐγχέλεις &c. »*Anguillas* veteres *eſi-*»*tabant betae foliis involutas*, ut obſervat deipnoſophiſta. »Hoc dicebant Athenis ἐγχέλεις ἐντευτλανοῦν. Ariſtopha-»nes, Acharnenſibus: [vs. 893 ſq.]

»— μηδὲ γὰρ ξανόν ποτε

»σοῦ χωρὶς εἶην ἐντετευτλανωμένης.« CASAUBONUS.

Verba ex *EUBULI Echo* adlata, Dorico idiomate concepta ſunt: ſic νύμφα, pro νύμφη: & καλυπτὰ, pro καλυπτή. Pro ἀπειρόγαμος, eſt ἀπειρόγαμε in ms. *Ep.* perperam: nam νύμφα, quam dicit poëta, ipſa *anguilla* intelligitur. *Primus verſus* hexameter eſt. Quae ſequuntur autem verba, cuiusnam ſint metri, haud ſatis apparet. Iſta, ὦ μέγα μοι &c. quibus echo reſpondet, deſunt in ms. *Ep.* Temere μεγά μοι & μεγά σοι in omnibus editionibus (ſic) expreſſa ſunt, accentu ſuper γα ſyllaba poſita: nec aliud quid e ms. *A.* adnotatum. Haud dubie vero μέγα μοι & μέγα σοι oportebat.

In eiusdem *EUBULI*, ex *Ione*, *verſ.* 1. ferri non pote- c rat Καὶ particula, initio verſus ante μετὰ ταῦτα vulgo poſita. In Epitome tria verba deſunt, Καὶ μετὰ ταῦτα. Ex membr. *A.* vero nihil video enotatum. Si tenenda eſt particula, ad ſuperiora verba erat referenda, hoc modo, Καὶ ἐν Ἴωνι καί: quod valeret, *Atque etiam in Ione.* At ſic non loquuntur Graeci, nec usquam ſic Athenaeus. Pro iſtâ ſententiâ, oportebat Καὶ ἐν Ἴωνι δέ. Quidquid ſit, initio verſus tollendam recte monuit CORAY; quemadmodum idem verſus absque iſta particula repetitur pag. 302. d. In fine vero eiusdem verſus, pro ἐπί σε πλεῖ, corrigendum ἐπεισέπλει iam olim monuerat *Guil.* CANTERUS, Novar. Lection. IV. 5. & HERINGA Obſerv. cap. 31. ſuffragante Valckenario ad Eurip. Phoen. p. 66. Et hoc quidem loco vulgatum tenent libri mssti: ſed p. 302. veram ſcripturam ἐπεισέπλει uterque codex exhibet.

Καὶ ἐν Μηδείᾳ. — Παρθένου Βοιωτίας &c. »Lego non »dubitanter:

»Τεῦτλ' ἀμπεχομένης παρθένου Βοιωτίας

c »Κωπαΐδος, ὀνομάζειν γὰρ αἰδοῦμαι θεάν.
» Librarios poenituit operae, & priorem verſum duabus »vocibus mutilarunt, quia praecedebat ſimilis alius. At- »qui ea cauſſa fuit, cur iunctim hos duos locos auctor ef- »ferret; quia erant ſimillimi. Ut vulgo ſcribitur, neſcias »quo pertineat iſtud teſtimonium. Saepe diximus, nus- »quam non iſto modo peccatum eſſe: nec moveor quod »idem vitium in membranis & Excerpris. « CASAUBONUS.
Ὅτι δὲ καὶ αἱ Στρυμόνιαι ἔγχελεις &c. *Strymonias anguillas* iam ab Archeſtrato laudatas vidimus pag. 298. f. In *ANTIPHANIS* ecloga ex *Thamyra*, quod *Strymon fluvius* dicitur σοῦ ἐπώνυμος, *qui tibi* (nempe *Thraciae*) *nomen dedit*; id eo pertinet, quod *Strymonia* antiquitus nominata fuerat Thracia, aut pars Thraciae. Vide Stephanum Byzant. in Στρυμών.

d Καὶ περὶ τὸν Εὐλέα δὲ ποταμὸν &c. Haec & quae ſequuntur usque ad finem huius capitis, praetermiſſa ſunt in Epitoma. In fluvii nomine, quod hîc commemoratur, pluribus fortaſſe modis corrupto, illa certiſſima mihi viſa erat corruptela a librariorum levitate profecta, quod parum ſibi noto nomini proprio, ex vicini ſoni nomine adpellativo εὐκλεὴς, literam κ temere inſeruiſſent. Inde membranarum ſcriptura Εὐκλέα: quam porro in Εὐκλεᾶ mutarunt editores, qui & mox deinde, in Antimachi verſu, Εὐκλεία πηγὰς poſuere. At, quod ibi habent eaedem noſtrae membranae, Εὐλείας πηγὰς, inde haud improbabili coniectura colligi videtur, agi hîc de *Eulaeo*, Mediae Perſiaeque fluvio, minime quidem ignobili apud Geographos Hiſtoricosque, quem Εὐλαῖον illi vocant. Videndum igitur, ne περὶ τὸν Εὐλαῖον hîc ſcriptum oportuerit, & deinde Εὐλαίας: ſed, a reliquis quidem abstinens mutationibus, illud unum fidenter tentandum exiſtimavi, ut priori loco ex ſcriptura Εὐκλέα literam κ abiicerem.

In ſequenti oratione recte membranae noſtrae Δημ. ἢ Σκήψ. dedere, absque δὲ particula; quae temere inſerta eſt a primo editore aut a iuniore librario, qui non animadvertiſſet, proxime praecedentia verba in parentheſi eſſe poſita.

AD CAP. LVII.

Ἔλλοψ. Προείρηται μέν τινα περὶ αὐτοῦ. »Reſpicit dis-» putationem de ſacro piſce.« CASAUB. — Ἔλλοψ hîc geminatâ literâ λ ſcribitur, licet mox deinde ἔλοπα prima brevi uſurpet Archeſtratus. Vide notata ad p. 282. c.

Τὸν δ' ἔλοπ' ἔσθε μάλιστα Συρακούσαις &c. »Ab *ARCHESTRATI* iudicio diſſentit Varro in libris DE Re Ru-» ſtica; ubi ellopem ad Rhodum omnibus anteponit. Sen-» tentia autem fuit Archeſtrati, *omnes ellopes in Syracuſano* » *mari naſci: inde vagari per alia maria; ſed, quo longius ab-* » *eant, eo fieri graciliores, magisque indurari, & nativi ſaporis* » *gratiam amittere.* Hic eſt ſenſus illorum verſuum: e

» — οὗτος γὰρ αὖ ἐστιν ἐκεῖθεν
» τὴν ἀρχὴν γεγονὼς, κᾆν ἢ περὶ νήσους *
» ἢ περὶ τὴν ἄλλην που ἁλῶ γῆν, ἢ περὶ Κρήτην
» λεπτὸς καὶ στερεὸς, καὶ κυματόπληξ ἀφικνεῖται.

» *In quacunque tandem ora capiatur ellops;* ait poëta: *ſcito* » *natum eſſe in eo mari quod Syracuſas alluit.* Verſum, qui » imperfectus eſt, exple ac ſcribe: κᾆν νὴ Δία ἢ περὶ νή-» σους.« CASAUBONUS. — *Tertius verſus* in Epit. ſcribitur ſicut in editis: niſi quod poſt νήσους abeſt lacunae aut corruptelae ſignum, ab editoribus adiectum. Ex ms. *A.* citatur γεγονὼς θ' ην κᾆν ἢ περὶ νησ. Unde intellexi, θὴν particulam olim hîc locum obtinuiſſe: quam eodem loco in iunioribus etiam codicibus Pariſinis Villebrunius reperit. Quare ſuo loco inſerendam cenſui; quamvis ſatis adpareret, non ſufficere eam ad explendam verſus menſuram, niſi forte που aut aliquid tale acceſſerit. Videndum vero, ne quid aliud etiam ſub illa vocula lateat. ἔνθεν coniectavit VILLEBRUNE. De formula νὴ Δία, quam ſupplendam Caſaubonus cenſuerat, profeſſus eſt *Adr.* HERINGA, Obſerv. c. 21. lubentius ſe eam in Comici verſum, quam in iſtum Archeſtrati, recepturum: propoſuit autem, ſed timidiuscule, talem emendationem:

τὴν ἀρχὴν γεγονώς. κᾆν ἀλλαχοῦ ἢ περὶ νήσους
ἢ περὶ Ἰταλίην που ἄλω γῆν.

In *primo verſu*, perperam Τὸν δ' ἔλοπ' geminata λ litera ſcribitur in ed. Caſ. 2. & 3. pro Τὸν δ' ἔλοπ' quod & metrum poſtulabat, & recte dederant ſuperiores editiones, conſentientibus msstis; in quibus quidem (msstis) Τὸν δ' ἔλοπα absque eliſione ſcribitur. *Quarto verſu*, ubi

e ἄλω ſcripſit Heringa, (quemadmodum pag. 278. d. ubi vide notata) ἀλῶ ultimâ ſyllabâ circumflexâ dabant edd. cum mſstis, quos ita ſecutus ſum ut *iota* ſubſcriberem, cum ſit coniunctivus modus. Sic in ſecunda perſona ἀλῷς apud Ariſtoph. in Plut. vſ. 481. edidere Hemſterhuſius & Brunck. Quod ſi quis hoc loco (quemadmodum alibi a nonnullis factum memini) inconſtantiae me accuſaverit, quod nunc ἀλῷ ſcripſerim, cum ſuperiori loco ἄλῳ ediderim, quamvis utrobique par ratio eſſe videatur: non abnuam equidem culpam, ſi haec culpa eſt, in ſcriptura per ſe ſatis indifferente, ubi quid ipſe auctor ſcripſerit nulla certa ratione definire queas, librorum ſequi inconſtantiam. Atqui utraque ſcriptura perinde recta mihi viſa erat, hâc unâ differentiâ, quod ἀλῷ ſit praeſentis temporis, ἄλῳ aoriſti: utroque vero tempore perinde uti poëtae licuerat. Cui rationi ſi quis opponat, at perquam probabile debere videri, utroque loco unâ eâdemque verbi formâ uſum eſſe eumdem poëtam Archeſtratum; huic ultro ego adſentiar, &, ſimul atque mihi certâ ratione fuerit demonſtratum utrâ ille formâ uſus ſit, eamdem ego unice probabo. *Poſtremo verſu*, vocem στερεὸς recte *durus* interpretatus eſt Dalecamp. Vide ſupra ad p. 284. e.

AD CAP. LVIII.

Ἐρύθρινος. »Semper Euſtathius Ἐρυθινός: & ita He» ſychius in ea voce.« CASAUBONUS. — Ἐρυθίνους ſupra ſcriptum vidimus, VI. 271. a. Ἐρύθρινος, & (in obliquo caſu) ἐρύθρινον, hoc loco habent edd. conſentiente (ni fallor) ms. *A.* ſed ἐρυθρῖνος & ἐρυθρῖνον ms. *Ep.* & ſic libri omnes infra, pag. 327. b. Denique apud Oppianum Halieut. I. 97. ἐρυθῖνος ſcriptum habes: apud Ariſtotelem ἐρυθρινός. Quarum ſcripturarum nulla damnanda: in eo quidem omnes conveniunt, quod penultimam ſyllabam longam faciant.

f Κυρηναῖοι δὲ ὕκηνα τὸν ἐρύθρινον καλοῦσι. In mendoſam ſcripturam Κυρ. δὲ δύκηνα conſentit codex noſter uterque cum editis. Ubi monuit CASAUBONUS: »Certiſſimum » eſt ex libri huius fine, ſcribi debere δὲ ὕκκηνα. Paulo » tamen aliter Heſychius: Ὄκκος, ἐρυθρῖνος. In Excerptis » [nempe in codice Hoeſcheliano Epitomae] depravatiſſime » δίκηνα.« — Vide p. 327. b. & confer notata ad p. 284. c.

AD CAP. LIX.

Ἐγκρασίχολοι. »Apuarum genus: &, ut placet »doctis, *anchoiae* Inſubrium ac Maſſilienſium. Caput his »ingratum & ſubamarum; ideoque praecidi ſolitum. Ex »eo nomen, ὅτι ἐν τῇ κεφαλῇ ἔχουσι τὴν χολήν: inquit »Etymologus. Lege Aelianum [De Nat. Anim.] lib. VIII. »cap. 18.« Casaubonus. — Confer ſupra pag. 285. a.

Ibid. Ἀριστοτέλης - - ἐν τῷ περὶ Ζωϊκῶν. »Videtur eſſe »is commentarius, quem alibi vocat Ζωϊκόν.« Casaubonus. — Vide Notata ad pag. 281. f.

AD CAP. LX.

Ἔφητός. Ἐπὶ τῶν λεπτῶν ἰχθυδίων. Cum ἐστὶ τῶν λε- a
πτῶν ἰχθυδίων conſentientibus (quod ſciam) membranis *A.* eſſet editum, monuit Casaubonus: »Excerpta, Ἐπὶ τῶν »λεπτῶν ἰχθυδίων: diverſo ſenſu. Noſtra enim lectio *he-* »*pſetorum* facit *peculiare quoddam genus*: altera, *nomen* »*hoc uſurpari de minutis piſciculis nullo discrimine*: atque hoc »verius.« — Ἐπὶ τῶν λεπτῶν ἰχθύων ſcribitur in noſtro ms. *Ep.* ubi ἐπὶ haud dubie veram & unice probam iudicavi ſcripturam. Eamdem Athenaei Epitomam ob oculos habuerat Euſtathius, quum ad Iliad. λ'. pag. 814, 9. ſcriberet: ἔφητὸς, ἔδεσμά τι λεπτῶν ἰχθύων. Paulo diverſa nominis forma eſt apud Heſychium, definitio eadem: Ἐφητεῖς, τὰ μικρὰ ἰχθύδια. Et in eamdem ſententiam hic Ἐπὶ ſcripſiſſe Athenaeum, non Ἐστὶ, dubitare nos non ſinunt ea quae proxime ante ex Dorione adlata ſunt, quibuscum conſentiunt quae hoc ipſo capite adferuntur. De *hepſetis* iam fere initio huius operis dictum. Vide ad I. 4. b. Animadv. T. I. pag. 50 ſq.

Ἀριστοφάνης ἐν Ἀναγύρῳ. Nemo quidem deſiderabat ἐν praepoſitionem, in ed. Caſ. omiſſam. Sed quandoquidem eam dabant membr. *A.* cum ed. Ven. & Baſ. reſtitui a nobis debuit auctori.

De Archippo, vetere Comico, eiusque fabula *Piſcibus*, nonnihil dictum ſupra, ad V. 227. a. In eius verbis, hîc citatis,

καὶ τὴν μὲν ἀφύην καταπέπωκεν ἔφητὸς ἐντυχών:

non modo quodnam inſit metrum parum liquet, ſed ne ſententia quidem conſtare verbis videtur. Nam quum *apua*

a ipsa ad *hepsetorum* genus pertineat; sive, rectius ut dicam, quum ἀφύη & ἕψητος vel ἕψητοι diversa sint nomina idem fere significantia; (ut ex his quae de *apua* Noster dixit, collatis cum his quae de *hepsetis*, satis adparet: quod etiam perspicue Hesychius declaravit, cum & vocem Ἀφύη & Ἑψητεῖς perinde τὰ μικρὰ ἰχθύδια interpretatus est:) qualis, quaeso ista sententia est? quam ad verbum e Graeco sic expressit Dalecampius: *Aphyae occurrit Epsetus, illamque deglutiit.* Quem quidem fideliter secutus est Villebrune: *L'hepsète rencontrant l'aphye, l'a avalée.* Equidem non dubito, ἕψητὸν scripsisse & poëtam & Athenaeum, eâ sententiâ quam in versione latina expressi. Pari modo duo nomina ἀφύην ἕψητὸν (sive βαμβραδαφύην ἕψητὸν) iuncta habes paulo post, in Nicostrati testimonio.

Eupolidis verba cum sic vulgo scripta essent: Ὦ χάριτες, αἷσι μέλλουσιν ἕψητοί: perspecte monuit Casaubonus: »Sententia claudicat. Sed lego: αἷς μέλουσιν »ἕψητοί. *O gratiae, quibus curae sunt hepseti!* hoc est, o »hepsetos gratissimos! Sic apud Pindarum, Εὐθυμίᾳ μέ»λων εἴην: pro, *utinam sim* εὔθυμος! Vide libro quinto, »cap. quinto.« [ad V. 191. f.] — Recte vero μέλουσιν dedere ambo nostri codices mssti. Iidem firmant scripturam αἷσι, quam tenent editiones omnes. Confer Berglerum ad Alciphr. pag. 181 sq. Caeterum *Eupolidis* alia quaedam verba huc spectantia citavit Photius in Lex. msto, teste Küstero ad Hesychium, voce Ἑψητεῖς. Photii verba haec sunt: Ἕψητοί, πληθυντικῶς, τὰ ἰχθύδια, ὡς ἀφύαι καὶ μεμβράδες. Εὔπολις Αἰξίν·

Καὶ τῆς λοπάδος ἔνεισι δ' ἕψητοί τινες.

Εὔβουλος, ἐν Προσουσίᾳ ἢ Κύκνῳ. »Mendam video: »emendationem non video, nisi est ἐν Προυσίᾳ ἢ Κυκν. »quod leviter tamen placet.« Casaubonus. — Graecum nomen Προσουσία in lat. vers. tenuit Dalecamp. Id si probum est, significabit puto *Adventum.* In *Eubuli* versu posteriore, cum mendose in edd. post ἡμέρας legeretur vox Ἤδη ita scripta, quasi e sequenti versu supereresset; recte monuit idem Casaubonus: »Ultima vox separari non »debuit; sed debuit emendari. Nam scribendum,

»διὰ δωδεκάτης ἑψόμενον ἡμέρας ἴδῃ.

»Et ita mssti. Verte: *contentus si vel hepsetum unum coqui* »*videat betis involutum, post XII dierum abstinentiam.* Vo»culam διὰ accipe ut exposuimus in simili loco libro II.

» cap. XV. « — Nempe ad Teleclidis verba, quae legun- a
tur lib. II. pag. 56. d. monuerat vir doctus, διὰ χρόνου valere *tandem*, *poſt longum tempus*. Qui huc ſpectat uſus praepoſitionis διὰ, is ſatis hodie vel tironibus notus: de quo praecepit Vigerus DE Idiotiſm. cap. IX. ſect. 2. reg. 1. Cuius uſus immemor Dalecampius, in verſione poſuerat, *Epſeto elixo iam antea diebus duodecim*. Quem errantem ſequi, quam a Caſaubuno meliora diſcere maluit VILLEBRUNIUS; nam ecce! & hic nobis adponit » *un he-* » *pſète, qui cuit déja depuis douze jours.* «

Sequebantur in editis verba ſic ſcripta: "Αλεξις ἐν Ἀπεγλαυκωμένῳ, καὶ γὰρ ἑψητῶν τινὲς παρῆσαν ἡμῖν δαιδαλέοι πως. Τὰ γὰρ καλὰ πάντα Δαιδάλου καλοῦσιν ἔργα. καὶ πάλιν, τῶν οὖν κοραλίνων &c. Ibi CASAUBONUS: » Ha- » beo incertum, inquit, ſint-ne haec verba, τὰ γὰρ κα- » λὰ πάντα Δαιδάλου καλοῦσιν ἔργα, Athenaei, an Alexi- » dis. Tum ita fuerint verſus concipiendi:

» —— καὶ γὰρ ἑψητῶν τινες
» παρῆσαν ἡμῖν δαιδάλεοί πως. τὰ καλὰ γὰρ
» ἅπαντα Δαιδάλου καλοῦσιν ἔργα νῦν. «

— Opera quaelibet artificioſe facta, δαιδαλέα vel δαιδάλεια dici ſolita eſſe, adeo notum omnibus etiam pueris paulo cultioribus eſt, ut non videri debeat Athenaeus (qui nonniſi reconditiora fere ſectabatur) iſtud docere voluiſſe ſuos lectores: ſed comicum poëtam facile credas inducere potuiſſe aliquam dramatis ſui perſonam, a qua non alienum fuiſſet iſtud ipſum monere: & ipſe orationis habitus haud obſcure ſignificare videtur, eſſe illa poëtae verba; quae etiam, absque alia ulla mutatione, praeterquam ἅπαντα pro πάντα poſito, & eliſâ poſtremâ verbi καλοῦσιν ſyllabâ, praecedentibus poëtae verbis perapte iungebantur. *Primo verſu*, pro ἑψητῶν, quod erat editum, ἕψητοὶ dedere mssti, multo commodius.

Verſu 2. ſcripturam δαιδαλαῖοί πως, iſto prorſus modo e msto *A.* enotatam adoptavi: probe quidem gnarus minus legitimam eſſe hanc vocabuli formam, pro qua (quoniam uſitatiorem δαιδαλέοι vel δαιδάλεοι nunc non admittebat metrum) δαιδάλειοί πως oportebat, quam formam Heſychius ex Ariſtophane adnotavit. Potuit vero etiam poëta deliberato, ridiculi cauſſa, rudem aliquam de vulgo perſonam minus legitime loquentem inducere.

Ἀριστοφάνης, Δράμασιν ἢ Νιόβῳ. Ad editam olim ſcri- b

b pturam, Δράμασιν ἢ Νιόβῃ, haec habes adnotata. »Non »iniuriâ ſuſpicetur aliquis ſcribendum, Ἀρ. ἐν δράματι »Νιόβῃ. Sic enim loquuntur auctores ſaepe. Nihil tamen »hîc mutandum; ſed illud potius etiam & etiam obſer- »vandum: olim *fabulas* quasdam *Ariſtophaneas*, aut quae »Ariſtophani tribuebantur a multis, praeter proprium ſi- »bi titulum, communi nomine Δράματα fuiſſe a criticis »inſcriptas. Ex iſtis eſt *Niobe*; quam non hoc ſolum ti- »tulo veteres laudant, ſed, ut hîc, Δράματα ἢ Νιόβη. »Praeter Athenaeum ſcribit Pollux lib. X. cap. 48. [ſect. »185.] Οὗ μέντοι τὰς πλίνθους ἔπλαττον, πλινθεῖον καλεῖ »ἐν Δράμασιν ἢ Νιόβῃ Ἀριστοφάνης. Et cap. 26. [ſect. 119.] »Σαφέστερον δ' ἐν τοῖς Ἀριστοφάνους Δράμασιν ἢ Νιόβῃ· »ἀλλ' ὥσπερ λύχνος, ὁμοιότατα κάθευδε ἐπὶ τοῦ λυχνι- »δίου. Sic libro X. cap. 38. [ſect. 166.] καὶ ἔστι τοὔνομα »ἐν τοῖς Ἀριστοφάνους Δράμασιν Ἡνιόχῳ. Nam ſcribendum »hîc quoque Δράμασιν ἢ Νιόβῃ. *Heniochum* enim (quo ti- »tulo fabulam docuit Menander) nemo veterum attri- »buit Ariſtophani. *Dramatum* fuit etiam alia item comoe- »dia Ariſtophanis, *Centaurus* aut *Centauri*. Pollux lib. VII. »cap. 5. [ſect. 24.] τῶν δὲ περὶ ἀρτοπωλίαν ἀθρόα ἐστὶν ἐν »Ἀριστοφάνους Δράμασιν ἢ Κενταύροις. Idem libro IX. »[ſect. 36.] Ἀριστοφάνης μὲν οὖν ἐν Δράμασιν ἢ ἐν (ma- »lim abeſſe ἐν) Κενταύρῳ ἔφη, ἐν κωμητίσι καπήλοις ἐπί- »χαρτον. Iterum [lib. IX. ſect. 53.] Ἀριστοφάνης ἐν Δρά- »μασιν ἢ Κενταύρῳ, λίθος δεκατάλαντος. Libro X. cap. »22. [ſect. 79.] Ἀριστοφάνης γοῦν ἐν Δράμασιν ἢ Κεν- »ταύρῳ, ἐκκρουσαμένους (forte ἐκκρουσάμενος) τοὺς πύν- »δακας εἴρηκε. Cap. 42. [ſect. 171.] οἱ ἀναβαθμοὶ τῆς »κλίμακος, κλιματῆρες· (vel κλιμακτῆρες) ὡς Ἀριστοφά- »νης Δράμασιν ἢ Κενταύρῳ. Et cap. 48. [X. 185.] Ἀρι- »στοφάνους ἐν Κενταύρῳ ἢ Δράμασιν εἰπόντος, Ἀλλ' εἰς »κάδδον [κάδον] τινὰ λαβὼν οὖρει. Quemadmodum au- »tem aliâs binomines fabulas altero ſolum nomine ſcri- »ptores interdum nominant, ſic etiam iſtas. Nam Athe- »naeus libro XIV. [pag. 629. c.] Ariſtophanem laudat »ἐν Κενταύρῳ: illam ipſam dubio procul comoediam in- »telligens, de qua diximus. Sed hoc minus eſt mirum: »illud miror, citari nonnunquam eum poëtam ἐν Δράμα- »σιν ſine ulla adiectione; ut haerere neceſſe ſit lectorem, »quia plures fabulae eo nomine poſſunt intelligi. Sic ta- »men Athenaeus lib. XI. [pag. 496. a.] Ἀριστοφάνης ἐν

» Δράμασι λέγων, πάντες δ' ἔνδον πεταχνεῦται. [rectius b
» πεταχνευται. ms. *Ep.*] Et libro XV. ſub finem: 'Αριστο-
» φάνης ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι, Δράματα. Sic enim
» eum locum emendamus.« — [At ibi quidem (nempe XV. 702. c.) aliud dant veteres membranae, nempe Σώπατρος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι Φακῇ: ut docui in Praefatione, primo Athenaei volumini praemiſſa. Sed praeter loca ſupra adlata, alibi etiam ab Athenaeo citata *Ariſtophanis* Δράματα olim videbimus, ſi Deo placuerit ut ad finem perducamus hunc laborem: ſcilicet in ſupplemento, ad lib. XV. pag. 699. f. referendo, quod ex vetuſtis noſtris membranis (laceris quidem in eadem regione & evanidis) ſumus edituri; ubi eadem Comici verba citantur, quae a Polluce lib. X. ſect. 119. citata Cauſaubonus ſupra adpoſuit.] — »Heſychius: Βύρσαν, τὴν πόλιν 'Αθη-
» νῶν 'Αριστοφάνης ἐν Δράμασι παίζων ἔφη. ubi perperam
» hodie editur ἐν 'Αράμασι.« [Correxit vero noviſſimus Editor.] Haec CASAUBONUS. Idemque continuo ita pergit:

»Porro, quid cauſſae fuerit, cur hae comoediae gene-
» ralem Δραμάτων appellationem ſibi vindicarint, divinare
» difficile eſt. Suſpicor tamen, non a poëta eſſe illas ita
» nominatas, ſed a Criticis qui Ariſtophanis fabulas re-
» cenſuerant, & didaſcalias illarum conſcripſerant. Olim
» inter Ariſtophaneas quatuor fabulae fuerunt, *Niobe*,
» *Centaurus*, *Inſulae*, *Poëſis*, de quarum auctore Criticis
» non conſtabat. Ex iſtis videtur unum corpus eſſe con-
» fectum, eique inditum nomen Δράματα. Ac quoniam
» vere Ariſtophaneis ſolitae adiungi atque una compingi
» etiam iſtae; obtinuit ut ſic laudarentur, quemadmodum
» ante docuimus. Haec noſtra coniectura eſt: qui proba-
» bilius aliquid excogitaverit, eum vatem perhibebimus
» optimum. Invenies non diſſimili titulo laudari ab anti-
» quis unam ex *Ionis* Tragici fabulis: Μέγα δρᾶμα eius
» nominatur, & quidem ſine alia deſignatione. Pollux li-
» bro X. cap. 45. [ſect. 177.] καὶ νάρθηκα δ' ἂν εἴποις,
» Ἴωνος ἐν τῷ μεγάλῳ δράματι εἰπόντος ψαφαρὸν νάρθηκα.
» Heſychius, Ὀνοταζομένη, πορθουμένη. Ἴων μεγάλῳ δρά-
» ματι.« Sic ille. — Confer BRUNCKII Fragmenta Ariſtophanis, p. 210 ſq. & p. 243 ſqq. Coniecturam Caſauboni ſuam faciens VILLEBRUNE, verba de quibus agitur, Gallice ſic reddidit: *Ariſtophane écrit dans la Niobe recueillie parmi les drames.* Mihi non liquet: ſed illud miratus eram

b quid esset quod ioculator Aristophanes flebilem *Nioben*, personam a comicis facetiis prorsus abhorrentem, in scenam produxisset. Et diligentius inspiciens libros reperi, nusquam in vetustis codicibus *Nioben* legi titulum eius fabulae, de qua quaerebamus; sed cum in nostris membranis *A.* hoc loco, tum apud Pollucem ubique, Δράμασιν ἢ Νιόβῳ scribi: quam adeo scripturam restituere auctori debui. Caeterum, quo spectarit illud nomen, quod ridiculi caussa ab ipsius *Niobes* nomine fortasse in querulum aliquem hominem transductum est, latus fuerit coniectandi hariolandique campus.

In verbis ex ista fabula prolatis, Οὐδ' ἐν, μὰ Δί', ἐρῶ λοπάδος ἐφητῶν: dubius haeseram, & adhuc dubito, sitne ἐρῶ cum Dalecampio *dicam* interpretandum, adeoque vel subintelligenda περὶ praepositio, vel in fine adiicienda, ἐφητῶν περί: an ἐρῶ *amo* dixerit poëta, quemadmodum saepe aliàs idem Comicus, sitque adeo per familiarem Graecis ellipsin comparativus μᾶλλον supplendus.

Μένανδρος, Περινθία. »Meminit huius in Andriae prolo»go Terentius: item Pollux initio X. & non semel Har»pocration.« CASAUBONUS.

In *NICOSTRATI* testimonio (quod cum proximo Posidippi omisit Epitomator) pro βεμβράδ' ἀφύην, quod erat editum, βαμβράδ' ἀφύην dedit *ms. A.* cuius auctoritatem cur non sequerer nullam satis validam caussam vidi. Multas in isto nomine varietates supra (p. 287. b. c.) observavimus, quibus & haec accedere poterat. Vidimus etiam ibidem edulium quoddam, uno nomine e duobus iuncto, βεμβραφύην vel μεμβραφύην nominatum.

Ποσείδιππος, Ἀποκλειομένη. »Pollux lib. X. cap. XXIV. »τὸ ῥῆμα τὸ τηγανίζεσθαι ἔστιν ἐν Ἀποκλειομένῃ Ποσει»δίππου.« CASAUB. — Fabulae titulum argumentumque non tam cum Hemsterhusio ad Polluc. l. c. X. 99. ad *virginem* inclusam, quam ad *mulierem a marito aedibus* exclusam referendum videri, monuit IACOBS ad Stratonis Epigr. 35. Animadv. ad Anthol. Vol. II. Part. III. p. 83.

c ὑποπαύηται (pro ἀποπαύηται) τῆς πληρώσεως dedit ms. *A.* Sic & Epitoma. At noster quidem ms. *Ep.* ita habet, ὑποπ . . . . τῆς πληρώσεως, cum lacunâ post ὑποπ.

AD CAP. LXI.

Ἧπατος, ἢ Λεβίας. »Prius nomen aut figurae aut c
»coloris ſimilitudinem indicat: poſterius quam vim ha-
»beat, cogitandum amplius: etiam de iſtis, quae in Heſy-
»chii Gloſſis leguntur, Λέβια, τὰ λεπίδας ἔχοντα τὰ
»ῥύγχη. καὶ ἰχθῦς λιμναίους. Puto ſcribendum Λεβίαι: &
»ταρίχη, non τὰ ῥύγχη.« CASAUBONUS. — *Hepatus* pi-
ſcis, *hepar* vocatur Plinio XXXII. cap. XI. ſect. 53. ubi
conf. Harduin. not. 50. De eodem vide Athen. III. 108.
a. De *lebia* conf. III. 118. b. & ibi notata.

καρδίαν τρίγωνον, λευκήν. »Paene aſſentior eruditiſſimo
»RONDELETIO, qui graves rationes affert, [apud Ges-
»nerum de Aquatilib. pag. 412.] cur legendum cenſeat
»καρδίαν τρίγωνον, ἢ παρ λευκόν. Non poſſum tamen
»illius coniecturam librorum auctoritate confirmare. Mem-
»branae omnes ſtant ab edita lectione, quam etiam fir-
»mat aliquo modo ſimilis locus eiusdem Ariſtotelis, etſi
»de alio piſce, καρδίαν ἔχων λευκὴν καὶ πλατεῖαν, infra
»de Citharo. In Excerptis hoc tantum, ἔχων καρδίαν λευ-
»κήν.« CASAUBONUS. — Noſter quidem codex *Epit.* pla-
ne ut editi & ms. *A.* καρδίαν τρίγωνον, λευκήν. *ARISTO-
TELIS* verba in reliquis Philoſophi ſcriptis non reperiuntur.

»*ARCHESTRATI* verſum, d

» Καὶ λεβίαν λαβεῖν ὅσχετον ἧπατον ἐν περικλύστῳ

»lege cum GESNERO,

» Καὶ λεβίαν λαβὲ, τόν φασιν ἧπατον &c.

»niſi malis, καὶ λεβίαν γε λαβεῖν, τὸν χ' ἧπατον.« CASAUBONUS. — Poſteriorem probavi rationem, niſi quod δὲ quam γε malui. Monſtroſa ſcriptura, quam cum editis tenent veteres membranae, inde orta videtur, quod primum ὃς καὶ ἧπατος vel ὃς χ' ἧπατος ſcribere coepiſſet librarius. In cod. Pariſ. *B.* ὡς καὶ τὸν ἧπατον ſcribi adnotavit Villebr.

AD CAP. LXII.

ΗΛΑΚΑΤΗΝΕΣ. »Nullum dubium eſt, *elacatenam*
»piſcem ex eo nomen inveniſſe, quod ἠλακάτην, id eſt,
»*muliebrem colum* ſimilitudine aliqua referat: quam etiam
»ob cauſſam & ἠλακάτη & ἄτρακτος ad alia nonnulla

» transferuntur. « CASAUBONUS. — *Helacatenes* apud Plinium, XXXII. 11, 53. ubi vide Harduin. not. 51.

Μνησίμαχος, Ἱπποτρόφῳ. De istâ *MNESIMACHI* fabulâ conf. quae notavit Casaub. ad VII. 282. d. (supra, p. 90. harum Animadv.) In verbis ex ea hîc adlatis, ad complendum versum anapaesticum trimetrum, adiicienda initio erat vox μεμβράς. Eumdem versum cum plurimis praecedentibus sequentibusque repetiit Noster lib. IX. p. 403. c. ubi quidem ἠλακατῖνος vulgo, pro ἠλακατῆνες scribitur: perperam, ut equidem arbitror. Proxime post hoc vocabulum subiiciuntur ibidem ista, κυνὸς οὐραῖον: quae hîc in proximo *MENANDRI* testimonio, cum istis, κωβιὸς, ἠλακατῆνες, coniuncta leguntur. Unde (quoniam *novae* Comoediae poëta Menander fuit, Mnesimachus vero, ut docet Noster IX. 387. a. *mediae* Comoediae) intelligitur, sua illa Menandrum ex Mnesimacho expressisse.

Ad ista contextus nostri verba, Μένανδρος Κόλωσι, haec notavit CASAUBONUS: »Nihil haec vox (Κόλωσι) »significat. Dalecampius, Κολωνοῖς. Malim Κόλαξι: »certum enim, editos a *MENANDRO* Κόλακας. « — »*Menander in Clivis*« in versione posuerat DALECAMPIUS: idemque in Authorum Indice, in fabularum Menandri recensu: »Κόλωνες, *Clivi*. « Neque vero Κόλωνες Graecis *clivi* dicuntur: nec, qui vel *Clivi* vel *Colones* hîc intelligi debeant, aut cui alii scriptori Κόλωνες *Menandri* nominati sint, magis nobis, quam Casaubono, compertum est. At ne Κόλακες quidem huius poëtae (plurali numero) ulli veteri scriptori, quod sciam, commemorati sunt: Κόλαξ eiusdem fabula, cum apud Stobaeum, tum plus semel apud Nostrum nominatur; & verba hîc ab Athenaeo citata percommode locum habere potuerant in fabula, cuius princeps persona *adsentator*, idemque *parasitus* (conf. Athen. VI. 236. e.) fuisset. Quare CLERICUM quidem non reprehendo, quod fragmentum istud in numero *Reliquiarum ex Menandri* Κόλακι retulerit: sed nos in Athenaei editione, memores multos reperiri apud veteres scriptores, & praesertim apud ipsum auctorem nostrum, titulos fabularum ἅπαξ λεγομένους, veterem scripturam Κόλωσι, quae fortasse vel ipsa vera fuerit, vel aliter atque doctis viris placuit corrigenda, tenere in contextu debuimus, satis habentes coniecturam infra adnotasse.

Mira utique videri debent, quae ex *Mnasea Patrenſi* d mox adferuntur verba. Geographica ille auctor plura ſcripſit, diverſis ſub titulis cum a Noſtro tum ab aliis commemorata: quibus ſcriptis multa ex fabuloſa antiquitate immixta fuiſſe, intelligitur ex fragmentis paſſim citatis. Conf. Voſſium De Hiſtoric. Graec. pag. 134 ſq. Sed, quaenam vis inſit allegoricae genealogiae, quae ex eodem ſcriptore hîc adfertur, parum liquet. Pro γαλήνη (quum duo proxime ſequentia nomina piſcium ſint) γαλῆ, id eſt, *muſtela piſcis*, legendum haud improbabiliter cenſuerat Adamus, referente ſuffraganteque Villebrunio.

AD CAP. LXIII.

Θύννος. »Pura puta vox eſt Hebraea, *thannin*. Illis qui- e »dem *cetus* omnis: at Graecis & Latinis *certum genus ce-* »*torum*. Non enim *orcynos* ſolum, (de quo genere thyn- »norum Archeſtratus, [paulo inferius] ὃν καλέουσιν ὄρ- »κυνον, ἄλλοι δ' αὖ κῆτος:) ſed in totum omnes *thynnos* »quidam e veteribus inter *cete* retulerunt, ob vaſtam cor- »poris molem, ait Aelianus De Animalib. lib. XIII. cap. »16. Ut deſinant nugari qui Graecam originem nomini »huic affingunt: in queis eſt etiam Athenaeus.« Casaubonus. — At vereor equidem ne magis etiam ſuſpecta videri debeat illa ex Hebraeorum ſermone derivatio vocabuli θύννος, quam iſta quam a Graeco verbo θύω, τὸ ὁρμάω, commendat Noſter pag. 302. b.

Τοῦτόν φησιν Ἀριστοτέλης εἰσπλεῖν εἰς τὸν Πόντον &c. Vetere ulcere laboraverat olim hic locus. Nam in ed. Ven. ſic legebatur: Τοῦτον φησὶν Ἀριστοτέλης ἐκπλεῖν εἰς τὸν πόντον ἐχόμενον τῆς γῆς ἐν τῷ δεξιῷ ὀφθαλμῷ βλέπειν, τῷ γὰρ εὐωνύμῳ ἀμβλυωπεῖν. Eodemque modo ſcribitur cum in ms. *A*, tum in ms. *Ep*. niſi quod in *Ep*. eſt ἐν τῷ τε δεξιῷ ὀφθαλμῷ. Qualem nos cum Caſaub. edidimus hunc locum, ita correctus & ſuppletus eſt a Baſileenſi editore ex ipſo Ariſtotele, Hiſtor. Anim. VIII. 13. ubi ſic: Εἰσπλέουσι δὲ οἱ θύννοι (ſcil. εἰς τὸν Πόντον) ἐπὶ δεξιὰ, ἐχόμενοι τῆς γῆς· ἐκπλέουσι δ' ἐπ' ἀριστερά. τοῦτο δὲ φασίν τινες ποιεῖν, ὅτι τῷ δεξιῷ ὀξύτερον ὁρῶσιν φύσει, τῷ δ' ἀριστερῷ οὐκ ὀξὺ βλέπουσι.

Quae ſubiiciuntur de *oeſtro thynni*, non eodem loco apud Ariſtotelem leguntur, ſed Hiſt. Animal. V. 31. &

e VIII. 19. unde ea res paulo enucleatius ab auctore noſtro refertur mox deinde, pag. 302. b. c. Et ibi quidem ſcribitur, animalculum iſtud adhaerere thynno παρὰ τὰ πτερύγια, & περὶ apud Ariſt. V. 31. Commode vero hoc loco ὑπὸ τὰ πτερύγια ait auctor: nempe *ſub pinna quae ad branchiarum eſt ſciſſuram*, quemadmodum ex αὐτοψίᾳ docuit RONDELETUS, apud Gesnerum DE Aquatil. pag. 97. ubi *aſilum* latine animalculum illud nominat. Cum quo conſentit, quod paulo poſt etiam apud eumdem Noſtrum ſcribitur, habere thynnos *oeſtrum* ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, *in capite*; ſive *ad caput, capiti adhaerentem.* Confer Plinii verba, paullo poſt citanda. Recte vero hîc ſcribitur τὸν λεγ. οἶστρον, moxque rurſus διὰ τὸν οἶστρον, & pag. ſeq. τὸν καλ. οἶστρον: pro quo perperam apud Ariſtot. VIII. 19. τὸ καλουμ. οἶστρον editur; apud quem eumdem, cum alibi, tum V. 31. ὁ οἶστρος masculino genere uſurpatur.

Quae ſequuntur, Χαίρει δὲ ἁλέᾳ &c. rurſus habes in Hiſt. Animal. VIII. 19. ubi pro illis, πρὸς τὴν ἄμμον πρόσεισι, eſt πρὸς τὴν ἄμμον τὴν πρὸς τῇ γῇ προσχωροῦσι. Ubi deinde ait Noſter, Μίσγεται δὲ μετὰ τὴν φωλείαν, ὥς φησι Θεόφραστος: ibi quum in ed. Ven. & Baſ. corrupte σμίγεται legeretur, GESNERUS pag. 969. πίων γίνεται corrigendum conjectaverat ex Ariſtotele, apud quem Hiſt. An. VIII. 15. haec leguntur: Φωλοῦσι δὲ καὶ οἱ θύννοι τοῦ χειμῶνος ἐν τοῖς βάθεσι, καὶ γίνονται πιότατοι μετὰ τὴν φωλείαν. Et paullo poſt, apud eumdem Ariſtot. ibidem ſequuntur eadem verba, καὶ ὅταν μὲν ἔχῃ μικρὰ τὰ κυήματα &c. quae continuo apud Athenaeum ſubiiciuntur. Sed pro mendoſo σμίγεται apud Athenaeum recte μίσγεται dedere mssti, quod Caſaub. in contextu poſuit: quo verbo uſum eſſe *Theophraſtum* nihil impedit quo minus credamus. Neque repugnat Ariſtoteles, qui eodem loco, quem proxime citavi, eamdem rem mutatis verbis tradit: κατὰ δὲ τὴν ἐαρινὴν ὥραν κινοῦνται καὶ προέρχονται πρὸς τὴν γῆν ὀχευόμεναι καὶ τίκτουσαι. Nam πριμαδίαι illae, de quibus iſta dicit Philoſophus, ſive πριμάδες, ut legitur in Ariſtotelis cod. msto Mediceo, non aliae ſunt niſi *thynnae foemellae* ſive *thynnides*; ut diſcimus ex eodem noſtro Athenaeo, pag. 328. e. f. ubi vide notanda.

f Iſta, quae ſequuntur, φωλεύει δὲ ὁ θύννος, καί τοι πολυαίματος ὤν: quonam ex auctore duxerit Athe-

naeus, haud liquet. πολυκύματος legebatur in ed. f Ven. & Baſ. quod DALECAMPIUS interpretatus erat, *quamvis in alto mari degat;* adiectâ in ora notâ: »Senſus eſt: »quamvis in alto degere, non prope litus ſoleat, nec in»ter ſcopulos & ſaxa, tamen latitare & abdi, nec certo »eum tempore in alto reperiri.« — GESNERUS vero, p. 969. ſibi placere fatetur πολυαίματος, quod interpres Natalis Comes in Graecis libris repertum, latine ſic expreſſiſſet, *quamvis multo ſanguine abundet.* Atque id ipſum πολυαίματος, quod & noſter codex mstus uterque agnoſcit, in contextu poſuit CASAUBONUS, monuitque in Animverſſ. »Haec eſt omnium veterum γραφή: non πολυκύ»ματος.« — Rurſus vero hoc ipſum, paululum quidem mutatâ formâ, placuit doctiſſimo CORAYO, cuius eſt ad illa auctoris verba, καίτοι πολυαίματος, Adnotatio mſta huiusmodi: »Dalechampius legit πολυκύματος. »Sed magis analogicum eſt πολυκύμαντος (i. e. πολ»λοῖς κύμασι πλησσόμενος) quod eſt ſynonymum τοῦ »κυματοπλὴξ (ſupra pag. 300. e.) vel πελάγιος, oppo»niturque τῷ προσγείῳ. (pag. 315. a.) Senſus eſt: *Thyn»nus nidulatur*, ſeu *foetus ſuos nido committit*, (quod fieri »non poteſt, niſi πρὸς τῇ γῇ, *in propinquo terrae;*) *etiam»ſi erro ſit*, i. e. *huc illuc a fluctibus percuſſus, altum mare »habitare ſoleat.* Apud Hippocratem, lib. II. DE Diaeta, T. »I. p. 221. *piſces* πλανῆται καὶ κυματοπλῆγες, *errones & »fluctibus pulſati*, opponuntur τοῖς πετραίοις, *ſaxatilibus;* »qualis eſt maxima pars eorum qui prope littus degunt. »Praecedentia verba, Μίσγεται δὲ μετὰ τὴν φωλείαν, »ita ſunt declaranda: *Coit autem poſt nidum*, i. e. *poſtquam »foetus ſuos educavit;* ut liquido conſtat ex ſequentibus, »καὶ ἕως μὲν ἂν ἔχῃ μικρὰ τὰ κυήματα &c.«

In *ARCHESTRATI verſ.* 1. recte ὄψει edd. cum ms. *Ep.* qua de forma Attica iam ſaepius diximus. ὄψῃ ms. *A.*

Verſ. 2. σπουδῇ μέγαν, vertunt *perquam magnum:* &, hoc dicere voluiſſe poëtam, cum ex his quae continuo ſequuntur, intelligi videtur, tum ex eis quae de *orcyno* alii tradunt auctores; veluti Soſtratus apud Noſtrum, pag. 303. b. & Aelianus DE Nat. Anim. I. 40. qui κιτώδη ἰχθὺν vocat. conf. Oppian. Hal. I. 281 ſq. & III. 336. Attamen vocem σπουδῇ ea notione uſurpatam nusquam alibi memini me reperire. Sane non modo apud Homerum, cuius dictionem lubens aliâs imitatur Archeſtratus,

f verum etiam apud alios auctores, notione fere plane oppoſita, *vix*, *aegre*, frequentari ſolet. Suidas: Σπουδῇ, παρ' Ὁμήρῳ ἀντὶ τοῦ μόλις, καὶ ὁμοίως ἡμῖν.

Verſ. 3. Ὄρκυν. Minime improbo ὄρκυνον quod habent editi, aut ὄρκυννον, quod eſt in ms. *Ep.* qua de ſcripturae varietate vide deinde ad pag. 303. b. notanda. Sed hîc quidem tenendam iudicavi veterum membranar. *A.* ſcripturam ὄρκυν, a recto caſu ὄρκυς; a quo eodem formatum pluralem ὄρκυνες ſive ὄρκυνες ab Anaxandride uſurpatum vidimus lib. IV. pag. 131. vs. 60. Eamdemque nominis formam apud Ariſtotelem etiam deprehendimus, Hiſt. Anim. V. 10 extr. niſi quod ibi ὀρκύνες vulgo ſcribitur, non modo *leni ſpiritu* initio vocis, quemadmodum apud Athenaeum in Anaxandridae ecloga; (quod perinde eſſe videtur:) ſed & *acuto accentu in penultima* ſyllaba; in quo erraſſe librarium aut editorem puto, cum aut ὀρκῦνες aut (quod rectius videtur) ὄρκυνες ſcriptum oportuiſſet. Nam ῡ vocalis in eo vocabulo (quacumque ſub formâ illud occurrat) conſtanter longa uſurpatur.

Verſ. 4. ἃ πρέπει ταχέως, καὶ μητέρι τιμῆς. » Pri» dem corruptus locus: nam auctor Epitomae haec prae» termiſit. Forte, καὶ μὴ περιμίμνειν: *vel ſi Diis pa» randa ſit coena, emendus orcynus; & quidem cito ac ſine » cunctatione, quanti quanti fuerit indicatus.* « Casaubonus. — Cuius emendationem non improbans *Adrian.* Heringa, (Obſerv. cap. 21. pag. 181.) ſuam tamen etiam propoſuit coniecturam huiusmodi, ἃ πρέπει ταχέως, κἂν ᾖ ἐρίτιμος, id eſt, *quamvis valde fuerit carus.* Similiter certe idem Archeſtratus pag. 305. e. ait, κἂν ἰσόχρυσος ἔῃ. Callidius rem adgreſſurus *Sam.* Petitus, Miſcell. VI. 5. non felicior hîc fuit (me iudice) in coniectando, quam plerisque aliis in locis. Sic igitur ille legi voluerat:

— ἅπερ εἶτα Χῖος καὶ μήτ' ἐρίτιμος.

Quae verba ita interpretabatur: *Ad inſulam Chium grandes quoque thynni capiuntur, ſed qui laudabiles aeque non ſunt.* Villebrunius fidenter, ut ſolet, legendum pronunciat, πάσης περὶ τιμῆς, hâc ſententiâ, *à quelque prix que ce ſoit.* Cui ſi concedas, quod facile equidem largiar, percommodam eſſe ſententiam, (in quam fere omnes conſentiunt qui hunc locum tractarunt) quae fortaſſe etiam enunciari Graecis iſtis verbis potuiſſet; haud immerito tamen mireris, quo pacto, qui καὶ μητέρι in πά-

σης περὶ mutatum velit, idem contendere audeat, multo preſſius ſe veſtigiis ſcripturae inſiſtere, quam Caſaubonum, cum pro μητέρι τιμῆς modeſte ait, μὴ περιμίμνειν fortaſſe ſcriptum oportuiſſe. Leviſſima mutatione commodiſſimam efficit ſententiam ingenioſa emendatio a CORAYO noſtro propoſita: »Credo equidem, ait Vir do»ctus, Archeſtratum ſcripſiſſe, καὶ μὴ περὶ τιμῆς: quod »elliptice dictum exiſtimo, ſubintellecto verbo ἀκριβολο»γεῖσθαι, [μικρολογεῖσθαι,] φιλονεικεῖν, μάχεσθαι, δια»τρίβειν, vel alio ſimilis poteſtatis. Nec durior videbitur »ellipſis, ſi ponas poëtam alluſiſſe ad pervulgatum illud »adagium, περὶ ὄνου σκιᾶς: quaſi voluiſſet innuere, *in* »*emendo tam egregio obſonio* non properare, ſed *de pretio* »*contendendo tempus terere*, idem eſſe ac ſi *de aſini umbra* »*contendere velles.*« — Quae ſi cui minus probatur ellipſis, is videat, an, quemadmodum verba ἐπιτιμᾶν & ἀνατιμᾶν interdum ſignificant *pretium rei venalis augere, intendere*, (Gallice, *faire renchérir*) VI. 228. b. & 274. d. itemque ἐκτιμᾶν & ἐπιτιμᾶν, *nimis caro aeſtimare, carius indicare*, (Gallice, *ſurfaire la marchandiſe*:) ſic fortaſſe verbo περιτιμᾶν nonnumquam hac notione uſi ſint Graeci, *de pretio contendere.* (*marchander.*) Cuius uſus ſi quod certum exſtaret exemplum, poſſit iſto ſenſu μὴ περιτιμῆς, ionicâ formâ, pro περιτιμᾷς, dixiſſe videri poëta. DALECAMPIUS quidem vulgatam ſcripturam tenens, καὶ μητέρι τιμῆς, ſic interpretatus erat, ut μητέρι ad praecedens θεοῖς referret, *Diis atque Cereri, honoris gratia.*

Verſ. 5. Ἔστι δὲ γενναῖος Βυζαντίῳ. »Malim Βυζάν- a »τιος:« ait CASAUBONUS. Cuius emendationis rationem, aut neceſſitatem certe, nullam equidem video. Perſpecte vero idem CASAUBONUS, ad *verſ.* 6. cum in edd. corrupte & nullo prorſus ſenſu legeretur κέφαλοι δέ τ' ἀμείνους, monuit: »Omitto aliorum ſententias; quarum nul»lam poſſum probare, Lego ſic:

»— Κεφαλοιδὶς ἀμείνους
»πολλῷ τῶνδε τρέφει ζύννους καὶ Τυνδαρὶς ἀκτή.

»In eadem ora, ubi *Tyndaris*, etiam *Cephaloedis* fuit, ut »nominatur id oppidum Plinio ac Ptolemaeo: nam Stra»bo vocat Cephaloedium.« — Vide (ne longius abeam) Cellarii Geogr. Antiq. pag. 998. Corrupta verba cum tribus ſequentibus verſibus praetermiſit Epitomae auctor. Verae autem ſcripturae veſtigia paulo clariora, quam edi-

a ti libri, ſervavit mſtus *A.* ubi κεφαλοιδ' εἰς pro Κεφαλοιδίς.

Verſ. 8 *ſq.* Ἄν δέ ποτ' Ἰταλίας ἱερᾶς Ἱππώνιον ἔλθῃς,
ἕρπετὸν εἰς ὕδατος στεφάνους.

» Cuius primum in mentem Dalecampio venit aeſtuanti » hoc loco, id ſecutus videtur, cum verteret, *Aut aqua-* » *rum Metauri fluvii oſtia.* Duo nobis propoſita in ſimilium » locorum emendatione ſemper eſſe debent: ſententiae » veritas, & antiquae lectionis veſtigia. Aberrare ab alte- » ro iſtorum nefas, ſi coniecturis, ſi φιλαπονίᾳ verum li- » cet tangere: ab altero non eſt fas temere. Videmur utrum- » que in corruptiſſimi huius loci reſtitutione praeſtitiſſe. » Legimus enim,

» Βρεττιέων ὑδατοστεφέων.

» *Hipponium*, de quo loquitur Archeſtratus, Βρεττίων, id » eſt, *Brutiorum* oppidum fuit, ut ſcribit Stephanus, ad » mare ſitum. Lycophron Caſſandra:

» — Ἔνθα Λαμπέτης
» Ἱππωνίου πρηῶνος εἰς Τηθὺν κέρας
» σκληρὸν νένευκε.

» Ideo Archeſtratus Hipponiatas Brutios appellat ὑδατο- » στεφεῖς: etſi proprie nonniſi inſulis ea vox convenit. « Casaubonus. — Emendationem doctiſſimi Animadverſoris adoptavit Villebrune. Mihi vero nihil quidem melius occurrebat: nec tamen ita lucida certaque viſa erat coniectura, ut in contextum recipere auderem. Membranae *A.* nihil praeſidii offerunt. Breviator autem iſtorum verſuum argumentum in haec verba contraxit: Φησὶ δὲ καὶ ὅτι ἐν Ἰταλίᾳ πολὺ πάντων εἰσὶν ἄριστοι, ἔχουσί τε τέρμα νίκης. Unde *verſ.* 10. pro eo quod editum eſt, ἔχουσι δὲ, videtur ἔχουσί τε corrigendum. Caeterum videndum, an verbis iſtis, ἕρπετὸν εἰς ὕδατος στεφάνους, ſi στέφανον corrigamus, per metonymiam aliquam poëtae concedendam, ſententia ineſſe poſſit huiusmodi, *in aquarum coronam* (quae Hipponium cingit) *piſcibus ſcatentem.*

b *Verſ.* 12. βρυχίου διὰ πόντου. Bene Dalecampius, *per horriſoni maris undas.* Non modo *ſubmerſus*, aut *ſubmerſorius* ſignificat vox βρύχιος, ut vulgo Lexica tradunt; ſed & *rugiens*, *mugiens*, *fremebundus*; a nomine βρυχὴ & βρύχημα, *rugitus*, *fremitus.* Sic haud dubie accepit Apollonii Interpres Graecus, Argon. I. 1310. ubi per βρυχώδης expoſuit. Ibidem recte latinus interpres, *fremebundo e mari.*

Verſ. 13. ὥστ' αὐτοὺς ἡμεῖς θηρεύομεν ὄντας ἀώρους.

Verſum iſtum omiſit Epitomator. Ὅτ' αὐτοὺς legebatur b in ed. Ven. & Baſ. quod probum videri poterat, ſi admitteret metrum. Itaque geminatâ τ literâ ὅτ τ' αὐτοὺς ſcripſit GESNER pag. 973. Sed ὥσ τ' αὐτοὺς tacite correxit & in ſua editione poſuit Caſaubonus: percommode id quidem, & firmantibus quodammodo emendationem vetuſtis noſtris membranis. Nam ex his quidem ᾧ τε enotatum video: at quoniam *iota* in hoc codice numquam ſubſcriptum, ſed ad latus poſitum eſt; probabile utique videtur, ὥιτε ibi ex ὥστε eſſe ortum, confuſis permutatisque (ut ſaepe aliâs) literis ι & ϲ, id eſt σ.

AD CAP. LXIV.

Ὠνομάσθη δὲ θύννος ἀπὸ τοῦ θύειν &c. Nempe ex θύω fit ſtatim θύνω, quod, ſicuti θύω, idem atque ὁρμάω ſignificat: inde dein θύννος: ut obſervavit Etymologus, pag. 459. Eamdem nominis originem ex Noſtro repetens Euſtathius ad Iliad. ξ'. p. 989, 43. ſimul adnotavit, aeolico more duplicari ν literam. Aliam derivationem placuiſſe Caſaubono, ſupra vidimus ad ſuperioris capitis initium.

οἶστρον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς &c. Vide quae paulo ante notavimus ad pag. 301. e. In *ARISTOTELIS* verbis, quae hîc adferuntur, plura quaedam omiſſa erant in ed. Ven. quae deinde ab editore Baſileenſi ex editis Ariſtotelis operibus (nempe ex Hiſt. Anim. VIII. 19.) ſuppleta ſunt, & eodem modo in ed. Caſaub. repetita. Sed eisdem fere verbis in noſtri Athenaei codicibus expreſſum legitur id quod in ed. Ven. deſiderabatur: hoc discrimine, quod οἱονεὶ σκωλήκιον habeant noſtri codices, pro οἷον σκωλ. quod ex Ariſtot. editum erat; & τὸν καλούμενον οἶστρον, non τὸ καλουμ. οἶστρον, quod in Ariſtoteleis libris male poſitum, ex noſtris corrigendum. In ed. Ven. hoc loco ſic legitur: Οἱ δὲ θύννοι καὶ οἱ ξιφίαι οἰστρῶσι περὶ κυνὸς ἐπιτολὴν, ἔχουσι γὰρ ἀμφότεροι ὅμοιον μὲν σκορπίῳ μέγεθος δὲ ἡλίκον δραχμῆς, &c. ubi quod plura omiſſa ſint, eius omiſſionis haec ratio & origo eſt, quod in vetuſtis membranis *A.* unde alios codices derivatos novimus, verba illa ὅμοιον μὲν σκορπίῳ per librarii errorem bis poſita ſunt, primum poſt ἔχουσι γὰρ ἀμφότεροι, tum rurſus paulo inferius iuſto loco: iſtam ſcripturam cum ob oculos haberet iunior aliquis librarius, a ſuperiore loco ad inferio-

rem aberrans, quae interiecta erant temere praetermiſit.
c Quod pro ἀράχνης, in ed. Ven. δραχμῆς ſcribi dixi, id vetus in Athenaei libris erratum eſt, utrique etiam codici noſtro msto *A.* & *Ep.* commune. Sed, quam vocem ex Ariſtoteleis libris hic poſuit Baſileenſis editor, ἀράχνης, eamdem apud Ariſtotelem iam olim Plinius legerat, qui Graeci philoſophi totum locum, de quo quaerimus, Latine ad verbum ſic expreſſit: *Animal eſt parvum, ſcorpionis effigie, aranei magnitudine: hoc ſe & thynno & ei qui gladius vocatur – – ſub pinna affigit aculeo, tantoque infeſtat dolore, ut in naves ſaepenumero exiliant.* Plin. Hiſt. Nat. IX. 15, 21. Ubi dein apud Noſtrum ſcribitur καὶ τοῖς πλοίοις πολλάκις ἐμπίπτουσι, ibi nihil magnopere deſideres: haud incommode tamen καὶ τοῖς πλοίοις γοῦν habet Epitoma; apud Ariſtot. vero eſt, διὸ καὶ τοῖς πλ. Tum pro ἐμπίπτουσι, eſt ἐκπίπτουσι in ms. *Ep.*

καὶ Θεοδωρίδας δὲ φησί. »Hic eſt THEODORIDAS Syracuſanus, poëta dithyrambicus, cuius *Centauros* laudat »noſter libro XV extr. [pag. 699. f.] De hoc etiam loquitur Pollux libro X. cap. 50. [ſect. 187.] ſed male ibi »editur Θεοδωρίτας. Lege igitur, Θεοδωρίδας [ſic hodie »ibi ex meliori cod. ms. editur] Ἡφαιστον ἔφη φυσσητῆρσι »μολγίνοις χρῆσθαι. id eſt, *Theodoridas dixit Vulcanum pro »follibus uti corii bibuli utribus.*« CASAUBONUS. — Varii generis carmina ſcripſerat ille poëta: cuius *Carmen in Amorem* citatur apud Noſtrum, XI. 475. f. Alibi, (VI. 229. b.) non declarato carminis titulo, citatur verſus hexameter, quem poſuerat idem ἔν τινι ποιηματίῳ. Qui hoc loco adponitur verſus,

Θύννοι τε δὴ οἰστρήσοντι Γαδείρων δρόμον:

ſenarius eſt iambicus: ubi οἰστρήσοντι dorico idiomate dictum, pro οἰστρήσουσι.

Πολύβιος δ' ὁ Μεγαλοπολίτης &c. Poſuimus Megalopolitani Hiſtorici fragmentum hoc, ab Athenaeo ſervatum, in *Reliquiis ex libro XXXIV Hiſtoriarum* POLYBII, *cap.* 8. Eamdem rem ex Athenaei Epitoma retulit Euſtathius ad Iliad. ξ'. pag. 989 ſub finem. Conferendus vero Strabo, lib. III. pag. 145 extr. ad quem etiam hîc provocavit CASAUBONUS, dicens: »Eadem & Strabo libro tertio, ex »eodem fonte.« — Adde quae ad Strabonem idem Caſaubonus adnotavit. Quod ſcribitur hoc loco, βάλανοί εἰσι κατὰ βάθος ἐν τῇ αὐτόθι θαλάττῃ πεφυτευμέναι, non tam

in profundo maris intelligendum erat cum Dalecampio; quam, *in depressis locis ad mare, iuxta mare.* Sic lib. IV. pag. 184. a. ἐκ τῆς ἐν τῇ θαλάσσῃ φυομένης δάφνης, *ex lauro quae ad mare gignitur.*

AD CAP. LXV.

Eubuli versus auctiores iam prolati sunt pag. 300. c. d & e, quod ibi monuimus, pro ἐπὶ σὲ πλεῖ, scriptum oportuisse ἐπεισέπλει, id ipsum h. l. uterque noster codex mstus recte dedit. Quae deinde ex *Aristophanis Lemniis* adferuntur verba, eorum partem iam pag. 299. b. adpositam vidimus.

Στράττις, Ἀταλάντῃ. Sic ed. Ven. & Bas. cum ms. *A.* nec desiderabatur coniunctiva particula, quam sua auctoritate Casaubonus adiecit, Στράττις δ' Ἀταλ. edens. Pari modo paulo ante, Ἀριστοφάνης Λημνίαις; & mox deinde, Ἔριφος Μελιβοίᾳ. Alia ratio est, ubi eiusdem *Strattidis* rursus aliud testimonium citatur ex *Macedonibus*: nam ibi recte ἐν δὲ Μακεδόσιν scribitur. Iam in isto ex *Atalanta* testimonio, cum ἀκροκώλιον δραχμῆς υἱὸν vulgo legeretur, monuit Casaubonus: »Dalec. *o fili.* Immo vero »legendum ὕειον aut ὕϊον. *Pedes porcinos* intelligit, aut »simile quid. Vocem ἀκροκώλιον exposuimus libro tertio, »cap. 15.« — Vide not. ad II. 63. e. Vulgatum h. l. tenet ms. *A.* In *Epit.* autem omissum istud testimonium. Pro υἱὸν vero ut ὕειον scriberemus & sententia & metrum monebat. Fragmentum ex eiusdem *Strattidis Macedonibus*, ὑπογάστρια δ' ἡδέα θύννων, videtur metri esse anapaestici.

In *Eriphi* ex *Meliboea vers.* 1. cum Ταῦτα γὰρ οἱ πένητες legeretur, nihil mutavit ms. *A.* Epitoma autem, omissis tribus prioribus vocibus, sic habet, Πένητες οὐκ ἔχοντες. Ubi Casaubono obtemperavi monenti: »Scribe, Ταῦθ' οἱ πένητες.« — Praestabat fortasse, quod sub contextu posuimus, Τάδε γὰρ πένητες. *Vers.* 3. Pro οὐδὲ γόγγρου, quod erat editum, recte οὐδὲ γόγγρον dedit codex ms. uterque. *Vers.* 4. οὐδὲ μακρὰν ὑπερορᾶν θεοὺς erat in ed. Ven. & Bas. Et sic ms. *A.* Dein quum μακρὰς edidisset Casaubonus, monuit idem in Animadverss. »μάκαρας esse scribendum.« Recte: & sic plane scribitur in *Epit.* quod coniecturâ etiam prae-

ceperat DALECAMPIUS, *ne Deos quidem beatos*, vertens. Eosdem verſus ex Athenaei Epitoma recte expreſſos dedit Euſtath. ad Od. μ'. pag. 486, 37 ſq.

Θεόπομπος ἐν Καλλαίσχρῳ. »Meminit Pollux libro IX. »[ſect. 59.] Sed locus ibi depravatus, ita reſtituatur: Τὰ »δὲ στατῆρος ἄξια, στατηρίδια φαίης ἂν, ὡς Θεόπομπος »ἐν Καλλαίσχρῳ, Οὐ φησὶν εἶναι τῶν ἑταιρῶν τὰς μέσας »στατηριδίας. Notabis typum nominum in ἰδιος, pro »ιαιος: qua de re plura alibi notamus.« CASAUBONUS.

f ἐπὶ ἰχθύων μὲν ὑπογάστριον λέγουσι, σπανίως δὲ ἐπὶ χοίρων, καὶ τῶν ἄλλων ζώων. Particulam μὲν, quae deerat vulgo, adieci praeeunte ms. *Ep.* Quod vero ait auctor, *abdomen porci aut aliorum* quadrupedum *animantium* non ſolere graece ὑπογάστριον dici: nempe in his κοιλίαν dicere amant, ut III. 94. c. d. aut ἠτριαίαν. Sic ἠτριαία δέλφακος, III. 96. c. ubi vide notata. Sed & ϑύννου ἠτριαίας dictas reperimus, I. 4. c.

Ex *ANTIPHANIS* ecloga, quae ſequitur, nonniſi pauca verba ſic excerpſit Epitomator: Καὶ Ἀντιφάνης· ὠφώνηκε μεγαλείως ταῖς κάκιστ' ἀπολουμέναις ὑπογάστρι' ἐλϑών. Sicut a nobis editi ſunt poëtae verſiculi, ſic ante nos editi legebantur: niſi quod ἀπολέσαι ex ms. *A.* recepi, a Caſaub. quoque commendatum, pro ἀπολέσει: γεννικῶς autem ex Caſaub. emendatione, quam flagitabat metrum. Ad *verſ.* 3. adnotavit CASAUBONUS: »Suſpecta vox ἐλθών.« Tum ſcribi iuſſit: »ἀπολέσαι, *perdat:* omnino non ἀπολέσει. Eſt imprecantis oratio.« Verba *verſus* 4. in Animadv. ſic citavit idem CASAUBONUS, quaſi γεννικῶς legeretur: (quae ſcriptura nonniſi deinde in ed. Caſ. 2. & 3. recepta eſt, cum antea γενικῶς fuiſſet editum:) tum ait: »Malim γεννικήν. πλευρὰ γεν»νικὴ, *latus vaegrande*: ſuis, puta, aut alius victimae. Sic »γεννικὸν κρέας apud Ariſtophanem.« — Vide Comici Equit. 457. At ſuſpicari licet, longe aliud iſtis verbis dicere ludentem poëtam voluiſſe atque id de quo cogitaverat doctiſſimus Animadverſor. Vide ne ὑπογάστριον id nunc dixerit Antiphanes, quod infra abdomen eſt.

a Ἄλεξις δὲ - - τὴν κεφαλὴν τοῦ ϑύννου ἐπαινῶν. Verbum ἐπαινεῖν non ita hîc accipiendum, ut ſi quid *tamquam praecipuum* prae caeteris *laudamus*: ſed quemadmodum latine nonnumquam *laudare* dicimus, pro *commemorare; ſigillatim, nominatim commemorare.* Certe in *ALEXI-*

DIS verbis, quae hîc adferuntur, *caput thynni*, ut cibum a mediocriter bonum, *ſigillatim* quidem *commemoratum* video, neutiquam vero *prae caeteris laudatum.* Quos φρυκτοὺς dicit *verſ.* 3. de his confer VI. 227. c. & Animadv. T. III. pag. 313. *Verſu* 4. quum miſere claudicet metrum,

Οὗτος πρότερον κεφαλὴν εἰ λάβοι θύννου:

monuit CASAUBONUS: »Metro conſulamus, ſi ſententiae »minus licet:

»Οὗτος δὲ κεφαλὴν πρότερον εἰ θύννου λάβοι.

»Et, *ſequente verſu*, ἐνόμιζεν cum Epitoma; non ἐνό»μιζον.« — In *quarto verſu* nil mutant mssti, niſi quod perperam λάβῃ habet ms. *Ep.* Nimis vero a librorum ſcriptura recedit ſenarius a Caſaubono concinnatus, quam ut in contextum recipere auderem. ἐνόμιζεν *verſ.* 5. non modo *Epit.* ſed & membr. *A.* dederunt: cui ſcripturae conſentaneum erat, ut quartus & quintus verſus diverſae perſonae, atque tres priores, tribuendi eſſent: quo facto, ſententia ſatis commoda conſtare verbis videtur. ἐγχέλεια nunc recte ſcriptum in editionibus omnibus, licet ἐγχέλια rurſus habeant libri mssti: de quo vocabulo iam ſaepius diximus.

Ἀριστοφῶν ἐν Πειρίθῳ. »In *ARISTOPHONTIS* verſibus »ex *Pirithoo* iocus eſt lepidus in voce κλεῖδες: quae & b »*fruſtum aliquod thunni* ſignificat, &, quod omnes ſciunt, »*claves*. Porro Graecis veteribus *duo clavium genera* erant »in uſu; *communium*, & *Laconicarum;* quae etiam καλυ»πταὶ dicebantur, ut ſcribunt Poëtae Interpretes ad illa »verba, [Iliad. ξ'. 167.] πυκινὰς δὲ θύρας σταθμοῖσιν »ἔπηρσε [κληῖδι κρυπτῇ.] Multa nos alibi [ad Aeneam »Tacticum] de Clavibus veterum, ad lucem auctorum »antiquorum. Oppoſitum καλυπτοῦ, ſive *occulti*, eſt τὸ »ὀπτὸν, *quod cerni poteſt:* nam ὀπτὸν utrumque ſignificat, »& *aſſatum*, & *viſibile*. Vide libro ſequente, capite quar»to. [VIII. 338. b. c.] Ex his intelliguntur lepidiſſimi »*verſiculi ARISTOPHONTIS:*

»A. Καὶ μὴν διέφθαρταί γε τοὔψον παντελῶς.
»Κλεῖδες μὲν ὀπταὶ δύο παρεσκευασμέναι.
»B. Αἷς τὰς θύρας κλείουσι; A. Θύννου μὲν οὖν.
»B. Σεμνὸν τὸ βρῶμα. A. Καὶ τρίτη Λακωνική.

»Falſus eſt Dalecampius, qui penultimam vocem emen»dabat, ſcribebatque τρίγλη Λακωνική. Nam, ut diximus, »*clavis Laconica*, alio nomine καλυπτὴ appellata, oppo-

b »nitur τοῖς δυσὶν ὀπταῖς. « CASAUBONUS. — Parum ad id quod agitur intereſt, ſed tamen norandum, non tam κάλυπτὰς, (ut ait Caſaubonus) quam κρυπτὰς dici ſolitas *claves Laconicas*. Vide Suidam in Λακωνικαὶ κλεῖδες, &, quem is citat, Ariſtophanem in Theſmophor. vs. 421 ſqq. Adde Salmaſ. Exercit. Plin. p. 651 ſq. Küſtero etiam laudatum. De κλειδίοις, id eſt, *iugulis thynnorum vel orcynorum*, ſeparatim ſaliri ſolitis, conf. p. 315. d. & VIII. 357. a. Graecum nomen tenens Plinius, *clidium* vocat, lib. IX. cap. 15. ſect. 18.

AD CAP. LXVI.

τῷ Ποσειδῶνί φησι θύννον θύεσθαι. *Neptuno ſacrificari thynnum.* Vide ſupra pag. 297. e. & conf. Aelian. Nat. Anim. XV. 6.

Ἡρακλέων δ' ὁ Ἐφέσιος τὸν ὄρκυνόν φησι λέγειν τοὺς Ἀττικούς. »Vir doctus [corrigit,] τὸν θύννον ὄρκυνόν φησι λέγειν: neque video quae ſit ſententia editae »lectionis; licet non aliter in mſstis. « CASAUBONUS. — ὄρκυνον, aſpiratâ primâ vocali, ſcribitur & hîc & paulo poſt in ed. Ven. & Baſ. cum ms. *A*. ὅρκυνον edidit Caſaub. cum ms. *Ep*. Confer ſupra ad pag. 301. f. Infra, pag. 315. c. in ὅρκυνον conſentire videntur omnes. ὄρκυνος editur apud Heſych. in voce: ſed alibi apud eumdem leni ſpiritu; vide eum in Θύννον, & in Κασσύας. *Orcynus* abſque aſpiratione conſtanter vocatur apud Plinium: & ſic ὄρκυνος apud Aelianum & Oppianum editur. Caeterum *Archeſtratum* ſupra audivimus dicentem, θύννον, ὃν καλέουσι ὄρκυν vel ὄρκυνον. Moxque rurſus ex *Soſtrato* adfert Noſter, θύννον τὸν ἔτι μείζονα, ὄρκυνον καλεῖσθαι. Sed vice verſa apud Heſychium in Θύννον ſcribitur: Θύννον, τὸν ὄρκινον (rectius ὄρκυνον) λέγουσι· τὴν δὲ πηλαμύδα, θυννίδα: quaſi ὄρκυνος & πηλαμὺς notiora & magis uſu trita fuerint vocabula, de quibus monuiſſent Grammatici, pro eo qui aliis ὄρκυνος erat, alios θύννον dixiſſe; & pro πηλαμὺς, alios dixiſſe θυννίς. Et ſic quidem, quod ad hoc proximum ſpectat, mox Athenaeus etiam ait, SOSTRATUM tradidiſſe, τὴν πηλαμύδα θυννίδα καλεῖσθαι. Ibi, pro πηλαμίδα, quod editum erat, rurſus πηλαμύδα recte ſcriptum in ms. *Ep*. nec dubito quin pariter in ms. *A*. quemadmodum conſtanter aliâs. De qua ſcriptu-

ra diſerte etiam Heſychius monuit: Πηλαμὺς, διὰ τοῦ ῡ. ἰχθὺς ἐν Πόντῳ.

Aeschyli teſtimonium prius (utpote deſperatum, c puto) praetermiſit Epitomae auctor. Quale editum inveni, tale equidem repetii: niſi quod comma, quod in ed. Baſ. & Caſ. poſt λέγω poſitum erat, poſt μυδρούς transtuli. Nam κἀπιχαλκεύειν λέγω recte ab editoribus poſitum putavi, pro κἀπιχαλκεύει λέγων, quod eſt in membranis. Poſtrema etiam vox, pro ἂν λυδὸς, quod habent membranae, recte haud dubie ἄναυδος edita erat; ſed ea quidem poſteriori verſui ita adiecta, quaſi pars eſſet eiusdem verſus. Iſta igitur verba in hunc modum interpretatus erat Dalecampius: *Malleos ſumere hunc, ac cudere iubeo ignitas aeris maſſas; qui, velut thynnus, olim absque ſuspiriis, tacitus ſuperbiebat.* Ad verba, *velut thynnus*, adnotavit idem Dalecamp: »Videtur hoc »tamquam proverbio dici in faſtuoſos & arrogantes, qua»ſi eo ſit ingenio thynnus.« — Caſaubonus, ſive his contentus, ſive meliora dare deſperans, absque animadverſione transmiſit hunc locum. *Comel. de* Pauw, in Notis ad Aeſchyli Fragmenta, pag. 1108. »Aut poſt θύννος »ὡς (inquit) aliquid deeſt, & ſcribendum:

»μύδρους, ὃς ἀστενακτὶ θύννος ὡς . . .
»ἄναυδος ηὔχετο:

»aut traiectis modo voculis legendum,

»μύδρους, ὃς ἀστενακτὶ θύννος ηὔχετο
»ἄναυδος ὥς.« —

Toupius, in Epiſtola Critica, pag. 112. ſic ſcribendum & numeris ſuis reſtituendum locum cenſuit:

» — — — Ἀστενακτὶ θύννος ὣς ἠμύχετο
»ἄναυδος. — — —

»*Lacerabatur, idque ſine gemitu, velut thynnus. As mute as a* »*fish.* Notandum autem (inquit) illud ἠμύχετο: quod an»tiquum & neutiquam obvium eſt. Agnoſcit peroppor»tune Heſychius: Ἀμύχεσθαι· τὸ ξέειν τὰς σάρκας τοῖς »ὄνυξιν.« — Sic ille. Ubi minime quidem per ſe displicet verbum ἠμύχετο: ac poterat, *qui nullo emiſſo gemitu lacerari ſe patitur*, is percommode cum *orcyno* vel *thynno* piſce conferri, qui (ut Aelianus tradit, Nat. Anim. I. 40.) ſi hamo captus ſit, dicitur ultro lacerare os ſuum, & vulnus magis magisque dilatare, donec exſpuere hamum queat. Sed velim docuiſſet nos vir κριτικώτατος, quo me-

tro decurrat verſus ille,

μύδρους, ὃς ἀστενακτὶ θύννος ὡς ἠμύχετο.

Nam, cum ſenarius eſſe iambicus debeat, ſeptem habet pedes. Quae quidem difficultas ita levari fortaſſe poſſit, ut dicamus, vocabulum μύδρους, quod apud ipſum poëtam e ſuperioribus verbis ſubintelligebatur, ſententiae cauſſa adiectum eſſe a Grammatico, ſed ita ut extra verſum poſitum debeat intelligi. Deinde vero videndum, an μυ ſyllaba in ἠμύχετο potuerit produci.

Pergit auctor: Καὶ ἀλλαχοῦ· id eſt, *Et alibi ait idem Aeſchylus:*

Οὗτος καὶ ὅμμα παραβαλὼν θύννου δίκην.

Ibi Caſaubonus ſua auctoritate ſic ediderat: καὶ ἀλλαχοῦ οὕτως, καὶ ὅμμα παραβαλὼν &c. ubi verſus in hunc modum erat concipiendus:

——— καὶ ὅμμα παραβαλὼν θύννου δίκην.

At nulla cauſſa fuerat, cur a membranarum ſcriptura οὗτος, quam eamdem & ed. Ven. & Baſ. tenebant, discederetur. Turbaverat puto Caſaubonum, quod in ed. Baſ. prave diſtincta erant verba in hunc modum: καὶ ἀλλαχοῦ οὕτως, καὶ ὅμμα &c. fortaſſe etiam quod vocem οὕτως non adpoſuiſſet Epitomator. Sed, hunc quidem multa alia ſuo arbitratu omiſiſſe, ſatis novimus. Verbi cauſſa, hoc ipſo loco, omiſſo prorſus ſuperiori Aeſchyli teſtimonio, ſubito ſic incipit: Ὅμμα παραβαλὼν θύννου δίκην φησὶν Αἰσχύλος· ὡς τοῦ θύννου &c. Recte vero & opportune vocabulum ὅμμα tenuit idem Breviator, pro quo perperam ὄνομα ſcribitur in ms. *A.* Quibus in verbis non erat cur haereret *Corn.* PAUW, loco modo citato, quaereretque an fortaſſe σκαιὸν ὅμμα παραβαλὼν ſcriptum oportuerit. Immo qui *laevo oculo* (quod de thynnis perhibebatur, coll. p. 301. e.) *minus acute videt*, is *dextrum* potius in eam partem, qua cernere aliquid cupit, *detorquebit.* Confer Euſtath. ad Iliad. ξ'. pag. 889 ſub fin.

Μέναδρος, Ἁλιεῦσι·

Καὶ θάλασσα βορβορώδης ἣ τρέφει θύννον μέγαν.

Iſta omnia non modo Epitomae auctor omiſit, ſed & Natalis Comes in Latina verſione plenioris operis. Audacius vero hîc, quam pro more, egit CASAUBONUS: nam quum poëtae nomen & in editionibus ſuperioribus & im msstis (in vetuſtis certe membr. *A.*) deſideraretur, a DALECAMPIO autem in verſione ex coniecturâ ſupple-

tum esset: »*Menander in Piscatoribus*:« ipse in Graeco contextu nomen Μένανδρος tam fidenter posuit, quasi omnibus in libris fuisset repertum, neque opus esset ut de hoc loco quidquam, in Animadversionibus saltem, moneretur. In ed. Ven. & Bas. *asteriſco* notatus erat locus: in ms. *A.* vero absque lacunae indicio deest nomen; ut suspicari liceat plura etiam quaedam verba fortasse hîc intercidisse. Iam quod ad poëtae nomen adtinet, quum neminem alium Comicum, qui Ἁλιέας docuerit, praeter *Menandrum* norimus; perquam probabilis utique erat coniectura, MENANDRI nomen hîc suppleri debere; sed coniectura tamen. Ad verba poëtae quod adtinet, cum vulgo sic scriberetur,

καὶ θάλασσα καὶ βορβορώδης &c.

imperite ista ad metrum sic concinnanda iudicaverat CLERICUS, in Menandri Fragm. pag. 12.

— Θάλασσα
καὶ βορβορώδης ἣ τρέφει θύννον μέγαν.

Quem merito reprehendens BENTLEI, in Emend. p. 7 sq. monuit, servatâ priori καὶ particulâ, sed abiectâ alterâ, quae nec ad sententiam nec ad metrum apta sit, rotundissimum prodire trochaicum,

καὶ θάλασσα βορβορώδης, ἣ τρέφει θύννον μέγαν.

Quod sequitur, Καὶ παρὰ Σώφρονι ὁ θυννοθήρας ἐστὶ, id refertur ad unum e *SOPHRONIS Mimis*, in quo non modo mentio fiebat τοῦ θυννοθήρα, *venatoris thynnorum;* sed cui mimo illud ipsum etiam nomen pro titulo inscriptum erat: cuius mimi & Noster meminit, pag. 306. d. & alii auctores, veluti Aelian. Nat. Anim. XV. 6. & Etymologus pag. 572, 42. Iam quae continuo apud Nostrum sequuntur, Οὓς ἔνιοι θύννους καλοῦσιν, Ἀθηναῖοι δὲ θυννίδας: ea nimis utique abrupte posita videntur. Malles saltem Οὓς δ' ἔνιοι, & deinde, τούτους (vel ταύτας) Ἀθηναῖοι θυννίδας. Suspicari vero etiam licebat, intercidisse alicuius Grammatici aliusve auctoris nomen, cuius illa verba fuissent. Sic, verbi gratia, apud Etymologum adnotatur: Θυννίδες, οἱ νῦν θύννοι. Item: θύννος, ὅπερ ἐν τῇ κοινῇ συνηθείᾳ καλεῖται θύννα. Sed aliò hîc nos ducit Epitomae auctor, nisi ipse nimis properanter hunc locum excerpsit. Is quidem post superiora verba, ὡς Ἀριστοτέλης εἴρηκεν, sic pergit: Φησὶ Σώφρων· οὓς ἔνιοι θύννους καλοῦσιν, Ἀθηναῖοι δὲ θυννίδας. Ex quo, quoniam titulum li-

brorum consulto omittere idem consuevit, nascitur suspicio, sic eum in suo exemplari legisse, Καὶ παρὰ Σώφρονι ἐν Θυννοθήρᾳ ἐστίν: id est, *Et apud Sophronem in Thynnothera leguntur ista*, Οὓς ἔνιοι &c.

AD CAP. LXVII.

d Quae de *thynnide* ex *ARISTOTELE* Athenaeus priori loco adfert verba, ea leguntur in Hist. Anim. V. 9. hoc discrimine, quod ibi pro ἀθέρα, quod habent Athenaei libri, ἀφαρέα scribitur: quod vocabulum Editor Basileensis ex Aristotelis libris editis in Athenaei exemplum transferre non dubitavit; Casaubonus vero istud, quod Athenaei libri omnes exhibebant, postliminio restituit. Quo spectat eiusdem CASAUBONI animadversio haec: »τῷ ἔχειν ὑπὸ τῇ γαστρὶ πτερύγιον ἃ καλεῖσθαι ἀθέρα. »Scimus & nos, apud Aristotelem Historiarum libro se»cundo [libro quinto *scribere voluerat*] capite nono legi »ἀφαρέα, non autem ἀθέρα: confirmante etiam Hesychio, »cuius verba: Ἀφαρεὺς, τοῦ Θήλεος Θύννου τὸ ὑπὸ τῇ γα»στρὶ πτερύγιον. Nihilo minus tamen stabilitam consensu »omnium exemplarium lectionem repudiare non potui»mus; cum accederet praesertim Breviatoris auctoritas, »qui diserte scribit ἀθέρα. Non igitur scripsisse aliter Athe»naeum, sed in Aristotele aliter legisse existimamus. Sa»ne vox ἀθὴρ non inepte *pinnulam*, de qua loquitur phi»losophus, significaverit: quo facilius verae lectionis sub»diditia haec locum invasit & occupavit.« — Apud Aristotelem l. c. non urgeam quod diversam paulo scripturam, ἀφορέα, habet vetustissimus codex Aristotelis Venetus, (hodie Parisiensis) teste CAMUS in *Notices des Manuscrits de la Biblioth. Nationale*, T. V. pag. 457. cui lectioni vicinam ἀφορέον in B. Rhenani codice adnotatam Schneiderus repererat. Antiquam utique in Philosophi libris scripturam fuisse ἀφαρέα, Hesychii testimonium satis evincit. Illud intelligi velim, potuisse fortasse eam pinnam, de qua agitur, perinde & ἀφαρέα & ἀθέρα nominari: & potuisse Aristotelem pro vocabulo ἀφαρέα, quod nunc praedicto loco legitur, in alia scriptorum suorum parte alterum vocabulum ἀθέρα ponere. Iam si, quae continuo sequuntur Athenaei verba cum hisce conferas, probabile fit, haec superiora non ex libro quinto

Hiſtoriarum, ſed ex alio quodam Philoſophi ſcripto prolata eſſe. Nam quum continuo ſic pergat auctor, Ἐν δὲ τῷ Περὶ Ζώων Μορίων, ſatis indicat, ſuperiora verba ex *alio Ariſtotelis libro* ducta eſſe. Atqui, quem librum hoc titulo, περὶ Ζώων Μορίων, deſignare ſolet, is ipſe eſt *Liber quintus Hiſtoriarum Animalium*, in cuius libri capite undecimo leguntur ipſa illa verba, quae deinde adponuntur. Et legebatur hîc quidem in ed. Ven. & Baſ. nude Ἐν δὲ τῷ Περὶ Ζώων: quo titulo rurſus aliud inſigniri ſolere opus vidimus in Animadv. ad p. 281. f. Sed Μορίων recte adiectum in ed. Caſaub. »Scripſimus (inquit CASAUBONUS) auctoribus libris omnibus, ἐν δὲ τῷ »Περὶ Ζώων Μορίων, cum Epitoma: licet non neſcire»mus, locum indicari qui extat Hiſtoriarum lib. V. cap. »XI.« — Sic quidem hîc & noſter ms. *Ep.* habet, & vetus ms. *A.* ubi illud tamen ſingulare, quod cum aliâs ἐν πέμπτῳ περὶ Ζώων Μορίων, vel brevius quodammodo, ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων, citari apud Noſtrum ille liber ſoleat, (de quo cum ſaepe aliâs, tum ad VII. 286. c. diximus) nunc numerale nomen πέμπτῳ deſideretur. Sed potuit brevis nota ε'. qua in veteribus libris nomen illud indicabatur, facile intercidere. Paulo poſt (pag. 304. c.) alio errore ἐν δευτέρῳ Ζώων Μορίων, pro ἐν πέμπτῳ, in eisdem vetuſtis libris ſcriptum videbimus. In verbis Philoſophi ex illo loco hîc citatis, reſtituimus ex ed. Ven. conſentientibus msstis verbum γίνεσθαι, quod praeter neceſſitatem in γίνεται ex Ariſtotele mutaverat Editor Baſileenſis.

Κρατῖνος δ' ἐν Πλούτοις φησίν·

Ἐγὼ γάρ εἰμι Ξυννὶς ἢ μελαίνας ἢ &c.

Quum veluti ſoluta oratio vulgo ſcripta eſſent iſta verba, monuit CASAUBONUS in Animadv.: »In *CRATINI* ver»bis duo inſunt integri ſenarii iambici.« — *Poſteriorem verſum* iam ſupra (pag. 299. b.) citatum vidimus. *Priori verſu*, quid ſit μελαίνας, non liquet. *Maena* legebat Dalecampius; μελάνουρος Villebr. cum Adamo. Equidem μέλανδρυς malebam. Vocatur autem μέλανδρυς *maxima* quaedam *ſpecies thynnorum*, ut docet Pamphilus apud Noſtrum, III. 121. b.

Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ Περὶ Ἰχθύων, ἀγελαῖον καὶ ἐκτοπιστικὸν &c. »Etſi liber ille, *De Piſcibus*, ad nos non »pervenit, agnoſcet tamen philoſophi verbum, qui fue-

»rit in illius ſcriptis paullo verſatior. Nam initio Hiſto»riarum inter caeteras animalium differentias haec poni»tur: καὶ τὰ μὲν ἐπιδημητικὰ, καὶ τῶν ἀγελαίων, καὶ »τῶν μοναδικῶν· τὰ δὲ ἐκτοπιστικά.« CASAUBONUS. — Vide Hiſt. Anim. lib. I. cap. 1.

e Ἀρχέστρατος δ' ὁ κίμβιξ. Ad editam olim ſcripturam κίμμιξ, adnotavit CASAUBONUS: »Pro κίμβιξ. Literae »β & μ paſſim permutantur. Notum quis dicatur κίμβιξ »apud Ariſtotelem in Ethicis, qui vitium hoc inter ſpe»cies ἀνελευθεριότητος ſtatuit. Aliter paulo hîc uſurpatur »de *Archeſtrato*, qui *in rebus nihili tantum ſtudii poſuit.* Gram»matici explicant ῥυπαρὸς καὶ μικρολόγος. In Epit. ſcri»ptum ὁ κύμβιος. Nec multo aliter Heſychius: Κύμβινον, »ait, ἐπὶ μικρολόγου ἔταττον.« CASAUBONUS. — Noſtri codices, tam vetus Venetus, quam ms. *Ep.* perſpicue uterque κίμβιξ dedere: quod vocabulum ſigillatim utique de *ſordide avaro* uſurpatur. Suidas: Κίμβιξ, ὁ λίαν μικρολόγος περὶ τὰ χρήματα. Conf. Heſych. ad Odyſſ. ρ'. pag. 642, 16 & 20. & (quem laudat doctus Heſychii Editor ad vocem Κιμβία) Hemſterhuſ. ad Ariſtoph. Plut. p. 191 ſqq. Eſt quidem interpretatio quaedam magis generalis in Photii Lexico msto, ab eodem Heſychii Editore ibidem prolata: Κίμβικας, καὶ Κικκάβους, τοὺς αἰσχρούς. Sed videndum, ne decurtata ſit poſtrema vox ex αἰσχροκερδεῖς: quae duo vocabula iunxit Chamaeleon apud Noſtrum, lib. XIV. pag. 656. d. de Simonide loquens, Οὕτως δὲ ἦν ὡς ἀληθῶς κίμβιξ ὁ Σιμωνίδης καὶ αἰσχροκερδής. Sed de Archeſtrato uſurpatum idem vocabulum, recte de diverſo genere μικρολογίας, id eſt, *minutae diligentiae* interpretatus eſt Caſaubonus. Perperam loco nominis Ἀρχέστρατος h. l. Ἀρχέλαος ſcribitur in noſtro ms. *Ep.*

In *ARCHESTRATI verſ.* 1. adparet, ϑύνναν eamdem dici quae aliâs ϑυννίς. Sic rurſus paulo poſt utitur Antiphanes in Ecloga ex Curide verſ. 4. (pag. 304. a.) & Hipponax, pag. 304. b. Cum quibus conferendum quod ex Etymologico M. p. 459. ſupra retulimus: ὄνομα - - ϑύννος· ὅπερ ἐν τῇ κοινῇ συνηθείᾳ καλεῖται ϑύννα. Quod ait οὐραῖον, eſt *cauda*, vel, ut commode DALECAMPIUS interpretatus eſt, *pulpamentum caudae proximum.* Vide pag. 277. b. & 294. c. Graecum nomen Plinius tenuit lib. XXXII. ſect. 54 extr. *uraea cybia* nominans. Conf. Animadv. ad I. 4. b. T. I. pag. 51. *Verſ.* 2. ἧς μητρόπολις Βυ-

ζάντιον ἐστίν. Conf. III. 116. b. *Verſ.* 4. Pro μόνον, contra quam fert metrum, μοῦνον ſcribitur in utroque cod. mſto. e

In conſtituendo *ſexto & ſeptimo verſu* quam rationem potiſſimum ſequerer, vix mecum decernere potui. Ii verſus in hunc modum editi leguntur:

Κἂν ξηρὰν ἐθέλῃς (perperam ἐθέλεις ed. Ven. & Baſ.)
ἔσθειν, γενναῖα πέλονται,
ἀθανάτοισι θεοῖσι φυὴν καὶ εἶδος ὅμοιαι.

Ad quae verba, haec adnotaverat doctiſſimus GESNERUS, de Aquatil. pag. 974. »Κἂν ξηρὰν, ſcil. τὴν θυννίδα ξηρὰν »καὶ ἄνευ ἅλμης. Tum γενναῖα, & ὅμοια, ſcil. τὰ »τεμάχη. Denique (*verſ.* 8.) ἀπόλωλεν ἐκείνη: nempe ἡ »θυννὶς, ἢ ἡ φυή.« — Deinde vero monuit CASAUBONUS: »Scribendum γενναῖαι πέλονται, ut dicebamus »in lectionibus Theocriteis. Ita legit Euſtathius quoque.« — Nec vero ſolus Euſtathius ita legit, in Comment. ad Odyſſ. μ'. pag. 486, 39. ubi verba iſta ſic citat: θυννίδα κἂν ξηρὰν ἐθέλῃς ἔσθίειν, γενναῖαι πέλονται, ἀθανάτοισι θεοῖσι φυὴν καὶ εἶδος ὁμοῖαι: verum (quod non inobſervatum praeterire Caſaubonus debebat) eodem prorſus modo ſcribitur in *Epitoma;* niſi quod ibi vocabulum θυννίδος initio abeſt, quippe ex ſuperioribus verſibus ſubintellectum. At eodem modo ſcribitur etiam in vetuſtis membr. *A.* Ubi illud quidem ſtatim ſatis adparebat, pro ἔσθίειν recte ab Editoribus ἔσθειν eſſe poſitum. Tum vero neminem magnopere turbare debebat, quod, licet ξηρὰν in ſing. ſit poſitum, tamen γενναῖαι & ὁμοῖαι in plurali numero ponantur; qualia multa ſibi ſuo quodam iure ſumunt poëtae: ſed iſtud tamen parum congruum videri debebat, quod mox rurſus ſequatur ſingularis numerus ἐκείνη: niſi forte cum Gesnero ἐκείνη ἡ φυὴ intelligi potuerit. At hoc potiſſimum incommodi habebat iſta librorum ſcriptura, (de quo etiam Gesnerus l. c. monuerat,) quod in verſu hexametro,

Κἂν ξηρὰν ἐθέλῃς ἔσθειν, γενναῖαι πέλονται,

penultimam vocem γενναῖαι neutiquam admittere videbatur metri ratio, ob ultimam ſyllabam αι ſequente conſonâ productam. Atque hoc eſt (ſi recte accepi) de quo Caſaubonus ait ſe monuiſſe in Lectionibus Theocriteis. Nempe nusquam quidem (quod obſervaverim) in Theocriteis Lectionibus ſigillatim huius verſus Archeſtratei men-

e tionem fecit: verumtamen capite XVIII illius libelli ex profeſſo id egerat vir doctiſſimus, ut oſtenderet, apud poëtas Graecos *diphthongos αι & οι in fine vocum*, non modo ubi proxima vox a vocali incipit, verum etiam *ſequente conſona*, nonnumquam *corripi*. In quo quum ſuffragati ſint Caſaubono alii doctiſſimi viri, ex profeſſo iſtam ſententiam impugnavit *Bentleius* in Animadv. ad Callimachi Hymnum in Iovem p. 4 ſq. ubi excuſſis expenſisque omnibus atque ſingulis poëtarum locis, ad quos vel Caſaubonus vel Salmaſius provocaverant, oſtendere conatus eſt, in plerisque ex illis locis manifeſte mendoſam eſſe lectionem, ex corruptis codicibus ductam, in reliquis autem etiam atque etiam ſuſpectam eſſe ſcripturam. Qua in controverſia non praeſumens ego arbitri agere perſonam, codicum mſstorum ſcripturam, a Caſaubono commendatam, ea lege hic exhibui, ut eius veritatem non praeſtarem. Caeterum parum abeſt, quin GESNERI in hoc loco conſtituendo rationem praeferam: quam & eamdem Villebrunius ſecutus eſt, niſi quod ille praeter neceſſitatem κἂν ξηρὰν in καὶ ξηρ' ἂν mutatum voluit. Idem Villebrunius teſtatur, ſe ſcripturam γενναῖα in mſstis Pariſienſibus reperiſſe; an in eisdem ὅμοια etiam vel ὁμοῖα ſcriptum ſit, non declaravit: caeterum facile equidem credo, veterem ſcripturam a iuniore aliquo librario iſta ratione eſſe refictam.

f *ANTIPHANIS* ecloga ex *Paederaſta*, quum veluti ſoluta oratio ſcripta vulgo eſſet, adnotaverat CASAUBONUS: »De *Antiphanis* verbis e *Paederaſte* iambicos ſenarios nul»lo negotio confeceris.« — Multo vero rectius KOPPIERS monuit, in Obſerv. Philolog. pag. 51 ſq. »Verba »ſincere ſcripta, ſed ſic disponenda, ut duos efficiant le»gitimos *trochaicos* tetramentos catalecticos.« — Eorum verſuum utrumque nos pro more in duo hemiſtichia diviſimus. Vocabulum θυννάδος, tamquam a recto caſu ἡ θυννὰς formatum, tenet ms. *A.* cum editis: in ms. *Epit.* vero, in contextu quidem θυννίδος ſcribitur, ſed α ſuperſcriptum indicat alteram ſcripturam θυννάδος.

Quae ſequitur eiusdem *ANTIPHANIS* ex *Curide* ecloga, haud illepida ea eſſe videtur, ſi modo de vera lectione certius conſtaret. Adponamus eam ſtatim qualis vulgo edita legebatur:

— Ὁ μὲν ἀγρῷ τρεφόμενος

Θαλάττιον μὲν οὗτος οὐδὲν ἐσθίει.

Sic duo priores verſus editi leguntur in ed. Ven. & Baſ. Pro quibus in ed. Caſ. tamquam unus primus verſus ponuntur haec verba:

Ὁ μὲν ἀγρῷ τρεφόμενος θαλάττιον οὗτος οὐδὲν ἐσθίει.

Tum omnes editiones ſic pergunt:

Πρὶν τῶν παρὰ γῆν γόγγρόν τιν' ἢ νάρκην τίνα, a
Ἢ ξύννης τὰ πρὸς τῇ ποίᾳ τὰ κάτωθεν λέγω,
Τούτους φάγοις ἄν. τοὺς γὰρ ἄλλους νενόμικα
Ἀνθρωποφάγους ἰχθῦς. τὸ δ' ἵνα ἐσθίεις
Τουτὶ κακὸν ὦτα * πλοῖα Κωπαΐδας λέγεις,
Ἀγρίως γε. παρὰ λίμνην γὰρ γεωργῶν τυγχάνω,
Τὰ δ' ἐγχέλια γράφομαι λειποταξίου.
Κομιδῇ γὰρ οὐκ ἦν οὐδαμοῦ.

Quem ad locum CASAUBONUS in Animadv. nihil nec de librorum ſcriptura nec de verborum ſententia adnotans, nude haec monuit: »Scribe & diſtingue ſic:

»— Ὁ μὲν ἀγρῷ τρεφόμενος
»Ὄψον θαλάττιον οὗτος οὐδὲν ἐσθίει,
»Πλὴν τῶν παρὰ γῆν. γόγγρον τιν' ἢ νάρκην τιν', ἢ
»Θύννης τὰ πρὸς τῇ ποίᾳ. τὰ κάτωθεν λέγω.
»Τούτους φάγοις ἄν; τοὺς γὰρ ἄλλους νενόμικα
»Ἀνθρωποφάγους ἰχθῦς. τάδε δὲ μῶν ἐσθίεις;
»Τουτὶ κακόνωτα; ποῖα; Κωπαΐδας λέγεις.« —

DALECAMPIUS, quum Athenaei verba huic eclogae ſubiecta, Τούτων τῶν ἰαμβείων &c. ſic eſſet interpretatus, quaſi monuiſſet Athenaeus, *e diverſis fabulis citari iſtos verſus*; tres diverſas eclogas eſſe ſtatuit, inter ſe non connexas; quarum prima terminaretur in verbis ἀνθρωποφάγους ἰχθῦς; altera in iſtis, γεωργῶν τυγχάνω. VILLEBRUNIUS, recte cum Caſaubono unam cohaerentem eclogam ſtatuens, nihil in verbis, qualia edita erant, mutare ſe ait, niſi quod pro ὦτα (*verſ.* 7.) ὦ τὰν legat, & ποῖα pro πλοῖα. Quo facto omnia perſpicua eſſe ait; induci autem *tres inter ſeſe colloquentes perſonas.* Verſio eius haec eſt: »A. *Cet homme nourri a la campagne, préfere à tout aliment* »*tiré de la mer, un congre pris ſur la côte, ou une torpille,* »*ou un morceau de thynnée, coupé vers la . . .* B. *Lequel?* »A. *Je veux dire vers la queue.* B. *Voilà donc les poiſſons* »*dont tu manges?* C. *Oui: car je tiens les autres poiſſons* »*pour anthropophages.* A. *Mais, mon ami, pourquoi donc* »*manges-tu de ce méchant? . . . .* C. *De quoi veux-tu par-*

a » *ler? des anguilles de Copais? Eh! tu ne ſais gueres ce que* » *tu veux dire! car je laboure ici près de ce lac; & je vais* » *les dénoncer comme ayant déſerté; car je n'en vois abſolu-* » *ment plus dans aucun endroit.* « Nos, quo pacto & ſcribendos & interpretandos illos verſus ſuſpicaremur, partim in ipſo contextu, ſed maxime in ſubiectis brevibus Notis & in latina verſione declaravimus. Non multum eſt, nec tamen nihil, quod nos iuvere mssti libri. *Secundus verſus* cum in ed. Ven. & Baſ. ſic legeretur,

Θαλάττιον μὲν οὗτος οὐδὲν ἐσθίει,

bene quidem tam quoad metrum, quam quoad ſententiam, habebat: attamen incommode repetita videri debebat μὲν particula, quae iam *verſ.* 1. poſita erat. Eam autem particulam, ſicut *verſ.* 2. omiſit Caſaubonus, ſic & ignorant ibidem noſtri codices mssti. Quare ibi vocabulum ὄφον cum Caſaub. ſupplendum cenſuimus. *Verſ.* 3. Mendoſum πρὶν tenet ms. *A.* ſed recte πλὴν dedit ms. *Epit.* Reliqua contraxit Epitomator, apud quem tota ecloga ſic ſcribitur: Ὁ μὲν ἀγρῷ τρεφόμενος Θαλάττιον οὗτος οὐδὲν ἐσθίει, πλὴν τῶν παρὰ γῆν, γόγγρον τιν' ἢ νάρκην τιν' ἢ Θύννης τὰ κάτωθεν. Εἶτα ἐπάγει· (nempe ὁ Ἀντιφάνης:) Τούτους φάγοις ἄν. τοὺς γὰρ ἄλλους νενόμικα ἀνθρωποφάγους ἰχθῦς. οἷς ἐπιφέρει· Τὰ ἐγχέλια γράφομαι λειποταξίου· κομιδῇ γὰρ οὐκ ἦν οὐδαμοῦ. Ex ms. *A.* nulla ab ed. Caſaub. diſſenſio enotata eſt, niſi pro τῇ ποίᾳ (verſ. 4.) τῆς ποίας: tum, pro τὸ δ' ἵνα ἐσθίεις, (*verſ.* 6.) τὸ δ' ἵνα δ' ἐσθίης: ſub quo (ut in ſcholio ſub contextu dixi) latere videtur τὸ δεῖνα δ' ἐσθίεις. *Verſ.* 7. In mendoſo πλοῖα nil mutant membranae; ſed pro κακὸν ὦτα, habent una voce κακόνωτα, (ſic) absque lacunae vel mendae nota.

b Τούτων τῶν ἰαμβείων ἔνιά ἐστιν εὑρεῖν καὶ ἐν Ἀκεστρίᾳ καὶ ἐν Ἀγροίκῳ ἢ Βουταλίωνι. » *Aceſtria*, & *Ruſticus* ſive » *Butalion*, duo ſunt eiusdem poëtae (*ANTIPHANIS*) » dramata, in quorum utroque nonnullos ſuperiorum iambicorum ſuo iure Antiphanes uſurpaverat. Hoc voluit » Athenaeus, non quod fingunt interpretes. « CASAUBONUS. — Nempe Dalecampius cum ad particulam καὶ, quae poſt εὑρεῖν ponitur, non attenderet, (quâ ſignificatur, nonnullos ex iſtis verſibus non modo in Curide Antiphanis legi, verum *etiam in aliis eiusdem poëtae fabulis repeti*) ex una ſuperiore ecloga (ut paulo ante dixi) tres

diverſas fecerat. Pergit CASAUB. »Ἀκέσασθαι eſt, *laceras* b »*veſtes ſarcire*: inde ἀκέστρια. *Aceſtriae Antiphanis* mentio »etiam eſt lib. IX. & lib. XIII. Pollux lib. IV. cap. XIX. »Ἀκεστρίας inſcribit. Alterius fabulae multa in his libris »mentio. Nominat Pollux libro VI.« In *HIPPONACTIS verſ.* 3. quis ſit *Lampſacenus eunuchus*, quem dicit poëta, non liquet mihi. In verbo κατέφαγε, quod *verſ.* 4. ſequitur, eclogae finem fecit Breviator. Ad mendoſum σκληρὸν quod eodem verſu habent editi libri, nihil ex ms. *A.* adnotatum. Satis tamen adparet, κλῆρον ſcriptum oportuiſſe: quod perſpecte DALECAMPIUS viderat, *haereditatem* latine reddens. In ſcriptura πέτρας τ' ὀρείας (*verſ.* 5.) haud dubie mendum ineſt: cui ſi quis commodiorem indicaverit medicinam, quam quae a nobis propoſita eſt, gratias ei habebimus. Quod *verſ.* 6. ait poëta, κρίθινον κόλλικα *comedere illum hominem*: de vocabulo κόλλιξ vide Animadv. ad III. 112. f. & huc quidem ſpectare poſſimum videtur, quod ex pluribus auctoribus Foeſius in Oeconom. Hippocr. pag. 347. adnotavit, *minutum* quoddam *panis genus* iſto nomine adpellari ſolitum.

AD CAP. LXVIII.

Ἵππουροι. Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων. c Quum in ed. Ven. ſic ſcriptum eſſet, Ἀριστ. ἐν δευτέρῳ Ζώων, *abſque* Μορίων; pro eo editor Baſileenſis ἐν πέμπτῳ Ζώων poſuit: quam ſcripturam tenens CASAUBONUS, adnotavit in Animadv.: »In exaratis manu li»quido ſcriptum offendimus ἐν δευτέρῳ ζώων μορίων: »obſtinato librorum omnium & Epitomae conſenſu. Lo»cus eſt Hiſtoriarum libro V. cap. 10. *Hippurum* alii vi»dentur appellaſſe ἔπουρον: nam ita Heſychius. De ra»tione huius appellationis erudite Gesnerus. Sed non »ſpondebo tibi, veris notis deprehenſum eſſe dum no»ſtris hominibus veterum *hippurum*.« — Et noſter codex mstus uterque ἐν δεύτερῳ Ζώων Μορίων praefert: unde haud cunctanter vocem Μορίων adieci, temere ab editoribus hîc, ut frequenter aliâs, omiſſam; etiam vocem δευτέρῳ auctori reſtituturus, ſi eam ab Athenaei manu eſſe, non ex veteris alicuius librarii errore invectam, iudicaſſem. Nam *quintum librum Hiſtoriarum Anima-*

lium, e quo ducta verba sunt quae hic citantur, constanter & perfrequenter quidem ab Athenaeo *quintum librum de Partibus Animalium* nominari vidimus; (in Animadv. ad pag. 281. f. & ad pag. 286. c.) quare non aliter ab eodem, nisi ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων, hîc quoque scriptum fuisse credibile est; quam scripturam restituendam esse auctori CASAUBONUS quoque in Addendis ad suarum Animadversionum pag. 330. l. 47. censuit. Quam facile in ponenda nota numerali, quae unicâ literâ olim constabat, errare potuerit librarius, nil opus est ut moneamus lectorem. Paulo ante (ad pag. 303. d.) prorsus etiam intercidisse notâm numeralem in eiusdem libri citatione observavimus. Ubicumque alterum opus, hodie deperditum, περὶ Ζώων ἢ περὶ Ἰχθύων citat Noster, ibi quidem numquam numerum libri notatum vidimus. In nomine piscis, quem ἵππουρον vocant, nulla nec in Athenaei libris, nec in Aristotelicis, quod sciam, varietas est. Quare videndum, ne aut alius piscis sit, qui Ἔπουρος apud Hesychium vocatur, aut nomen ex vitioso aliquo codice ductum, qualia multa in Hesychii Glossis reperiuntur. Pro τῆς μυραίνης, quod in Aristotelis verbis apud Nostrum editum erat, τῆς σμυραίνης dedere ambo nostri mssti: quod perinde quidem est; sed posterior vocis forma magis frequentata fuisse Atticis, eâdemque usus esse Aristoteles videtur; apud quem quum eodem cap. x. libri V. Historiar. saepius nominetur *muraena*, primo quidem loco ἡ μύραινα editum est, deinde vero iterum iterumque ἡ σμύραινα. — Haec scripseram, quum eo loco ubi de *muraena* ex professo agit Athenaeus noster, p. 312. c. animadverterem citari de muraena verba quaedam Aristotelis quae eodem capite x. libri V. Historiar. leguntur, ibique apud Athenaeum, prorsus quemadmodum hîc, in mssts libris & in ed. Ven. librum sic citari, ἐν δευτέρῳ Ζώων Μορίων. Ex quo haud sane improbabiliter aliquis colligat, non tam *librarii* alicuius errori, quam ipsius *Athenaei* inconstantiae ac nescio cui confusioni ortum debere illam scripturam, adeoque restitui a nobis debuisse; qui librariorum quidem errores corrigere, quoad possumus, & auctori suum restituere, non, si quid ab ipso auctore erratum turbatumve fuerit, id ut emendemus arrogare nobis debemus. Quale quid vel hîc, vel subinde etiam alibi, in longo difficilique opere audacius for-

taſſe commiſſum ſi quis mihi vitio dederit; non ego me c ſummorum virorum auctoritate defendam, ſed (quod iam aliâs profeſſus ſum) ne culpam quidem ſum negaturus, niſi, quotiescumque contra librorum auctoritatem aliquid in contextu poſuero, ipſe continuo de illata contextui mutatione monuero Lectorem, librorumque ſcripturam ſimul cum emendatione, quae mihi neceſſaria fuerit viſa, ſub conſpectum eius poſuero.

κορύφαιναν καλεῖσθαι. »Ob pinnam erectam criſtae mo»do, quae incipiens a capite continenter ad caudam us»que porrigitur.« DALECAMPIUS ex RONDELETO apud Gesn. pag. 423.

EPICHARMI verba ex *Hebes Nuptiis*, perfectum verſum efficiunt ex eo trochaicorum genere, quod prae caeteris Epicharmus frequentavit. Primum hemiſtichium terminatur in ἵππου, priori parte vocis ἱππουροι. Maior pars eiusdem verſus infra repetitur, pag. 319. d. Ibi κὠξύρυγχοι editur, quemadmodum hîc quoque dedere ambo codices msti, pro κοξύρυγχοι quod hîc in editis erat. Subtilius vero ſi agere velimus, vocalibus αι & ο in ω contractis, rectius *iota* ſubſcriberetur, κῲξύρυγχοι.

συνεχὲς φησὶν αὐτὸν ἐξάλλεσθαι, διὸ καὶ ἀρνευτὴν ὀνο- d μάζεσθαι. »Falſum eſt quod ex hoc loco perſuaſerunt »ſibi eruditiſſimi homines, [Dalecampius,] *hippurum* pi»ſcem alio nomine ἀρνευτὴν vulgo olim eſſe appellatum. »Impoſuit eorum diligentiae menda loci huius: nam pro »ὀνομάζεσθαι, ſcribendum ὀνομάζει αὐτόν. Bre»viator, καλεῖ αὐτόν. Verum eſt, hippurum dici Nume»nio ἀρνευτήν: at illud falſum, dicere poëtam ſic eum »vulgo nominari.« CASAUBONUS. — Commode ms. *Ep.* διὸ ἀρνευτὴν αὐτὸν καλεῖ: ſed ipſa *Numenii* verba omittuntur in Epit. *Mox*, λέγει δὲ οὕτως ſcripſi cum membr. *A.* ubi οὕτω edebatur.

ARCHESTRATI verſum poſteriorem,

ἄλλως τ' εὔοψον σφόδρα χωρίον ἐστὶ Κάρυστος:

prorſus in contrariam ſententiam verterat Dalecampius: *cum boni alioqui obſonii Caryſtia regio ferax non ſit.* Rectius CASAUBONUS in Animadv. »*Et aliâs piscoſus admodum* »*locus eſt Caryſtus.*« [Malim tamen, *praeſtantibus piſcibus abundans.*] Pergit CASAUBONUS: »Parcant nobis docti viri »manes: ſed profecto & legere ut illi placitum, & inter»pretari ut ab eo factum, φωτὸς οὐ σοφοῦ ἅδε βουλὰ,

» quod dixit olim ſapiens. Vide caput ſecundum. [VII. »276. e. & ibi Animadv.] Sic Strabo libro IV. ὀστράκια »δ' ἔχει πάμπολλα, καὶ ἄλλως εὐοψεῖ: *abundat oſtreis, &* »*in univerſum piſcibus.*« — *Caryſtios* thynnos laudaverat idem Archeſtratus, pag. 302. a.

Ἐπαίνετος δ' ἐν Ὀφαρτυτικοῖς &c. Inficetum utique videri debet, quod, cum paulo ante dixiſſet, Δωρίων δ', ἐν τῷ περὶ Ἰχθύων, κορύφαιναν καλεῖσθαί φησι τὸν ἵππουρον, iam, quaſi nunc primum huius nominis mentionem faciens, ſubiicit: Ἐπαίνετος δὲ - - κορύφαιναν αὐτόν φησιν ὀνομάζεσθαι. Multo commodius Breviator ſuperiori loco ſtatim duorum auctorum nomina iunxit, Δωρίων καὶ Ἐπαίνετος δὲ κορύφαιναν τὸν ἵππουρον καλεῖσθαι φησί. Quare, niſi fortaſſe aliam quamdam nominis formam adnotavit Epaenetus, quae a librariis temere in κορύφαιναν mutata ſit, non dubito hîc Athenaeum ſic ſcripſiſſe, Καὶ Ἐπαίνετος δὲ, id eſt, *Atque etiam*, vel, *Sed & Epaenetus;* nempe non modo Dorion, de quo ſupra dictum.

AD CAP. LXIX.

Ἵππος. Rara huius piſcis mentio. Oppianus Halieut. I. 97. memorat eius in litoralibus, & arena veſcentibus. Apud Heſychium habes Ἵππον, - - τὸν μέγαν θαλάσσιον ἰχθύν. Et apud eumdem, Ἱππίδιον, ἰχθὺς ποιός.

Quae ex *EPICHARMO* adferuntur hîc verba, ſic vulgo olim ſcripta,

— — — Κοράκινον δὲ κορακοειδεῖς
πίονες, ἱππίδια λεῖα ψύχει, ἀπαλοκουρίδες:

eorum priora videntur utique debere eadem fere eſſe, quibus conſtabat poſterius hemiſtichium illius verſus, qui ex *Hebes Nuptiis Epicharmi* citatur pag. 282. a. quem ibi eodem modo editum velim, quo ex eadem fabula repetitur infra, pag. 308. e.

[Ἧς] μύες, ἁλφησταί τε, κορακῖνοί τε κορισοειδέες.

Nec obſtat quod eadem p. 308. alius verſus atque is, qui hîc ſequitur, iſti ſubiicitur: nam poteſt hic, qui hoc loco legitur, ex fabula *Muſis* ductus eſſe, quae erat διασκευὴ (id eſt, inſtaurata & emendata editio) *Nuptiarum Hebes*, ut docet Athenaeus, III. 110. b. Itaque nil mirum, ſi & verſuum ordo paſſim mutatus eſt, aut alii

ſubinde eiecti, alii inſerti ſunt, & verba etiam ſubinde e nonnihil mutata. Quare etiam accuſativum quidem Κοράκινον, cui nullus hîc locus eſſe potuit, in nominativum κοράκινοι mutare non dubitavi; itemque poſtremi vocabuli terminationem εἶς, quam nec metrum, nec uſus Epicharmi ferebat, haud cunctanter in ἔες mutavi: ſed nec δὲ particulam (quae reſpondere praecedentibus verbis, ab Athenaeo hîc non adpoſitis, potuerat) in τε mutare auſus ſum, nec vocabulum κορακοειδέες in κοριοειδέες mutandum cenſui. Nam ſicut in altera ex illis fabulis κοριοειδεῖς adpellavit poëta coracinos, a *pupillae colore*; ſic in altera eosdem κορακοειδεῖς adpellare a *corvorum colore* potuit. Ac neſcio an eodem pertineat, quod ipſum vocabulum κοράκινον vel κοράκινοι alio accentu h. l. notatum ſit atque conſtanter aliâs cum apud noſtrum, tum apud alios auctores. Nam quum alibi κορακῖνος, cum accentu in penultima ſcribatur, (vide VII. 308. d. e. f. & 309. a. & 287. b. & III. 121.) nunc quidem προπαροξυτόνως ſcriptum id nomen eſt in editis, nec diverſam ſcripturam ex membr. *A.* (nam in Epit. prorſus deeſt Epicharmi teſtimonium) enotatam video. Quae varietas potuit quidem caſu ac temere accidere: ſed potuit etiam non ſine ratione obtinere. Nam, quod vulgo κορακῖνος ſcribitur, id eo pertinet, quod derivare conſueverint id nomen ἀπὸ τοῦ τὰς κόρας κινεῖν: (ut docuit Noſter VII. 287. b. rurſusque monet p. 309. a.) vocabula autem ex nomine & verbo compoſita, ſi activa notione accipitur verbum, accentum habent in penultima; quae ubi longa eſt, cum ultima ſit brevis, circumflectitur. Sed ex reliqua analogia Grammatica, de qua in Animadv. ad pag. 287. b. dictum eſt, pro iſta nominis derivatione debuerat potius κορακῖνος dici, quam κορακῖνος. Habet autem e contrario nomen κορακινος eam prorſus ſpeciem, ut ab ὁ κόραξ, τοῦ κόρακος, derivatum videri poſſit: quae derivatio etiam rei ipſi eſt conſentanea, quum a nigro colore, qualis *corvi*, (qui color indidem latine etiam *coracinus* dictus eſt) perapte nomen invenire potuerit; quod & haud obſcure Oppianus ſpectavit, Halieut. I. 133. cum ait,

— καὶ κορακῖνον, ἐπώνυμον αἴθοπι χροιῇ.

At nomen a κόραξ derivatum, analogiam ſi obſervatam velimus, κορά κινος *antepenacute* ſcribi proprie debuit, quamvis penultima ſyllaba longa eſſe poſſit. Iſtam autem

derivationem hîc in animo habuiſſe poëtam, ex adiecto κορακοειδέες intelligitur.

Altero EPICHARMI verſu, quin in λιπτίδια, quod eſt in membranis, latuerit vocabulum ἱππίδια, quod habent editi, nullum eſſe dubium poteſt: ſed prima litera λ quo pertineat, haud liquet. Suſpicari in promtu erat, eſſe ex litera Δ ortam: & ſpecies quaedam huic coniecturae inde accedebat, quod ſuperiori verſu δὲ, pro eo quod alibi τε ſcribitur in huiusmodi Epicharmi verſibus, legebatur. Sed hoc quidem loco particulae δὲ non erat locus; niſi pro πίονες, quod praecedit, πίονα ſtatuas ſcriptum oportuiſſe; quod ipſum tamen non admittebat metri ratio, niſi novum inſuper remedium, quo fulciretur verſus, adhiberes; verbi cauſſa, πίονα δ' ἦν (ſive, Dorico Epicharmi ſtylo πίονα δ' ἦς,) ἱππίδια. Nunc, ſi teneas editam ſcripturam, πίονες, ἱππίδια, ultima ſyllaba vocis πίονες producta ſtatui debebit poſitione, quae ex conſona ſigma & aſpiratione, a qua incipit vox ſequens, efficiatur. Iam verba illa, ἱππίδια λεῖα, ex vulgatâ ſcripturâ, DALECAMPIUS vertit, *equulei laeves;* adiecta adnotatione: » Absque ſpinis & ſquamis. « In quo praeeuntem habuerat GESNERUM, de Aquatil. pag. 364 med. Tum vero iſta, ψύχει, ἁπαλοκουρίδες, idem interpres latine ſic reddidit, *Paſſeres delicatae virgines:* in poſtremi vocabuli interpretatione haud dubie egregie falſus; nam κουρίδας apud Epicharmum & Sophronem Dorico idiomate dici *ſquillas*, quae communi Graecorum linguâ καρίδες, ipſe Athenaeus noſter diſerte docuit III. 106. d. e. Quare ἁπαλοκουρίδες ſunt *molles* vel *tenerae ſquillae:* in quo illud utique recte viderat vir doctus, in παλαιοκουρίδες, quod vitioſe in ed. Ven. & Baſ. ſcriptum, temere primam vocalem α eſſe omiſſam. Quod vero pro ψύχει, quod eſt in libris, *paſſeres* in verſione poſuit, adeoque ψῆττα legendum cenſuit: in eo idem ſuo iure coniectandi haud abſurda ſane ratione uſus eſt. Quem ſecutus Villebrunius, ait ψήχει in Graecis libris ſcribi; quod tamen nec in editis ſic exaratum, nec ex ms. *A.* enotatum video. Mihi vero recordanti easdem *ſquillas* a Sophrone l. c. λειοτριχιώσας adpellari, haud improbabile viſum erat, ſimili quadam ratione (quamquam paulo longius a librorum ſcriptura hoc recedat) Epicharmum λειοτριχίας vel λειοτριχίδας dixiſſe; ſuſpicatusque

eram, tali quodam modo totum illum verſum olim fuiſſe e conſtitutum:

πίονες, ἱππίδια, λειοτριχίαι ἀπαλοκουρίδες.

Sin veſtigiis ſcripturae librorum (λεῖα & ψύχει) preſſius inſiſtendum iudicaverit eruditus lector, lubens ego ei adſentiar, videndumque dicam, ne φῦκαι pro ψύχει ſcriptum oportuerit. Sic quidem etiam III. 107. c. iuncta videmus καρῖδα, (*ſquillam*) & φύκην piſcem, qui a *phycide* (ſaepius apud Noſtrum commemoratâ) nonniſi ſexu differt. Conf. Ariſtot. Hiſt. Anim. VI. 13. Iſtam rationem ſi ſequamur, fuerit verſus ille ſic conſtituendus:

πίονες, ἱππίδια λεῖα, φῦκαι, ἀπαλοκουρίδες.

Aut hoc modo:

πίονα δ' ἧς ἱππίδια λεῖα, φῦκαι, ἀπαλοκουρίδες.

Ad *NUMENII verſum primum*, quum ſic legeretur,

Ἢ σκάρον ἢ κῶθον τροφίην ἢ ἀναιδέα λείην,

haec commentatus eſt CASAUBONUS: »Aliquanto poſt, »ubi iterum hic verſus, ſcriptum, ἢ ἀναιδέα δοίην.« [Immo vero, non ἢ, ſed καὶ ἀναιδέα δοίην ibi ſcribitur; nempe pag. 309. c. ubi δεῖνν habent veteres membr.] »Sive λείην probes, ſive δοίην, obſcurum eſt, de quo »piſcium genere ſentiat Numenius. Dalecamp. ἀναιδέα »vertit *cinaedum*, & voces τροφίην ac λείην ſedes ſuas cogit »mutare.« [Immo ἀναιδέα λείην, *laevem cinaedum*, interpretatus eſt ille.] »Gesnero [pag. 345.] δοίης nomen »piſcis eſt: quod probare nequeo. Non probo item λείην: »niſi eſt poëtae licentia, λείην appellantis quem caeteri »λειόβατον. Locus videtur corruptus, hoc aut ſimili mo»do reſtituendus, ἢ ἀναιδέα γ' ὕκκην. Idem Numenius, »[pag. 327. a.] ἢ σκάρον, ἢ ὕκκας ἀγελαίδας. Vel, ἢ »ἀδόνιδα λεῖον. *Exocoeti* ſive *adonidis* genus eſſe, cui con»veniat optime epitheton λεῖος, ſciunt naturae periti.« Sic ille. — VILLEBRUNIUS, ἀναιδείην cum Dalecampio *cinaedum* vertens, *alpheſten*que intelligens, qui iſto nomine apud Plinium XXXII. 11, 53. adpellatur, ex pag. 309. c. δοιὴν aut δοιὸν h. l. legendum cenſuit, & de eo accipiendum, quod *bini* ſemper piſces illius generis capi perhibentur, ut adnotavit Athenaeus VII. 281. f. Quae videri poſſent ſatis & ingenioſe & docte cogitata combinataque; ſi modo veſtigium usquam reperiretur ullum vocabuli ἀναιδὴς pro piſcis nomine uſurpati. At multo quidem probabilius, quin & certum videbitur recte rem re-

putantibus, veram esse scripturam καὶ ἀναιδέα, quae exstat pag. 309. c. non ἢ ἀναιδέα; & esse ἀναιδέα adiectivum nomen, simul cum τροφίην ad substantivum κῶθον referendum; denique vocem λείην, pro qua magis corrupte pag. 309. non quidem δοίην, sed δείην (Λ literâ cum Δ permutatâ) scribitur, ex perpetuo veteris nostri librarii more nihil aliud nisi λίην (ionico idiomate pro λίαν positum) valere. De vocab. ἀναιδέα GESNERUS pag. 345. med. postquam pro δοίην, quod apud Nostrum pag. 309. editum erat, λείην hoc loco scribi monuerat: »Quae»rendum, ait, an per ἀναιδέα, id est, *impudentem*, poë»ta intellexerit *canem*. Sunt autem canes e mustelorum »genere; & musteli quidam λεῖοι, id est, *laeves*.« — Ego vero adiective accipiens id vocabulum, si quidem de pisce quodam ageretur ex eo genere, de quo Oppianus Halieut. I. 170. ait:

— χαλεπὸν γένος, οἱ περὶ πάντων
Ἀρσαλέοι νεπόδων, καί τ' ἀνδράσιν ἀντιφέρονται, &c.

nativo suo significatu *impudentem* interpretaturus eram: sed epitheton istud quum hac notione in *gobium* piscem, (is enim est quem κῶθον Numenius dicit, ut docet Auctor noster pag. 309. c.) non videatur cadere, ea ratione accipiendum putavi, qua ἀναιδέα *lapidem*, ἀναιδέα *tumultum* Homerus dixit, quem *ingentem*, *immane quantum*, intellexisset. Vide Iliad. δ'. 521. ε'. 593. ν'. 139. Odyss. λ'. 597. & conf. HEYNII Observ. ad Iliad. δ'. 521.

Ad *vers.* 2. cum sic legeretur in editis,

χαύνους τιττάνας ἐγχελιάς τε καὶ ἐννυχίην πίτυνον:

adnotavit CASAUBONUS: »Hypermeter est hic versus: »quare hoc saltem melius in altera lectione, quae habe»tur sub finem libri, [pag. 327. f.]

»χαύνους τε, πελίας τε, καὶ ἐννυχίην πίτυνον.«

[At ibi quidem χάννους τε scriptum editumque, & πίτινον.] »Viri docti emendarunt varie. Nostra coniectura »erat:

»χαύνους τε, λεβίας τε, καὶ ἐννυχίην ἐρίτιμον.

»Sed omnino certi nihil. Vocem ἐννυχίην non ad colo»rem retulerim; id enim duriusculum: sed ad piscatio»nem nocturnam.« — Ante Casaubonum, DALECAMPIUS, suum secutus ingenium suasque coniecturas, latine versum istum sic reddiderat, *channasve, aut colias, aut fuscum Coracinum*. Ante quem GESNERUS, DE Aquatil. p.

736. ea ratione, quam nos ſecuti ſumus, reſtituendum e verſum cenſuerat:

χάννους τ', ἐγχέλιάς τε, καὶ ἐννυχίην πίτυνον: vel potius πιτύϊνον. Modeſteque profeſſus eſt vir doctiſſimus, ſe ita interim emendare, donec integrior ab alio reddatur verſus. Ac nobis quidem nihil vel certius, vel aliâs melius, adferre licuit. Χάννους, non χαύνους, dabant h. l. membr. *A.* ſicut pag. 327. f. Nec opus eſt, ut cum Villebrunio χαύνας aut χάνναις (in foem. gen.) corrigamus: nam idem piſcis, qui παρὰ τὸ χαίνειν, id eſt, ab hiando, nomen invenit, unde & latine *hiatula* vocatur, (Gallis quidem *ſerran*) Graece perinde & ἡ χάννη & ὁ χάννος dicitur. Confer Gesnerum pag. 220. &, quem is laudat, Euſtathium ad Odyſſ. ο'. pag. 570. l. 21. Apud Oppianum quidem χαῦνος vulgo editur. Apud Xenocratem vero, De Alim. ex Aquatilib. cap. 7. (p. 30. edit. Neap.) variant codices, alii χάννοι, alii χάνναι praeferentes. Importuna vox τιτᾶνας ex neſcio qua ſcripturae varietate, quove ſcholio marginali aut interlineari, perperam accepto, irrepſerat. Suſpicatus aliquando eram, animo veteris alicuius librarii obverſatas eſſe *chamas* illas, (χήμας vel χάμας) quas ob immanem magnitudinem πελωρίδας adpellatas fuiſſe exiſtimaverant nonnulli, quaſi πελώρας vel πελωρίους: (cf. Noſtrum, III. 92. f.) inde eum adſcripſiſſe τιτᾶνας, quaſi aliquos *gigantes*, & πελωρίας: unde vox τιτᾶνας h. l. temere in contextum recepta fuiſſet, altero loco autem vocabulum πελωρίας in πελίας corruptum extruſiſſet vocem ἐγχέλιας, quae hîc quidem opportune conſervata eſt. Sed haec quidem (pulcre intelligo) hariolatio mera: illud certum videtur, recte a nobis eiectam vocem τιτᾶνας, undecumque huc temere & imperite olim intruſam. Ad duo poſtrema verba quod ſpectat eiusdem verſus: ſi πίτυνον eſſet ſubſtantivum nomen, debebat adiectivum, quod ad iſtud referretur, ἐννύχιον formari. Nunc, quoniam πίτυνον vel πιτύϊνον omnino ſpeciem habet adiectivi, videndum ne ἐννυχίην (Ion. pro ἐννυχίαν, a recto caſu ὁ ἐννυχίας) ſit ſubſtantivum piſcis nomen, ſive ipſum probum, quamvis caeteroquin haudquaquam vulgo cognitum, ſive ex neſcio quo alio corruptum.

Tertius NUMENII *verſus* repetitur paulo inferius, pag. 306. c. Μύας *muſculos* interpretatus eſt Dalecampius. Rectius erat *mures piſces*. Hi ſunt illi, de quibus Oppianus

e loco paulo ante citato dixit, χαλεπὸν γένος &c. Conf. Gesn. pag. 589. & quae infra notamus ad p. 308. e. In fine verſus non, ut erat editum, κορύδηλιν, ſed κορύδυλιν, cum hîc, tum pag. 306. c. dedere veteres membranae; a qua ſcriptura neſcio cur diſceſſerint recentiores.

Μνημονεύει αὐτοῦ καὶ Ἀντίμαχος ὁ Κολοφώνιος ἐν τῇ Θηβαΐδι. Particulam καὶ commode dedere membr. *A*. Qui vero hîc citatur poëta, non Ἀντίμαχος, ſed Ἀντιφάνης nominatur cum in editis, tum in utroque codice msto: quam ſcripturam absque animadverſione praetermiſit Caſaubonus. Perſpecte autem Bentleius in Epiſt. ad Millium pag. 9. »Pro commentitio iſto *Antiphane*, in»quit, reponendus eſt Ἀντίμαχος, notiſſimus auctor »*Thebaidos* & *Lydes*, uti memorat ipſe Athenaeus alibi, »[XI. 468. a. 475. d. 482. f.] Etymologicon, Heſychius, »Suidas, Quintilianus, aliique bene multi.« — Confer Küſterum ad Suid. in voc. Ἀντίμαχος Κολοφ. De corrigenda menda monuerat etiam Ionsius, lib. I. De Script. Hiſt. Philoſ. cap. 6. ſect. 5.

AD CAP. LXX.

f In *Numenii verſ.* 1. de *Iulide piſce*, commode Gesnerus monuit, pag. 466. referendum videri illud pronomen κεῖνο ad *pharmacum* aliquod, in praecedentibus verbis a poëta deſcriptum, *quo arceantur iulides*. Nam piſciculus ille, minutus alioquin, magnâ frequentiâ perſequi urinatores & natatores ſolet, & acerbo morſu, quem venenatum nonnulli perhibent, adfligere. Conf. Oppian. Hal. II. 434 ſqq. & Aelian. De Nat. Anim. II. 44. *Ibidem*, pro σκέπτοιο τό κεν, quod habent edd. cum membr. *A*. eſt σκέπτοιτό κεν in ms. *Ep*. nec ad ſententiam commode, nec ad metrum.

Ad *verſ.* 2. notavit Casaubonus: »Scribe καὶ ἰοβόλον »σκολόπενδραν: non ἰοβόρον σκολόπεν»δρον.« Et ſcripturam quidem σκολόπενδρον (quoniam conſtanter σκολόπενδραν Graeci auctores, ſicut Latini *ſcolopendram*, dicunt, tam de terreſtri, quam de aquatili infecto) ſuſpectam etiam habuerat H. Stephanus in Theſ. T. III. pag. 876. At idem tamen vir diligentiſſimus eamdem nominis formam pariter apud Galenum reperiri adnotavit, lib. XI. Simplic. in cap. de Dracone, ubi legi-

tur σκολοπένδρῳ τῇ θαλαττίᾳ. Quo magis dubitavi, edi- f tam hoc loco ſcripturam, quae firmari videtur veterum membranarum auctoritate, mutare, licet σκολόπενδραν haud dubie in cod. *Ep.* ſcriptum viderem. Iam ἰοβόλον, quod in eodem codice inter lineas notatum, ſpeciem utique habet inſignem: at non minus commode ἰοβόρον, quaſi *venenivorum*, *veneno nutritum* animans, pro *venenato*, dicere poëta potuit. Illudque vocabulum, quod cum editis unice h. l. agnoſcunt membranae *A.* atque etiam ipſe codex *Epit.* in contextu habet, non modo in Heſychii gloſſis conſignatum eſt, verum etiam apud Oppianum legitur in illo verſu ab H. Steph. in Theſ. T. I. pag. 1677. ex Cyneget. III. 223. citato, οὐ γόνον ἰοβόρον παναμειλίκτοιο δρακαίνης. Caeterum non ſum neſcius, frequenter etiam a librariis literas λ & ρ temere inter ſe permutatas reperiri. Sed ecce rurſus eamdem ſcripturam in ſimillimo vocabulo: nam illud ἰοβόλοις ἐχίεσσι, quod apud Noſtrum paulo inferius (pag. 312. d.) ex Nicandri Theriacis vs. 826. citatum in edit. Baſ. & Caſ. legitur, non eſt ex veteribus Athenaei libris deſumtum, ſed ex vulgatis Nicandri editionibus temere illatum: uterque noſter codex Athenaei mſtus cum ed. Ven. οὐλοβόροις habet, quod nos dubitare non debuimus quin ibi reſtitueremus; quamquam non neſciremus, de probitate illius ſcripturae dubitationem aliquam obortam eſſe Euſtathio, qui eamdem in ſuo codice Epitomae Athenaei repererat. Vide eius Comment. in Iliad. π'. pag. 1073. l. 20 ſq. & Stephani Theſ. T. II. pag. 1279. a.

Ἰούλους δ' αὐτὸς ὀνομάζει τὰ ἔντερα τῆς γῆς, διὰ τούτων· Καὶ δὲ σύγε μνήσαιο &c. »Euſtathius, [ad Iliad. υ'. »pag. 1214. l. 15 ſqq.] Ὅτι πρὸς ὁμοιότητα μεταφορικὴν »καὶ γῆς ἔντερα λέγεται, ὁ παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ κείμενος »Δωρίων δηλοῖ, λέγων· ἴουλοι κέκληνται μέλανες γαιηφά»γοι ἔντερα γαίης. Καὶ ὅρα τὸ ἴουλοι. δοκεῖ γὰρ ὁ Δω»ρίων ἔντερα γῆς εἰπεῖν ἐνταῦθα οὐ πάντα τὰ ὑπὸ γῆν »σκωλήκια· μόνους δὲ τοὺς ποδωτοὺς ἰούλους. Recte obſer»vat Euſtathius, non omnes lumbricos (Graeci ἔντερα »γῆς vocant) dici ἰούλους: ſed eos tantum qui numero »pedum ſunt inſignes. Nam Athenaei verba lectorem fal»lere poterant, cum ait, ἰούλους ὀνομάζει τὰ ἔντερα τῆς »γῆς. At veri ἴουλοι ſunt ποδωτοὶ, atque ut ſic dicam »πολύποδες. Dion Chryſoſtomus, Oratione de Servis:

f »οἱ Ἴουλοι μυρίους πόδας ἔχοντες βραδύτατοί εἰσι τῶν ἑρ-
»πετῶν. Hoc igitur recte Euſtathius: fallitur tamen, cum
»*Dorioni* tribuit quae ſunt *Numenii*. Nam *Dorionis*, prae-
»ter ſupra ſcripta verba, nihil extat neque de *iulis*, ne-
»que de *iulidibus*.« CASAUBONUS. — In Epitoma Athe-
naei, qua uſus erat Euſtathius, recte diſtincta ſunt iſta
Dorionis & Numenii teſtimonia, quemadmodum in ope-
re pleniore. In errorem fortaſſe induxerat doctum Prae-
ſulem, quod in Epit. haud ſecus ac in exemplis operis
plenioris hodie exſtantibus, Ἰούλους δ' αὐτὸς ὀνομάζει le-
gitur pro eo quod ab Athenaeo ſic ſcriptum fuiſſe ſuſpi-
catus ſum, Ἰούλους δ' ὁ αὐτὸς, id eſt, *Iulos idem* (nem-
pe Numenius) *inteſtina terrae nominat*. Euſtathius autem
pronomen αὐτὸς, id eſt, *ille*, ad Dorionem referens, non
animadverterat, Dorionem non carmine, quemadmodum
Numenius, de his rebus ſcripſiſſe. Quod autem *iulorum*
nunc mentionem Athenaeus facit, qui tamen nihil cum
piſcibus commune habent; id feciſſe intelligendus eſt par-
tim quidem ob nominis ſimilitudinem: partim vero eo et-
iam poterat hoc pertinere, quod ſupra (pag. 284. d.)
ab Eratoſthene *ἰούλους* dictos vidimus, ubi *ἰουλίδες* pi-
ſces intelligendi erant. Ac fortaſſe eam ipſam obſervatio-
nem (nempe: *ἰουλίδας piſces ab Eratoſthene ἰούλους dictos
eſſe*) hoc loco interſeruerat Athenaeus, verba autem eo
ſpectantia interciderunt veteris librarii errore. De *iulis*
autem conferendi auctores, quos laudavit CAMUS in No-
tis ad Ariſtotelis Hiſt. Animal. pag. 457.

a In ſequentium *NUMENII verſuum ſecundo*, pro γεώλοφα,
quod agnoſcit codex *A.* cum editis, γεωλόφους habet ms.
Ep. per ſe quidem percommode. Nam ſicut ὁ λόφος eſt
collis, tumulus; ſic ὁ γεώλοφος, *tumulus terreus*, quemadmo-
dum graecum nomen Polybio frequentatum paſſim la-
tine reddidit Livius. Idem nomen graecum, οἱ γεώλοφοι,
ex Philonis libro de Mundo citavit H. Steph. in Theſ. I.
804. b. Polybii loca nonnulla a nobis indicata ſunt in Le-
xico Polybiano, in quo quidem illud corrigendum video,
quod γεωλόφος penacute ſcripſi, cum antepenacute γεώ-
λοφος ſcriptum oportuiſſet. At metro id vocabulum hîc
non conveniebat: quare teneri debuit vulgata ſcriptura
γεώλοφα. Eſt enim etiam adiectivum nomen ὁ & ἡ γεώ-
λοφος: cuius neutrum plurale, τὰ γεώλοφα, percommo-
de ex analogia ſimilium nominum (verbi cauſſa, τὰ ἑλώ-

δη, τὰ ὑλώδη, τὰ πετρώδη) ſubſtantive uſurpari potuit, a ſubintellecto nomine χωρία, quod alibi diſerte etiam adiicitur. Vide eumdem Stephani Theſaurum, I. 803. f. Iam vero *verſ.* 1. vulgata ſcriptura ἄκρας quo pacto locum tueri potuerit, non video. Nam, quo minus pro genitivo caſu nominis ἡ ἄκρα (*promontorium*) acciperes, vetabat alterum nomen mox ſequens in genitivo poſitum, αἰγιαλοῖο. Quare haud dubie ἄκρα corrigendum iudicavi, quod ad γεώλοφα referretur.

Verſ. 4. ἠὲ καὶ ἔρπηλας δολιχήποδας. »In Epitoma »ἔρπηνας: aeque obſcure. Sed mox item in alio eiusdem »poëtae verſu [pag. 306. c.] ἔρπυλλαν ſcriptum. « Casaubonus. — Scriptum utique ἔρπυλλαν malles loco modo a Caſaub. citato: at ibi ἔρπιλλαν per *iota* ſcriptum habet cod. *A.* cum editis: in Epitoma autem deſiderantur ibi Numenii verſus. Eodemque modo hîc pariter ἑρπύλλας reponere viros doctos neſcio quos, & *ſerpulas marinas* interpretari, adnotavit H. Stephanus, Theſ. T. III. pag. 876 extr. & ſq. Eam interpretationem equidem in latina verſione poſui, non quod pro certa probarem: ſed quod ea ratione, quum nihil ſatis certi haberem, nomen Graecum quodammodo ſervaretur. Ad ipſum autem Graecum vocabulum quod adtinet, ſcripturae ἔρπηνας, quam habet Epitoma, nulla utique ratio habenda videtur: ſed & corruptum eſſe ἔρπηλας, quod habet ms. *A.* cum editis, primum accentus docet, nam ἑρπήλας ſaltem oportebat; deinde diverſa iſta ſcriptura, quae p. 306. c. habetur, ἔρπιλλαν in accuſ. ſing. ſi modo ibi de eodem agitur animalculo, de quo hoc loco. Et quidem altero certe loco ἔρπυλλαν ſcribi debuiſſe, admodum eſt probabile; cum quo convenit, quod diminutiva illius nominis forma, ἑρπυλλὶς, ab Heſychio adnotata, exponitur per τέττιξ, i. e. *locuſta* vel *cicada:* & quemadmodum εἰνάλιον ἔρπιλλαν, vel potius ἔρπυλλαν, dixit Numenius; ſic τέττιξ ἐνάλιος memoratur apud Aelian. de Nat. Anim. XIII. 26. ubi intelligunt viri docti *ſquillulae* genus quoddam, quod hodienum a popularibus etiam noſtris mare adcolentibus ſimili nomine *ſauterelle* vulgo ſolet adpellari. Conf. Schneideri Adnot. ad Aeliani l. c. Eâdemque notione hoc pariter loco ἔρπυλλαν legendum Dalecampius cenſuerat, ſic in verſione ponens: *Sunt & cicadae pedibus longae*; adiecta ad oram Nota: Ἑρπύλλιδα Heſy-

a »chius exponit τέττιγα, *cicadam marinam*, Rondeletii μάν»τιν, cui optime convenit epitheton δολιχήπους.« — Cui tamen rationi hoc quidem loco haud obscure repugnare videtur id quod mox adiicit poëta, cum *e terra effodiendum* hoc animalculum monet. Quare prudenter GESNERUS, de Aquat. p. 695. ubi de his ipsis Numenii versibus agebat, nihil de scriptura nominis definiens, satis habuit sic praecipere: »Ἐρπήλη igitur, vel Ἔρπυλλα, li»toralis quidam & foffilis *vermis* fuerit, multis longisque »pedibus repens, inescandis piscibus idoneus.« — Pro δολιχήποδας malebam δολιχόποδας: sed editam scripturam tenent ambo codices nostri mssti.

Vers. 5. ἐπ' ἄκρῃ κύματος ἀγῇ. Cum temere κύματος ἄγνῃ vel ἀγνῇ legeretur in editis, recte monuit CASAUBONUS: »Lege ἀγῇ. *Littus* vocant poëtae ἀγὴν, ubi flu»ctus illisi ἀγνυνται, id est, *franguntur*: unde & ἀκταὶ, »& ῥηγμῖνες; & Ῥῖνες. Vetus poëta apud Grammaticos: »πολιῇ δ' ἐπὶ κύματος ἀγῇ τέγγε πόδας.« — Vetus poëta, quem dixit vir doctus, Apollonius Rhodius est, in cuius Argonauticis lib. I. vs. 554 sq. leguntur ista verba, quae tacito auctoris nomine adposuerat Etymologus, ubi de verbo Τέγγω agebatur. Confer Valckenar. ad Ammon. pag. 204. Caeterum ἀγῇ legendum perspecte iam viderat GESNERUS, loco paulo ante citato. Ipsam autem hanc verissimam scripturam uterque noster cod. mstus agnoscit.

AD CAP. LXXI.

b Τὰ γὰρ εἰς λᾱ λήγοντα &c. Eamdem observationem repetit Auctor pag. 324. ubi de vocabulo τρίγλη. Quod vero hoc loco, ubi de κίχλῃ agitur, mox post vocem τρώγλη, sic pergit, ὁμοίως οὖν καὶ τρίγλη: & continuo ex CRATINO testimonium adfertur pariter ad τρίγλην spectans, non ad κίχλην: id ab errore vix immune est. Equidem haud fere dubito, tali quodam modo ibi scripsisse Athenaeum: ὁμοίως οὖν καὶ τρίγλη καὶ κίχλη. Κρατῖνος·

Κίχλην δ' εἰ μὲν ἐδεδήκοι, ἢ τένθου τινὸς ἀνδρός;

Quemadmodum *dein*, μαλακόσαρκοι, ait DIOCLES, κόσσυφοι, κίχλαι &c. sic eosdem pisces ἁπαλοσάρκους dixit Xenocrates, de Alim. ex Aquat. cap. I. Quem ἀλφηστι-

κὸν dicit idem *Diocles*, is eſt qui aliâs ἀλφηστής. Vide p. 281 extr.

Numenii verſus prior, cum prima voce alterius, repetitur pag. 315. b. ubi Γλαύκους ἢ ὀρφῶν ἕναλον γένος. Hoc loco ὀρφῶ editum erat, quod ex ὀρφῶν decurtatum videri poterat: ſed recte ὀρφὼ dedit ms. *Ep.* quo accentu ſignari genitivus Atticus in eiusmodi nominibus ſolet. Et ſic quidem apte inter ſe conveniunt γλαύκου & ὀρφώ. Quod dein κίχλας ἁλιειδέας vulgo ſcribitur, in id cum editis conſentit uterque codex mstus. Ad verbum Dalecampius *mari ſimiles* reddidit: &, a colore ſic cognominatum turdum, tamquam *purpureum*, adnotaverat Gesner. pag. 1020. quos ſecutus Villebrunius vertit, *qui ont la couleur de la mer*. Quae mihi parum probabilis & interpretatio & lectio viſa erat; ut ſuſpicarer, ἁλιδινέας ſcripſiſſe & poëtam & Athenaeum, id eſt, *quae in mari circumaguntur, in mari verſantur*; quo epitheto *turdus piſcis* ab ave turdo distingueretur. Videri tamen poteſt vulgata ſcriptura ex eo defendenda, quod κίχλην οἰνώδεα (loco paulo poſt adlato) dixit Pancrates, quo cum epitheto Homericum οἰνοπα πόντον contulit Gesnerus l. c. c

Epicharmi verſus ſupra iam adpoſitus fuit, p. 287. b. Βαμβραδόνες hoc loco recte, ut altero, dedere ambo mssti. In reliquo verſu conſentiunt h. l. mssti cum editis: neque nos quidquam mutavimus. Nec tamen ſatis commode fluere videtur trochaicus verſus,

Βαμβραδόνες τε, κίχλαι τε, καὶ λαγοὶ, δράκοντές τ' ἄλκιμοι:

cui plane non conſtat metrum, niſi priori ſyllabâ vocis κίχλαι correptâ: quod facile quidem, ob debilem poſitionem, fieri poteſt, ſed habet hoc incommodum, ut trochaicus verſus a duobus dactylis incipiat. Et dactylum quidem in *prima* trochaici ſede non reſpui ab Epicharmo, iam ſaepius obſervavimus; in *ſecunda* vero regione ſuo etiam iure locum tueri poteſt: ſed *duo deinceps dactyli* vereor ne nimis ingratum efficiant ſonum. Quare ſic concipiendus verſus videtur:

Βαμβραδόνες, κίχλαι τε, καὶ λα | γοὶ, δράκοντές τ' ἄλκιμοι.

In *Aristotelis* teſtimonio deerant in ed. Ven. & Baſ. quinque verba, ὥσπερ κόσσυφ. τὰ δὲ ποικιλοστ. quae ex mssstis adiecit Caſaubonus: & habent eadem noſtri codices.

PANCRATES quo ſenſu *turdum* piſcem *vinosum* dicat, Οἷς ἤδη κίχλην οἰνώδεα &c. haud ſatis adparet. Aliâs quidem οἰνώδης non fere niſi ad *ſaporem vinoſum* refertur: nunc conſentaneum erat ut de *colore* acciperetur: inde GESNERUS (ut paulo ante commemoravi) cum eo contulit quod pater poëtarum οἴνοπα πόντον dicere conſuevit: DALECAMPIUS vero *rubentem* intellexit, de undecimo turdi genere a Rondeleto deſcripto (apud Gesn. p. 1019.) accipiens. Quod idem poëta ait, τὴν κίχλην *a piſcatoribus* d σαυρὸν (id eſt, *lacertum*) *nominari*; id erat nomen aliâs alii piſci proprium, de quo infra, pag. 322. *Eodem verſu* vulgo nulla interiecta diſtinctione iunguntur in editis verba καὶ αἰολίην ὀρφίσκον. At ὀρφίσκον, quod eſt diminutivum τοῦ ὀρφὸς vel ὀρφῶς, nobis viſum erat non ad κίχλην piſcem aut ad eius ſynonymiam pertinere, ſed a ſuperioribus verbis interpoſitâ diſtinctione ſeparandum. Sic GESNERUS acceperat, pag. 1021. Sic item Epitomator; qui ipſum Pancratis teſtimonium in iſtis verbis terminavit, σαυρὸν κικλήσκουσι, καὶ αἰολίην. Et αἰολίας quidem, id eſt, *variegatus*, aptum nomen (vel cognomen magis, ut monuit Gesnerus) turdi piſcis erat, quem & Ariſtoteles ποικιλόστικτον eſſe ait, & περκάδα cognominavit Eratoſthenes apud Noſtrum pag. 284. d. ubi vide Animadv. Sic ergo per ſe ſtabunt iſta verba, ὀρφίσκον πιότατον κεφαλῇ, *orphiſcum, pinguiſſimum in capite.* Et *orphi* quidem caput laudatur apud Noſtrum lib. VIII. pag. 355. d. τὰ δὲ πρὸς τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ γλισχρὰ, εὔπεπτα. Hoc loco quum mendoſe in ed. Ven. & Baſ. ὀρφισκοπιώτατον legeretur, ſuo ingenio indulgens Dalecampius vertit *& aeoliam orphis capite ſimilem*; quaſi eſſet ὀρφοῖς ὁμοιότατον. Caeterum ὀρφὼν & αἰολίαν coniunctim pariter nominatum vidimus lib. I. pag. 5. c. quis vero ibi dicatur αἰολίας, incertum; nam plurium piſcium commune id nomen cognomenve fuit. Conf. Noſtrum, pag. 308. e.

Νίκανδρος δ' ἐν τετάρτῳ Ἑτεροιουμένων. Sic haud cunctanter corrigendum fuit id quod mendoſe in edd. & membr. ſcribebatur, Ἑταιροιουμένων. De iſto *NICANDRI* ſcripto adnotavit nonnihil Caſaubonus ad pag. 296. f. Recte ſcriptum erat nomen III. 82. a.

AD CAP. LXXII.

'Αριστοτέλης, - - - καὶ τὰ μὲν λιθοκέφαλα, ὡς d
κρέμυς. »Excerpta, λειοκέφαλα, ὡς κρ. Prorsus men-
»dose. Aristoteles Historiar. lib. VIII. cap. 19. Μάλιστα
»δὲ πονοῦσιν ἐν τῷ χειμῶνι οἱ ἔχοντες λίθον ἐν τῇ κεφαλῇ,
»οἷον χρωμίς. *Cremys* & *chromis* idem.« CASAUBONUS. —
De veritate scripturae λιθοκέφαλα, quam cum editis agno-
scunt veteres membranae *A.* facile concedo doctissimo vi-
ro. Sed sit-ne *cremys*, qui hic nominatur, idem atque *chro-*
mis, dubitari nonnihil poterat; cum plures alioqui memo-
rentur pisces, qui *lapidem* in capite haberent. Et, dubita-
re se, ingenue professus erat RONDELETUS, apud Gesne-
rum pag. 223. nec definire quidquam ausus est Gesnerus
ipse. Testimonium Aristotelis, quod hîc adposuit Athe-
naeus, ex opere deperdito ductum est. Pro χρωμὶς, quod
loco a Casaubono citato legitur, alibi apud Aristotelem
χρομὶς scribitur: qui videtur utique idem esse piscis cuius
nomen penacute χρόμις effertur apud Nostrum p. 328. a.
ubi ex professo de eo agitur, nec tamen alterum nomen
κρέμυς adnotatur. Pariter apud Hesychium scribitur: Χρό-
μις, εἶδος ἰχθύος. Apud eumdem Hesychium habemus
nomen, ad id quod hîc legitur propius accedens, Χρεμὺς,
quod nescio quo iure ὁ ὀνίσκος ἰχθὺς exponitur. Quidquid
sit, quum nomen κρέμυς nec in Aristotelis scriptis ex-
stantibus usquam, nec apud alium quemquam auctorem,
occurrat, facile interim suspiceris, χρέμυς aut χρέ-
μις aut etiam χρέμης scriptum hoc loco oportuisse,
& cum Casaubono eumdem piscem intelligendum, de quo
locutus est Philosophus Historiar. VIII. 19. Quae suspicio
eo etiam firmari aliquantum videtur, quod apud eumdem
Aristotelem pro χρωμὶς aut χρομὶς, in vetusto optimo-
que codice Mediceo constanter χρέμις scribitur, teste dili-
gentissimo CAMUS, in Var. Lect. ad Aristot. Histor. Anim.
pag. 680. Denique qui χρέμπτες apud Oppianum Halieut.
I. 112. commemorantur, haud immerito a viris doctis pro
iisdem habiti sunt, qui χρομίες vel χρέμιες apud Aristote-
lem nominantur.

Quod *ARCHESTRATUS verf.* 1 *sq.* ait, Αὐτὰρ ἐς 'Αμ- e
βρακίαν ἐλθὼν &c. *Apros pisces Ambraciotas* idem poëta alio
etiam loco laudaverat, qui legitur apud Nostrum III.
92. d. Quod *verf.* 4. dicit, τὸ γάρ ἐστιν νέκταρος ἄνθος,

e eo id pertinet quod ab Auctore noſtro lib. II. pag. 39. a. monitum eſt, τὸ νέκταρ apud recentiores poëtas, non tam *potum*, ut apud Homerum, quam *cibum* fingi *Deorum*. τὸ ἄνθος autem dici *quidquid in quaque re optimum, praeſtantiſſimum, delicatiſſimum eſt*, ſatis notum.

Verſ. 5. Τούτου δ' οὐ θέμις ἐστὶ &c. Recte ſic edidit CASAUBONUS, tacite corrigens mendoſam ſuperiorum editionum ſcripturam, quae ſic habebat, Τούτου δὴ θέμις ἐστὶ, prorſus contra manifeſtam poëtae mentem. Verum viderat & expreſſerat iam DALECAMPIUS, *Nec cuivis mortalium fas*. Nec tamen mendo carebant codices manu exarati: nam in ms. *A.* eſt: Τούτου δὲ θέμις: in ms. *Ep.* vero, haud ita male quidem ad ſententiam, ſed reclamante metro, nec ſatis apte ad Graeci ſermonis uſum, ſcribitur, Τοῦτ' οὐδὲ θέμις &c.

f *Verſ.* 6 *ſqq.*

Οὐδ' ἐσιδεῖν ὅσσοισιν, ὅσοι μὴ πλεκτὸν ὕφασμα
σχοίνου ἐλειοτρόφου κοῖλον χείρεσσιν ἔχοντες,
εἰώθασι δονεῖν ψήφους αἴθωνι λογισμῷ.
Ἄρθρων μηλείων ἐπὶ γῆν δωρήματα βάλλειν.

» *Negat* poëta, *aprum piſcem, ob ſummam praeſtantiam ipſius* » *& pretium par, ab aliis poſſe emi, quam ab* eo *genere ho-* » *minum* quos luculentis verſibus deſcribit. Quinam igitur » *illi homines* ſunt? Dalecampius *piſcatores* putavit intelligi: » nos affirmamus, *trapezitam & multinumum menſarium*. Ni- » mis abſurdum eſt, aut dicere aut exiſtimare, optimos » & pretii maximi piſces non ab aliis quam a piſcatoribus » eſitari. Quis neſcit, genus id hominum non ſibi, ſed » beatioribus, maria ſcrutari? Sed virum doctum decepe- » runt illa verba, πλεκτὸν ὕφασμα σχοίνου ἐλειοτρόφου; » quibus *naſſam* putavit deſcribi: cum poëta *vas* intelli- » gat *e iunco aut ſparto texi ſolitum ad maiores pecuniae ſum-* » *mas capiendas*. Latini, *fiſcos* vocant κυρίως. Aſconius: » *Sportae, ſportulae, ſportellae, nummûm ſunt receptacula: &* » *ſacci, ſacculi, ſaccelli, & crumenae & vellereae & ſcorteae,* » *& manticae, & marſupia. Ita fiſci, fiſcinae, fiſcellae,* » *ſpartea ſunt utenſilia ad maioris ſummae pecu-* » *nias capiendas*. In veteribus Gloſſis *fiſcus* vertitur » κύρτος ἁλιευτικός: quia & naſſa, & fiſcus, in quo pecu- » nia continebatur, viminea opera erant. In iſto verſu, » σχοίνου ἐλειοτρόφου &c. κοῖλον ſcribendum, non κοί- » λου. Iungendum enim cum ὕφασμα: fiſci *capacitatem*

» hoc verbo designat. Ait, Εἰώθασι δονεῖν ψήφους αἴθωνι f
» λογισμῷ, id est, *qui solent tractare calculos ardente animo.*
» Elegantissimum est, δονεῖν ψήφους, *agitare calculos sic ut*
» *tinniant:* hoc nos dicimus idiotismo nostro, *faire sonner.*
» Par elegantia in illis, αἴθων λογισμὸς, ad declarandum
» *vehemens studium & ardens* argentarii, rationes putantis,
» aut pecuniam solicite spectantis metu fraudis: unde est
» ortum proverbium, sicut alibi dicebamus, ἐξετάζειν ἀρ-
» γυραμοιβικῶς. In *fine* huius *versus*, ponenda τελεία στι-
» γμή. [Nudo commate olim distinguebatur oratio.] Nam,
» quae sequuntur,

» Ἄρθρων μηλείων ἐπὶ γῆν δωρήματα βάλλων,

» non pendent ex superioribus, sed ex se sunt apta. Ait
» poëta, *eam esse piscis huius praestantiam, ut, quando eius*
» *copia est, carnes ovinas, agninas, & vervecinas* (quamquam
» harum rarior usus) *aspernari oporteat.* Lego autem βάλ-
» λειν, pro βάλλε, *proiice;* aut δεῖ βάλλειν, *oportet hu-*
» *mum deiicere.* Non aliter legit Breviator: cuius fides lo-
» cis plurimis plurimum nos adiuvit. ἄρθρα μήλεια quaeso
» quid sunt aliud quam *artus pecudum?*« [Nempe mire extra
oleas hîc vagata erat Dalecampii interpretatio.] » Ait autem
» δωρήματα ἄρθρων μηλείων, ut hoc significet, *vel dono*
» *datas carnes cedere debere apro piscî, impensâ maximâ*
» *comparato.*« CASAUBONUS. — Nos βάλλειν fide nostri
codicis *Ep.* recepimus: etiamque κοῖλον recipiendum pu-
tavimus, licet in κοίλου pertinaciter uterque codex consen-
tiat. Videtur utique a proxime praecedentibus genitivis
σχοίνου & ἐλειοτρόφου deceptus librarius is, de cuius ex-
emplo & noster codex *A.* & codex ille, quo usus Brevia-
tor est, derivati sunt, hoc nomen pariter in genitivo ca-
su posuisse, pro accusativo, cui unice hic locus fuerat.

AD CAP. LXXIII.

Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Περὶ Ζώων ἢ Περὶ Ἰχθύων. » Ante,
» in sermone de bocibus, [pag. 286. e. f.] Ἀριστοτέλης
» ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ζωϊκῷ ἢ Περὶ Ἰχθύων. Mihi hic titu-
» lus videtur mirus.« CASAUBONUS. — Vide Animadv.
ad pag. 281. f.

Φερεκράτης, Δουλοδιδασκάλῳ· Κίθαρος γεγενῆσθαι κ' ἀγο- a
ράζειν κίθαρος ὤν. &c. » PHERECRATIS prima verba im-
» perfectam sententiam habent, & sunt fortasse corrupta.«

a CASAUBONUS. — Immo, quo pacto non corrupta videri cuiquam possint, difficile dictu fuerit. Sed, quo pacto refingendi sint, id vero statuere fuerit etiam difficilius. DALECAMPIUS totum testimonium latine sic reddidit:

» A. *Suavis piscis est Citharus: hunc eme.*
» B. *Id per Apollinem valde me conturbat, quod aiunt,*
» *Est & in citharo mali quidpiam, o boni viri.*

Quasi primus versus Graece sic sonuisset,

A. Ἀγαθὸς γεγένηται κίθαρος· τοῦτον ἀγόραζε:

quemadmodum Dalecampii Latina suo more ad verbum Graece convertit PURSANUS. Quae Graeca quamvis a librorum scriptura longe discedunt, tamen & probabilem sententiam continent, & ad metrum haud omnino sunt absurda. Villebrunius ADAMUM secutus est; qui nullo metri respectu habito legerat, Κιθάρους γ' ὠνεῖσθαι κ' ἀγοράζειν· κίθαρος ὠνιος. Id est, *Citharos emere mercarique! citharus venalis!* Videndum tamen ne in voce ὢν post κίθαρος, coniuncta cum sequenti vocula ὡς revera latuerit vocabulum ὠνιος. Demtâ quidem illâ ὡς particulâ initio secundi versus, & adsumtâ *vers.* 3. ex ms. *A.* scripturâ ὦ 'γαθὴ, prodierint saltem duo versus satis probabiles:

B. Ἀγαθός γ' ὁ κίθαρος. καὶ πρὸς Ἀπόλλωνος πάνυ
ἐκεῖνο θράττει μ', ὅτι λέγουσιν, ὦ 'γαθή.

Quorum in priore tamen pro καὶ πρὸς Ἀπολλ. malles ἀλλὰ πρὸς Ἀπ. aut aliquid tale, si pateretur metri ratio. Atticum verbum θράττει, pro ταράττει, κινεῖ, ἐνοχλεῖ, adnotarunt Hesychius, Timaeus, aliique Grammatici. Vide Ruhnken. ad Timaei Lexic. Platon. pag. 93 sq. *Postremo versu*, pro Ἔνεστιν ἐν Κιθάρῳ &c. sic malles,

Ἔνεστι κἀν κιθάρῳ τι κακόν. —

quemadmodum GESNERUS proposuit, DE Aquatil. p. 228. ubi simul adnotavit, »videri proverbialiter dici, *In citharo* »*etiam aliquid mali ineſſe;* [sic sane scribere ille voluerat, pro quo in exemplo, quo utor, *aliquid boni* expressum est] »ad significandum, nihil tam prosperum, tam lautum aut »laetum esse, cui non aliqua molestia comes sit.« —— Quod si quidem verbum θράττειν non modo *turbare* significaret, sed generatim *movere*, etiam *meliorem in partem;* tum vero nullo incommodo teneri καὶ ἐκεῖνο θράττει posset, hâc sententiâ: *atque etiam eo moveor, ut bonum piscem esse intelligam citharum, quod in proverbio dicunt, Etiam in citharo mali quidpiam ineſt:* id enim non ita dicere-

tur, nisi alioquin optimus praestantissimusque compertus a esset. Sed dubito, an ferat usus loquendi, ut isto modo verbum illud accipiatur. Caeterum importunam particulam ὡς, initio secundi versus, tenuit etiam Epitomator, omissis licet superioribus verbis. Is igitur totum locum sic exhibet: Φερεκράτης· Ὡς ἀγαθόν γε ὁ κίθαρος. καὶ πρὸς Ἀπόλλωνος πάνυ ἐκεῖνο θράττει μ' ὅτι λέγουσιν, ἔνεστιν ἐν κιθάρῳ τὶ κακόν.

Ἐπίχαρμος, Ἦβας γάμῳ·

Ἦς δ' ὑαινίδες τε βούγλωσσοί τε καὶ κίθαρος ἐνῆς.

In ed. Casaub. legitur Ἐπιχ. ἐν Ἦβας γάμῳ: non male. Sed nil opus erat adiectâ ἐν praepositione, quam hîc ignorant veteres membranae cum ed. Ven. & Bas. Partem eius versus, qui h. l. integer adponitur, iam supra citatam vidimus, pag. 288. b. Rursus pars paulo maior citatur pag. 330. a. & integer iterum adponitur pag. 326. e. Hoc loco in Epitoma nonnisi haec verba exhibentur: Ἐπίχαρμος· ὑαινίδες βούγλωσσοί τε καὶ κίθαρις. In edd. & ms. *A.* sic scribitur:

Ἡ δ' ὑαινίδες βούγλωσσοί τε καὶ κίθαρος ἐνῆς.

ubi, primum, forma ionica ἐνῆς in fine versus (quae eadem servata est pag. 288. b. & pag. 326. e.) monstrabat, pro mendoso ἦ initio versus ἦς scriptum oportuisse, de quo monuit Koen ad Gregor. de Dial. pag. 119. (Communem quidem formam ἦν tenebant libri, pag. 326. e.) Tum vero post ὑαινίδες intercidisse hoc loco particulam τε, declarabat metri ratio: repraesentabant autem eam particulam ambo nostri mssti pag. 326. e. cum & ibi deesset editis; denique eamdemque partic. exhibebant & editi & mssti pag. 330. a. Quâ suo loco insertâ, perfectissimus existebat trochaicus Epicharmeus,

ἦς δ' ὑ | αινί | δες τε | βούγλωσ || σοί τε | καὶ κί- | θαρος ἐν | ἦς.

Neque opus est, ut cum eodem, quem modo laudavi, Koenio in fine scribamus καὶ κίθαρός γ' ἐνῆς. Nempe antepenultimus pes est trochaeus, penultimus vero pro trochaeo tribrachys: de quo monuit Toup, ad Theocr. pag. 396.

Ὅτι δὲ διὰ τὸ ὄνομα &c. Tetigerat eam rem Noster supra, pag. 287. a.

Καλλίας δὲ, ἢ Διοκλῆς, Κύκλωψι· Κίθαρος ὀπτὸς &c. De corrigenda superiorum editionum scriptura perspecte mo-

a nuerat CASAUBONUS: »Quod ſequitur, (inquit) Καλλίας »δὲ ἢ Διοκλῆς καὶ κύκλωψ ἢ κίθαρος ὀπτὸς, manifeſto cor»ruptum eſt: quod & Dalecampius vidit, qui, ut affecto »loco medicinam faceret, pro κύκλωψ emendabat ἔλλωψ. »Virum optimum ſua μαντικὴ hîc defecit: non enim ita »curari debuit iſtud vulnus, ſed hoc modo: Καλλίας ἢ »Διοκλῆς ἐν Κύκλωψι, κίθαρος ὀπτός. Libro XII. [p. 524. »f.] τοὺς δὲ σύμπαντας Ἴωνας ἐπισκώπτων Καλλίας ἢ Διο»κλῆς ἐν Κύκλωψι φησί. Alibi quoque dramatis huius me»minit, ac fere *Calliae* tribuit, omiſſis illis, ἢ Διοκλῆς.« — Sic pag. 285. e. & pag. 286. a. b. ubi idem, quod hîc, teſtimonium citatur. Alibi vero rurſus ambo nominantur auctores, Καλλίας ἢ Διοκλῆς, ut IV. 140. e. & XV. 667. d. Neque hoc loco multum a vero abeſt noſter codex *A.* qui ignorat καὶ particulam temere poſt Διοκλῆς illatam, illudque unum ex itaciſmi contagio peccavit, quod κύκλωψ ἢ pro κύκλωψι habet.

Trochaicum verſum ex iſto dramate citatum, quem & hic & pag. 286. a. b. omiſit Epitomator, exhibui hoc loco talem, qualem dabant membranae cum editis. Cum vero pag. 286. b. pro ϑύννου τὸ κεφ. iidem libri ϑύννου τε κεφ. habeant, commodiſſimum foret, ſi utraque vox ſimul adeſſet, quarum neutrâ facile carere poterat oratio: nam & coniunctio τε deſideratur, & pronomen τοδὶ articulum τὸ ante ſe requirebat. Ac videtur utramque iunctam perapte ferre metrum: nam in illo poſteriore hemiſtychio,

-νου τε τὸ κεφάλαιον τοδί.

nihil impedit, quo minus primus pes ſit dactylus, alter vero anapaeſtus.

ARCHESTRATI teſtimonium in msstis continuo tenore
b ſic ſcribitur, Κίθαρον δὲ κελεύω, ἐὰν μὲν λευκὸς ἔῃ, &c. Itaque *ſecundum verſum* CASAUBONUS in hunc modum edendum curaverat:

. . . . ἐὰν μὲν λευκὸς ἔῃ &c.

tum in Animadv. ait: »Archeſtrati verſus, qui mutilus »editus, expleri facile poteſt ſic: εὖθὺς ἐὰν μὲν λευκὸς ἔῃ.« — Iſtam vocem nos ita adiectam dedimus, ut ſimul moneretur lector, non e libris, ſed e mera coniectura ductam eſſe.

Verſ. 5. »Scripſimus νεοθῆγι μαχαίρᾳ, ubi [in ed. »Ven. & Baſ.] erat perperam νεοθιγεῖ. νεοθὴξ, ut παρα»πλὴξ, βουπλήξ.« CASAUBONUS. — In ms. *A.* νεοθηγεῖ

ſcribitur: in ms. *Ep.* vero, pro more librarii, decurtata b
eſt vox in fine, ſed ita ut νεοθῆγι voluiſſe videatur, quemadmodum recte Caſaubonus edidit. Sic dorico idiomate νεοθᾶγι σιδήρῳ Sappho dixit, in Anthol. T. I. p. 55. num. 4. ed. Brunck. ad quem locum vide varietatem ſcripturae a diligentiſſimo IACOBS adnotatam in Animadv. Vol. I. Part. I. pag. 185.

AD CAP. LXXIV.

Κόρδυλος. De miro hoc animali, hodie incognito, quod videtur eſſe de genere *lacertorum*, vide quae ex diverſis auctoribus breviter adnotavit CAMUS in Notis ad Ariſtot. Hiſtor. Anim. pag. 251. Cum eo non confundenda ἡ κορδύλη vel σκορδύλη, de qua dictum ad Athen. III. pag. 120. f. Nam quod apud Ariſtot. Hiſt. Anim. I. 1. κορδύλη vulgo edebatur nomen eius animantis de quo hic agitur, pro eo recte idem Camus ex msstis κορδύλος recepit, de quo iam Sylburgius monuerat. Sic & apud eumdem Ariſtot. VIII. 2. κορδύλος penacute editur, qui locus prae caeteris conſulendus: ſed κόρδυλος antepenacute ibid. lib. I. cap. 5. eodemque accentu notatur id vocabulum apud Athenaeum in ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. & in utroque noſtro codice msto. In ed. Caſ. 2. & 3. accentus in voce literis uncialibus expreſſa non eſt notatus. Confer Gesnerum DE Aquatil. pag. 301.

καὶ τελευτᾷν ὑπὸ τοῦ ἡλίου αὐανθέντα. Cum perperam c
ἀναθέντα legeretur in editis, monuit CASAUBONUS in Animadv. »Scribe αὐανθέντα.« Hoc ipſum vero recte dedit codex noſter uterque. Eſt autem teſtimonium iſtud Ariſtotelis ductum ex opere hodie non exſtante.

NUMENII verſus omiſit Breviator, iſta verba adpoſuiſſe ſatis habens: Νουμήνιος δὲ κούρυλον αὐτὸν καλεῖ. μέμνηται δὲ καὶ κορδυλίδος.

Verſ. 1. Quod ait, Τοῖσί κεν ἄρμενα πάντα, ſicut nos, ſic ad verbum fere reddiderat Dalecamp: *His aptata ſunt omnia.* Quod quo pertineat, haud ſatis liquet: accipiendum equidem ſuſpicatus ſum quaſi dixiſſet poëta, *His omnibus arma ſunt corpori apta:* puto, de animalibus agi, quae totum corpus veluti thorace ſeu lorica tectum habent. His ſi quis pro eſca ad capiendos piſces (conf. p. 305. a.) uti voluerit, *detrahenda ſunt arma*, quod graece ſonat παρο-

c πλίσασθαι. Quod μῦρα in fine verſus vulgo legitur, *myrum* interpretatus erat DALEC. quem ſecutus eſt VILLEBRUNIUS, ſubiectâ adnotatione: »*Le myre eſt le male de* »*la myrene.*« — At is Graece ὁ μύρος dicitur, non τὸ μῦρον: (vide pag. 312. f.) nec alioqui huc ſpectare videtur. Quare videndum ne commodius nos hariolati ſimus, μηρὰ ſcriptum oportuiſſe, id eſt, *femora.*

»In *altero* Numenii *verſuum*,

»Κούρυλον ἢ πειρῆνα, ἢ εἰναλίην ἔρπυλλαν:

»quia πειρὴν nomen piſcis non eſt, aſſentior eruditis qui»bus placet, ἢ σφύραιναν: nihil enim video probabilius.« CASAUBONUS. — Nempe ſic Dalecamp. interpretatus erat, *Sphyraenam, corylon, vel marinam cicadam.* Cui hactenus adſentitus eſt VILLEBRUNE, ut ſtatueret, eâdem ſententiâ, abiectâ σ literâ initio vocis, πυρῆνα vel πύραινα Graece dici potuiſſe. Nobis probabilior ratio GESNERI viſa eſt; qui πειρῆνα, hîc a poëta inter eſcas piſcium (ut videtur) nominatum, ſuſpicatus erat »non piſcem, ſed inſectum ali»quod aut zoophytum aquaticum« eſſe intelligendum. (DE Aquatilib. pag. 736 med.) Sed quod idem vir doctus, vocabulum πηρὶν cogitans, (de quo a nobis ſupra pag. 211. harum Animadv. dictum eſt) coniici poſſe iudicavit »*pi*»*rêna* Numenii *pudendum marinum* masculum aut aliquam »eius ſpeciem ſignificare« id quidem paulo audacius excogitatum videbatur. In latina certe verſione tutiſſimum iudicavi, graecum tenere vocabulum. In *fine verſus*, non ἔρπυλλαν in libris ſcribi, ut videtur ſignificare Caſaubonus, ſed in ἔρπιλλαν conſentire membranas cum editis, iam ſupra monui ad pag. 305. a. ubi vide notata ad hunc locum ſpectantia.

Μέμνηται δὲ καὶ κορδυλίδος. Quoniam in eo verſu, qui continuo dein adponitur, κορύδηλιν vulgo legebatur, eâ cauſſâ in ſuperioribus verbis, Μεμν. δὲ καὶ κορυδήλιδος legendum cenſuerat GESNERUS, pag. 303 ſub fin. Pariter in verſione lat. poſuerat Dalecamp. *Corydelidis idem ſic meminit.* Quo ſpectat CASAUBONI animadverſio, cum ait: »Iis non aſſentior qui in iſtis, μέμνηται »δὲ κορδυλίδος, emendant κορυδηλίδος. Nam etſi ita Nume»nius in ſuo verſu: non ideo tamen in Athenaei verbis ita »ſcribendum. Nam hic quidem vulgo recepta appellatione »utitur: ille poëticâ, ut legi metricae conſuleret. Scribe»bam in Numenii verſu, ἢ γλαύκην κορόδυλιν. Sed placet

»κορύδηλις, eâdem formatione factum nomen ac φύξηλις.« c — At κορύδυλιν, non κορύδηλιν, in *Numenii* verſu perſpicue ſcribitur in ms. *A.* cum hoc loco, tum p. 304. e. ubi eumdem verſum iam prolatum vidimus. Hoc loco vero in ed. Ven. magis etiam corrupte quam in ed. Baſ. & Caſ. κορύδηλον legitur. Caeterum *corydylis* illa, vel *cordylis* potius, cuius in iſto verſu meminit poëta, non intelligendum amphibium illud, de quo ſub nomine ὁ κόρδυλος vel κορδύλος modo dictum eſt: ſed conſentaneum eſt, κορύδυλιν quam dixit Numenius, & κορδυλίδα quam dicit Athenaeus; eſſe diminutivum nomen ab ἡ κορδύλη, quae σκορδύλη vel σκοροδύλη apud Ariſtot. vocatur Hiſt. Anim. VI. 17. *cordula* apud Plin. IX. 15, 18. eſtque *iuvenis thynnus*: de quo diximus ad Athen. III. 120. f. ubi id ipſum nomen κορδύλη apud Noſtrum occurrebat.

AD CAP. LXXV.

Κάμμοροι. Probatior utique erat ſcriptura κάμμαροι, quam in *Epicharmi* verſu eodem, qui hîc citatur, pag. 286. f. exhibebant libri; cum qua in α litera etiam conſentit id quod ſuis verbis Athenaeus dicebat p. 285. a. b. ἐν μεμβράσι καὶ καμάροις. Nam quod eodem nomine Romanos uti adnotavit Noſter; notum eſt, *cammarum* vel *gammarum* latine dici, non *cammorum*: nec ab aliis Graecis ſcriptoribus frequentatum illud nomen reperitur, niſi ab Epicharmo & Sophrone, *Siculis* poëtis, a quibus & alia *Latina* adoptata novimus. Confer Animadverſion. in Athen. T. II. pag. 278 med. Sed quod in aliis verbis e Latino ſermone adoptatis a Graecis hominibus frequenter factum videmus, ut ea ad Graecorum verborum ſimilitudinem quodammodo inflecterent: idem in hoc vocabulo facere poëtae illi, quos dixi, potuerunt, ut, cum κάμμορον aliâs Graecum eſſet nomen, longe quidem diverſae ſignificationis, (nam idem fere quod ἀκόνιτον ſonat; de quo vide quae ad Plin. XXVII. 3, 3. collegit Harduinus) ad illius ſimilitudinem etiam hoc cancri vel ſquillae genus κάμμορον dicerent, pro κάμμαρον: quemadmodum, vice verſa, Romanus ſcriptor Plinius l. c. venenatam eam quam modo memoravi plantam, non *cammoron*, ut Graeci, ſed *cammaron* nominavit; ubi, ſcripturam iſtam *cammaron* non eſſe ex librariorum lapſu, oſtendit id quod adiicit auctor,

c radicem plantae *cammaro* ſimilem eſſe *marino*. Sed id qualecumque ſit: pro eo quod hîc editum erat, Κάμμαροι, cum in titulo capitis Κάμμοροι habent veteres membr. *A.* tum rurſus in Epicharmi verſu: pariterque titulus capitis, cum in contextu, tum in ora, Κάμμοροι ſcribitur in ms. *Ep.* eodemque modo Euſtathium in ſuo codice Epitomae reperiſſe, diſcimus ex eius Comment. in Od. α'. p. 17. lin. 37. Quare eamdem ſcripturam nos vel tenere vel reſtituere auctori debuimus. Caeterum, poëtae teſtimonio ipſo omiſſo, totum locum ſic contraxit Breviator: Κάμμοροι: καρίδων γένος ὑπὸ Ῥωμαίων οὕτω καλούμενον. κεῖται δὲ παρ' Ἐπιχάρμῳ καὶ Σώφρονι ἡ λέξις. Priora verſiculi Epicharmei verba rectius, quam hoc loco, Ἔτι δὲ ποττούτοισι ſcripta ſupra vidimus, pag. 286. f. & ſic etiam hoc loco ſcribi iuſſit CASAUBONUS in Animadverſ.

AD CAP. LXXVI.

d In *NUMENII* verſu,

Ἄλλοτε καρχαρίην, ὅτε δὲ ῥόθιον ϕαμαθῖδα:

pro Ἀλλ' ὅτε, quod h. l. ſcribebatur, Ἄλλοτε recepi ex pag. 327. a. ubi quidem perperam ſcribitur ἄλλοτι in *Epit.* in qua verſus ille h. l. deſideratur. Sed in eodem ms. *Epit.* recte ibi dein ὅτε ſcriptum, pro ὅτε, quod & ibi & hîc habent edd. conſentiente (quod ſciam) codice *A.* Porro perperam pag. 327. eſt δ' ὄρθιον in ed. Ven. & utroque msto: pro quo recte hîc δὲ ῥόθιον, ubi brevis ſyllaba δὲ producitur, ob ρ literam, a qua incipit vox ſequens, vim duplicis conſonae habentem. Vide BRUNCK ad Ariſtoph. Plut. vs. 51.

SOPHRONIS teſtimonium, prorſus praetermiſſum a Breviatore, quum ſic editum vulgo legeretur: Σώφρων, Ξυννοθηραῖα δὲ γαστὴρ ὑμέων καρχαρίας ὁ κάτινος δῆσθε. ad hunc locum ita commentatus eſt CASAUBONUS: »Nihil »corruptius toto opere quam Doricorum poëtarum Epi»charmi & Sophronis reliquiae; velut illud Sophronis, »Ξυννοθηραῖα δὲ γαστὴρ ὑμέων, καρχαρίας ὁ κάτινος δῆσθε. »Ubi priora verba non aſſequor: non enim iuvat multum »quod paullo ante [pag. 303. c.] dixit auctor, *vocem* Ξυν»νοθήρας *extare in Sophrone*, hunc fortaſſe illius locum re»ſpiciens, aut alium infra [pag. 309. c.] ubi eadem vox. »Poſteriora ſic ſunt ſcribenda, καρχαρίας ὅκκα τῆνος δῆ-

» σθε : *quando ille carcharias comedebat.*« — Sic ille : at iſtud d quidem monſtrum, quod prioribus in verbis fraudi fuerat doctiſſimo viro, feliciſſime BENTLEIUS procuravit, in Epiſt. ad Millium p. 89. ubi ſic legendum docuit, Σώφρων Θυννοθήρᾳ· Ἁ δὲ γαστὴρ &c. Quam ad operam huic loco, in quo haeſerat Caſaubonus, praeſtandam, ne opus quidem tam praecipuo vate, qualis in hoc genere Bentleius, fuerat : nihil enim mutandum, nonniſi recte diſtinguenda ſcripturae elementa erant. Nam quum in vetuſtis codicibus (quemadmodum in noſtris membr. *A.*) ad latus ſcriberetur iota, non ſubſcriberetur ; in ſcripturâ illâ ΘΥΝΝΟΘΗΡΑΙΑΔΕΓΑΣΤΗΡ id ipſum plane continebatur, quod hîc legendum docuit perſpicaciſſimus Britannus. Sed quod idem eodem loco, quo iſtud docuit, ſequentia verba, ὁ κάτινος δῆσθε, ſic absque ulla vel emendatione vel illuſtratione adiecit, id vero miratus eram : quaſi aut ſana prorſus & perſpicua iudicaſſet, aut vero Caſauboni probaſſet emendationem : niſi forte de illis emendandis deſperaverat. Qualia quidem vulgo leguntur illa verba, teneri ſane non poſſunt. Pro ὁ κάτινος, ex ms. *A.* enotatum video ὁ κάττινος : quod parum prodeſt. Quod vero ὄκκα τῆνος legi voluerat Caſaubonus : primum, non opus erat ὄκκα geminatâ literâ κ ſcribi, ſatis erat ſimplici, ὄκα : tum vero, quod gravius eſt, τῆνος iſtud, id eſt *ille*, quo referatur, non video ; praeſertim cum καρχαρίας in accuſat. plur. videatur vir doctus accepiſſe ; quo facto pronomen *ille* ad *ventrem* foret referendum, adeoque τῆνα oportuerat, non τῆνος : taceo, quod *de pulpamento* quidem *iuvenis carchariae comedere homo* poſſit, ſed *carcharias piſces* (in plurali numero) *comedere aliquis* vix ſine abſurditate dici poſſe videatur. Quare, neutiquam quidem certus de ſententia, preſſius inſiſtendum veteri ſcripturae, tenendumque ὄκα τινὸς iudicavi. De δῆσθε Caſaubono adſenſus ſum, videri ex δίῆσθε corruptum ; quod (quemadmodum perinde & ἔσθω & ἐσθίω Graece dicitur) idem atque δήσθιε valeret. Sed ne huius quidem emendationis veritatem praeſtare auſim. In loco difficili iuvabit aliorum interpretum adnotare ſententias, ſi quid forſan melioris frugis in harum aliqua reperire poſſe ſperaverit ſtudioſus Lector. Iam GESNERUS quidem locum, ut prorſus corruptum, penitus deſperaverat. (DE Aquatil. pag. 157.) DALECAMPIUS, nusquam animum deſpondens, ſic reddidit

d hunc locum: »Sophron: *Venatur alvus thynnos veſtra, car-*
»*charia cane vobis opus eſt.*« VILLEBRUNIUS, cui & ipſi aes triplex circa pectus: »Sophron ecrit: *Votre ventre ne* »*demandoit que du thon, tandis que celui-ci s'occupoit à man-*»*ger du requin.*« Et hic quidem nihil adnotationis adiecit: ille ad verba, *carcharia cane vobis opus eſt*, adnotavit: »Qui voracem ingluviem veſtram ſatiet.« — Quod ſi in tam minuto abruptoque fragmento emendationem aliquam tentare liceret, καρχαρίου ſuſpicarer pro καρχαρίας ſcriptum oportuiſſe.

Νίκανδρος ὁ Κολοφώνιος. Deſiderabam coniunctionem, Νίκανδρος δ' ὁ Κολοφ. Nihil vero ex ms. *A.* adnotatum. In *Epit.* autem ne locus quidem erat coniunctivae particulae, quoniam de *carcharia* nihil aliud adpoſuit Breviator, niſi ipſum hoc *NICANDRI* teſtimonium. Quod ait, *carchariam etiam λαμίαν & σκύλλαν dictum fuiſſe; lamiae* nomine uſum eſſe Ariſtotelem ſupra vidimus pag. 286. c. ubi conf. Animadv. T. IV. pag. 121. De *ſcylla*, Nicandri obſervatum ex Athenaei Epitoma repetiit Euſtathius, ad Od. μ'. pag. 477 ſub finem: quod quidem nomen, *canem* proprie ſignificans, partim eo pertinet, quod & aliâs vulgo *canis carcharias* piſcis ille adpellatur; partim eo videtur ſpectare, quod ſit idem piſcis *monſtrum* non minus *periculoſum horrendumque*, quam famoſa illa Sicula *Scylla*.

AD CAP. LXXVII.

Κεστρεύς. Ἱκέσιος φησίν· Τῶν δὲ καλουμένων λευκίσκων
e πλέονά ἐστιν εἴδη. &c. »Facit *leuciſcos* commune genus »*mugilum*. Alii aliter digerunt. In ſimili loco libri quinti, »[immo, *libri octavi*, pag. 356. b.] *glauciſci* nominantur »qui hîc *leuciſci*. Nam ait: Γλαυκίσκοι, κέφαλοι, κεστρεῖς, »μύξινοι, χελῶνες, ὅμοιοί εἰσι κατὰ τὴν προσφοράν. Sed »vera lectio cum hîc, tum ibi, eſt λευκίσκος: quod ex »Euſtathio citante & explicante hunc locum intelligitur. »[ad Iliad. ν'. pag. 927, 39.] Χρῆσις, inquit ille, μυξί-»νου καὶ ἐν τῷ, Λευκίσκων πλείονα εἴδη· κέφαλοι, κεστρεῖς, »μύξινοι, [μυξῖνοι ſcribitur, in editione quidem Baſil.] »χελλῶνες, οἱ καὶ βάκχοι. εἰκὸς δὲ, τοὺς μυξίνους, εἴπερ »λέγονται γενικῶς λευκίσκοι, ὡς οἷα λευκοὶ, παρὰ τὴν γλα-»γόεσσαν γίνεσθαι μύξαν, ἣ κεῖται παρὰ τῷ Ὀππιανῷ.« CASAUBONUS. — Hoc quidem loco λευκίσκων cum edi-

tis tenet codex mstus uterque: sed & in γλαυκίσκοι lib. e VIII. pag. 356. b. cum editis consentit ms. *A.* ubi totus locus praetermissus in Epitoma. Caeterum cum pisce cui κεστρεὺς nomen, cave confundas τὴν κέστραν, quae est eadem cum σφυραίνῃ, de qua pag. 323. a. b.

ἄλλοι δὲ χελλῶνες. Ad editam olim scripturam χελῶνες, haec monuit CASAUBONUS: »In vocabulo χελὼν mira librorum inconstantia. Nam si analogiâ quadam »dictus hic piscis ἀπὸ τοῦ χείλους, vera utique appella»tio est χείλων, quasi *labeonem* dicas: tamen & χελὼν, & χελλὼν, & χαλλὼν scriptum invenias. Aristoteli »*chelon* & *cephalus* duo sunt eiusdem piscis nomina.« — Nempe Hist. Animal. VIII. cap. 2. sect. 5. sic scribit Aristoteles: Ἔστι δὲ ὁ μὲν κέφαλος, ὃν καλοῦσί τινες χειλῶνα, πρόσγειος· ὁ δὲ περαίας, οὔ. &c. de quo loco mox: illud interim notemus, pro χειλῶνα in msstis Med. & Veneto-Paris. itemque in vetustioribus nonnullis editionibus χελῶνα legi, de quo monuit CAMUS in Var. Lect. ad istum locum, & in *Notices des Mss. de la Biblioth. Nation.* T. V. pag. 461. Sed apud eumdem Philosophum lib. V. eiusdem operis cap. XI. τῶν κεστρέων diversae species constituuntur hae, οἱ χέλωνες, ὁ σαργὸς, καὶ ὁ μύξων καλούμενος, (qui apud Nostrum ὁ μυξῖνος) καὶ ὁ κέφαλος: ubi mendosum χάλλωνες in χέλωνες mutavit Camus, praeeunte codice Mediceo. Apud Athenaeum vero, cum hoc loco, tum deinde, pro eis quae edita erant, χελῶνες & χελὼν, constanter χελλῶνες & χελλὼν dedere ambo nostri codices mssti. Sed loco huic parallelo, VIII. 356. b. κολῶνες & ὁ κόλων habent editiones veteres cum ms. *A.* ubi κολῶνες quidem in χελῶνες mutavit Casaubonus, sed κόλων tenuit. Desiderari eo loco verba ista in Epitoma, paulo ante iam monui. Porro pro μύξινοι, quod hîc bis habent editi, μυξῖνοι praeferunt ambo codices mssti: sed pag. 356. b. ad μύξινοι, quod rursus ibi editum, nulla discrepantia ex ms. *A.* adnotata. Hoc vero loco etiam Eustathium in suo cod. Ep. & μυξῖνοι & χελλῶνες reperisse, supra vidimus. Porro scriptura χελλὼν latere etiam videtur in vitiosa apud Hesychium glossa: Χελμών· ἰχθὺς ποιός. Caeterum μυξῖνος habet etiam codex noster *Epit.* paulo inferius, pag. 315. ubi μάξεινον tenet ms. *A.* cum edd.

καταδεέστεροι δὲ πάντων οἱ χελλῶνες, οἱ λεγόμενοι

e βάκχοι. εὔχυλοι δ' εἰσὶ σφόδρα, καὶ οὐ πολύτροφοι, καὶ εὐέκκριτοι. »Caute accipienda verba, εὔχυλοι δ' εἰσὶ »σφόδρα &c. quae, ſi ſpectetur orationis ſeries, ad *che-* »*lones* pertineant. Ita fieret ridicula ſententia: ut, *qui ex* »*omnibus leuciſcis peſſimi ſunt*, tot *elogiis* ornentur. Hanc »ἀτοπίαν viri docti alius aliter ſuſtulerunt. Sed placet ni- »mis DALECAMPII ſententia, qui de *univerſo genere leu-* »*ciſcorum* haec accepit. « CASAUBONUS. — GESNERUS pag. 563. poſt εὔχυλοι δ' εἰσὶ σφόδρα intercidiſſe vocabulum οἱ κέφαλοι ſuſpicatus erat. RONDELETUS vero, interpoſito poſt οἱ χελλῶνες puncto, ſic dein legendum cenſuerat: οἱ δὲ λεγόμενοι βάκχοι εὔχυλοί εἰσι σφόδρα. Eosdem varios bonitatis gradus in cognatis iſtis piſcium generibus notavit Diphilus Medicus apud Noſtrum, VIII. 356. b. niſi quod, quos Hiceſius χελλῶνας, eosdem ille κολῶνας ſive κόλωνας adpellat. Tum vero inter Hiceſium & Diphilum hoc etiam differt, quod βάκχον piſcem Diphilus non, ut Hiceſius, in *mugilum* genere cenſet, ſed eum ſeorſim commemorat, eodem quidem fere loco, ſed paulo ante, ubi ait: βάκχος, εὔχυλος, πολύχυλος, εὔτροφος. Ex quo colligas, de *baccho* piſce non ſatis conſtitiſſe inter veteres, aut pluribus piſcium generibus commune id nomen fuiſſe. Quo pertinet etiam id, quod ex Dorionis libro DE PISCIBUS adfert Noſter, III. 118. c. *chellarem* piſcem, ex *myllorum* genere, non mugilum, *bacchum* a nonnullis vocari. Confer infra pag. 315. f. & ibi notata.

Quod ait noſter de DORIONE, τῶν κεστρέων τὸν μὲν θαλάττιον ἐκτίθεται, τὸν δὲ ποτάμιον οὐ δοκιμάζει, id ſic accipiendum videtur: *Dorion, in ſuo de Piſcibus libro, de marino mugile egit, praecepit, expoſuit; fluviatilem vero praetermiſit:* ſive quod nullum eſſe, ſive quod non diverſum a marino exiſtimaſſet.

f τὸν δὲ κατὰ τῆς κεφαλῆς τοῦ κεστρέως ἐχῖνον, σφόνδυλον ὀνομάζει: *Echinum*, quem dicit *in capite mugilis* reperiri, pro *lapillo echinatâ ſpecie*, id eſt, *aſpero*, accipiendum monuit RONDELET apud Gesn. pag. 551.

διαφέρειν - - κεφάλου κεφαλῖνον, ὃν καὶ βλεψίαν καλεῖσθαι. Apud Heſychium eſt κεφαλῖνος, ἰχθὺς ποιός. Nomen βλεψίας ſuſpectum habuerat RONDELET apud Gesn. pag. 552 med. & βλέννον aut aliquid tale maluerat.

Ἀριστοτέλης δὲ ἐν πέμπτῳ Μορίων. »Quae citan-

»tur ex Ariſtotele ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων, extant Hi- f
»ſtoriar. libro V. cap. XI.« CASAUBONUS. — In edit. Ven. legebatur ἐν πέμπτῳ περὶ Ζώων Μορίων. Id ſuo more editor Baſileenſis mutavit in ἐν πέμπτῳ περὶ Ζώων Ἱστορίας. Tum rurſus Caſaubonus edidit, ἐν πέμπτῳ περὶ Ζώων Μορίων, quo titulo plerumque citari ab Athenaeo *quintum Hiſtoriarum librum* iam ſaepius obſervavimus: ſed nonnumquam etiam brevius citatur ἐν πέμπτῳ Μορίων, quemadmodum h. l. dedit uterque noſter cod. mſtus. In iſtis philoſophi verbis, μύξος vocatur idem piſcis, qui apud Athenaeum μυξῖνος. De ſcripturâ χελλῶνες, quam conſtanter ſervant codices noſtri, paulo ſuperius dictum.

κύουσι δὲ τριάκοντα ἡμέρας. Tenui hanc ſcripturam, ab editore Baſ. ex Ariſtotelicis codicibus Athenaeo reſtitutam: nam, genitivum ἡμερῶν ab illius manu eſſe profectum, aegre perſuadere mihi potui.

Ἐν δὲ ἄλλοις φησὶν ὁ Ἀριστοτ. Philoſophi nomen h. l. a omiſit Breviator: articulum ὁ adiectum dedit ms. *A*. Qui vero hîc citatur locus, ductus eſt ex Hiſtor. Anim. lib. VIII. c. 2. ſect. 5. mutatis quidem paululum verbis; quam licentiam & aliâs ſubinde ſibi ſumere non dubitavit noſter Deipnoſophiſta. Et ſtatim quidem, corrupta eſſe (ſive librariorum errore, ſive ipſius Athenaei culpâ) priora Philoſophi verba, queſtus eſt RONDELET, apud Gesner. pag. 551. quandoquidem quod apud Athenaeum ſcribitur, Ὁ κεστρεὺς, καρχαρόδους ὢν, οὐκ ἀλληλοφαγεῖ, non modo verba καρχαρόδους ὢν apud Ariſtotelem non legantur, verum etiam αὐτοψία doceat, mugilibus non modo *ſerratos*, ſed ne *ullos* quidem eſſe *dentes*. At de dentibus non eſſe rem ita confectam, nullos eſſe mugilibus, ut Rondeleto viſum erat, plurium adcuratorum auctorum teſtimonio oſtendit CAMUS in Notis ad Ariſtot. p. 527. Athenaeus autem, cui non de re ipſa nunc agebatur, ſed de eo quod Ariſtoteles ſenſiſſet, dicere pro ſe potuerit, in τῶν καρχαροδόντων numero utique τοὺς κεστρέας a Philoſopho cenſeri, ut qui diſerte Hiſtoriar. II. 13 ſub fin. ſic ſcripſiſſet: καρχαρόδοντες δὲ πάντες οἱ ἰχθύες, πλὴν τοῦ σκάρου.

Quod dein apud Noſtrum ſcribitur, ὁ δὲ χελλὼν, ὁ δὲ φεραῖος: de priore vocabulo ſupra dictum, ubi hunc etiam Ariſtotelis locum tetigimus; de poſteriori vero haec

a adnotavit CASAUBONUS: »Qui dicitur in noſtris exem-
»plaribus ſemper φεραῖος, in Ariſtotelicis eſt περαίας.
»In vetere Huraldino φαραῖος conſtanter. « — Quaenam genuina fuerit Philoſophi in iſto vocabulo ſcriptura, certâ ratione vix confici hodie potuerit. Longiſſime autem a vero discedere videtur ſcriptura φεραῖος, in quam quidem conſentiunt codices noſtri cum editis. φαραῖος unde arripuerit codicis Huraldini ſcriba neſcio. Sed ne apud Ariſtotelem quidem conſentiunt libri: nam pro περαίας quod vulgo legitur, duo vetuſtiſſimi codices mssti, Mediceus & Veneto-Pariſinus, παρέας habent, ut docuit CAMUS, in Var. Lect. ad lib. VIII. pag. 462. & in *Notices des Mss.* T. V. pag. 461. Denique apud Plutarchum, in libello de Solertia Anim. pag. 965. e. ed. Francof. legitur, Κεστρέως δὲ γένος οὓς παρδίας καλοῦσιν, ἀπὸ τῆς μύξης τρέφονται τῆς ἑαυτῶν: ubi ΠΑΡΔΙΑΣ ex ΠΑΡΑΙΑΣ ortum videri debet; ſed ibidem codex mstus Petavianus (cuius lectiones in fine voluminis citantur) περδίκας habet, quod rurſus ex περαίας corruptum videtur. An certius aliquid de illius piſcis nomine e melioribus Plutarchi codicibus eruerit doctiſſimus WYTTENBACHIUS, incompertum mihi, aegre ad hunc diem deſideratiſſima nova Plutarchi editione carenti. Περαίαν apud Ariſt. intelligere ſolent *translitoralem*, id eſt, *longius a litore viventem.* Sed de nomine utcumque ſtatuas, ex adiuncto quod continuo adiicitur, *muco hunc vivere qui ex ipſo exit*, eumdem intelligendum cum *myxino*, probabiliter utique CAMUS collegit, in Notis ad Ariſtot. pag. 619. Graeca verba, τῇ ἀφ' αὑτοῦ γενομένῃ μύξῃ, prorſus ut edidimus, ſic dedit uterque noſter codex mstus. Apud Ariſtotelem eſt, βόσκεται τὴν ἀφ' αὑτοῦ μύξαν.

Λέγεται δὲ καὶ ὅτι τὸν γόνον τῶν κεστρέων οὐδὲν τῶν ἰχθύων κατεσθίει. »Oppianus, poëta eximius, de mugili-
»bus: [Halieut. II. 651.]

»Τοὔνεκα καί τιν' ἔχουσι μετ' ἰχθύσι τίμιον αἶσα·
»οὐ γάρ τις κείνων νεαρὸν τόκον, οἷα περ ἄλλων,
»σίνεται.

»At mugiles adultos vorat lupus, ut paullo poſt ex Ari-
»ſtotele ſcribitur: item glaucus, ut canit Oppianus in
»tertio. Athenaeus ad *mugiles* transtulit quod de *cephalis*
»dixerat Philoſophus: cuius verba neque ambigua ſunt
»neque obſcura, Hiſtoriarum libro octavo, capite ſecun-

» do. « CASAUBONUS. — Pariter ad κεστρέα, id eſt, ad totum *mugilum* genus, eam rem retulit Oppianus.

Εὐθύδημος δὲ ὁ Ἀθηναῖος: intellige φησί: quod verbum paſſim eodem modo ſupplendum vidimus. *Mox*, ubi ſcribitur, Εἶδη κεστρέων εἶναι σφηνέα καὶ δακτυλέα, quum b continuo ſequatur, καὶ κεφάλους μὲν λέγεσθαι, &c. & dein σφηνέας δὲ &c. manifeſtum videtur, intercidiſſe poſt εἶναι vocabulum κέφαλον, ſcriptumque oportuiſſe, Εἶδη κεστρέων εἶναι κέφαλον, καὶ σφηνέα, καὶ δακτ.

σφηνέας δὲ, ὅτι λαγαροὶ καὶ τετράγωνοι. Cum mendoſe hîc σφῆνας legeretur in editionibus omnibus, σφηνέας legendum videri monuit H. STEPHANUS, in Theſ. T. III. pag. 1179. & correxit mendam CASAUBONUS in Animadv. adnotavitque: » Hanc lectionem (σφηνέας) libri » confirmant omnes, & hoc amplius Gloſſae veterum ma» giſtrorum. Σφηνεὺς, inquit Heſychius, ἰχθὺς ποιὸς Θα» λάττιος. Non defuerunt qui ſcriberent σφηκέας: « [hi qui ſint, non potui reperire:] » ut a σφὴξ denominati » ſint hi piſces, non a σφήν. Et profecto vel ita ſcriben» dum: vel idem ſignificatur vocibus σφηνεὺς ac σφηκώ» δης. Nam, ut λαγαροὶ dicuntur hîc piſces σφηνέες, ſic » verſum quem vulgo Grammatici λαγαρὸν nominant, et» iam σφηκώδη nuncupant iidem: τὸν σφιγγόμενον, ut » ſcribit Euſtathius, [ad Od. κ'. p. 381, 32.] ἀπὸ δακτύ» λου εἰς τροχαϊσμὸν, ἀπ' ἐναντίας τῷ προκοιλίῳ: *qui eſt* » *ſubſtrictus & quaſi coactus in anguſtius ſpatium legitimo.* Sic » homines σφηκώδεις & λαγαροὺς, qui *concinna & expe*» *dita figura ſunt corporis;* non obeſi, neque ventriones. » Comici Interpres: [ad Plut. 301.] Τοὺς λαγαροὺς τοῖς » σώμασιν ἀνθρώπους, καὶ μὴ προκοιλίους, σφηκώδεις ἐκά» λουν. Opponuntur προκοίλιος & λαγαρὸς, ut *obeſus* & *gra*» *cilis.* Neque eo minus verum, quod dicebamus libro » tertio, [ad III. 79. b. Animadv. T. II. pag. 38 ſq.] λα» γαρὸν & εὐρυκοίλιον de eodem dici: diverſo nempe re» ſpectu. An & *mugiles ſphenei* λαγαροὶ hîc ſimili de cauſ» ſa dicantur, αὐτοψία ſola planum fecerit. « — Illud mirum aliquatenus videri poſſit, quo pacto iidem & λαγαροὶ & τετράγωνοι dicantur: nempe intelligi debebunt eſſe *quadrati in tenue exeuntes;* quo pacto a figura σφηνοειδεῖ, id eſt, *cuneiformi*, haud incommode σφηνεῖς adpellati fuerint: quemadmodum apud Lucian. in Epiſtolis Saturn. cap. 24. σφηνοπώγωνες, *cuneobarbi*, adpellantur, quibus

barba eſt ex lato in anguſtum acutumque deſinens. Confer GESNERUM de Aquatil. p. 562. Ab eadem figura huius piſcis ductus, puto, mos eſt ille puniendorum moechorum, de quo Iuvenalis, Sat. X. 316.

— Necat hic ferro, ſecat ille cruentis
verberibus: quosdam moechos & mugilis intrat.

Ubi vetus Scholiaſtes: *Mugilis, piſcis grandis capitis, poſtremis exilis: qui in podicem moechorum immitti ſolebat.* Caeterum in ſcripturam σφηνέα & σφηνέας recte conſentiunt noſtri codices mssti: & ex hoc loco habet Euſtathius quod ait ad Iliad. τ'. pag. 1242, 46. Εἴδη δὲ κεστρέων, οἳ καὶ πλῶτες καλοῦνται, σφηνεὺς, καὶ δακτυλεὺς, καὶ νῆστις.

Ad editam olim ſcripturam, τὰ δὲ τῶν διδακτυλέων; (vel διδακτυλαίων, ut erat in ed. Ven. & Baſ. & in ms. *A.*) monuit CASAUBONUS: »Lege cum Epit. τὰ δὲ »τῶν δακτυλέων, non διδακτυλέων: nam ita modo »praeceſſit.« — Et δακτυλέων habet etiam noſter codex Epit. At ſic quidem nondum adparet, illud τὰ δὲ quo referatur: in quo etiam GESNERUM (pag. 562.) video haeſiſſe, qui Τοὺς δὲ δακτυλέας, διὰ τὸ πλάτος ἔχειν, legendum ſuſpicatus erat. Ferri potuerat Τὸ δὲ τῶν δακτυλέων (*ſcil.* εἶδος) τὸ πλάτος ἔχει &c.

οἱ περὶ Ἄβδηρα ἁλισκόμενοι, ὡς καὶ Ἀρχέστρατος εἴρηκε. *ARCHESTRATI* teſtimonium de *Abderitis mugilibus* non exſtat, quod ſciam: ſed Dorionis in eam rem habemus, III. 118. c. Mox quidem (lit. d.) *Aeginenſes mugiles* laudat Archeſtratus.

AD CAP. LXXVIII.

In *EPICHARMI* verſu trochaico,

Αἰολίαι, πλῶτές τε κυνόγλωσσοί τ'· ἐνῆν δὲ σκιαθίδες:

particulam τε, quae poſt πλῶτες perperam hic deerat, adieci ex aliis Noſtri locis, ubi idem verſus citatur, ut p. 288. b. (ubi conf. notata) tum 308. e. & 322. f. Agnoſcitque eamdem particulam hoc etiam loco codex *Ep.* in quo quidem nonniſi priora verſus verba haec adponuntur, Αἰολίαι, πλῶτές τε. In iſtis, quae ſequuntur, ἐνῆν δὲ σκιαθίδες, conſentit ms. *A.* cum editis: ubi conſentaneum eſt quidem, Doricâ verbi formâ ἐνῆς uſum eſſe Epicharmum, ut pag. 306. e. & alibi: ſed ferendum putavi vulgatum ἐνῆν, quod in iſto verſu conſtanter tenent libri

omnes, & tenuiſſe videtur Athenaeus ipſe. De voce σκιαc
θίδες ad pag. 322. f. erit dicendi locus. Vocabulum πλῶτες non confundendum cum eo quod eſt αἱ πλωταὶ apud Polluc. VI. 63. quod de *muraenis* intelligitur *in ſumma aqua fluitantibus ſive natantibus;* quae *flutae* Romanis dicebantur: ſic ἡ πλωτὴ μύραινα apud Noſtrum pag. 313. a. & αἱ πλωταὶ ἔγχελεις, I. 4. c. ubi vide notata. Eodemque nomine generatim de omni piſcium genere paſſim utitur Oppianus; quemadmodum & olim Titanomachiae auctor dixit, πλωτοὶ χρυσώπιδες ἰχθύες, *natantes, fluitantes piſces*, apud Noſtrum, VII. p. 277. d. At nomine πλῶτες, quamquam ab eadem cum iſto origine derivato, inſigniuntur ἰχθύες τινὲς, ut adnotavit Heſychius, id eſt, *certum quoddam piſcium genus;* nempe οἱ κεστρεῖς, *apud Siculos*, ut ex POLEMONE & EPICHARMO docet Noſter. Eiusdem nominis ſingularem ὁ πλὼς, ex Herodiano Grammatico adnotavit Euſtathius ad Od. α'. p. 67, 41. qui pariter εἶδος ἰχθύος, (*genus quoddam piſcium*) interpretatus eſt, ſed genitivum caſum πλωὸς formavit, ut δμὼς δμωὸς, Τρὼς Τρωός. At inſertâ τ literâ, πλῶτες, conſtanter ſcribitur apud Athenaeum, ut apud Heſychium; & ſic etiam ipſe Euſtathius ex Athenaeo citavit, ad Iliad. τ'. p. 1242, 47.

Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ περὶ Ζώων Ἠθῶν καὶ Βίων. Hoc titulo citare conſueviſſe Athenaeum *Nonum Librum Hiſtoriae Animalis* ſupra monitum eſt, ad VII. 282. c. Et leguntur capite ſecundo illius libri ea ipſa verba, quae a Noſtro hîc adferuntur.

Ibid. ἀπεσθίεται δὲ ὁ μὲν κεστρεὺς ὑπὸ λάβρακος &c. Apud Ariſtotelem Camus ex ms. Med. κατεσθίεται edidit, id eſt, *voratur, devoratur;* quemadmodum & apud Athenaeum verbum ἀπεσθίεται vulgo interpretantur, quod tamen aliud ſonat, nempe *adroduntur*, vel potius *abroduntur;* ut docet ipſe Athenaeus, XIV. 649. c. nempe *cauda eis abroditur, morſu aufertur & devoratur.* Idque ipſum Graecum verbum apud Ariſtot. habent alii mssti & editiones omnes. Caeterum quod de *ceſtreo* ſive *mugile* ex Philoſopho hîc adnotavit Deipnoſophiſta, *vivere eum etiam quamvis caudâ morſu ablatâ*, idem in aliis etiam piſcibus obſervare licet. Mihi quidem his ipſis diebus oblatus eſt *cyprinus* piſcis, quem *carpam* vulgo vocamus; cui cauda cum parte ſpinae (morſu *lucii* piſcis, puto) iam olim ablata

c erat, ita pulcre cicatricato vulnere, ut nullam umquam caudam habuiſſe piſcem dixiſſes; qui tamen non modo vivus, ſed & optime valens vegetusque erat.

Ἡ δὲ λεγομένη παροιμία, Κεστρεὺς νηστεύει, ἐπὶ τῶν δικαιοπραγούντων ἀκούεται. Adiecta utique malles verba quaedam, quae apud Suidam (in Κεστρᾶν τεμάχη) & apud Zenob. Proverb. Cent. IV. num. 52. adiecta leguntur, & apud Noſtrum fortaſſe veteris alicuius librarii errore interciderunt; nempe, ἧττον δὲ φερομένων διὰ τοῦτο, καὶ μηδὲν πλέον ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης ἀποφερομένων. Id eſt: *Proverbium, Cestreus ieiunat, dicitur de iis qui iuſtitiam quidem colunt, ſed deteriore ob id ipſum ſunt conditione, nec ullam inde utilitatem capiunt.* Adiicit Suidas: ἐπεὶ καὶ ὁ ἰχθὺς καθαρὸς ἐστί: *quoniam & piſcis iſte purus eſt;* nempe, a devorandis aliis piſcibus abstinet. Graecum proverbium, haud incommode cum latino, *Probitas laudatur & alget*, contulit *Villebrune.*

Ἀναξίλας ἐν Μονοτρόπῳ, Μάτωνα &c. » Sequuntur »verſus *ANAXILAE*, quibus traducitur voracitas *Matronis* »ſophiſtae. Male enim τὸν Μάτωνα editur« [at τὸν articulum ignorant libri omnes, ſcripti editique] »pro Μά»τρωνα. Et Anaxilae etiam verſiculi ita legendi:

»Τοῦ κεστρέως κατεδήδοκεν τὸ κρανίον
»ἀναρπάσας Μάτρων. ἐγὼ δ' ἀπόλλυμαι.

»Plura de hoc *Matrone* & iſto Anaxilae loco infra, libro »octavo.« CASAUBONUS. — Vide lib. VIII. pag. 342. d. e. ubi ter legitur eiusdem hominis nomen, & ibi quidem conſtanter Μάτρων ſcribitur in ms. *Ep.* ſed non niſi ſemel Μάτρων in ms. *A.* bis vero Μάτων, absque ρ, quemadmodum hic habet codex uterque cum editis. Quare hoc loco, quamvis ſit probabilis Caſauboni emendatio, tamen tenendam putavi librorum ſcripturam. *ANAXILAE* verſiculi hoc loco veluti proſa oratio ſcripti erant in editis, & κατεδήδοκε ſcriptum absque ν ἐφελκυστικῷ: quod adiiciendum monuit metri ratio.

Διοκλῆς, Θαλάττῃ· Ἄλλεται &c. » Male accipiunt iſta, »qui ſcribunt: Διοκλῆς, θαλάττῃ ἄλλεται δ' ὑφ' ἡδονῆς »κεστρεύς. Melius nos, Διοκλῆς Θαλάττῃ· ἄλλεται &c. »Nam Θάλαττα, titulus unius comoediarum *DIOCLIS*, »poëtae antiquiſſimi. Suidas de illo: δράματα αὐτοῦ, Θά»λαττα, Μέλιτται, Ὄνειροι, &c.« CASAUBONUS. — Recte diſtincta verba erant in edd. ut θαλάττῃ ad Διο-

χλῆς referretur: ſed male acceperat DALEC. latine ſic red- d
dens: »Diocles: *In mari ſaltat ceſtreus* &c. « Recte vero NATALIS *Comes* in ſua verſione poſuerat, *Diocles in Mari.* Ad metri rationem, poëtae verba in hunc modum erant digerenda:

— Ἅλλεται δ' ὑφ' ἡδονῆς
κεστρεύς. —

Priora ſunt e fine ſenarii ducta: a voce κεστρεὺς incipiebat verſus ſequens.

AD CAP. LXXIX.

In *ARCHIPPI* teſtimonio in ed. Caſ. ſic diſtincta erant verba: νήστεις, κεστρέας, κεφάλους: & in Dalecampii verſione: *Ceſtreos, Neſtias, & Cephalos.* Quo facto, minime valebat id teſtimonium ad oſtendendum, τὸν νῆστιν eſſe κεστρέων *ſpeciem.* Nos, ut erat in ed. Ven. & Baſil. iunximus Νήστεις κεστρέας, nullo interpoſito commate. Breviator, omiſſis Archippi verbis, ſic habet: Ὅτι δὲ εἶδος κεστρέων οἱ νήστεις, δῆλον. ΑΝΤΙΦΑΝΗΣ· κεστρεῖς ἔχων ἄλλους στρατιώτας τυγχάνεις νῆστις, ubi quidem perperam ſcriptam poſtremam vocem adparet. Recte vero τυγχάνεις νήστεις ms. *A.* cum edd. nempe κεστρεῖς νήστεις. Quae ſequuntur *Ameipſiae* & *Euphronis* & *Philemonis* teſtimonia, ea rurſus praetermiſit Epitomator.

Εὔφρων, Αἰσχρᾷ. Edebatur: Εὔφρων, αἰσχραμίδας δὲ e
κεστρεὺς &c. Opportune vero CASAUBONUS in Animadv. »Debemus Suidae, ait, illud etiam, quod errorem, qui »in iſtis latet, deprehendimus. Nam ſcribendum, Εὔφρων »Αἰσχρᾷ· Μίδας δὲ κεστρεύς ἐστι &c. *EUPHRONEM* co- »micum *Aeſchram* fabulam edidiſſe probat Suidas [in Εὔ- »φρων] ex iſto Athenaei loco. «

In *PHILEMONIS* teſtimonio recte κεστρέ' ὀπτὸν editur. Perperam κεστρέονα ὀπτὸν ms. *A.*

In *ARISTOPHANIS* teſtimonio nil mutavit BRUNCK, in Comici Fragm. pag. 230. num. 6. Nec tamen fere dubito, quin νήστιες ſcriptum oportuerit pro νηστίδες quod habent editi conſentiente (quod ſciam) msto *A.* aut pro νήστιδες, quod eſt in ms. *Ep.* Iſta quidem genitivi forma in hoc nomine nusquam alibi occurrit. In eiusdem eclogae fine, pro γιγνώσκεται, quod erat editum, percommode γιγνώσκετε nobis dedit codex

mstus uterque. Perperam vero ὡς μὲν γάρ ἐστι legebatur in ed. Ven. & Baſ. pro γάρ εἰσι, quod tacite correxit Caſaub. adſentientibus msstis.

f ANAXANDRIDES, cum ait, κεστρῖνός ἐστι νῆστις, ſatis perſpicue vocabulum κεστρῖνος pro eodem, quod aliâs κεστρεὺς eſt, poſuit: quod diſerte etiam Euſtathius (verba iſta citans ad Odyſſ. ι'. pag. 374, 44.) adnotavit, ὅτι κεστρῖνος ὁ κεστρεὺς ἐρρέθη. Addubitans tamen Suidas ait: Κεστρῖνος· εἶδος ἰχθύος. σκεπτέον δὲ, εἰ διαφέρει κεστρέως. id eſt: *Videndum an differat κεστρῖνος ab eo qui κεστρεὺς vocatur.* Ac paulo quidem diverſâ notione Etymologici Magni auctor pag. 506. l. 45. κεστρίνους, *pulpamenta ceſtreorum* interpretatus eſt, τὰ τομία καὶ τεμάχη τῶν ἰχθύων; nempe τῶν κεστρέων, ut equidem accipiendum arbitror. Caeterum eclogam *Anaxandridae* e fabula *Ulyſſe* multo auctiorem, e qua ducta iſta verba ſunt, ſupra adpoſitam a Deipnoſophiſta vidimus, VI. 242. e. f.

In EUBULI *verſ.* 2. ſpeciem habet nonnullam nominativus νῆστις, quem in contextu habet noſter codex *Epit.* hoc ſenſu, *ieiunus terens vitam miſeri mugilis.* Sed percommode νῆστιν refertur ad βίον, *terit vitam ieiunam, famelicam.* Et habet νῆστιν non modo ms. *A.* cum edd. ſed & eadem ſcriptura inter lineas adnotata in ms. *Ep.* Non placuit vero (*eodem verſu*) πονηροῦ κεστρέως, id eſt, *pravi mugilis;* quod ubique quidem editum, & in ms. *Ep.* ſic etiam ſcriptum video, neque aliud ex ms. *A.* adnotatum. Non *pravus* mugil, ſed *innocens* potius, at ſimul *miſer*, ex vulgi opinione habebatur; ut ſupra vidimus occaſione proverbii, κεκτρεὺς νηστεύει: in cuius proverbii interpretatione etiam diſerte monuerunt Zenobius & Suidas, ταλαιπωροῦντα eſſe hunc piſcem, id eſt *miſeram vitam agere.* Quare GESNERUM probavi, monentem (p. 562 init.) πονήρου ſcribendum eſſe παροξυτόνως, id eſt, ἀθλίου, ταλαιπώρου, *miſeri, aerumnoſi.* Sic rurſus in Platonis eclogа, pag. 308. b.

AD CAP. LXXX.

Κυνικῶν τις, ἑσπέριος ἐλθὼν, ἔφη. DALECAMPIUS: *Accedens Heſperius unus e Cynicis inquit.* Adiecta tamen ad oram nota: »Alii: *veſperi & ſerius accedens; veſpertinus.*« Sic nempe NATALIS COMES: *Cynicus quidam qui veſper-*

tinus acceſſerat. Quae haud dubie mens fuerat Athenaei. f Nempe homo iſte, hoc ipſo quod *veſpere* demum venerat, neque adeo interfuerat *guſtationi*, quam ſatis largam iam ceperant caeteri convivae, tanto magis premebatur fame. Quo aptius etiam ſubiiciuntur illa *Diphili* verba, Οὗτοι δεδειπνήκασιν &c. Caſaubonus ſine animadverſione locum iſtum praetermiſit, at Graecum tamen verbum ἑσπέριος non maiuscula litera initiali (quod in propriis nominibus facere conſueverat) in ſua editione efferendum curaverat. Sic & in ed. Caſ. 2. quemadmodum in ſuperioribus editionibus ἑσπέριος ſcribitur: ſed in ed. Caſ. 3. unciali litera Ἑσπέριος. Inde igitur nomen proprium cum Dalecampio fecerunt Ionſius & Fabricius, & in Cynicorum philoſophorum albo *Heſperium* poſuerunt. Sed de hoc iam ſatis diximus in Animadv. T. I. pag. 15.

μὴ καὶ ἡμεῖς Νηστείαν ἄγομεν, Θεσμοφορίων τὴν μέσην, ὅτι δίκην κεστρέων νηστεύομεν; Quum minus commode verba iſta interpretatus eſſet Dalecampius, monuit CASAUBONUS: »Verte, *An & nos Neſteam, medium Thesmopho-*»*riorum diem, celebramus, qui inſtar mugilum ſic ieiunemus?* »*Thesmophoria* multi Graeciae populi agitabant, di»verſo dierum numero: nam alibi fuit illud feſtum dierum »novem, alibi trium, alibi quatuor, ut ſcimus ex Heſy»chio, in Τρίτη Θεσμοφορίων. Athenis, ut videtur, *tres dies* »durabant Thesmophoria; non certe quatuor: nam e »quatuor diebus nullum proprie appellaveris *medium*, ut »facit Athenaeus hoc loco, & Ariſtophanes quoque in »Thesmophoriazuſis. Eum diem praecipuâ caſtimoniâ co»lebant, & omnis cibi abſtinentiâ, & Νηστείαν nomina»bant. Ariſtophanes, [Avib. 1519.] ὥσπερ ἐν Θεσμοφο»ρίοις νηστεύομεν ἄνευ ξυηλῶν.« — Θεσμοφορίων recte ſcriptum in ms. *Ep.* Ex Ariſtophanis Thesmoph. 86. ubi *media Thesmophoriorum dies* eadem *tertia* dicitur, recte (ut videtur) collegit Küſterus in Notis ad Comici locum, *quinque dies* Athenis duraſſe feſti illius celebritatem.

DIPHILI verſus poſterior, κεστρεὺς ἂν εἴην &c. cum a parte prioris, iam ſupra citatus legebatur, IV. 156. b.

Ὑπολαβὼν δὲ Μυρτίλος· Καὶ στῆτ' &c. »Sequitur ὑπο»λαβὼν δὲ Μυρτίλος, καὶ στῆτ' ἐφεξῆς κατὰ τὸν [perpe»ram κατὰ τὴν ed. Caſ. 2. 3.] Θεοπόμπου Ἡδυχάρην, κε»στρέων νῆστις χορός. Melius alii libri ὦ στῆτ' ἐφ. Inte»ger verſus eſt *THEOPOMPI*,

Ὦ στῆτ' ἐφεξῆς κεστρέων νῆστις χορός.

» Dalecampius ſcribit ἡδυχαρὴς, & iungit cum χορός: mu» taturus ſententiam, ſi veniſſet illi in mentem, editum » a Theopompo drama inſcriptum Ἡδυχάρης, cuius et» iam libro XV. [pag. 690. a.] facta mentio, & in Laër» tii Platone, [III. 26.] atque alibi, ut olim in Notis » Laërtianis obſervabamus. « CASAUBONUS. — Quinam ſint libri, in quibus Ὦ pro Καὶ ſcriptum, neſcio: neque eos ſi ſcirem, admodum in hoc probaturus eram. Καὶ cum edd. recte tenet ms. *A*. In *Epit.* autem deeſt totus locus, Θεόπομπος Ἡδυχάρει laudatur porro apud Harpocrat. in Καταχύσματα, & ab Ariſtophanis Interprete ad Plut. 768. Quibus in locis quum conſtanter in dativo caſu occurrat nomen Ἡδυχάρει, haud adparet, fuerit-ne nominativus Ἡδύχαρις, an Ἡδυχάρης, niſi hîc in accuſativo Ἡδυχάρην legeretur. Sed videndum, ne per itaciſmum ita ſcripſerit librarius, cum Ἡδύχαριν debuiſſet, a recto caſu Ἡδύχαρις; quae forma nominis placuit Fabricio in Bibl. Graec. T. I. pag. 792. Iam quod ait poëta,

λαχάνοισιν, ὥσπερ χῆνες, ἐξενισμένοι:

id feſtive Deipnoſophiſta ad Cynicos transfert, quorum plerique ea aetate Pythagorico more vivere & ex illius philoſophi inſtituto maxime nonniſi oleribus ſe veſci ſimulabant. Quod autem *Ulpianum* idem Deipnoſophiſta *condiſcipulum* adpellat *Cynicorum:* id, ni fallor, eo ſpectat, quod *Stoicorum* diſciplinae addictus Ulpianus erat, quibus pleraque cum Cynicis communia erant.

καὶ ἀνελκυσθεὶς δὲ &c. » Obſervemus genus loquendi » plane poëticum. *Mugil*, ait, *animatâ eſcâ non veſcitur:* » καὶ ἀνελκυσθεὶς δὲ οὐ δελεάζεται οὔτε σαρκὶ, οὔτε ἄλλῳ » τινὶ ἐμψύχῳ: *extractus non ineſcatur neque carne neque ul*» *la re animata.* ἀνελκυσθεὶς οὐ δελεάζεται dixit, pro, οὐκ » ἀνελκύεται δελεασθείς: *non capitur allectus.* ἀνελκύεσθαι » piſcis dicitur, quando e *mari* captus *extrahitur & ſurſum* » *attollitur.* Infra hoc libro [p. 317. d.] ἀπονητὶ ἀνέλκει » ὅσους ἐθέλει πολύπους. « CASAUBONUS. — Grandioribus utique verbis loquentem Ulpianum ſuum inducit Athenaeus. Apud ipſum quidem Ariſtotelem, quem iſta tradere ait, (eodem loco, quo leguntur ea quae continuo deinde adferuntur, Hiſt. Anim. VIII. 2.) de abſtinentia mugilis a carnis eſu his verbis traditur: ὁ δὲ κέφαλος καὶ ὁ κεστρεὺς ὅλως μόνοι οὐ σαρκοφαγοῦσι. σημεῖον δέ· οὔτε

γὰρ ἐν τῇ κοιλίᾳ ποτ' ἔχοντες εἰλημμένοι εἰσὶ τοιοῦτον οὐδὲν, οὔτε δελέατι χρῶνται ζώων σαρξὶ πρὸς αὐτοὺς, ἀλλὰ μάζῃ.

Quae ſequuntur verba, φάσκων ὅτι καὶ μὴ νῆστις ὢν φαῦλος ἐστιν: non unam habent difficultatem; nam & de ſcriptura priorum verborum, & de notione vocabuli φαῦλος in diverſa abierunt doctiſſimi viri. De quo diſſidio conſulendus GESNERUS pag. 561. & CAMUS in Notis ad Ariſtot. p. 527 ſq. Nempe apud Ariſtotelem, lib. VIII. cap. 2. conſentientibus ſcriptis libris ſic legitur: καὶ ὅταν (ὁ κεστρεὺς, nam de eo agitur) ᾖ μὴ νῆστις, φαῦλος. ὅταν δὲ φοβηθῇ, κρύπτει τὴν κεφαλὴν, ὡς ὅλον τὸ σῶμα κρύπτων. Et vocabulum φαῦλοι quidem apud Ariſtotelem nonnulli interpretantur *viles*, nempe *viles in cibo*. Sic Gesnerus l. c. quemadmodum etiam interpretum diſſertiſſimus CAMUS accepiſſe videtur, cum philoſophi verba Gallice ſic reddidit: *Quand il n'eſt pas à jeun, il ne vaut rien.* Et apud Athenaeum perſpicue ſic reddidit DALECAMPIUS: *niſi ieiunus ſit, vilem in cibo eſſe.* Neque aliter accepiſſe Caſaubonum ſatis liquet ex eis, quae ab illo ad proxima Platonis Comici verba adnotata ſunt. Denique in eamdem ſententiam Villebrunius: *le muge eſt mauvais, lorsqu'il n'eſt pas à jeun.* Ac non ſum quidem neſcius, extremo capite eiusdem octavi libri Hiſtoriarum ſaepius occurrere idem vocab. φαῦλος, ubi perſpicue de eo accipiendum videatur quod *vile in cibo* aut *parum ſuave ad noſtrum palatum ſit.* At in longiore capite e quo ducta ſunt verba, de quibus nunc quaerimus, non modo nusquam ullum veſtigium adparet unde intelligatur, de *bonitate aut vilitate cibi* in eis piſcibus, de quibus agitur, cogitaſſe Philoſophum: ſed & hoc potiſſimum loco, ſi conſideres continuo ſequentia verba: ὅταν δὲ φοβηθῇ, κρύπτει τὴν κεφαλήν: cum caeteroquin omnia apte ſint inter ſe connexa quae ſcripſit Ariſtoteles, vide quam mire, immo vero quam abſurde iſta continenter ſic dicta ſint: *Ceſtreus, niſi ieiunus ſit, vilis cibus eſt: quando autem abscondit caput*, &c. Tam male cohaerentia ſcripſiſſe Ariſtotelem, aegre mihi perſuadetur. At nimirum φαῦλος non in eam, quam ſtatuunt iſti, ſententiam h. l. erat accipiendum: immo, ne altero quidem loco, quem modo commemoravi, (Hiſt. Anim. VIII. cap. extr.) proprie ac praecipue de *bonitate vel vilitate in cibo* agi, ſed de ipſorum *piſcium* aut aliorum b

b animantium *bona valetudine aut infirmitate*, ex ipſo capitis illius initio ſatis perſpicue intelligitur. Pari igitur ratione rectiſſime (ſi quid video) *Theodorus* GAZA illud φαῦλος in eo loco, de quo quaerimus, interpretatus erat, *iners haeret.* Poterat & *debilis*, *infirmus*, *ignavus*, reddere. Sic in Euripidis Androm. 379. φαῦλός εἰμι, κ' οὐ σοφός: commode vertunt, *ignavus ſum, non ſapiens.* Sic apud Thucyd. φαῦλος paſſim ἀσθενὴς valet; itemque ἀγενὴς & ἄνανδρος, ut docuit H. Steph. Theſ. T. IV. pag. 49. d. Rurſusque apud Euripidem Medea ait, Μηδείς με φαύλην κἀσθενῆ νομιζέτω. Eademque notione, *inertiae*, *imbecillitatis*, *ignaviae*, *tarditatis*, vocabulum illud praeſertim Polybius frequentavit, de quo vide Lexicon noſtrum Polybianum. Et ſic quidem apte iſta cohaerent: *Ceſtreus*, ſive *mugil*, (qui aliâs τάχιστος, *velociſſimus & agillimus eſt piſcium*, ut ait idem Philoſophus, Hiſt. Animal. IX. 37.) *niſi ieiunus ſit, iners & debilis & ignavus eſt:* (quoniam ſcilicet *paſto valde extenditur venter*, ut proxime ante dixerat:) *ubi vero timet, caput occultat, quaſi totum occultaret corpus.* Quo loco obiter moneamus, pro eo quod apud Athenaeum editum erat, ὡς τὸ πᾶν σῶμα κρύπτων, leviter mutatâ verborum ſerie codices noſtros dediſſe, ὡς τὸ πᾶν κρύπτων σῶμα. Iam vero quod ad priora ſpectat verba, notabile videri poterat, particulam negativam μὴ deeſſe & in principe editione Aldina Ariſtotelis, & apud Athenaeum non modo in editione Aldina & Baſileenſi, ſed & in utroque noſtro codice msto, etiamque (teſte Villebrunio) in aliis msstis Pariſienſibus. Sed, quam facile ante νῆστις intercidere μὴ potuerit, in oculos occurrit. Simul vero intelligitur, quo illa particula Athenaeo adſeratur, non cum doctiſſimo CAMUS (in Notis ad Ariſtot. pag. 528.) invocari poſſe optimae editionis Caſaubonianae, in qua expreſſa legatur μὴ particula, auctoritatem: nam nullius codicis Athenaei auctoritate niſus CASAUBONUS, pro eo quod in Athenaei codicibus legebatur, ὅτι καὶ νῆστις ὤν, ſuo arbitratu, ex Ariſtotelis editionibus Aldinâ poſterioribus, ὅτι μὴ νῆστις ὤν in ſua Athenaei editione ponendum curaverat; de ea mutatione aut de ſcripturâ codicum Athenaei ne admonere quidem Lectorem in Animadverſionibus dignatus. In quo ſicut obſtinatum de ea mutatione ſilentium ſummi viri neutiquam poſſum probare, ſic ipſum factum non pro-

bare non potui: nam & apud Athenaeum perinde ac apud b Ariſtotelem connexio & conſecutio disputationis illam negativam particulam flagitabat, & apud Ariſtotelem eamdem particulam cum veteres interpretes, tum manuſcripti codices, quotquot ad hunc diem collati ſunt, agnoſcunt. Apud Athenaeum vero equidem non tam καὶ particulam cum μὴ permutandam, quam, illâ ſervatâ, adiiciendum μὴ putavi. Obſervaverit diligens Athenaei lector, frequenter καὶ particulam in huiusmodi oratione adhibere illum conſueviſſe.

Ad proxime ſequens *Platonis Comici* teſtimonium ſic commentatus eſt Casaub. »In *Platonis* verſu, de *mugilibus*,

» ἰχθῦς ἀσίτους καὶ τοὺς πονηροὺς ἤγέ μοι:

»ſcribendum eſt, ut ſit & oratio Graeca, & ſententia ve»ra, [mireris, non adieciſſe, & verſus legitimus.]

» ἰχθῦς ἀσίτους κ' οὐ πονηροὺς ἤγέ μοι.

»*Attulit mugiles impaſtos & non malos.* Probant, ſic eſſe »ſcribendum, praecedentia non longe Ariſtotelis verba, »κεστρεὺς μὴ νῆστις ἂν φαῦλός ἐστιν.« — Caſauboni rationem ſecutus eſt Villebrune. Dalecampius, vulgatum καὶ τοὺς πονηροὺς vel καὶ πονηροὺς tenens, in poſteriori verſu μοὶ in σοὶ mutandum cenſuerat, totam eclogam latine ſic reddens:

» A. *Exeunti mihi occurrit piſcator afferens ceſtreos.*

»B. *Ieiunos ille piſces & malos advexit tibi.*«

Mihi nec iſta novatio neceſſaria viſa erat, nec Caſauboni probari ratio potuit. Quemadmodum pag. praec. f. πονήρου κεστρέως pro πονηροῦ ſcriptum oportuiſſe vidimus, ſic & hîc πονήρους, id eſt, *miſeros*, cum Gesnero p. 562. pro πονηροὺς legendum non dubitavi. Atque ita negativâ particulâ a Caſaubono commendatâ non erat opus: altera ſolum e duabus voculis, καὶ aut τοὺς, quo verſui conſuleretur, delenda fuit. Ex his autem non τοὺς, ſed καὶ ex imperito ſcholio irrepſiſſe mihi viſa erat, inſerta ab eo qui vim illorum verborum,

ἰχθῦς ἀσίτους τοὺς πονήρους ἤγε μοί,

parum percepiſſet. Iam ipſum quidem πονήρους ſic *penacute* expreſſum legitur etiam in ed. Caſ. 1. ſed caſu id factum eſſe, non editoris conſilio, ex ipſius Caſauboni animadverſione adparet. Vocabulum ἰχθῦς vero commodius fortaſſe ad praecedens κεστρέας referetur, *poſt* ἰχθῦς *repoſito commate*, quod poſt κεστρέας cum Caſaubo-

b no posuimus. In vett. quidem editt. & in libris msstis nec ante nec post illud verbum adest distinctionis signum.

Σὺ δέ μοι εἰπὲ, ὦ Θετταλὸν πάλαισμα Μυρτίλε. Dalecampius: *Tu vero id mihi dicito, o Thessale luctator:* adiectâ ad vocem *Thessale* notâ: »*Astute, callide.* Sic apud »Erasmum Adag. Θεσσαλὸν σόφισμα.« — Simili ratione Θετταλὸν πάλαισμα adpellatur *Myrtilus*, quâ Θετταλὸς σοφιστὴς dictus idem apud Nostrum lib. I. pag. 11. b. ubi vide notata. Denotat autem πάλαισμα non nude *luctationem*, sed eam *astutam*, *subdolam*. Hesychius: Πάλαισμα· κακοτεχνία. Suidas: Παλαίσμασιν· ἀντὶ τοῦ, στρατηγήμασι.

διότι οἱ ἰχθύες &c. Commodius videri debebat διὰ τί, quod erat editum; sed ferri etiam eâdem sententiâ potuit, restituique adeo a nobis auctori debuit διότι, quod dabat codex mstus uterque. CASAUBONI est ad hunc locum animadversio haec: »Myrtilo proponitur haec »quaestio, διὰ τί οἱ ἰχθύες ὑπὸ τῶν ποιητῶν ἔλλοπες »καλοῦνται; Poëtica vox est, ut hinc patet, ἔλλοψ, pro »*pisce*. Graeci poëtae usi saepe dictionibus non univer»sae Graeciae notis: sed alicui populo peculiaribus. Sic »Sophocles μύνδους pisces appellavit, quia Asiatici Grae»ci μύνδους, quasi μὴ αὐδῶντας, *mutos*, appellabant.« [vide Etymol. M. voce Μύνδος.] »Similiter Cretenses dixe»re *mutos*, ἔλλοπας; ceu ἐλλιπεῖς τὴν ὄπα, *voce cassos*. [Etymolog. M. in Ἔλλοψ. p. 331.] »Inde igitur poëtae »mutuati, ἔλλοπας *pisces* in genere appellarunt. At vul»go Graecis, & sapientibus etiam, ἔλλοψ proprium pi»scis genus est, ut in *anthia* dictum supra.« [vide p. 282. d. & pag. 300. e. & utrobique notata.] »De origine vo»cis ἔλλοψ multa antiqui Grammatici, quae otium ipso»rum maius quam acumen indicant. Neque item placet »quod & Plutarchus [Συμποσιακῶν lib. VIII. Probl. 8.] »& Athenaeus produnt, ab ἴλλεσθαι derivari. Nam »cum in derivationibus dictionum propria significatio spe»ctari fere soleat; nego ἴλλεσθαι esse εἴργεσθαι proprie, »ut Athenaeus scribit. βούλονται γὰρ, inquit, κατὰ τὴν »ἀναλογίαν ἴλλοπαί τινες εἶναι.« [Nempe perperam ἴλλοπαί τινες erat editum: recte vero ἴλλοπές τινες dedit uterque codex mstus.] »Ubi notabunt φιλόκαλοι »elegantiam Atticam in verbo βούλονται. Latine hoc imi»tari non licet: perinde enim est, ac si diceret simpliciter, »ἔλλοπες κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἰλλοπαί τινες εἰσί. Sic Pla-

»to & alii loqui amant, ut pridem obſervatum eruditis b
»viris; at interpretes hoc non ceperunt. « — Ἄλλοπας ἰχθῦς, id eſt, *mutos piſces* cum alii poëtae dixerunt, tum Heſiodus in Scut. vs. 212. Vide Heſychii Interpretes voce Ἄλλοπες. Indeque etiam verbum ἀλλοπιεύειν, *piſcari*, formavit Theocritus, Id. I. 42. Ex eodem vero vocabulo decurtata videtur dictio ἀλλοὶ ἰχθῦς, qua & Sophocles uſus eſt, & ante eum Cyclicus poëta, ut docuit Noſter, pag. 277. c. d. Certe ſicut ἄλλοπες exponitur ἄφωνοι, ſic & ἀλλὸν Heſychius, inter alia, ἄφωνον interpretatur; & Scholiaſtes Barocc. apud Sophoclem, Ai. 1314. ἀλλοῖς ἰχθύσιν, pariter ἀφώνοις interpretatus eſt. Niſi forte ἄλλοπ ab ἀλλὸς fuerit derivandum; quod tamen nemini Grammaticorum dictum video. Caeterum quae derivatio vocabuli ἄλλοπες minime placuerat Caſaubono, eamdem unice probavit Euſtathius, ad Od. μ'. pag. 486, 8. διὸ καὶ ἄλλοπ ἐρρέθη ὁ ἰχθὺς, διὰ τὸ ἅλλεσθαι (ὅπερ ἐστὶν ἐκβάλλεσθαι, ἐκκλείεσθαι, στερεῖσθαι) ὀπός. Sed cum Etymologo, cuius interpretatio paullo ante adlata eſt, facit Heſychius: Ἄλλοπες· ἐλλείποντες τῆς ὀπὸς, τουτέστι, ἄφθογγοι, ἄφωνοι. Quod de vi & uſu verbi βούλομαι breviter adnotavit Caſaubonus; de eo verbo continuo deinde nonnihil monebimus.

Καὶ γὰρ τοῦτ' ἀγνοεῖς, ἄλλοπ τὶς ὤν. Poterat intelligi c
idem *Myrtilus* haec dicere, qui proxime praecedentia. Sed quae ſequuntur verba, quibus longe diverſa eſſe adfirmatur vocabuli ἄλλοπ origo ab ea, quam tradiderat Myrtilus, iſta (inquam) verba iam non videntur poſſe eiusdem eſſe Myrtili. Quare, quo apta ſuis partibus eſſet disputatio, ſupplenda h. l. ea verba ſuſpicatus eram, quae in ſcholio ſub contextu adpoſui; quibus ſignificaretur, *Ulpianum haec Myrtilo repoſuiſſe*. Sin Ulpiani partes dicendi ab iſtis verbis incipere volueris, Ἐγὼ δὲ &c. non magnopere repugno. Ita ſcriptum oportuerit, Ἐγὼ δὲ, ἔφη ὁ Οὐλπιανὸς, κατὰ τὸν &c. aut, Καὶ ὁ Οὐλπιανός· Ἐγὼ δὲ &c. Sic locum hunc accepiſſe Caſaubonum, e proxime ſequente Animadverſione eius intelligitur. Sed rectiſſime fortaſſe fecerimus, ſi ſtatuerimus, nihil hic deeſſe, totamque orationem *eiusdem eſſe Myrtili*: qui, poſtquam iſtam protulit vocabuli ἄλλοπες derivationem, a multis vulgo receptam, aliam deinde proponit, quam ſibi magis probari ſignificat. Ac, pro hâc, quam

c dico, ſententiâ, mallet quidem fortaſſe aliquis in ſuperioribus verbis ita legi, *βούλονται γὰρ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἴλλοπάς τινας εἶναι: volunt enim*, (nempe volunt vulgo nonnulli) *ἔλλοπας dictos eſſe quaſi ἴλλοπας.* At uſum verbi *βούλομαι* ſi diligentius expendamus, eamdem fere vim reperiemus Graecis verbis, qualia ex librorum praeſcripto edidimus, ineſſe. Nam ſic loquuntur Graeci, *τοῦτο βούλεται εἶναι τοιοῦτο, hoc intelligitur eſſe tale*, vel, *volunt hoc eſſe tale.* Quam locutionem exemplis nonnullis illuſtravit Hemſterhuſ. ad Luciani Prometh. c. 2. & ante eum Luiſianus, Parergor. lib. III. c. 4. in Gruteri Theſ. Crit. T. III. pag. 482. Aliaque commoda exempla nonnulla, praeeunte Budaeo, collegerat H. Stephanus, Theſ. T. I. pag. 765 extr. Simili quadam ratione apud Lucian. in Hermotimo, c. 15. ſcribitur: *Οὐ συνίημι ὅ τι σοι τοῦτο βούλεται: non percipio quid hoc tibi velit*, id eſt, *quid tu velis his verbis, quo pacto tu hoc intelligas.* Ac poſſis hoc loco, in quo verſamur, ad verbum *βούλονται* ſubintelligere pronomen perſonale *τίσιν*, ſed nullo etiam incommodo omitti illud poterat. Denique poteſt etiam particula *ἤτοι*, a qua incipit illa phraſis, per *ſive* exponi: ut hoc dicat Myrtilus, *Dicuntur piſces ἔλλοπες, ſive eo quod ſint muti:* tum vero, loco alterius particulae *ἤ*, quae iſti reſpondere debebat, ait deinde, *ἐγὼ δὲ*, id eſt, *ego vero illam rationem non probo, ſed contra exiſtimo* &c.

Sed iam verba ipſa quae proxime ſequuntur, videamus; in quibus interpretandis (quod etiam monuit *Caſaubonus*) longiſſime a veritatis vicinia Dalecampius aberraverat. *Ἐγὼ δὲ, κατὰ τὸν σοφὸν Ἐπίχαρμον, μηδὲν ἀποκριναμένου τοῦ κυνός·*

Τὰ πρὸ τοῦ δύ' ἄνδρες ἔλεγον, εἷς ἐγὼν ἀποχρέω.

»Propoſitae quaeſtioni ab Ulpiano reſpondit quidem Myr»tilus aliquid, ſed Cynicus nihil. Hos igitur ſuo more »vexans Ulpianus: *Ego*, ait, *quando Cynicus hic tacet, ut »dixit ſapientiſſimus Epicharmus, ad ea quae ſoliti ante duo »homines dicere, unus ſufficiam.* Epicharmi verba proverbii »locum obtinent; cui erit tum locus, quando unus ali»quis duorum partes ſuſtinet: ut cum idem ſibi reſpon»det qui interrogaverat. Ita hîc accipitur: ita prorſus & »libro VIII. [p. 362. e.] ubi cum Myrtilus Ulpiano quae»ſtionem propoſuiſſet, neque ille reſponderet: *Ἐπεὶ δὲ »σιγᾷς*, inquit Myrtilus, *ἐγὼ ἐρῶ. κατὰ γὰρ τὸν Συρα-*

» κούσιον ποιητὴν, τὰ πρὸ τοῦ δύο ἄνδρες ἔλεγον, εἰς ἐγὼν c
» ἀποχρέω. Caeterum verbum ἀποχρέω, niſi illud Dorum
» dialecto aſcribamus, contra Helleniſmum videtur uſur-
» patum pro *ſufficio*. In ſcriptis libris quos vidimus, ſcri-
» pturae compendio eodem uſi librarii, cum hîc tum libro
» octavo, divinandum nobis reliquerunt, ἀπόχρεως ne,
» an ἀποχρέων ſcriptum voluerint. Eſſet autem ἀπόχρεως,
» ut ἀξιόχρεως. « CASAUBONUS. — ἀπόχρεω antepenacute editum erat in ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. a qua ſcriptura nullus quidem (nec hîc, nec pag. 362.) diſſenſus e ms. *A.* enotatus eſt: ſed ἀποχρέω perſpicue in ms. *Ep.* ſcriptum, quemadmodum hoc loco in ed. Caſ. 2. & 3. Sicut autem ἀπόχρη, *ſatis eſt*, *ſufficit*, ſignificat: ſic percommode ἀποχράω (ionice, ac fortaſſe etiam dorice, ἀποχρέω) *ſufficio* ſignificaverit. Erant autem utroque loco poëtae verba ita in editis libris continuo tenore cum reliquis ſcripta, quaſi non adpareret quonam metro fuerint adſtricta: ſed, eſſe perfectum verſum trochaicum, perſpecte monuit MURETUS, Var. Lect. lib. XIX. c. 3. Praeterea cum apud Noſtrum VIII. 362. pro εἰς ἐγὼν perperam εἰσαγὼν eſſet editum; inde GROTIUS in Excerpt. p. 480. talem verſum conſtituit:

Τὰ πρὸ τοῦ δύ' ἄνδρες ἔλεγον, εἰς ἀγῶν' ἀπόχρεω.

Quem latine ſic vertit:

Ante hunc dicta quae duobus, ad certamen ſunt ſatis.

Sed, quod iam monuerat idem MURETUS l. c. εἰς ἐγὼν corrigendum, id non modo h. l. libri omnes dabant, ſed & altero loco recte Caſaubonus ex msstis reſtituit. Pro δύ' ἄνδρες, perperam h. l. in ed. Ven. & Baſ. eſt δ' ἄνδρες: quod correxit Caſaub. praeeuntibus item msstis. Caeterum non tam eo reſpectu adferri cum hîc, tum altero loco, iſtud Epicharmi verbum videtur, quaſi *idem vir* hactenus *duorum vice fungatur*, ut *ſibi ipſe ad propoſitam quaeſtionem reſpondeat*: quam, quod *unus dicat contra duorum conſentientem ſententiam*, aut quod *unus exponere & docere ſe poſſe profiteatur id quod duo alii ſe ignorare profeſſi eſſent.* Sic quidem hoc loco, ſi *Ulpiano* verba iſta cum Caſaubono tribuas, non tam dixerit ille, *reſponſurum ſe ipſum ſibi*, adeoque ſimul & interrogantis & reſpondentis vice functurum; quam hoc dixerit, *ſe unum contra duos verba facturum*, nempe contra Myrtilum, & contra Cynicum, qui tacendo ſignificaſſet ſe Myrtilo adſentiri. Sin Myrtili eſſe haec

c verba ſtatuas, rurſus ille dixerit, *ſe unum contra duos cauſſam actorum*, contra Ulpianum eique tacendo adſentientem Cynicum, qui ambo primum ignoraſſent quid ad quaeſtionem propoſitam eſſet reſpondendum, deinde vero ſe adſentiri ſignificaſſent priori interpretationi a Myrtilo prolatae; quam ſibi ipſi non probari nunc idem Myrtilus profitetur.

καὶ φημί· ἔλλοπες, διὰ τὸ εἶναι λεπιδωτοί. In ed. Ven. & Baſ. ſine ulla lacunae nota ſic ſcribitur: καὶ φημὶ ἄλοπες διὰ τὸ εἶναι λεπιδωτοί. Eodem modo in ms. *A*. In ms. *Ep*. vero, καὶ φημὶ, λέοπες, διὰ τὸ εἶναι &c. In editione Caſauboni vero in hunc modum: καὶ φημὶ † ἄλοπες διὰ τὸ εἶναι λεπιδωτοί. Ubi φημὶ quidem pro φημὶ nonniſi operarum errori deberi intelligo, qui correctus in ed. 2. & 3. Tum vero eſt ad illa verba animadverſio Casauboni haec: »Recte laceri codicis nota eſt appoſi»ta: deſunt enim quaedam. Sed non eſt difficilis divina»tio, ita ſcripſiſſe Athenaeum: καὶ φημὶ ὅτι λέγονται »ἔλλοπες διὰ τὸ εἶναι λεπιδωτοί. *Aio*, inquit, *piſces* »*dici* ἔλλοπας, *quia ſunt ſquamoſi*. λεπὶς & λοπὶς *ſquama* »dicitur. Inde pars veterum derivavit nomen ἔλλοψ, ut »refert vetus Theocriti interpres, [ad Idyll. I. 42.] & »Etymologus, in voce Μώλωψ: ubi ſcribe, οὐκ ἀπὸ τοῦ »ὄπα οὐκ ἔχειν: non, ut editum eſt, ὄπα ἔχειν. Refellit »placitam vulgo notationem nominis huius a *vocis defectu*. »Nemo autem dixit unquam, dictos piſces ἔλλοπας ex eo »quod vocem haberent, ſed contra ex eo quod non ha»berent.« — Nullum in veteribus libris lacunae ſignum eſſe, diximus. Nec, ubi inſerenda verba καὶ λέγονται Caſaubonus cenſuit, deerat ibi quidquam. Subintelligenda iſta verba erant, non adiicienda: ſic enim abrupte loquuntur haud raro Grammatici. Recte autem pro mendoſo ἄλοπες aut λέοπες, ἔλλοπες corrigendum monuit vir doctus. Sed ipſa iſta nova vocabuli derivatio atque etiam interpretatio, quae ſuperiori opponitur, nimis brevibus verbis expedita hîc eſſe videri poteſt. Itaque poſt ἔλλοπες ſuſpicari licet intercidiſſe fortaſſe verba ὡς ἐν λεπίσιν ὄντες, aut aliud neſcio quid, quod iſti varietati ſcripturae, quae in vetuſtis libris hîc obtinet, originem dederit: ſed nihil utique temere novandum. Paulo quidem uberius Theocriti vetus interpres l. c. Ἔλλοπες γὰρ οἱ ἰχθύες, παρὰ τὸ ἐν λεπίσιν εἶναι, ἢ παρὰ τὸ λεπιδωτὸν τῶν ἰχθύων. Obſcu-

rius vero Etymologus in voce Μώλωψ: cuius in verbis gravius ulcus latere videtur.

Διὰ τί οἱ Πυθαγορικοὶ τῶν μὲν ἄλλων ἐμψύχων μετρίως ἅπτονται &c. »Quaestio de *Pythagoricorum abstinentia ab esu* »*piscium* tractatur a Plutarcho, Sympos. libro octavo, pro»blemate octavo: ubi prope eadem verba invenies, si con»ferendi laborem non detrectaveris.« CASAUBONUS.

Ἐπεὶ οὖν καὶ ὑμεῖς, ὦ Μολοττ. Vox ὑμεῖς perperam d. omissa in ed. Ven. & Bas. Ἐπεὶ οὖν ὑμεῖς (absque καὶ) habet ed. Cas. Recte utramque vocem simul agnoscit codex mstus uterque. *Mox*, particulam μὲν post ἡμεῖς, quam omisit Casaubonus cum Epitoma, adiectam dedit ms. *A.* cum ed. Ven. & Bas. Quod deinde scribitur ἄλλους ἰχθυολογήσομεν, id cum editis agnoscit ms. *A.* Et poterat quidem commodius videri adverbium ἄλλως, quod habet Epitoma: sed potuit etiam consulto adiectivum ἄλλους ponere auctor, quasi dixisset ἄλλους ἰχθῦς καταλέξομεν. Caeterum amat noster Deipnosophista verba ad istam formam festivo quodam modo composita: sic συκολογεῖν, κυνολογεῖν, οἰνολογεῖν. Vide Animadv. ad I. 23. a. & Supplem. Notar. ad lib. II. 40. f. T. I. Animadv. pag. 504.

AD CAP. LXXXI.

Κορακῖνος. »Niger color pisci huic nomen peperit. Op»pianus: κορακῖνον ἐπώνυμον αἴθοπι χροιῇ. [conf. notata »ad pag. 304. c.] Atque hoc Graecum nomen est piscis »qui aliter vocabulo Pontico appellatur *saperda*. Apud »Hesychium in Σαπέρδης scribe, ἄλλοι ὑπὸ Ποντικῶν τὸν »κορακῖνον ἰχθῦν: non καρκῖνον. Propriam accolarum Pon»ti dictionem vult esse τὴν *saperda*. Persius: [V. 134.] »*saperdas advehe Ponto*. Eadem verba similiter corrupta in »Etymologico. Sed *coracinum* a *saperda* facit diversum A»thenaeus, scribens mox, [lit. f.] πλατίστακος καλεῖται »ὁ σαπέρδης, καθάπερ ὁ κορακῖνος. Libro tertio [p. 118. »c.] ex Dorione *platistacus* diversi piscis a coracino aut »saperda nomen erat. Hesychius refert inter obscoenas »voces: deinde addit, etiam *piscem quendam* sic nominari.« CASAUBONUS. — Aliam derivationem vocabuli κορακῖνος tradit Auctor noster, pag. 309. a.

Οἱ μὲν θαλάττιοι. *Marinos* coracinos distinguit a fluviatilibus, de quibus pag. 309. a. & III. 121. b. c.

d εὐχυλίᾳ γε μέσοι. γε (non τε, quod exſpectaſſet fortaſſe aliquis) tenent mssti cum editis.

Ἀριστοτέλης δ' ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων. Pro iſta msstorum & editionis Venetae ſcriptura quum rurſus (ut alibi) editor Baſileenſis ἐν πέμπτῳ Ζώων Ἱστορίας poſuiſſet, tenuit hoc quidem in ſua editione CASAUBONUS, ſed in Animadv. monuit: »Teſtificor adhuc, ubi editum eſt »etiam in nupera editione [ſic ſuam ipſius adpellat Ca»ſaub.] Ἀριστ. ἐν πέμπτῳ Ζώων Ἱστορίας, conſtare ſibi »antiqua exemplaria, & ſcribere ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων. »Locus eſt capite x. libri quinti Hiſtoriarum.« — Vide ad II. 63. b. & ad VII. 286. c. Animadv. T. IV. p. 117 ſqq.

Quod edidimus, οὐχ ἥκιστα δὲ κορακίνῳ, id ſic ex ed. Baſ. & Caſ. tenuimus. *Deeſt* quidem in ed. Ven. & in utroque noſtro codice msto *negativa particula* οὐχ: ſed recte ab editore Baſil. ex Ariſtotele adiecta illa nobis hoc loco viſa erat.

e In *NUMENII* verſu, verbum ἕλκειτο ita uſurpatum ut ἀνέλκειν ſupra, lit. a. & pag. 317. d.

Μή ποτε οὖν καὶ οἱ παρ' Ἐπιχάρμῳ &c. *An igitur* (ait) *& qui apud Epicharmum in Muſis nominantur aeoliae, coracini ſunt?* Deinde ſubiicit: *At in Hebes Nuptiis aeolias etiam ut diverſas a coracinis commemorat.* Fuiſſe *Muſas EPICHARMI*, διασκευὴν illius fabulae quae *Hebes Nuptiae* inſcripta erat, docuerat Noſter III. 110. b. Itaque multa inter ſe communia habere debuerunt iſtae fabulae, ſed in pluribus etiam inter ſe differre. At, ſi verum eſt, quod in Animadv. ad pag. 304. e. probabile nobis viſum erat, etiam in *Muſis* nominatim *coracinos* commemoraverat poëta; ſed non eo verſu qui proxime praecedebat iſtum, qui ex *Muſis* hîc citatur, in quo αἰολίαι nominantur. Duorum verſuum ex *Hebes Nuptiis* citatorum prior ille,

[Ἧς] μύες, ἁλφησταί τε, κορακῖνοί τε κορισείδεες,

iam ſupra ab auctore noſtro citatus eſt, pag. 282. a. ubi quidem cum in Graecis verbis, tum in latina interpretatione nonnihil ſecus, atque factum velim, a me poſitum video. Primum enim, cum ibi omiſſâ vulgo τε voculâ claudicaret verſus, atque etiam ad ipſam ſententiam deſideraretur coniunctiva particula, καὶ κορακῖνοι ſcribendum ſuſpicatus eram; attamen eamdem voculam καὶ, utpote ex coniecturâ adiectam uncis incluſi. Sed, quum & hîc, & pag. 304. e. (ubi pars eiusdem verſus occurrebat, τε

poſt κορακῖνοι habeant libri omnes; ibi quoque, abiectâ καὶ e particulâ, κορακῖνοί τε ſcriptum velim. Tum vero initio verſus, quum ibi ſic vulgo ſcriptum eſſet, Μύες, ἁλφησταί τε &c. videns a duabus brevibus ſyllabis initium fieri trochaici verſus non poſſe; recordatusque, non modo μύες penultima *brevi*, ſed & μῦες penultima *producta* ſaepe ſcriptum apud varios auctores reperiri; in iſto quoque Epicharmi verſu Μῦες penultimâ circumflexâ ſcribendum cenſueram. Sed exinde obſervavi, conſtanter correptâ uti poëtas penultimâ in illo vocabulo. Sic quidem Oppianus, ubi de *mitulo* vel *muſculo conchylio* agitur, Halieut. I. 316.

Κήρυκές τε, μύες τε, —

Sic rurſus idem, de *mure piſce*, I. 175.

κωβιοί. ἐν δὲ μυῶν χαλεπὸν γένος, οἳ περὶ πάντῳ
Ϛαρσαλέοι νεπόδων καί τ' ἀνδράσιν ἀντιφέρονται.

Sic Numenius, de eodem *mure piſce*, apud Noſtrum VII. 304. e.

ἢ μύας, ἢ ἵππους ἠὲ γλαύκην κορύδυλιν.

Habes etiam in Epicharmi verſu apud Noſtrum III. 85. e. ubi de *mitulis* agitur, vocem penacute ſcriptam,

μύας, ἀναρίτας τε, κάρυκάς τε, καὶ σκιφύδρια:

ubi quidem quantitatem ſyllabae μυ ex metro haud ita tuto cognoſcas: nam quum iam ſaepius obſervarimus, in imparibus trochaici verſus ſedibus dactylum pedem non reſpui ab Epicharmo; poſſit ſyllaba longa eſſe, ſi primum pedem dactylum ſtatueris; ſed brevis fuerit, ſi tribrachyn. Sed & ibi quidem (quemadmodum pag. 282. a.) *ſcriptura* librorum *penacuta* pariter, ut apud alios poëtas, *penultimam brevem* indicabat. Itaque in eo de quo quaerimus verſu tenenda ſcriptura μύες erat; ſimul vero intelligi debebat, deeſſe primam verſus ſyllabam. Ea ſyllaba, quum nihil ad rem pertineret, de qua quaerebat Athenaeus, poterat ab ipſo omitti: ſed ſuſpicari nobis licuit, fuiſſe eam ſyllabam verbum ἦν vel ἦς, a qua incipiunt plures Epicharmi verſus ex eadem fabula ducti. Itaque, quoniam apud Athenaeum non modo, quid ipſe ſcripſerit, quaerere iuvat, ſed & quid probabile ſit ſcriptum fuiſſe ab iis auctoribus, quorum teſtimonium ille invocat; initio verſus Epicharmei vocem iſtam ἦν vel ἦς adiiciendam putavi, adiecique hoc loco; ſed eam, ut par erat, uncis incluſam, quippe nonniſi ex coniectura adiectam. Iam eo-

e dem quidem hoc loco non μύες, ſed contractâ formâ μῦς vulgo ſcribebatur. (ſic certe in editis; nec diverſa ſcriptura ex ms. *A.* adnotata: in ms. *Ep.* vero deſunt priora huius verſus verba.) Sed ab iſta voce non magis quam a μύας incipere ille verſus apud poëtam potuerat: praepoſito autem verbo ἦν vel ἦς, proditurus erat pes ſpondeus, initio trochaici verſus non ferendus; dactylum vero, ἦς μύες, in ea regione ferebat Epicharmi uſus. Fuit autem vocabulum μύες non *muſculi* interpretandum, ut pag. 282. a. fecimus Dalecampio praeeunte; ſed *mures*; nempe *mures piſces*, de quibus Numenius dixit pag. 304. e. & Oppianus loco paulo ante citato; de quibus etiam neſcio quam recte Caſaubonus accepit Alexidis verba apud Noſtrum, III. 117. f. Sed de eodem piſce nonnihil praeterea in fine huius libri ad pag. 330. a. monenda erunt: hoc loco illud adhuc notamus, apud Plinium quidem libr. IX extr. & XI. ſect. 63. *musculum marinum* latine nominari piſcem, qui Ariſtoteli μῦς; ſed quoniam duos diverſiſſimi generis piſces confudit Romanus ſcriptor, iſto nomine abſtinendum putavi. In fine eiusdem verſus, de quo iam pridem quaerimus, pro κοροεισδέες, quod h. l. veteres libri reclamante metro dabant, κοριοεισδέες ex probatiore ſcriptura, quam optimus codex *A.* p. 282. a. dederat, reſtitui: nam quod κηριοεισδέες hîc habent ed. Baſ. & Caſ. id ex vitioſa ſcriptura, quam ibi editio Ven. habebat, temere huc traductum. Pro eadem quidem voce alibi κοραικοεισδέες dixiſſe eumdem Epicharmum vidimus pag. 304. e. Poſteriorem poëtae huius verſum, αἰολίαι, πλῶτές τε &c. cui hîc deeſt pars poſtrema, integrum adpoſitum vidimus pag. 307. c. deficiente tamen ibi vulgo τε particula poſt πλῶτες, quae hîc utrobique (tam ubi ex *Muſis*, quam ubi ex *Hebes Nuptiis* citantur iſta verba) adiecta eſt. Denique idem verſus iterum integer repetitur pag. 322. f.

Εὐθύδημος – – τὸν κορακῖνόν φησιν ὑπὸ πολλῶν σαπέρδην προσαγορεύεσθαι. Id ipſum iam ſupra ex Dorione adnotaverat Deipnoſophiſta, III. 118. b. Confer quae ad ipſum huius capitis initium notavit Caſaubonus.

f Φιλότιμος ἐν τῷ Ὀφαρτυτικῷ. Quemadmodum hîc, ſic & alibi conſtanter, Φυλότιμος ſcribi nomen huius auctoris in veteribus libris, monuimus ad III. 81. a. Hîc quidem Φιλότιμος habet ed. Ven. ut poſteriores editiones;

in *Epit.* vero deſideratur hoc loco *Philotimi* mentio: ſed f alibi etiam editio Ven. & codex *Ep.* in ſcripturam Φυλότιμος conſentiunt. Quare teneri ea utique aut reſtitui a nobis debuerat, niſi analogiae prorſus videretur contraria.

Ὅτι δὲ καὶ πλατίστακος καλεῖται ὁ σαπέρδης. Recte πλατίστακος edidit Caſaubonus, ut ſcribitur in *Epit.* & apud Heſychium hac voce. Poterat quidem fortaſſe & πλατιστακὸς acute ſcribi, ut III. 118. c. Sic vero etiam (*acute*, πλατιστακὸς) ſcribere debuerat, ut videtur, calligraphus codicis *A.* qui vitioſe quidem πλατιστατικὸς poſuit; quod inde tenuere ed. Ven. & Baſ. Qui piſcis p. 118. c. πλατιστακὸς vocatur, eum diverſi generis a coracino eſſe, dicebat Caſaubonus in Adnot. ad huius capitis initium: attamen ſi locum iſtum diligentius inſpexeris, contulerisque cum p. 121. c. & cum hoc loco; probabile videbitur, ſi minus eiusdem, certe vicini generis eſſe. Confer Gesner. pag. 618. ubi de *myllo* piſce. Caeterum a *latitudine* πλατίστακον dictum fuiſſe coracinum probabile fit: & eſt certe ex latorum piſcium familia.

Ἀριστοφάνης δ' ἐν Τελμισσεῦσι. » *ARISTOPHANIS Tel-* » *meſſenſes* laudantur Polluci libro X. cap. XX. & cap. XXIII. » & Harpocrationi in Σιπύα. « CASAUBONUS.

PHERECRATIS verba ex *Oblivioſo*,

Τοῖς σοῖσι συνὼν κορακινιδίοις καὶ μαινιδίοις : a

ſunt pars verſus anapaeſtici tetrametri, cui deſunt duo poſteriores pedes. Similem verſum Anaxandridae integrum vidimus III. 105. f.

Καὶ συμπαίζει καριδαρίοις μετὰ περδικίων καὶ θρατ-
τιδίων :

qui ipſe verſus hoc libro pag. 329. e. ita repetitur, ut κορακινιδίοις pro καριδαρίοις ſcribatur.

Οἱ δὲ Νειλῶται κορακῖνοι. De *Niloticis coracinis* ſupra dixerat Deipnoſophiſta, III. 118. b. c.

Ὠνομάσθησαν δὲ διὰ τὸ διηνεκῶς τὰς κόρας κινεῖν. Conf. ſupra p. 287. b. ibique notata: item, quae notavimus ad p. 304. e.

καλοῦσι δ' αὐτοὺς οἱ Ἀλεξανδρεῖς πλάτακας, ἀπὸ τοῦ περιέχοντος. » Novo genere dicendi uſus eſt Naucrati- » ta philologus, cum ſubiicit, καλοῦσι δ' αὐτοὺς - - ἀπὸ τοῦ » περιέχοντος. Quid adpellent Graeci ſcriptores τὸν περιέ- » χοντα [vel τὸ περιέχον : conf. Lexic. Polyb.] vulgus et- » iam novit : *aërem* nempe, res omnes *ambientem* ac capien-

a »tem. Hîc ipſam *corporis figuram* ita nominat: nam ſen»ſus eſt, πλάτακα piſcem hunc nominari, *quoniam la»tum ſpatium occupet in circumfuſo aëre;* quod conſequens »eſt *rei latae atque amplae.* Seneca, in quinto Naturalium, »τὸν περιέχοντα vertit, *hoc quo circumdati ſumus ſpatium.*« CASAUBONUS. — In eamdem fere ſententiam vocabulum iſtud interpretatus erat Dalecampius, *ob rotundam & latam figuram qua ambiuntur:* quem ſecutus eſt Villebrune, ſic reddens, *vû le contour de leur forme.* Quod quidem ſi dicere voluiſſet Athenaeus, novo utique & inſolito more dicturus erat. Nec vero minus nove dicturus erat, ſi ἀπὸ τοῦ περιέχοντος pro eo dixiſſet, quod aliâs Graeci κατ' ἐξοχὴν dicunt, id eſt, *per excellentiam;* quod GESNERUS ſtatuerat pag. 296. Mihi iſta verba ἀπὸ τοῦ περιέχοντος plane id ſignificare viſa ſunt, quod in latina verſione poſui, *nomine a toto genere petito:* nempe *Alexandrini nomen* πλάταξ, quod *generale* eſt, & de *toto genere latorum piſcium* intelligendum videri poterat, *ſigillatim coracino tribuebant;* tamquam huic proprium. Sic τὸ περιέχον apud Ariſtotelem, Metaphyſ. V. 26. idem valet ac τὸ καθόλου & ὅλον τὸ γένος: quia ſcilicet (ut Porphyrius ait, Iſag. c. 2.) τὸ γένος δοκεῖ περιέχειν πᾶν τὸ ὑφ' αὑτῷ. Pariter apud eumdem Ariſtotelem, Rhetor. III. 5. ubi ait, *ad emendatam locutionem pertinere* τὸ τοῖς ἰδίοις ὀνόμασι λέγειν, καὶ μὴ τοῖς περιέχουσι, minus recte (ſi quid video) & prorſus contra ſermonis uſum, interpretes τοῖς περιέχουσι intelligunt *circumlocutionibus, circumſcriptionibus:* cum ὀνόματα περιέχοντα dixerit Philoſophus *nomina generalia,* generalem quamdam rei notionem exprimentia; quibus opponit τὰ ἴδια, *propria nomina,* id eſt, magis definita atque determinata, quibus ex uſu ſermonis ea res de qua agitur ab omnibus aliis diſtingui ſolet. Sic & ſaepe alibi apud Philoſophum (veluti Topicor. IV. 1.) diſtinguuntur & opponuntur inter ſe τὸ γένος & τὸ ἴδιον. Itaque eo loco, quem e Rhet. III. 5. citavimus, mox deinde ait, vitioſo illo dicendi genere conſulto uti ſolere vates; quoniam non tam facile erroris convinci ſe poſſe intelligunt, ſi διὰ γενῶν λέγουσι, id eſt, *ſi verbis utuntur generalioribus.* Eodemque modo apud noſtrum Deipnoſophiſtam, ἀπὸ τοῦ περιέχοντος intelligi poterit ἀπὸ τοῦ περιέχοντος ὀνόματος, *a nomine generali.* Denique eumdem uſum illius vocabuli haud obſcure Heſychius declaravit, ubi Περιεκτικὸν inter-

pretatur τὸ περιέχον, ἤτοι γενικόν: & Περιεκτικώτερον, a
γενικώτερον. Et Lexicon mstum a Bielio in Notis ad Hesychium citatum: Περιεκτικόν· γενικὸν, τὸ καθόλου, πάντα περιλαμβάνον, ἢ περιέχον.

AD CAP. LXXXII.

Κυπρῖνος. *Cyprinus*, notum nomen piscis eius, quem *carpionem* vel *carpam* hodie vulgo vocamus. Qui scripturam Κυπριανὸς primus huc invexit librarius, is Doctoris ecclesiastici nomen, quod ipsi familiarius erat, cum piscis nomine confuderat. Mendosum illud Κυπριανὸς & deinde κυπριανὸν quum tenuisset CASAUBONUS, monuit dein in Animadversionibus: »Scripta lectio, Κύπρινος »aut Κυπρῖνος: ut apud omnes auctores alios.« — Nempe perinde & κυπρῖνος & κύπρινος (penultimâ tamen semper productâ) scribitur apud alios: apud Nostrum vero hîc Κυπρῖνος & dein κυπρῖνον dedit ms. *Epit.*

Τῶν σαρκοφάγων καὶ οὗτος, ὡς Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ, καὶ b
συναγελαστικῶν. τὴν δὲ γλῶτταν οὐχ ὑπὸ τῷ στόματι, ἀλλ' ὑπὸ τὸ στόμα κέκτηται. »Plane γριφῶδες »videtur, quod de *cyprini lingua* scribitur hîc, τὴν δὲ γλῶτ»ταν οὐχ ὑπὸ τῷ στόματι, ἀλλ' ὑπὸ τὸ στόμα κέκτηται. »Si de sententia ex Aristotele non constaret, nemo ista »quid sibi velint facile divinaret. Antiquissimae membra»nae nihil variant. In Epitoma sic, οὐχ ὑπὸ στόματος, »ἀλλ' ὑπὸ τὸ στόμα κεκτ. quae non displicet lectio. Est »autem, *linguam* ὑπὸ στόματος κεκτῆσθαι, quod clarius »poterat dici, *habere linguam in ore solutam*: λελυμένην ἐν»τὸς στόματος. Sed Athenaeus στόμα improprie appellat »*superiorem oris partem*, *palatum*, cui lingua subiacet. Sic, »ὑπὸ τὸ στόμα *linguam* κεκτῆσθαι, pro δεδεμένην ὑπὸ τὸ »στόμα, *linguam habere ad palatum affixam.* Utrumque par»ticipium est apud Aristotelem; qui inter alias linguae »differentias hanc quoque ponit libro I. Historiar. [cap. »XI sub fin.] & libro etiam IV. [cap. 8.] piscibus qui»busdam [immo vero, non *quibusdam*, sed *omnibus*] tri»buit linguam ὀστώδη καὶ οὐκ ἀπολελυμένην.« [Similiter lib. II. cap. 10. Ὅλως μὲν γὰρ οἱ ἰχθύες ἀκανθώδη καὶ οὐκ ἀπολελυμένην ἔχουσι τὴν γλῶτταν.] »Athenaeus hoc di»xit, *habere linguam* ὑπὸ στόμα, obscure nimis: qui tamen »videtur philosophi verbis ita locutus, ex aliis libris quam

b) »quos habemus hodie, ex quibus multa noſter multis lo-»cis. Libro autem quarto Hiſtoriarum [cap. 8.] *de cypri-»ni lingua* haec habentur, ἀλλ' ἐνίοις τῶν ἰχθύων ὁ οὐρα-»νός ἐστι σαρκώδης· οἷον τῶν ποταμίων τοῖς κυπρίνοις.« CASAUBONUS.

Nusquam, quod ſciam, in ſcriptis Ariſtotelis hodie exſtantibus, *cyprinus* vel in *carnivoris* piſcibus, vel in *gregalibus* numeratur. Sed videtur hoc in alio opere, DE Piſcibus, legiſſe Athenaeus; & utrumque verum eſt, & *gregatim vivere cyprinum*, & *carne veſci*. Nam, *carnivorum* eſſe, immerito negavit RONDELET apud Gesner. pag. 310 extr. nonniſi herbis, muco & luto veſci contendens. Noſtrates quidem piſcarii carpas in piſcariis frequenter piſciculorum quodam genere, quod ingenti copia apud nos capitur, nutrire ſaginareque conſueverunt: quo pabulo utens hic piſcis ad eximiam molem excreſcit. Ex eodem deperdito libro ductum eſt id quod de *lingua cyprini* ſubiicit auctor: quod quidem quo pacto vel ipſe Philoſophus, vel noſter Philologus Deipnoſophiſta dixerit, haud ſane facilem habet explicationem. Qualia nunc quidem leguntur verba, vix ullam interpretationem admittere videntur. Quod in codice Hoeſcheliano Epitomae Caſaubonus, pro ὑπὸ τῷ στόματι, reperiſſe ſe ὑπὸ στόματος teſtificatur; id nec quid nos iuvet video, & in vulgatam ſcripturam ὑπὸ τῷ στόματι cum editis & ms. *A.* ſine ulla varietate conſentit praeſtantiſſimus alioqui noſter codex *Epit.* Illud quidem, ἀλλ' ὑπὸ τὸ στόμα, haud dubie id ſignificare videtur quod in verſione poſui, *ſed poſt os*, vel *pone os*; id eſt, *in ima & poſtrema oris parte*, aut *ea parte ubi deſinit os*. Quod ipſum in Hiſt. Anim. II. 10. ita tradidit Philoſophus, ut, poſtquam dixiſſet, ὅλως οἱ ἰχθύες ἀκανθώδη καὶ οὐκ ἀπολελυμένην ἔχουσι τὴν γλῶτταν, ſubiiceret, ἔνιοι δὲ πάμπαν λεῖον καὶ ἀδιάρθρωτον τὸν τόπον, μὴ ἐγκλίνοντι σφόδρα τὸ χεῖλος. Quae verba vere (ut mihi videtur) & luculenter Theod. Gaza ſic latine convertit: *Cum enim piſces omnino ſpineam nec abſolutam continent linguam, tum vel maxime nonnulli adeo laevem indiſcretumque eum ipſum linguae tributum locum ſortiuntur, ut niſi admodum labrum diduxeris, ne veſtigium quidem linguae inſpicere queas.* In Graeco pro ἐγκλίνοντι videtur ἀνακλίνοντι legendum: in ſimillimo autem loco DE Part. Anim. II. 17. ſcribitur, ὥστε ἐὰν μή τις τὸ στόμα ἐπικλίνῃ, μὴ φαίνεσθαι ἀφεστηκὸς τοῦτο τὸ μόριον.

Et, talem esse in *cyprino* piscе interiorem oris formam, b talemque linguae osseae situm, ut in imis faucibus aegre dignoscenda haereat, propria quemque observatio docere potest. Quod si igitur in illam sententiam accipiamus verba ἀλλ' ὑπὸ τὸ στόμα, exspectasses initio aliquid in hanc sententiam, *non in anteriore oris parte*, vel saltem, *non in ipso ore*; quod Graece simpliciter sic poterat efferri, οὐκ ἐν τῷ στόματι. Sed si quaerimus, unde tandem istud οὐχ ὑπὸ τῷ στόματι arripuerint librarii; debuerant illi fortasse sic scribere, οὐχ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν (vel οὐχ ὑπὸ τῷ οὐρανῷ) ἐν τῷ στόματι: (id est, *non sub palato in ore*, adeoque *non in anteriore oris parte*:) & per errorem omissa fuerit vox οὐρανὸν cum vocula praecedente sequenteque. Sic quidem De Part. Anim. lib. II. initio capitis 17. ait: Ὑπὸ δὲ τὸν οὐρανὸν ἐν τῷ στόματι ἡ γλῶττα τοῖς ζώοις ἐστί· τοῖς μὲν πεζοῖς σχεδὸν ὁμοίως πᾶσι, τοῖς δ' ἀλλοις ἀνομοίως. Nisi fortasse (quae simplicissima medendi ratio videri possit) dicendum, ὑπὸ, ut persaepe aliâs, ex ἐπὶ corruptum esse, scriptumque oportuisse ἐπὶ τῷ στόματι, quod idem ac ἐν τῷ στόματι valeret; cuius tamen usus praepositionis ἐπὶ cum dativo, pro ἐν, vereor ne rariora reperiantur certa commodaque exempla. Pro ista sententia commode dictum foret, ἐπὶ τοῦ στόματος. Conf. Lexicon Polyb. p. 239. num. 2.

Mireris vero quid sit quod doctissimus Gesnerus, (p. 312.) postquam monuit »inepte dictum & depravatum ap»parere, quod vulgo hîc legitur, Τὴν δὲ γλῶτταν οὐχ »ὑπὸ τῷ στόματι, ἀλλ' ὑπὸ τὸ στόμα κέκτηται« haec subiecerit: »Legi poterat, Τὴν δὲ γλῶτταν οὐ κάτω ἐν τῷ »στόματι, ἀλλ' ὑπὲρ τὸ στόμα κέκτηται. Hoc est, *Lin»guam non in inferiore parte oris, sed superiore habet.*« — Nempe in animo habuerat vir doctus illa Aristotelis verba, ex Hist. Anim. IV. 8. Ἀλλ' ἐνίοις τῶν ἰχθύων ὁ οὐρανός ἐστι σαρκώδης, οἷον τῶν ποταμίων ἐν (delenda otiosa particula ἐν) τοῖς κυπρίνοις· ὥστε τοῖς μὴ σκοπουμένοις ἀκριβῶς, δοκεῖν ταύτην εἶναι γλῶτταν. Id est, Gaza interprete: *Palatum nonnullis piscibus carnosum pro lingua est, velut inter fluviatiles cyprino; ita ut, nisi diligenter inspexeris, lingua id esse videatur.* Ista igitur Philosophi verba Gesnerus ex ingeniosa quadam coniectura, (quae ei, ut ex praecedentibus ipsius verbis intelligitur, ipsâ etiam naturae observatione confirmari videbatur) ita acceperat, quasi *abs-*

b *que negatione* τοῖς σκοπουμένοις ἀκριβῶς ille ſcripſiſſet. Quam in ſententiam nuper etiam eadem Ariſtotelis verba, praeeuntibus nonnullis vetuſtis graecis codicibus & vetuſtiſſimo interprete latino, adcuratiſſimus CAMUS edidit, ὥστε τοῖς μὲν σκοπουμένοις ἀκριβῶς. Quae ſi vera ſcriptura eſt, non tam ita interpretanda erat, ut vir doctus gallice reddidit: *néanmoins, en faiſant attention, on voit que cette partie eſt véritablement leur langue*: quam cum Gesnero in hanc ſententiam accipienda: *ita ut, ſi ſubtilius rem aeſtimaveris*, (id eſt, ſi *linguam* non tam ex figura & conformatione, aut ex loco ubi poſita eſt, aeſtimaveris, quam ex hoc quod ſit ea pars, qua *ſaporum ſenſu* adficitur animal,) *haec* (nempe, haec carnoſa ſubſtantia quam in palato in ſuperiore oris parte habet cyprinus) *vere lingua illius piſcis eſſe videatur.* Quae quidem ſententia quamquam nec per ſe abſurda ſit, nec a reliqua disputatione ab Ariſtotele ibi inſtituta prorſus abhorrens debeat videri; tamen, ſi ad totam connexionem conſecutionemque orationis curatius adverteris animum, vix fieri poterit quin ſuſpectam habeas iſtam ſcripturam τοῖς μὲν σκοπ. & veriſſimam potius vulgatam τοῖς μὴ σκοπ. iudices. Quo accedit, quod eadem vulgaris ſcriptura eisdem verbis in alia parte operum Philoſophi repetatur, ubi de tentanda emendatione μὲν pro μὴ ne cogitari quidem ullo pacto poſſe videtur. Scilicet loco iam cit. DE Partib. Animal. II. 17. poſt alia *de linguâ piſcium* disputata, rurſus haec ipſa verba leguntur: Τὸν δ' οὐρανὸν σαρκώδη πολλοὶ καὶ τῶν ἰχθύων ἔχουσι, καὶ τῶν ποταμίων ἔνιοι σφόδρα σαρκώδη καὶ μαλακὸν, οἷον οἱ καλούμενοι κυπρῖνοι· ὥστε δοκεῖν τοῖς μὴ σκοποῦσιν ἀκριβῶς, γλῶτταν ἔχειν ταύτην. οἱ δ' ἰχθύες διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν ἔχουσι μὲν, οὐ σαφῆ δ' ἔχουσι τὴν διάρθρωσιν τῆς γλώττης. Quibus inter ſe collatis ſatis adparere videtur, dixiſſe Ariſtotelem: *cum cyprinus piſcis ex eorum ſit numero, qui brevem oſſeam linguam in poſtrema adeo oris parte imis paene faucibus affixam habent, ut, niſi vi diducas labia* (quin & inciſione factâ ampliorem rictum efficias) *ne conſpici quidem lingua poſſit; inde factum, ut vulgo homines, qui non ſatis curate id quod res eſt obſervaſſent, falſo putent, ſubſtantiam illam carnoſam mollemque, quam in ſuperiore oris parte in palato habet cyprinus, eſſe ipſam linguam huius piſcis, nec eum aliam linguam habere.* Eamdemque ſententiam eumdem Philoſophum in illo opere, quo Athenaeus uſus erat, aliis

quibusdam verbis tradidiſſe probabile eſt: quae verba cum b ab Athenaeo hîc prolata eſſent, a librariis corrupta ſunt, & vel ita corrigi debebunt ut ſupra dixi, vel in hunc modum, (plane contrarium ei qui Gesnero placuerat) οὐκ ἐπάνω ἐν τῷ στόματι, id eſt, *non in ſuperiore oris parte, ſed in inferiore & ea quidem poſteriore parte:* quibus nimirum in verbis, falſae vulgi opinioni id, quod vere res habet, oppoſuerit Philoſophus.

Δωρίων δ' αὐτὸν ἐν τοῖς λιμν. Sic codex mstus uterque; multo commodius quam quod vulgo editum erat, δ' αὐτοὺς in plurali numero.

AD CAP. LXXXIII.

Κωβιοί. GOBII; nempe *marini* potiſſimum: (Gallice *Goujeons de mer*, aut *Boulerots:*) nam de *fluviatilibus* nonniſi uno verbo memoratur extremo capite. Quod ὀλιγότροφοι in verſione omiſit Dalecampius, caſu factum videtur, non conſulto; Graeci quidem libri agnoſcunt omnes: & videtur ὀλιγοτρόφους dixiſſe Hiceſius, praeſertim quod *parvi* eſſent piſciculi; (conf. Rondelet. apud Gesn. p. 395 ſub fin. & ſq.) contra, *flaveſcentes* τροφιμωτέρους dicit, *ob magnitudinem.* Nempe »flaveſcentes, maximi ſunt; minimi al»bi; medii nigri:« ut ex Rondelero monuit Dalecampius.

τροφιμώτεροι δ' ἐισὶ edidi fide codicis *Epit.* quod ma- c gis placuit quam τροφιμώτεροί τε, quod habent edd. neſcio an praeeunte ms. *A.*

Νουμήνιος δ', ἐν Ἁλιευτικῷ, κώθους αὐτοὺς καλεῖ. »Ob»ſervat Deipnoſophiſta, κώθον *illum piſcem eſſe appellatum* »*a* NUMENIO. Quo pertinet gloſſa Heſychiana, Κώθυ, »κώβιος. [immo, κωβιός.] Forte Κῶθος.« CASAUBONUS. — Recte vero Suidas, licet vage nimis: Κῶθος, εἶδος ἰχθύος. Inde formatum diminutivum κωθάριον vidimus apud Noſtrum, III. 105. f. ſi modo verum eſt quod ibi coniectabamus. *Numenii* verſum h. l. praetermiſit Epitomator. Pro δοίην vel δείην quod extremo verſu hic legebatur, propius vero λείην ſcriptum vidimus pag. 304. e. idque ex λίην corruptum eſſe monuimus.

Καὶ Σώφρων ἐν τῷ Ἀγροιώτῃ »κωθωλυνοπλύται« φησί. CASAUBONUS, cum ſic ediditſet, Καὶ Σώφρων ἐν τῷ Ἀγροιωτικῷ κωθολυνοπλύται φησὶ, monuit dein in Animadv.: »Primum, titulus minus placet: ac videtur

c » ſyllaba κω ex principio ſequentis dictionis huius fini te-
» mere adhaeſiſſe, cum eſſet prius ſcriptum ἐν τῷ Ἀγροιώ-
» τῃ. Deinde nomen κωθολυνοπλύται (quod attendenti me-
» diocriter conſtabit ſatis) corruptum eſt, pro κωθοπλύται
» aut κωθωνοπλύται. Nam ferendi non ſunt qui emendant
» ϑυννοπλύται. [Sic nempe Dalecamp.] Neceſſum enim eſt,
» ut in hac dictione inſit nomen κῶθος: non enim alia fi-
» ne affertur, niſi ut probetur, *gobios nominari etiam* κώ-
» ϑους. Fieri autem poteſt ut ex pluribus quam duabus di-
» ctionibus hoc nomen *Sophron* compoſuerit, comicâ
» uſus licentiâ. Non inepte igitur ſcripſeris κωθοτιλοπλύ-
» ται, *qui cothos deſquamant & lavant.* Sic iunxit Ariſtopha-
» nes duo illa verba eo verſu, τὸν σαπέρδην ἀποτίλαι χρὴ
» καὶ καταπλύναι: vel κωθολινοπλύται, *qui cothos ita lavant*
» *& aquâ macerant, ut linum linoplytae*, quorum Heſychius
» meminit. « — Sic ille. Qui, primum, quod de Sophro-
niani Mimi titulo Ἀγροιωτικῷ in Ἀγροιώτῃ mutando mo-
nuit, facilius etiam perſuaſurus id fuerat lectori, ſi ſimul
docuiſſet, (quod res eſt) in ſuperioribus editionibus & in
codicibus msstis (non quidem in Epitoma, quae iſta ver-
ba non habet) ſyllabam κω nonniſi *ſemel* legi, nempe per-
peram quidem priori vocabulo adhaerentem, non vero
repetitam initio vocis ſequentis. Quâ ſyllabâ (ut conſen-
taneum erat) ad poſteriorem vocem retractâ, remanebat
prior vox ἐν τῷ Ἀγροιώτι, ex Ἀγροιώτῃ haud dubie
corrupta. Ex Dorico quidem idiomate, quo uſus Sophron
erat, ἐν τῷ Ἀγροιώτᾳ erat dicendum: ſed licuit Athe-
naeo, titulum Mimi vulgari vocis formâ ἐν τῷ Ἀγροιώτῃ
efferre. Fuerit-ne autem idem ille mimus, quem pleniore
titulo: Ὠλιεὺς τὸν ἀγροιώταν, inſcriptum vidimus III. 86.
a. & VII. 288. a. an fuerit ab iſto diverſus, & nude ὁ Ἀ-
γροιώτας inſcriptus, non licet nobis definire. Porro, quod
idem Caſaub. in voce κωθολυνοπλ. ſecundam ſyllabam per
ο breve ϑο ſcripſit, id ſuo arbitrio temere fecit: nam in ed.
Ven. & Baſ. & in vetuſtis membranis per ω longum ϑω
ſcribitur illa ſyllaba; cum quo conſentit, quod non mo-
do mox deinde vox Κωθωνίων pariter per ω longum ſcri-
bitur, ſed quod diſerte etiam adnotavit auctor noſter, Si-
cula lingua (qua nimirum uſus eſt *Sophron*) *gobium* pi-
ſcem κώθωνα dictum eſſe, non κῶθον. Quod ad reliquas
emendationes adtinet a doctiſſimo viro propoſitas, neutram
mihi admodum probabilem viſam eſſe profiteor. Me ipſum

quidem haud feliciorem fuiſſe vatem iudicabunt fortaſſe c alii: ſed tentandum tamen putavi id quod in ſcholio ſub contextu adnotavi, κώθωνες ὀλοπλύται, id eſt, *gobii in coeno* (vel, *in turbido*) *lavantes*. Sunt enim alii quidem ſaxatiles gobii, alii vero in coeno verſari gaudentes.

καὶ τὸν τοῦ θυννοθήρα δὲ υἱὸν ἴσως ἀπὸ τούτου Κωθωνίαν προσηγόρευσε. » Quod Athenaeus putat, nomen Κωθωνίας, »probri loco a Sophrone obiectum adoleſcenti cuidam, a »*cotho* piſce ductum eſſe; merito id ab ipſo non affirma»tur. Etſi enim illius ſententiam utcunque reddit proba»bilem, quod *thynnotherae* & *piſcatoris filius* is adoleſcens »erat; probabilius tamen eſt, a *cothone* poculo petulan»tem & laſcivum iuvenem eſſe appellatum κωθωνίαν. He»ſychius: Κώθων· ἄτακτος, μέθυσος.« CASAUBONUS. — At nullum equidem apud Athenaeum indicium video, quo colligas, aut petulantem & laſcivum fuiſſe adoleſcentem, de quo agitur, aut probri loco impoſitum ei illud nomen fuiſſe.

Τρυγόνες τ' ὀπισθόκεντροι. *Paſtinacae poſtice-aculeatae*. Pa- d ſtinaca piſcis, quem Graeci τρυγόνα, id eſt *turturem*, vocant, raiae ſimillimus, ſed *longo aculeo* ſerrato in cauda eminente (*radium* Plinius vocat, IX. 48, 72.) horridus.

καὶ χάλαδροι κωβιοί. Cum καὶ χάλανδροι κωβιοί eſſet editum, adnotavit CASAUBONUS: »*EPICHARMI* »verba etiam hic, ut nusquam non, vetuſtas accepit »male. Quid ſibi vult τὸ χάλανδροι? *Grabbatum* ea vox »ſignificat, ut placet veteribus; quod nihil ad hunc lo»cum. Epitome, χαλάδριοι. An verum eſt χαράδριοι, »pro χαραδραῖοι? ut *gobionem ſaxatilem* poëta intelligat: »nam & gobiones quidam inter piſces πετραίους, teſte »Oppiano, Halieut. libro primo. Quid ſi hoc melius? καὶ »μάλ' ἁδροὶ κωβιοί.« — χαλαροὶ legerat GESNERUS, pag. 398. l. 49. nullâ tamen adiectâ interpretatione. χάλαδροι dedit ms. *A*. quod idem fere valere ac χαλαροὶ hariolatus ſum. Variis autem modis intelligi τὸ χαλαρὸν ſolet: in his ita, ut, quod *flexibile* aut *molle* ſit, id χαλαρὸν dicatur; quae notio ſatis apte convenire huic loco videbatur.

ANTIPHANIS quatuor priores verſus Excerptis ſuis inſeruit Grotius, pag. 629. In fine *verſ.* 3. ἀπονέμω malueram: ſed participium ἀπονέμων tenent mssti cum edd.

Eodem verſu, τὰ ψαιστ' absque accentu ſcribebatur in

d editis : ſed plene, ut fere ſolet, τὰ ψαιστὰ, habet ms. *A.* In ms. *Ep.* vero ſic ſcriptum, τὰ ψαῖστ', quemadmodum typis deſcribendum curavimus.

Verſ. 2. τοῖς θεοῖς recte cum editis tenet ms. *Ep.* τοῖς θεοῖσι refragante metro habet ms. *A.*

Verſ. 5. Verbum προσβαλεῖν Dalecampius, neſcio quid ſpectans, *inſpicere* interpretatus erat: *extremo* vero *verſu*, Ὀτρυνικοὺς idem *alienigenas* reddiderat. Eo refertur CASAUBONI ad hunc locum Animadverſio iſta: » Lepidiſ-» ſimos *ANTIPHANIS* verſus non valuerunt aſſequi inter-» pretes. Sic ille:

» Ἡμῖν δὲ τοῖς θυνητοῖς ἐπριάμην κωβιούς.
» Ὡς προσβαλεῖν δ' ἐκέλευσα τὸν τοιχωρύχον
» Τὸν ἰχθυοπώλην, προστίθημι, φησὶ, σοι
» Τὸν δῆμον αὐτῶν· εἰσὶ γὰρ Φαληρικοί.
» Ἄλλοι δ' ἐπώλουν ὡς ἔοικ' Ὀτρυνικούς.

» Placet doctis ſcribi hîc ὡς ἔοικεν ὀθνίους vel ὀθνείους. Ne-» gamus nos, quicquam eſſe mutandum. Negamus etiam, » τὸ προσβαλεῖν (in quo verbo ſita omnis venuſtas) id » eſſe quod ipſi putarunt. Senſus eſt: *Cum in emendis go-» biis iuberem piſcarium, velut auctarii loco & ἐπιδόσεως, ali-» quid adiicere*, ut fieri amat in foro; *reſpondit ſceleſtus pi-» ſcarius: Ego vero* προστίθημί σοι τὸν δῆμον αὐτῶν: id eſt, » *auctarii loco adiicio tibi gobionum quos emiſti patriam: ſunt » enim Phalerici*: quo nomine carius indicari debuerunt. » δῆμον accipe, ut in hiſtoria Attica paſſim: nam unus » τῶν δήμων agri Attici *Phalerum* fuit, qui & *Phalereus* » dicebatur. Alius etiam pagus Atticae erat *Otryna*, ſive » *Otryneus*: ſed obſcurus, & prae illo altero ignobilis. In-» ter caetera quae Phalereum nobilitabant, praeter por-» tum & alia multa, fuere etiam *gobiones Phalerici*, qui » tantum caeteris praeſtare credebantur, quantum *Otryni-» ci gobiones* ab aliis vincebantur. Ideo ſubiicit, Ἄλλοι δ' » ἐπώλουν ὡς ἔοικ' Ὀτρυνικούς. *Putares*, inquit qui piſces » emerat, *ſolum hunc eſſe toto piſcario foro qui Phalericos go-» biones venderet, alios omnes vendere Otrynicos.* Hanc eſſe » veram lectionem, & poëtae mentem, affirmamus. *Otry-» neus* δῆμος ſic fuit obſcurus, ut ex antiquis omnibus » ſcriptoribus pauciſſimos liceat nominare qui eius me-» minerint. Ego unicum memoria teneo Demoſthenem: » multa autem Paeanienſis orator de *Otryna* in oratione » contra Leocharem. « — Quod *verſ.* 6. editum erat con-

ſentientibus membranis, φημί σοι, id teneri utique non e poterat. Haud incommode Caſaubonus φησὶ correxit, σοι ad προστίθημι referens. Sed perapte etiam ms. *Ep.* dedit φησί μοι, ſubintellecto pronomine σοι ad verbum προστίθημι referendo: quam ſcripturam recipiendam putavi. Porro ut *Phalerici gobiones* hic laudantur, ſic & *apuam Phalericam* iam plus ſemel laudatam apud Noſtrum vidimus; velut pag. 285. f. & 293. e. Erat autem *apua* etiam quaedam κωβῖτις, ut docuit Noſter pag. 285. b. adeoque a *gobiis* denominata. Denique Ὀτρυνικοὺς recte emendavit ediditque Caſaubonus, conſentientibus vetuſtis membr. *A.* In ms. *Ep.* quidem deeſt poſtremus verſus: in ed. Ven. & Baſ. vero vitioſe τρυνίσκους legebatur. Eumdem poſtremum verſum paullo aliter, quam Caſaubonus, PALMERIUS interpretatus eſt, nempe in hanc ſententiam: *Quaſi vero alii Otrynicos* (qui nulli ſunt) *venderent!* Sed conſule ipſum, ſi tanti videtur, in Exercitat. in Auctores Graec. pag. 507 ſq.

Μένανδρος, Ἐφεσίοις. Sic hoc loco: ſed ἐν Ἐφεσίῳ ſcribitur IX. 385. f. ubi eadem *MENANDRI* verba recitantur, exceptis ἀρτίως & σφόδρα. Etiam apud Harpocrat. (in Κύκλος) Ἐφεσίῳ legitur: item apud Suidam in Ἔνδυο: nec aliter apud Zenob. in Proverb. Cent. VI. 9. Quare & hîc eodem modo ſcriptum oportuiſſe videtur: quamquam plurimis dramatibus titulus impoſitus eſt a *choro hominum*, qui a civitate nominantur in *plurali* numero. CLERICI imperitiam, capite truncantis priorem verſum in Fragm. Menandri pag. 72. merito notavit BENTLEI in Emend. pag. 29.

AD CAP. LXXXIV.

EPICHARMI ecloga ſic ſcripta erat in editis: Ἐπίχαρμος, κἀγλαοὶ κόκκυγες οὓς παρασχιζομένους πάντες, ὀπτᾶντες δὲ χ' ἥδύναντες αὐτοὺς χναύομες. (vitioſe etiam χαύομες in ed. Ven. & Baſ.) Ibi notavit CASAUBONUS: »Scripta lectio, παρσχίζομεν. Scribo, οὓς παρσχίζομες πάντας, ὀπτάντες [quidni ὀπτᾶντες ſervemus? dorice pro »ὀπτῶντες.] δὲ χ' ἥδύναντες αὐτοὺς χναύομες. Culinae »verbum παρασχίζειν, *per medium ſecare aut findere.* Dorion ſtatim, δεῖν αὐτοὺς ὀπτᾶν παρασχίσαντας κατὰ ῥάχιν. Alexis, [pag. 322. d.] περικόψας ἀκάνθας τὰς κύ-

»κλφ, παράσχισον χρηστῶς.« — Non παρσχίζομεν, ſed ipſum doricum παρσχίζομες dedit uterque noſter codex mſtus. Tum & doricam formam ἀδύναντες, pro vulgato ἠδύναντες, dedit ms. *A*. Verſus ſunt trochaici, quorum priori deſunt ab initio duo pedes.

f In *Dorionis* verbis recte παραισχίσαντας poſuere editores; ubi perperam in utroque mſto dorica forma παρσχίσαντας exhibetur, e ſuperiori Epicharmi ecloga temere huc transducta.

Numenii verba deſunt in *Epit.* In fine *verſ.* 2. σαυρόν acute ſcripſi praeeunte ms. *A*. cum σαῦρον eſſet editum. Tenueramus quidem σαῦροί τε in Epicharmi verbis p. 295. b. ubi nihil ex mſstis adnotatum erat: ſed & ibi σαυροί τε ſcriptum oportuerat. Sic quidem recte σαυρὸν omnes, pag. 305. d. & conſtanter σαυρὸς & σαυρὸν mſtus codex uterque pag. 322. c. d. e. quod & ibi aliquoties tenuere editi. *Pempherides* piſciculi, qui hîc nominantur, aliunde, niſi iſtis ex Numenii verbis, non cogniti.

AD CAP. LXXXV.

a Κύων καρχαρίας. Quum interiecto puncto ſeparata eſſent in editis duo iſta vocabula, *delendum punctum* monuit Gesnerus pag. 176. quia vulgo iungi iſta nomina κύων καρχαρίας ſolent. Ac ſane in ms. *Epit.* nec in contextu, nec in ora, ubi titulus repetitur, interpoſitum punctum video.

Ἀρχέστρατος, ὁ τῶν ὀψοφάγων Ἡσίοδος ἢ Θέογνις: nempe qui eâdem gravitate gulae praecepta tradidit, qua praecepta morum aut agriculturae *Heſiodus* vel *Theognis*. His verbis niſus Gesnerus, verſus iſtos, qui lib. III. p. 116. a. b. falſo *Heſiodo* tribuuntur, *Archeſtrati* eſſe exiſtimaverat.

Τῆμος δ' ἠέλιος &c. »In Theognidis verſibus ſcribe »ex ipſius libris, Ἦμος δ' ἠέλιος. & Δείπνου δὴ λήγοι»μεν ὅπου τινὰ θυμὸς ἀνώγοι.« Casaubonus. — Commodius utique in Gnomicorum editionibus vulgo Ἦμος legitur: ſed potuit fortaſſe etiam, quemadmodum aliis nonnullis abſolutis vocibus pro relativis interdum utuntur Iones, ſic & τῆμος pro ἦμος poni. Tenet iſtam quidem vocis formam hoc loco cum editis vetus mſtus *A*. In *Ep.* vero deſunt Theognidis verſus.

Tertius verſus apud Athenaeum ſic erat editus: a
δείπνου δὴ λήγοι μένος ὅν τινα θυμὸς ἀνώγοι.
Quae ſcriptura illud boni habebat, quod pro eo quod apud Theognidem minus commode vulgatum erat ὅπου τινὰ θυμὸς ἀνώγοι, dabat ὅσον: quod haud obſcure in iſta ſcriptura latebat, indeque receptum eſt a BRUNCKIO in Gnomicis pag. 40. vs. 977. Multo vero etiam commodius, & ad Graeci ſermonis uſum aptius ὅσου eſt, quod in codicis *A.* ſcriptura continebatur, in quo λήγοι μένος οὐ τινα. Verbum autem λήγοιμεν, quod haud fere minus perſpicue Athenaei libri dabant, quam vulgatae Theognidis editiones, quânam notione, quâve ſententiâ hîc locum tueri ſuum poſſit, non minus mihi, quam BRUNCKIO, exputare licuit: cuius vide Notam ad l. c. in edit. Gnomic. pag. 300. Sed ita violentum eſt remedium, quod adhibuit idem Vir perſpicaciſſimus, μνησαίμεθ' pro λήγοιμεν ponens, ut quodlibet aliud prius tentandum videatur, quam iſtud temere adoptaveris.

Verſ. 6. Ionicam formam ῥαδινῆς ex Athenaei libris b merito recepit Brunck in Gnomicis, pro ῥαδιναῖς, quod ibi vulgo legebatur.

Οὐδὲ τὸ παιδεραστεῖν ἀναναίνεται ὁ σοφὸς οὗτος. »Excer»ptorum auctor, homo Chriſtianus absque dubio, ut »turpi verbo abstineret, Attico genere loquendi uſus eſt »elegantiſſimo, neque noto in vulgus. Sic ille: Ὅτι περὶ »παῖδας ἄγριος ἦν ὁ Θέογνις. Attici ita uſurparunt dictio»nem ἄγριος. Ariſtophanis Scholia: [ad Nub. 348.] »ἀγρίους καὶ καλαποδιώκτας ἐκάλουν τοὺς τὰς ἀπηγορευ»μένας πράξεις ποιοῦντας. « CASAUBONUS. — Quoniam in hoc ſumus, videamus quo pacto reliqua huius loci expediverit idem haud ſane indoctus Athenaei Breviator. Igitur ſic ille: Ὅτι περὶ παῖδας ἄγριος ἦν ὁ Θέογνις· ὃς καὶ τοιοῦτον αἱρεῖται σοφίας ἔπαθλον, εἴ γε μέλλῃ τις αὐτῷ περὶ σοφίας δηριάσασθαι: [δηριάσασθαι fortaſſe debuerat librarius:] ἵνα γνοίη φησὶ ὅσσον ὄνων κρέσσονες ἡμίονοι.

Εἴτ' εἶπ σ', Ἀκάδημε, ἐφίμερον ὕμνον ἀείδειν. Cum corrupte prorſus vulgo (conſentientibus etiam membr. *A.*) legeretur, Εἶτ' εἶπσα καλὴν μὲν ἐφίμερον &c. idque ne CASAUBONUS quidem in ſua editione mutaſſet, monuit dein idem in Animadv. »Ferendae interpretibus« [potuerat adiicere »& editoribus«] »non erant ſordes quae »inquinant hunc verſum. Facilis fuit ex ipſo fonte emen-

b » datio, Εἴ θ' εἴη σ' Ἀκάδημε &c. « — Equidem εἴη σ' Ἀκάδημε corrigere non dubitavi: ſed Εἴ τ' mutare non ſum auſus: quia poterat perinde ex Εἴ γ' pro Εἴ γε, *ſi modo*, corruptum videri; aut fortaſſe etiam ipſum εἴ τ' tueri ſuum locum, ut Εἰ pro Εἴθε, *utinam*, acciperetur, particula τε autem vim ſuam copulativam retineret. Caeterum commodius utique Εἴ θ' ſcribi apud Theognidem (vers. 971. ed. Brunck) pulcre intelligo. Tertio abhinc verſu, pro δηρησάντοιν vel δηρισάντοιν, quae erant in Theognidis libris, recte Bruncкius ex hoc Athenaei loco δηριόωσι recepit.

d In Archestrati *verſ.* 7. pro κοίλοις, quod habebant editi ad πληρώμασι relatum, κοίλης (nempe λοπάδος) dedit codex uterque mstus. *Octavo verſui* deeſſe pedem ut ſit integer, monuit Casaubonus, inſerique αὐτοῖς poſt πηγὴν iuſſit. πηγὴν recte cum editis habet ms. *Ep.* Perperam πληγὴν ms. *A.*

Verſus 13. *cum quatuor ſequentibus* ac nonnullis etiam aliis, ſupra iam citatus erat, IV. 163. d. Eo lectorem hic e remiſit Casaubonus, cum ait: » De *verſu* XIV. diximus » aliquid libro quarto. « — Vide ibi quae ab illo notata ſunt, Animadverſion. noſtrar. T. II. pag. 566 ſq. ubi nunc video ſive noſtro ſive typographi errore commiſſum eſſe, ut in fine Animadverſionis, quae in haec verba terminatur » *ebria veratro.* « nomen Casauboni non ſit adiectum. Conſule etiam quae ab aliis doctis viris obſervata & in medium propoſita ibidem adnotavimus. Breviator, hoc loco κούφαν καὶ λεμβώδη ſcribens, de *levitate* illorum navigiorum, qui *lembi* vocantur, cogitaſſe videtur.

Verſ. 15. εἰσίν τ' ἀπόπληκτοι. Vide notata ad IV. 163. Animadv. T. II. pag. 568. *Verſ.* 17. Pro βροτέαν, quod hîc habebant mssti cum editis, ionicam formam βροτέην ex eodem ſuperiori loco reſtituendam auctori iudicavi.

Τούτου τοῦ ἰχθύος μέρος ἐστὶ καὶ ὁ ὑπὸ Ῥωμαίων καλούμενος Θυρσίων, ἥδιστος ὢν καὶ τρυφερώτατος. » Quem- » admodum accidiſſe videmus in Latinis ſcriptoribus, ut » ſi quid Graeci ſuis libris inſeruiſſent, id mire deformaret » ſcribarum imperitia: ſic in hoc aliisque auctoribus Grae- » cis nihil aeque corruptelae obnoxium, ac voces Lati- » nae, ſi quae forte fuerint interiectae: cuius rei exempla » inſignia habentur libro XIV. & aliis etiam locis. Eius-

»modi etiam eſt quod ſequitur: nam in omnibus anti- e »quis codicibus ſcribitur conſtanter, τούτου τοῦ ἰχθύος »μέρος - - - θυρσίων. Vel exercitatiſſimos in latino- »rum librorum lectione haerere neceſſe eſt in voce *thur- »ſio*. Leguntur quidem in Plinii hiſtoria *turſiones*: ſed qui »pertinere ad hunc locum nullo modo queant; libro IX. »cap. 9. Fortaſſe verum eſt quod viſum eruditiſſimo *Da- »lecampio*, ſcribendum eſſe ὁ ὑπὸ Ῥωμαίων καλούμενος θυ- »ρεανός.« CASAUBONUS. — Nempe ſic in verſione poſuerat DALECAMPIUS: *Huius piſcis pars eſt quam Thurianum obſonium Romani vocant, lautiſſimum & ſuaviſſimum*: adiecto in ora ſcholio: »Plin. cap. ult. lib. XXXII. »*Thurianum tomum*, ſive Xiphiam. Vide poſthac.« —

Τὸ ὄψον τὸ Θουριανὸν καλούμενον commemoravit Noſter, lib. VI. p. 274. d. ubi vide notata. Quum vero apud Plinium IX. 9, 11. *turſio*, ſive (ut alii libri habent, teſte Salmaſio in Exercit. Plin. pag. 941.) *thurſio*, quod ipſum Graecum θυρσίων eſt, commemoretur piſcis ceracei generis, qui partim cum Delphino, partim cum canicula (i. e. carcharia) confertur; de *nominis* ſcriptura apud Noſtrum (apud quem in θυρσίων conſentit codex noſter uterque cum editis) non videtur eſſe idonea dubitandi cauſſa: de *re ipſa* amplior disceptandi materia fuerit, quandoquidem, quod Athenaeus *fruſtum* eſſe perhibet *canis carchariae*, eodem nomine Plinius integrum piſcem, diverſum a carcharia, intelligit, eumdem (ut putant) qui *phocaena* Ariſtoteli, Gallis vulgo *marſouin* vocatur: quam dirimere litem noſtrum non eſt. Vide quae in Notis ad Ariſtotelem, voce *Phocene* disputavit CAMUS, & quos ille laudavit auctores. Illud notemus, potuiſſe Plinium (ut ſaepe aliâs) falli; potuiſſe vero etiam Athenaeum, Graecum hominem, hîc, ubi de Romanorum uſu agitur, diverſa confundere. Denique videndum, an fortaſſe apud Noſtrum pro ἰχθύος μέρος, ἰχθύος εἶδος ſcribere debuerint librarii; aut ipſe-ne Athenaeus, quod μέρος dixit, εἶδος (id eſt, *ſpeciem*) intellexerit. Quo poſito, ne ſic quidem Graeco ſcriptori cum Romano iam convenerit; ſed tamen haud ita longe, uti nunc, fuerint illi inter ſe diſſidentes. VILLEBRUNIUS, poſtquam in Gallica verſione huius loci ſic poſuit: »*Les Romains appellent thurianos cer- »taine partie de ce poiſſon:*« adnotavit in ima pagina »in »ora codicis Manuſcr. Pariſini, quem literâ *A*. ipſe inſi-

e »gnire consuevit, sic scribi, Θυρσίων ἢ Θουρίων. « — Quod ne quem turbet, meminerimus codicem illum (eumdem quem nos *ms. Paris. B.* insignire solemus) scriptum esse ab *Hermolao Barbaro*, eodem qui etiam alibi apud Plinium (ut ad Athen. VI. 274. d. monuimus) sua auctoritate integram vocem *Thurianum* contra librorum omnium fidem contextui inseruit.

AD CAP. LXXXVI.

Λάβρακες. *Lupos* interpretatur Plinius. Οὗτοι, ὡς Ἀριστ. ἱστορεῖ, μονήρεις εἰσι. Contra, ο ὐ μονήρεις scripsisse Athenaeum contendit VILLEBRUNE; monens (praeeunte GESNERO, pag. 510 extr.) in eorum numero piscem hunc retulisse Aristotelem, Hist. Anim. V. 9. quorum ingens copia simul uno retis tractu capi soleat. Quod pergit Noster ex *ARISTOTELE* tradere, γλῶσσαν δ' ἔχουσιν ὀστώδη καὶ προσπεφυκυῖαν: haud nimis apte haec veluti huic pisci prae caeteris, aut certe prae pluribus aliis generibus, propria commemorat Deipnosophista: quae piscibus omnino omnibus communia esse docuerat Philosophus; ut supra vidimus, ubi de cyprinorum lingua disputavimus.

Ἐν δὲ πέμπτῳ Ζώων Μορίων. Rursus suo more Ζώων Ἱστορίας ediderat Basileensis editor: sed veterem scripturam h. l. restituit CASAUBONUS; monuitque in Animadv. »Extare eum locum, Historiarum libro V. cap. 10.«

Qui versus, ut *ARISTOPHANIS* citatur,

a Λάβραξ ὁ πάντων ἰχθύων σοφώτατος:

is non exstat, quod sciam, in aliqua fabularum quae integrae hodie supersunt; eumdem tamen in Brunckii *Fragmentis* ex Comico frustra quaesivi. Consentiunt autem in poëtae nomine ambo nostri mssti cum editis. Caeterum ad idem argumentum haec adnotavit CASAUBONUS: »*Lupum ingeniosum esse in quaerenda salute*, &, ut dicit Athenaeus, ἐπινοητικὸν εἶναι τοῦ διασώζειν ἑαυτὸν, praeter »Oppianum libro III. [vs. 121 sqq.] & alios qui animalium naturas descripserunt, probat etiam Cassiodorus »lib. XI. *Piscens lupus*, ait, *arenis se mollibus, ut plumbati »lini insidias evadat, immergit: cuius ut supradicta retia eius »tergum diraserint, alacer in undas exilit, & vitati periculi »gaudia liberatus agnoscit.* *ALCAEUS* quoque, inquit auctor, μετέωρόν φησιν αὐτὸν νήχεσθαι: id est, *extantem su-*

» *pra ſummas aquas;* vel *ſuſpenſum & erectum* animo, inſi- a
» dias undique caventem, fugitivo regi & ſacerdoti Dia-
» nae Aricinae ſimilem. «

Λάμβανε δ' ἐκ Γαίσωνος &c. » ARCHESTRATEAE eclo-
» gae initium eſt hoc:

» Λάμβανε δ' ἐκ Γαίσωνος, ὅταν Μίλητον ἵκηαι,
» κεστρέα τὸν κέφαλον, καὶ τὸν θεόπαιδα λάβρακα.

» Explicat hos verſus paullo poſt Athenaeus. [lit. d. e.]
» Scribit etiam vetus Ariſtophanis interpres: [ad Equit.
» 360.] Ἐν Μιλήτῳ τῆς Ἀσίας, μέγιστοι οἱ λάβρακες διὰ
» τὴν ἐπεισρέουσαν λίμνην εἰς τὴν θάλασσαν. χαίροντες γὰρ
» οἱ ἰχθύες τῷ γλυκεῖ ὕδατι, εἰς τὴν λίμνην ἐκ τῆς θα-
» λάσσης ἀνατρέχουσι, καὶ οὕτω πληθύνουσι παρὰ τοῖς Μι-
» λησίοις. « CASAUBONUS.

In eiusdem *ARCHESTRATI verſ.* 4. particulam τε, quae perperam deerat editis, opportune dedere ambo noſtri mssti. *Verſ.* 5. Βολβῇ τ' ἐνὶ λίμνῃ. *Bolbe*, palus Mygdoniae in Macedonia. Vide Thucyd. I. 58. & ibi Dukerum; qui pro adſerenda *oxytona* vocis *ſcriptura* ad hunc etiam locum potuerat provocare.

Verſ. 9. b

ὀπτήσας μαλακοὺς χρηστῶς προσένεγκε δι' ἅλμης.

Poſt ὀπτήσας commate distinxi orationem. Ibi cum nullum vulgo eſſet distinctionis ſignum, monuit perſpicaciſſimus CORAY, in *Notis msstis:* » Forte legendum, ὀπτή-
» σας μαλακῶς ὡς χρή. Μαλακῶς ὀπτᾶν eſt idem quod
» μαλακῷ πυρὶ ὀπτᾶν, locutio Hippocrati familiaris: (vi-
» de Foës Oeconom. in Μαλθακὸν πῦρ:) quam Galli ex-
» primunt per *à petit feu.* [conf. Athen. II. 54. c. & III. 101.
» c.] Pro illo ὡς χρὴ, quod repono, habes in loco ſimili,
» ὡς δεῖ. pag. 322. c. « — Sed χρηστῶς ſimili quadam ratione, cum alibi paſſim, ni fallor, poſitum occurrit, tum pag. 322. d. & VIII. 358. e.

Verſ. 10. Μὴ δὲ προσέλθῃ σοι πρὸς τοῦτον τοῦτο ποιοῦντι. » Lego, Μηδὲ προσέλθῃ σοί ποτε. « CORAY, *ibid.* — Perincommode ſane iſto loco poſita πρὸς praepoſitio videri debet, quam tamen cum editis uterque noſter codex mstus agnoſcit: ubi quidem nullo pacto ferri poteſt, niſi ποιοῦντι abſolute poſitum accipias, ſubintellecto pronomine αὐτὸ, *dum illud paras:* aut niſi πονοῦντι, pro ποιοῦντι, legas; *dum in eo occupatus es.*

Verſ. 14. Integritatem ſanitatemque illius verſus,

c ὄξει τε ῥαίνοντες ὑγρῷ καὶ σιλφίου ἅλμῃ:

minime equidem praeſtiterim. Prorſus autem nihil variant libri.

Verſ. 15 *ſq.*

τῶν δὲ πετραίων ἰχθυδίων τῶν τρισκαταράτων,
πάντων εἰσὶν ἄριστοι ἐπισταμένως διαθεῖναι.

In hanc ſcripturam cum editis conſentit ms. *A.* niſi quod vulgo poſt τρισκαταράτων nulla interponatur diſtinctio; quam ibi nos poſuimus, quo πάντων ad ἄριστοι referretur, non ad ἰχθυδίων. Sed ſive teneas ibi diſtinctionem, ſive tollas; haud facile dixeris, quaenam ſit naturalis verborum iſtorum ſtructura, & unde praeſertim pendeant illi genitivi τῶν πετραίων ἰχθυδίων, niſi fortaſſe ex ſequente dein verſu huc quodammodo trahi ſubintelligique poſſit πολλὰς ἰδέας. Satis commodum foret ἐπιστήμονες, quod ms. *Ep.* habet, ut genitivi iſti ab ipſo hoc nomine ἐπιστήμονες penderent, & ad verbum διαθεῖναι intelligeretur accuſativus αὐτούς. Sed ſic rurſus difficultatem movebat vox ἄριστοι: niſi ἐπιστήμονες poſſit veluti quoddam ſubſtantivum nomen accipi, cui tamquam adiectivum iungatur ἄριστοι, ut ἄριστοι ἐπιστήμονες valeat id quod gallice diceremus *les meilleurs connoiſſeurs*. Sed poterunt etiam genitivi, τῶν δὲ πετραίων &c. intelligi per ellipſin praepoſitionis περὶ aut ἕνεκα poſiti, hoc ſenſu, *Quod ad illos piſciculos adtinet*: qua ratione percommode locum ſuum tuebitur ſcriptura ἐπισταμένως.

Poſtremum verſum, ὀψαρίων τεύχειν γλίσχρων ἡδυσματολήρων, latine ſic reddidit Dalecamp. (*multas ſpecies*) *adornare parvulorum obſoniorum ſcitamentorumque nugatoriorum.* Villebrune: *pour préparer proprement nombre de petits plats, & toutes ces friandes bagatelles páteuſes.* In ms. *Ep.* eſt ἡδυσμάτων λήρων duabus vocibus; nec ſententiâ commodâ, & reclamante metro.

AD CAP. LXXXVII.

Καὶ Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ἱππεῦσι. Καὶ Ἀριστ. ἐν Ἱππ. ms. *A.* cum edd. Καὶ Ἀριστ. δ' Ἱππεῦσι ms. *Epit.* Vide Comici Equit. 360. & ibi Interpretes. *Mox*, poſt ὅταν omnino λέγῃ fuit corrigendum, ubi λέγει erat editum praeeunte ms. *A.* quo in codice nimis frequenter ει & η

inter se permutantur. *Paulo post*, ἐν δὲ Λημναίοις re- d cte edd. Perperam Λήμναις h. l. ms. *A*. Idem codex dein non minus vitiose κρανεῖον, pro κρανίον.

καὶ Εὔβουλος δ' ἐν Τιτθαῖς. »*Nutricum* EUBULI va- »riis locis meminit Deipnosophista.« CASAUB. — Τιτθαῖς circumflexâ ultimâ dedit ms. *A*. Vide ad III. 106. a. Anim-adv. T. II. pag. 226. Erant autem *Eubuli verba*, veluti solutâ oratione, corrupte sic scripta vulgo: μὴ πολυτε- λῶς, ἀλλὰ καθαρίως, ὅτι † ἐναννοσίας ἕνεκα σπιδία ἢ τευθίδια πλεκτάνια τὰ μικρὰ πολύποδος νῦστιν τινὰ μή- τραν χωριάπυον λάβρακος κρανίον εὐμέγεθες. Ad quem locum hae sunt animadversiones CASAUBONI: »Libro »secundo [II. 65. d.] ex alio poëta similis huic locus »citatur:

»Τί οὖν ἀγοράζω; φράζε γάρ. μὴ πολυτελῶς,
»ἀλλὰ καθαρίως. —

»At libro octavo [pag. 359. b.] simillima his ex Philip- »po comico recitantur: unde emendari debent reliqua »huius testimonii, quae depravatissima sic scribuntur hoc »loco, ὅτι † ἐναννοσίας [immo ἐνανησίας habent edi- »tiones omnes] ἕνεκα σπιδ. &c. Viri docti conati sunt »medicinam facere vulneri huic coniecturis suis: frustra; »nam e libro octavo scribendum sine controversia, ὅ, »τι ἂν ὀσίας ἕνεκ' ἀρκεῖ. Sic enim illo in loco au- »ctor: Ἥδιστος δέ ἐστι καὶ ὁ παρὰ τῷ αὐτῷ ποιητῇ (Φι- »λίππῳ) ἐν τοῖς Ὀβελιαφόροις νεανίσκος, κατασμικρύνων »ἅπαντα τὰ περὶ τὴν ὀψωνίαν, καὶ λέγων ὧδε· Ἀλλ' »ἀγόρασον εὐτελῶς· ὅ, τι οὖν γὰρ ἱκανόν ἐστι. φράζε δή »ποτε. Μὴ πολυτελῶς, ἀλλὰ καθαρίως ὅ, τι ἂν ὀσίας ἕνε- »κα ἀρκεῖ· τευθίδια, σπιδία. Hactenus eadem verba in »utroque poëta: caetera sunt diversa. Uter prior scripse- »rit, Eubulus, an Philippus, mitto quaerere: alterum »certe ab altero versus aliquot esse mutuatum claret. Sed »illud puto verius, quod libro sequente dicturi sumus cap. »XV. [ad VIII. 359. b.] Ὀσίας ἕνεκα, pro eo quod La- »tinis, *dicis caussa*, translatitium est. In ampliss. *Mes- »saei codice* ita est, ὅ τι ἐαννοσίας ἕνεκα. Distingue »male iunctas literas, ὅ τι ἐὰν ᾖ ὀσίας ἕνεκα: quod idem »est cum emendatione nostra.« [Ista, de *cod. Messaei* in »*Addendis* adiecta sunt.] »χωριάπυον, quod scriptum »est in testimonio Eubuli, nihil significat: sed scribendum, »χόρια, πυὸν, aut πυάνιον. Hesychius: Πυάνιον· τὸ

d »διὰ τοῦ γάλακτος ῥόφημα· οἱ δὲ πανσπερμίαν ἑψημένην »ἐν γλυκεῖ.«

Sic ille: qui de conſtituendo quidem metro hîc non cogitaverat. Alioquin monuiſſet, primo verſu non καθαρίως ſcriptum oportuiſſe, quod hîc quidem (quod ſciam) ms. *A.* cum editis habet: ſed καθαρείως, de quo dixi ad II. 65. d. quodque ipſum lib. VIII. p. 359. a. rurſus habet codex *Epit.* qui hîc quidem totum Eubuli teſtimonium neglexit: tum vero etiam intellecturus fuiſſet, primum verſum non in ὅ τι ἂν terminari poſſe, ſed vel ὅττι ἂν oportuiſſe, quemadmodum ipſe pag. 359. edidit; vel potius ὅ τι ἂν ᾖ, quod & in mendoſa editorum librorum ſcriptura haud obſcure latebat, & magis etiam aperte in ſcriptura codicis Meſſaei (cum qua conſentit noſter ms. *A.*) continebatur. Sic ergo prodibat *primus verſus*:

Μὴ πολυτελῶς, ἀλλὰ καθαρείως, ὅ τι ἂν ᾖ.

In *verſ.* 2. nil opus eſſe iudicavi, ut ex p. 359. verbum ἀρκεῖ huc transduceretur. Poterat alter poëtarum illud verbum adiicere, alter praetermittere, ſalvâ utrobique ſententiâ, ſalvoque metro, de quo ad alterum locum dicturus ſum. Nam hîc quidem antepenultima ſyllaba diminutivorum σηπίδια & τευθίδια recte producitur, quemadmodum II. 65. d. & VII. 324. b. Conf. Brunckii Fragm. Ariſtoph. pag. 241. num. 4.

In *tertio verſu*:

πλεκτάνια τὰ μικρὰ πολύποδος, νῆστίν τινα,

metro utcumque conſtat ratio. Sed tres deinceps pedes triſyllabi parum ſuavem efficiunt rhythmum, multo commodiorem futurum, ſi ſuſtuleris τὰ articulum; qui & alioquin alieno loco hîc ſtare videtur. Quod vero ait νῆστίν τινα, Graecum nomen *neſtin* in latina verſione tenui, cum incertus eſſem, piſcem-ne *mugilem* dixerit poëta, quem νῆστιν Atticis nominari ſolitum ſupra docuit Noſter; an *inteſtinum* illud *ieiunum*, in cibum adhiberi ſolitum, de quo dictum eſt ad III. 106. c. Animadv. T. II. pag. 147.

Quarto verſu, pro mendoſo χωριάπυον (quod ſic quidem etiam in ms. *A.* ſed ibi nullo accentu notatum) haud dubie Caſauboni emendatio χόρια, πυὸν fuit adoptanda. Eodem modo iunguntur χόριον & πυὸς, III. 104. f. ad quem locum vide notata, Animadv. T. II. p. 220. (ubi quod ignorare me profeſſus ſum, Villebrunius unde hauſerit, quod χόριον, ubi de cibo agitur, non mo-

do *placentae* quoddam genus significet, sed & *intestinum* d *variis rebus fartum;* animadverti interim, a FOESIO in Oeconom. Hippr. pag. 604 sub fin. nonnihil, quod eo trahi possit, adnotatum: »Χόρια (inquit) etiam *intestina* dici »videntur. *Chorias* latine dixit Plautus in Curculione, »pro intestinis aut interaneis: *Radices cordis pereunt, cho-*»*riae omnes dolent.*«) Pari modo iungi debuisse videntur eadem duo vocabula in illo Anaxandridae anapaestico dimetro, IV. 131. d. vs. 43.

μέλιτος, τυροῦ, χορίων, πυρῶν.

ubi (quod me, cum illum tractarem locum, praeterierat) pro πυρῶν haud dubie aut πυῶν aut πυοῦ scripserat poëta: producti enim solitam penultimam vocis πυὸς, (quod hîc quidem ex versu non adparebat,) manifestum erat in altero loco, III. 104. f. de quo ibi in Animadv. monui. Earum nomina pariter iuncta habes, IX. 372. c.

De *ARCHIPPI* ecloga copiosius, quam necesse erat, e a nobis disputatum est ad VI. 227. a. ubi eadem a Deipnosophista adponebatur. Et ibi quidem in contextu *tertium versum* perperam a me digestum esse intelligo; &, quae de metro eiusdem versus in Animadv. dixi, eorum nonnulla indicta velim, quippe eo me ibi deceptum intelligens, quod in λάβρακας *penultimam*, quam constanter *producunt* Graeci, pro *brevi* habuerim. Percommode igitur ibi vulgo, non ut hîc, καὶ τοὺς λάβρακας ἐντερεύων, sed καὶ λάβρακας ἐντέρων, scribitur, omisso ad λάβρακας articulo, quemadmodum & ad γαλεοὺς nullus adiectus articulus. Unde talis prodibat versus,

γαλεούς τε πωλεῖ καὶ λάβρακας ἐντέρων.

percommode sane fluens ad metri rationem. Cuius versus quum esset obscurior sententia, consulto eam hoc loco, neglecto quidem metro, istis verbis declarare voluisse videtur Deipnosophista, καὶ τοὺς λάβρακας ἐντερεύων: ubi ἐντερεύων, ut a viris doctis observatum, ἐξεντερεύων valet, id est, *exenterans;* quod quo pacto intelligendum sit, *exenteratos labraces vendi solitos ab improbo illo piscario*, superiori loco declaravimus. Superest ut videamus, an omnino, aut quo pacto, eadem sententia in ista scriptura, quam a poëtae manu profectam probabile est, καὶ λάβρακας ἐντέρων, censeri possit inesse. At id quidem qui possit non video servatâ superioris versus scripturâ, qualem hîc cum editis codex *A.* dabat,

e κάπηλος Ἑρμαῖος, ὃς βίᾳ δέρων ῥίνας.

Neque quidquam nos iuvat levis varietas ſcripturae, quae pag. 227. obtinet, ubi Ἑρμαιός ἐστιν βίᾳ dabat idem cod. *A.* cum edd. Illud unum ibi paulo commodius, quod Ἑρμαιος cum accentu in antepenultima ſcribitur; quam ſcripturam hîc quoque codex *Epit.* dedit. Taceo quod hîc rurſus, ſicut ibi, non ῥίνας, ſed ῥῖνας penultimâ circumflexâ ſcribitur in cod. *A.* quaſi eſſet accuſativus pluralis vocabuli ῥὶν, *nares*: quod prorſus ab hoc loco alienum. Sed lucis ſcintillam hîc nobis offerre videtur codicis *Ep.* ſcriptura ῥίνου: quae fortaſſe vero propior fuerit, quam olim nobis viſum erat; ita quidem, ut, ſi ſolum accentu mutato ῥίνοῦ legamus, ipſum verum forſitan exhibere cenſenda ſit. Sic iam non ῥίνας *piſces* (id eſt, *ſquatinas*) nominaverit poëta, ſed ſolos γαλεοὺς piſces & λάβρακας: ſtructura autem naturalis verborum in hunc modum fuerit concipienda, ὃς πωλεῖ γαλεούς τε καὶ λάβρακας, βίᾳ δέρων γαλεοὺς ῥίνοῦ, καὶ λάβρακας ἑντέρων. Et ſententia quidem (niſi quod *ſquatinarum* abſit mentio) eadem manebit, quae loco ſuperiore a nobis declarata eſt: *qui galeosque labracesque vendit, vi nudans iſtos pelle, hos inteſtinis.* Sic verbum δέρων, quod proprie quidem & ſigillatim *excoriare, pelle nudare* ſignificat, hîc notione magis generali *nudandi* fuerit accipiendum, quo ſimul & ad *detractionem pellis*, & ad *exemtionem inteſtinorum* poſſit referri. Et a generaliori quadam *nudandi* notione in illo verbo non admodum abhorruiſſe ſermonis Graeci uſum, fidem fortaſſe fecerit id quod in compoſito verbo ἀναδέρω reperimus; quod quidem plane in eamdem ſententiam Heſychius interpretatur: Ἀναδέρειν· γυμνοῦν. Quam interpretationem ſi quis cum Küſtero (in Notis ad Heſych.) non niſi in obſcoenam partem accipiendam ſtatuerit, opponere huic poterimus & Ariſtophanis & Luciani auctoritatem. Certe apud Lucian. in Pſeudologiſta, cap. 20. ἀναδέρειν manifeſte ſignificat *nudare, aperire, revelare*, nempe turpia facta, quae alter tecta & occulta manere maluiſſet: ſimiliterque apud Ariſtophanem idem verbum ἀναδέρειν partim per προφέρειν, partim per ἀνακαλύπτειν, (*nudare & expromere mentem, aperte loqui*,) a gloſſatoribus expoſitum eſſe docuit BRUNCK ad Comici Ran. 1106. Una quidem vel ſic ſupereſt difficultas: quod, ob ſyllabam ῥι in ῥίνὸς (*pellis*) productam, non poteſt illud vo-

cabulum terminare iambicum ſenarium. At eâdem diffi- e
cultate vocabulum ῥίνας premitur, quod & ipſum penul-
timam longam habet. Cui incommodo medebimur, ſi
transpoſitis verbis legamus,

— — ὃς βίᾳ ῥινοῦ δέρων.

AD CAP. LXXXVIII.

Λάτος. »Λάτος, opinor, verae Graeciae fuit incogni-
»tus: & id nomen, niſi fallor, vel Italicum vel Aegy-
»ptiacum.« CASAUB.

ARCHESTRATI verſ. 1. ἐν Ἰταλίῃ πολυδένδρῳ, *in Italia* f
arboribus abundante. Subinde illud epitheton Italiae tribu-
tum obſervare licet. Etiam Hiſtoriarum ſcriptor Appia-
nus εὔξυλον *Italiam* dixit, de Bello Annibal. cap. 58.

τὸ μέγεθος εὑρίσκονται καὶ ὑπὲρ διακοσίας λίτρας ἔχον-
τες. » Malim ἕλκοντες. Plato in Mino, T. VI. p. 129
»ſq. ed. Bip. πότερον τὰ πλείονα ἕλκοντα βαρύτερα νομίζε-
»ται.« CORAY, *in Notis msstis.* — Aptius utique huic
loco verbum, ἕλκειν: de quo conf. Lexic. Polyb. pag.
203. n. 4. aut ἄγειν, quod habes VIII. 331. b.

τῷ κατὰ τὸν Ἴστρον γινομένῳ γλάνιδι. Γλάνις, Plinio
ſilurus: de quo praeter Gesnerum, in voc. *Glanis*, viden-
dus Salmaſius, Exercit. Plin. pag. 739 ſq.

φέρει δὲ καὶ τοὺς Μαιώτας καλουμένους. A ſingulari ὁ a
Μαιώτης: cuius piſcis etiam meminit Stephanus Byz. in
Μαιῶται. *Ibid.* εἰσὶ δὲ πολλοὶ περὶ τὸν Πόντον, φέροντες
τὴν ὀνομασίαν ἀπὸ τῆς λίμνης τῆς Μαιώτιδος. » Verte iſta:
»*Multi ſunt* maeotae *in Ponto; ſic dicti a palude Maeotide.*
»Nam ineptum eſt dicere, multa Ponticorum piſcium ge-
»nera a Maeotide palude inveniſſe nomen: unus enim
»*maeota* fuit.« CASAUBONUS. — Nempe minus commode
verterat Dalecamp. *In Ponto quidem multis piſcibus a Maeo-
tide palude nomen eſt tributum.* Percommode vero Epitoma-
tor: οἳ (ſcil. μαιῶται) πολλοὶ περὶ τὸν Πόντον εἰσί.

Νειλαῖοι δέ εἰσιν ἰχθύες. Poſſeſſivi nominis forma
Νειλῷοι, quam habet hoc loco codex Epitomae, neſcio
an ſequiori aevo propria fuerit. Holſtenius quidem ad
Steph. Byz. pag. 221. ex Tzetzae Chiliadibus eam citat,
quaſi vix alibi occurrentem. Quod adiicit auctor, εἴ γε
τι μνημονεύειν δύναμαι, πολυετῆ τὴν ἀποδημίαν ἔχων, mal-
les fortaſſe ἄγων pro ἔχων, ſed & iſtud ferendum. Caete-

a rum, ad rem quod ſpectat; quod ait, *iam a multis inde annis domo ſe abeſſe*, id notandum in perpaucis momentis quae de vita Athenaei ad notitiam noſtram pervenerunt. Nam ex illis verbis intelligitur, non modo in patria urbe *Naucrati*, ſed ne *Alexandriae* quidem vitam degiſſe, verum *extra Aegyptum*. Quanam autem in urbe ſedem fortunarum maxime fixam habuerit, Romae-ne, an Athenis, an alia in urbe, id vero incertum: ſed, *Romae* vixiſſe, probabile eſt.

νάρκη μὲν ἡ ἠδίστη &c. Articulum, vocabulo *ἠδίστη* opportune praepoſitum, dedit codex mstus uterque. Adnotavit h. l. CASAUBONUS: »Conferenda cum ſequente »laterculo *Niliacorum piſcium* verba Geographi libro ulti»mo: [Strab. lib. XVII. pag. 823.] Ἰχθύες ἐν τῷ Νείλῳ »πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι, χαρακτῆρα ἴδιον ἔχοντες καὶ ἐπι»χώριον· γνωριμώτατοι δὲ ὅ τε ὀξύρυγχος, καὶ ὁ λεπιδω»τὸς, καὶ λάτης, (fortaſſe λάτος) καὶ ἀλάβης, (noſter »ἀλλάβης) καὶ κορακῖνος, καὶ χοῖρος, καὶ φαγρώριος, ὃν καὶ »φάγρον καλοῦσιν· ἔτι σίλουρος, κιθαρὸς, Ῥίσσα, κεστρεύς· »ὀστρακίων δίλυχνος, (malim δὲ λύχνος) φύσα, βοῦς, »κοχλίαι μεγάλοι, φωνὴν ὁλολυγοῦσιν ὁμοίαν φθεγγόμενοι. »Athenaeus quosdam nominat indictos Straboni; in his »*ſimum*: non enim debet accipi ἐπιθετικῶς nomen σιμός: »ac rectius ſcribunt alii σίμος. — Nempe, accentu diſtingui *nomen piſcis* ab *adiectivo*, monuit Euſtathius, ad Iliad. μ'. pag. 867, 38 ſq. ubi, σίμος μὲν, inquit, ὁ ἰχθύς· σιμὸς δὲ, τὸ ἐπίθετον. Eamdem diſtinctionem ſtatuiſſe Cyrillum adnotavit H. Stephanus, Theſ. T. III. pag. 784. h. At acutam ſcripturam, σιμὸς, tenent apud Athenaeum ambo noſtri codices mssti cum editis; pariterque σιμοί τε editur apud Oppianum, Halieut. I. 170. in Rittershuſii quidem editione, quae nunc una nobis ad manus eſt.

AD CAP. LXXXIX.

b Λειόβατος. Οὗτος καλεῖται καὶ ῥίνη. »Non iniuriâ iſta »negotium faciunt: nam certum eſt, ῥίνην ſive *ſquatinam* »neque eſſe *liobatum*, neque eam appellationem admitte»re. In libris tamen chirographis nulla omnino varietas.« CASAUBONUS. — Λειόβατος latine ad verbum *Raia laevis* redditur; de qua vide Rondelet, apud Gesner. pag. 790 ſq. & Camus, in Notis ad Ariſtot. Hiſt. Anim. pag. 717. ſub voce *Raie-liſſe*. Pro iſtis verbis, Οὗτος καλεῖται καὶ

ῥίνη, id eſt, *Hic vocatur etiam rhine*, ſeu *ſquatina*, haec la- b
tina poſuerat Dalecampius: *Squatinam etiam Baton, id eſt Raiam, vocant:* adiectâ in orâ Notâ: »Corruptus hic »eſſe locus videtur.« — Ῥίνη quidem, (latine *ſquatina*) diverſus utique piſcis eſt; quem ſeorſim infra commemorat Noſter, pag. 319. d. e. Memoratur tamen etiam aliquis ῥινόβατος dictus piſcis, quem ex *raiae cum ſquatina* coitu natum exiſtimarunt veteres: de quo vide Rondelet & Gesnerum, pag. 903 ſq. & Camus pag. 478 ſq.

Πλάτων, Σοφισταῖς. »Libro decimo [pag. 422. f.] »inſcribitur haec comoedia Σοφισταὶ, ut apud Harpocratio»nem: Ἀπόλυξις, εἷς τῶν τριάκοντα συγγραφέων, ὧν Πλά»των κωμῳδεῖ ἐν Σοφιστῇ. At Pollux libro VII. c. XXIII. »& libro X. cap. XL. item Scholiaſtes Ariſtophanis ad »Veſpas, Σοφιστὰς, ut hìc: quo etiam modo Platonem »philoſophum dialogorum ſuorum unum inſcripſiſſe no»tum eſt.« CASAUBONUS.

In *PLATONIS* verſu, cum καὶ λειόβατος eſſet editum, monuit CASAUB. *in Animadverſionibus:* »Melius κἀν λειό»βατος.« — Nempe ſic veteres libri: ſic certe noſter ms. *A.* In *Ep.* quidem haec deſunt.

AD CAP. XC.

Μύραιναι. Θεόφραστος ἐν τῷ πέμπτῳ περὶ τῶν ἐν τῷ Ξηρῷ διαιτωμένων. Sic, ἐν τῷ πέμπτῳ, dedit ms. *A.* Eamdem in ſententiam ἐν πέμπτῳ absque articulo editum erat; ubi monuit CASAUBONUS: »Ex Diogene Laër»tio [V. 43.] ſcribendum, ἐν τῷ Περὶ τῶν. Nam eo au»ctore fuit *liber ſingularis*, quem eo argumento Theophra»ſtus ediderat: aut pro α'. alia numeri nota apud illum »reſtituenda. Extat hodieque inter Theophraſti opera li»bellus, Περὶ Ἰχθύων inſcriptus; quem illum ipſum eſſe, »aut eius ἀποσπασμάτιον, nemo dubitabit qui legerit. »Sed titulus male vulgo concipitur & imperfecte: qua »de re dicemus aliquando, ſi longioris vitae uſura nobis »conceditur, cum eum auctorem edemus a nobis recen»ſitum. Caeterum in hac ſententia nihil Theophraſto pro»prium: nam multo ante eadem ſcripſerat eius Praece»ptor non uno loco, ut libro IV. DE Partibus, cap. 13. »Sane ex his verbis Theophraſti, διὰ τὸ μικρὰ ἔχειν τὰ »βραγχία, καὶ ὀλίγον δέχεσθαι τὸ ὑγρὸν, veram & pri-

»mam cauſſam capere non eſt, *cur anguillae & muraenae* »*extra aquam diutius poſſint vivere.*« Melius Ariſtoteles: οὐ »γὰρ πολλῆς δέονται καταψύξεως. Nam quia internum ca»lorem habent hi piſces imbecillum, propterea refrigera»tione multa opus non habent, quae in piſcibus eſt inſtar »reſpirationis: ὥσπερ γὰρ πρὸς ἐκπνοὴν ἡ τῶν βραγχίων »φύσις, inquit Philoſophus. Atque haec eſt cauſſa, cur »branchias paucas, parvas, & minus firmas eis natura »dederit: quae neque fruſtra quicquam facit, neque ſu»perfluum.« Sic ille. — Nos haec talia iis viris disceptan·da iudicandaque relinquimus, qui ex inſtituto ſcrutandae rerum naturae operam navant. De vocab. βραγχία notavimus nonnihil ad pag. 277. e.

c Ἀριστοτέλης δὲ, ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων. »Pro ἐν »πέμπτῳ ζώων μορίων, invenimus in optimis quibusdam »libris, ἐν δευτέρῳ ζώων μορ. Reſpicit *Hiſtoriarum li»brum quintum*, cap. X.« Casaubonus. — Diceres, in aliis quibusdam libris, aut in uno quodam certe, eam ſcripturam reperiſſe Caſaubonum, quae ab eo edita eſt, ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων. At ea tamen, verum ſi quaeris, nullo in vetere libro hodie reperitur. Uterque quidem noſter codex mstus cum ed. Ven. perſpicue ſic habet, ἐν δευτέρῳ Ζώων Μορίων: pro quo editor Baſileenſis (cuius exemplum Dalecampius in verſione ſecutus eſt) ἐν πέμπτῳ Ζώων edidit, omiſſa voce Μορίων. Quoniam vero, quae hic adferuntur, leguntur in eodem Philoſophi libro, (Hiſtor. V. 10.) quem conſtanter aliâs *Quintum De Partibus Animalium* indigetare ſolet Noſter, tenendum putavi id quod a Caſaubono editum inveni. Conf. Notata ad p. 304. c.

Ἐπίχαρμος - - χωρὶς τοῦ σ μυραίνας αὐτὰς καλεῖ. Diceres, monuiſſe Deipnoſophiſtam paulo ante σμύραιναν praepoſitâ σ literâ ſcripſiſſe Ariſtotelem: & ſic quidem plerisque in locis editum in Philoſophi ſcriptis, ſubinde vero etiam nude μύραινα: quod quidem perinde erat, niſi quod amarint fere Attici literam σ praeponere iſti vocabulo, ſicut aliis multis ab μ incipientibus.

Οὔτε γόγγρων τις παχήων &c. »Peccarunt ſolennia »librarii imperiti in *Epicharmi* chria, Οὔτε γόγγρων τε »παχέων, οὔτε μύραινα νάπης. Scribo, οὔτε μυραινᾶν τι »πᾶ. *Nihil quidquam congrorum illorum pinguium, neque et»iam muraenarum:* ſcilicet, *reliquum factum eſt*, aut neſcio »quid aliud.« Casaubonus. — Maiorem verſus partem

multo felicius curavit KOEN, ad Gregor. Corinth. de Dialect. pag. 119. in hunc modum: c

Οὔτε γόγγρων τι παχήων, οὔτε μυραινᾶν ἀπῆς.

Denique cum etiam sic ad iustam mensuram nonnihil desideraretur, τις pro τι ponendum monuit TOUP, ad Theocrit. pag. 396. Quorum virorum monitis obsecutus sum. De vocula τι tamen videndum puto, ne, ubi *emphaticâ* quadam *ratione* (uti hoc loco) posita est, & *quidquam* significat, producere ancipitem vocalem potuerit, sicut iota paragogicum in οὑτοσὶ, τοδὶ & similibus. Codex *A.* ab edita scriptura nil recedit: Epitomator vero, suo more, breviter: Ἐπίχαρμος δὲ καὶ Σώφρων χωρὶς τοῦ σ̃ μυραίνας ταύτας καλεῖ.

Πλάτων δὲ ἢ Κάνθαρος ἐν τῇ Συμμαχίᾳ. »Similis, cum »in his libris [II. 68. b. VII. 314. a.] tum apud Harpo»crationem, dubitatio. Ὀρνιθευτὴς, ait, ὁ ὀρνιθοθήρας. Δεί»ναρχος κατὰ Προξένου, καὶ Πλάτων ἢ Κάνθαρος Συμμα»χίᾳ.« CASAUBONUS.

τῷ ὀνίσκῳ τῷ καλουμένῳ γαλλαρίᾳ. Sic codex ms. uter- d
que cum editis. Confer pag. 315. f.

Ἀνδρέας δὲ, ἐν τῷ περὶ Δακέτων. Perperam περὶ Δακετῶν ed. Cas. Recte vero Δακέτων penacute ed. Ven. & Bas. cum msstis. Conf. pag. 314. b. Ad *ANDREAE* verba, quae deinde citantur, adnotavit nonnihil SALMASIUS, ad Tertullian. DE Pallio, pag. 444. & 447. nec tamen ad levandam difficultatem multum contulit, qua premitur hic locus. Quod nos edidimus, εἶναι δ' αὐτὰς ἧττον περιφερεῖς καὶ ποικίλας, id eodem prorsus modo dedit noster ms. *Epit.* In ms. *A.* vero est, εἶναι δ' αὐτὰς ἧττον καὶ περιφερεῖς ποικίλας: quod quo pacto ferri posset, non vidi. Rursus aliter habebant editiones omnes: εἶναι δ' αὐτὰς ἧττονας καὶ περιφερεῖς ποικίλας: ubi, ut taceam, invitis vetustis libris invectam esse scripturam ἧττονας pro ἧττον, ne id quidem quod sequitur, καὶ περιφερεῖς ποικίλας, isti scripturae conveniebat; nam aut περιφερείᾳ ποικίλας oportebat, id est, *in circuitu variegatas*, aut καὶ περιφερεῖς καὶ ποικίλας, aut nude περιφερεῖς καὶ ποικίλας, mutatâ solummodo sede vocalae καὶ, aut denique sublatâ prorsus copulâ, ἧττονας, περιφερεῖς, ποικίλας. Eo modo, quem postremum commemoravi, GESNERUS pag. 576 med. locum hunc acceperat, tacens quidem Graeca verba, sed latine sic reddens: »*Andreas in libro de his quo-*

d »*rum Venenatus eſt Morſus, ait, Muraenas quae ex mare vi-*
»*pera genitae ſunt, morſu interficere: ipſas verò eſſe minores,*
»*rotundas, varias.*« Pariter Dalecamp: *eſſeque minores ipſas, rotundas, maculoſas.* Similiter Natalis Comes, niſi quod περιφερεῖς imperite interpretatus eſt quaſi eſſet ἐμφερεῖς: *atque has minores eſſe, ſimiles, & variatas.*

Νίκανδρος δὲ, ἐν Θηριακῷ. Sic h. l. ms. *A.* cum edd. Eamdem ſcripturam debuiſſe videtur ſcriba cod. *Epit.* ſed ibi poſtrema vocalis vocabuli, pro more illius calligraphi, non expreſſa eſt. Caeterum nonniſi duos poſtremos verſus adpoſuit Epitomator, ſic ſcribens: Καὶ Νίκανδρος δ' ἐν Θηριακῷ (ſive Θηριακοῖς) τοιοῦτόν τι περὶ αὐτῶν φησι, καὶ ἀμφιβάλλων τὴν μετὰ τῶν ἔχεων μίξιν αὐτῶν· εἰ ἔτυμον τοῦτο, λέγων, κείνην σὺν οὐλοβόροις ἐχίεσσι δόρυσθαι, προλιποῦσαν ἄλὸς νόμον. Exſtant autem verſus hîc citati, in *NICANDRI Theriacis*, num. 823 ſqq. De corrigendis vulgatae apud Athenaeum ſcripturae mendis ſic monuit CASAUBONUS: »In *primo verſu NICANDRI*, ſcribe [ut editur »apud poëtam] ἐπεὶ μογεροὺς ἁλιῆας, non ἐπί. Et in *ſe-*»*cundo*, ἐμβρύξασα melius editiones eius poëtae quam »ἐκβρύξασα. In *tertio*, ἐχετλίου ἐξαναδῦσα, *pro-*»*rumpens e receptaculo piſcium in navi.* At Dalecampius, »ἐχελλίου vel ἐχυλλίου, vel neſcio quid aliud: vertit enim, »*quae e vipera prognata eſt.* Audiamus veterem Nicandri in-»terpretem: Ἐχέτλιον, τόπος τοῦ πλοίου, ὅπου τοὺς ἰχθῦς »τιθέασι καὶ συλλέγουσι.« — Eodem *verſ.* 3. φυζηθέντας & ἐχετλίου (pro φυσηθ. & ἐχέταιον, quae ex mſstis tenuerat editio Ven.) iam ante Caſaubonum ex Nicandri edita ſcriptura correxerat editor Baſileenſis. Sed teneri fortaſſe debuerat accuſativus ἐχέτλιον, qui in corrupto ἐχέταιον perſpicue continetur; verbum quidem ἀναδῦναι cum quarto caſu conſtrui poterat.

Verſ. 4. εἰ ἔτυμον. Sic, nullâ poſt εἰ interpoſitâ coniunctiva particula, habet ed. Ven. cum mſstis. εἰ δ' ἔτυμον e vulgata apud Nicandr. lectione recepit ed. Baſ. indeque tenuit Caſ. Commodius vero apud Nicandrum in codice ms. Mediceo ſcribitur εἴ γ' ἔτυμον. *Ibid.* σὺν οὐλοβόροις ἐχίεσσι. Sic ed. Ven. cum utroque noſtro codice mſto: quod mutare nefas duxi. Vide Not. ad p. 304. f.

e Ἀνδρέας δὲ - - ψεῦδός φησιν εἶναι τὸ μύραιναν ἔχει μίγνυσθαι. ἔχει, pro ἔχιι, quod erat editum, dedit mſtus uterque. — »*ANDREAM*, DE Falſo-creditis, in eam-

» dem rem laudat vetus Nicandri interpres: φησὶ δὲ ὁ Ἀν- e
» δρέας, ψευδὲς εἶναι· καὶ μήτε τὴν μύραιναν προϊέναι, μή-
» τε τὸν ἔχιν παρέναλον διατρίβειν. Aliis verbis haec Athe-
» naeus: οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τενάγους ἔχεις νέμεσθαι, φιλησοῦν-
» τας λιμώδεσιν ἐρημίαις. *Non enim in coenoſis locis de-*
» *gere viperas; quae loca ſola ament ubi nihil eorum inveniatur*
» *quibus fames ſedatur.* Ita interpretor λιμώδεις ἐρημίας,
» quando in omnibus omnino libris ſcriptura iſta ſervatur.
» Et iuvat quod ſcribit Plinius, [VIII. 39, 59.] *viperas vel*
» *annua fame durare.* Ariſtoteles [Hiſt. Anim. VIII. 15.]
» ſcribit, *ſolas viperas latitare ſub ſaxis, cum alii ſerpentes in*
» *terram ſe condant:* οἱ μὲν ἄλλοι ὄφεις ἐν τῇ γῇ φωλεύου-
» σιν· αἱ δὲ ἔχιδναι ὑπὸ τὰς πέτρας. Pugnant cum hac
» ſententia Plinii verba: [ibid.] *Serpentium vipera ſola terrâ*
» *dicitur condi: caeterae arborum aut ſaxorum cavis.* Superiori
» Andreae ἀποφάνσει opponit Athenaeus *SOSTRATI* au-
» ctoritatem; quem ait συγκατατίθεσθαι τῇ μίξει, id eſt,
» *ſentire cum vulgo, muraenas coitu ſerpentum impleri:* quod &
» alii multi ſcribunt, Archelaus, [apud Nicandri Scholia-
» ſten] Aelianus, [Nat. Anim. I. 50.] Oppianus, [Halieut.
» I. 554.] Baſilius, & ex eo Ambroſius, item alii. « CASAU-
BONUS. Conf. Harduin. ad Plin. IX. 23, 39. — Quod ſi
carmine ſcripſiſſet *ANDREAS* Medicus, haud aegre voca-
bulum λιμώδεσιν tuliſſem, quo uti poëta potuiſſet,
cum *arida, ſteriliaque deſerta* dicere voluiſſet. Nunc vix du-
bito, quin ἀμμώδεσιν ſcripſerit auctor, *arenoſa de-*
ſerta dicens; quemadmodum corrigendum monuit TOUP,
in Curis Noviſſ. in Suidam p. m. 213. qui ait, iam a SCA-
LIGERO (neſcio ubi; forſan in Notis ad Ariſtot. Hiſtor.
Anim.) id fuiſſe adnotatum. Quum tamen utcumque fer-
ri poſſe videretur vulgatum, in quod conſentit uterque
noſter codex mstus, loco movere non ſum auſus. Dale-
campius ὑλώδεσι corrigebat, *nemoroſis* vertens. Caſaubo-
num ſecutus eſt Villebrune: *des lieux déſerts où elle ſup-*
porte même longtems la faim.

AD CAP. XCI.

Ὁ δὲ μύρος, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ Ζώων Μο-
ρίων. Nude ἐν πέμπτῳ Ζώων ed. Ven. & Baſ. ſed mstorum
codicum lectionem reſtituit CASAUBONUS, monens inſu-
per in Animadv. » *ARISTOTELES*, Hiſtoriarum libro quin-

»to cap. 10. ubi ſcribitur: Ἡ γὰρ σμύραινα διαφόρως« [vocem διαφόρως omiſit in ſua editione Camus, utpote in nullo msto cod. reperiundam] »ποικίλον καὶ ἀσθενέ»στερον, &c. & Ὁ δὲ σμύρος ὁμόχρους & ἰσχυρός. Pli»nius vertit, [IX. 23, 27.] *myrus unicolor & robuſtus*: »non, ut noſtri omnes codices, ὁ δὲ μύρος λειόχρως. Mu»raenae marem Graeci vocant & μύραινον & μύρον ſive »σμύρον. Praeterea habent exemplaria philoſophi, καὶ τὸ »χρῶμα ὅμοιον ἔχει τῇ πίτυϊ, melius & verius quam no»ſtra, ὅμοιον ἔχει ἴϋγγι.« — διαφέρει τῆς σμυραίνης (pro eo, quod apud Noſtrum edebatur μυραίνης) dedit f ms. *A.* λειόχρως habet uterque codex, ut edidit Caſaubonus, cum λεόχρως eſſet in ed. Ven. & Baſ. Scripturam manifeſte vitioſam, ὅλον τά τε, pro ὀδόντας τε, quam cum ed. Ven. & Baſ. tenet quidem uterque etiam mſtus, merito ex Ariſtotelicis libris correxit Caſaubonus; quibus hactenus Plinius adſentitur l. c. quod ſcribit, *dentesque extra os habet*: nempe, (quemadmodum Harduinus adnotavit) non intus tantum, ut muraena. Iam τῷ ποικίλῳ, multo ſane commodius opponitur in libris Ariſtotelicis vocabulum ὁμόχρους, quam λειόχρως in noſtris: de quo vocabulo haud abſurde quidem monuit VILLEBRUNE, non tam ad *colorem* referri, quam ad *cutem*, ſignificareque adeo *laevi cute*, quod ipſum de muraena Plinius praedicat, lib. IX. cap. 12. ſect. 14. Sed quid inde efficitur aliud, niſi quod fatendum ſit, tanto incommodiorem eſſe illam oppoſitionem e codicum noſtrorum ſcriptura? De altera autem varietate ſcripturae, utra ſit a Philoſophi manu, πίτυϊ, an ἴυγγι, addubitari etiamnum poſſe videtur. Caeterum, *myrum* a *muraena* non *ſexu*, ſed *genere* (ſive, rectius ut dicam, *ſpecie*) differre, conſentiunt hodie, quod ſciam, naturae periti. Eſtque piſcis, de quo hic agitur, *Muraena myrus* Lynnaeo, ut ad Aelian. Nat. Anim. XIV. 15. adnotavit Schneider.

εἶναι δὲ αὐτῶν γένη δύο· εἰσὶ γὰρ οἱ μὲν μέλανες, οἱ δ' ὑποπυρρίζοντες. »Haec differentia, neſcio, ſexus an ſpe»ciei ſit.« SCHNEIDER ad Aelian. l. c. — Levi mendâ, ὑποπυρίζοντες, edebatur: veram ſcripturam ὑποπυρρίζοντες (de qua iam monuerat CORAY ad Xenocr. p. 152.) dedit uterque cod. ms. Sic & ſcripſit doctiſſimus Aeliani editor, quem modo laudavi.

Ἀρχέστρατος δὲ, ὁ Ἡδονικὸς φιλόσοφος. De elogio iſto

quo haud illepide hîc *ARCHESTRATUM* prosequitur Deipnosophista, *Hedonicum* i. e. *Voluptarium philosophum* nominans, dicturi sumus nonnihil ad lib. XIII. pag. 588. a. De πλωτῇ μυραίνᾳ, quam *muraenam flutam* Romani vocabant, vide notata ad I. 4. b.

AD CAP. XCII.

Ταύτας δέ φησιν. Sic ms. *A.* cum editis. Eamdem coniunctivam particulam agnoscit ms. *Epit.* ubi sic: Εὐχυλώτεραι δ' αὗται, φησὶν Ἱκέσιος. Inde εὐχυλωτέρας per ω longum edebatur, ut scriptum in Epit. Nos praetulimus εὐχυλοτέρας, quod hîc, ut alibi, dabat ms. *A.* recte, per ο breve, ob praecedentem syllabam χυ productam.

σμαρίδας, ὧν μνημονεύειν καὶ Ἐπίχαρμον &c. b Ex membr. *A.* hoc restituimus; quo indicatur, ab ipso *Speusippo* citatum esse *EPICHARMI* testimonium. Tacet hîc *Epit.* in quâ omissa haec omnia de Epicharmo. Poëtae verba cum sic essent edita, ὀκχωρῆ βῶκας πολλοὺς καὶ σμαρίδας, monuit CASAUBONUS: »Scribe ὄκχ' ὁρῇ.« Cui quin obsequerer, cum nihil ex membranis adnotatum reperirem, non dubitavi. Sicut ὁρῆς pro ὁρᾷς dixit Theocritus V. 73. sic ὁρῇ pro ὁρᾷ Epicharmus. Dalecampius, *Annon vides*, interpretatus erat; quod Graece sonabat, Οὐχ ὁρῇς. Porro vero pro σμαρίδας scripsi μαρίδας, praeeunte ms. *A.* Quemadmodum μύραινα dixit Syracusanus poëta pro σμύραινα: sic credi potest fide vetusti codicis, dixisse eumdem μαρίδας pro σμαρίδας: nec, quoniam Athenienſis Speusippus ait, τῶν σμαρίδων meminisse *Epicharmum*, inde efficitur, Atticâ vocabuli formâ usum esse poëtam Siculum. Vidimus quidem bis apud Nostrum in eiusdem Epicharmi versu, ex Hebes Nuptiis, σμαρίδας pisces simul cum *bocibus*, quemadmodum hîc, commemoratos, pag. 286. f. & pag. 306. c. ubi nullus ex ms. *A.* dissensus ab editis notatus erat: sed potuit ibi ex praecedente voce βῶκες litera σ sequenti etiam nomini adhaerere. Video quoque a GESNERO de Aquat. pag. 523. adnotatum »*Smarides* vocari etiam *marides* Athenaeo:« at mihi quidem nullus locus, ubi in editis Athenaei exemplis scriptura ista reperiatur, nunc maxime occurrit. Caeterum sicut *SPEUSIPPUS, similes esse maenidibus smarides*, dixit: sic eosdem pisces iunxit Aristoteles Hist. Anim. VIII. 30. Conf.

b Gesnerum l. c. Hesychius vero etiam, a nonnullis pro eisdem habitos, tradit: Σμαρίδες· ἰχθύδια μικρὰ ἄριστα· οἱ δὲ, τὰς μαινίδας. De utroque piscium genere consuli possunt quae e variis virorum doctorum scriptis prudenti (ut solet) delectu adnotavit CAMUS, ad Aristot. p. 775. & p. 494 sq.

EPAENETI verba, cum sic essent edita: σμαρίδας, ἣν ἔνιοι καλέουσιν κυνὸς εὐνάς: primum, σμαρίδα in singulari, ut consentaneum erat, (de quo etiam monuit CORAY, in Notis msstis) recte dedit codex noster uterque; tum iidem codices καλοῦσι dedere, non Ionicum καλέουσι. (conf. quae infra notamus, ad pag. 328. f.) Ad verba κυνὸς εὐνὰς, DALECAMPIUS, cum in versione posuisset *Canis cubile*, haec adnotavit: »Κυνὸς »εὐνὰς, vel εὐνήν. Massarius, [scilicet in Plinii lib. IX. cap. »26. conf. Gesn. pag. 309.] *Cynossema*. Legendum puto »κυνὸς ὀσμήν: quia post coitum is piscis ferinum quippiam »oleat, instar canis marini; quemadmodum & maena mas, »ob id dictus τράγος, [conf. Gesn. p. 520 sub fin.] id est »*hircus*, cui natura simillimus.« — Ad eadem verba monuit CASAUBONUS: »Scribe κυνὸς εὐνάν. Doctorum ho»minum coniecturas respuunt antiquae manus exempla»ria. Sed de verbis Epaeneti deliberemus adhuc: nam et»iam ad finem libri [pag. 328. f.] κυνὸς εὐνὰς pertinaci»ter.« — Rursus ad eadem, CORAY in *Notis msstis*: »Forte scripsit Epaenetus κυνὸς οὐρὰς, (sive potius οὐρὰν »in accusativo) ex aliqua piscis similitudine cum *cauda ca»nis*, quam se animadvertisse vulgus credebat.« — Ego in re adeo incerta tenui scripturam εὐνὰς, quam & editam inveni, & a qua nullus hoc loco dissensus e vetere ms. *A.* enotatus est, licet pag. 328. f. εὐναι (sic, absque accentu) ex eodem adnotatum videam. Lubens recepissem εὐνὰν, si id codex saltem Epitomae dedisset: sed cum in illo libro (in quo eadem verba, ubi p. 328. f. recurrunt, omissa sunt) diverso accentu εὖναν hoc loco scribatur, veritus sum ne aliud, quidquid demum illud esset, hic lateret: itaque satis habui, scripturae varietatem sub contextu adnotare.

Ἀντιφάνης δ' ἐν Ἀγροίκῳ ἢ Βουταλίωνι. Quum vitiose ἐν Ἀγροίῳ ἢ Βουτ. in ed. Cas. legeretur, monuit CASAUBONUS in Animadv. »Scribendum ἐν Ἀγροίκῳ ἢ Βουταλίω»νι, vel ἐν Ἀγροίκων Βουταλίωνι: ut dicemus libro VIII.

»cap. XIV.« — At Ἀγροίῳ nonnisi ex operarum errore b profectum erat: recte ἐν Ἀγροίκῳ editt. vett. cum ms. *A*. Quod vero adiicitur ἢ ἐν Βουταλίωνι, eodem duplici titulo citatur eiusdem *ANTIPHANIS* fabula, pag. 304. b. Sed hoc loco dubitationem utique movere poterat id quod lib. VIII. pag. 358. d. e. f. legimus, quem ad locum lectorem remittit Casaubonus. Ibi enim, postquam monuit Athenaeus, Βουταλίωνα esse titulum retractatae & instauratae fabulae, quae prius Ἀγροῖκος fuerat inscripta, docet deinde, in *Butalione* quidem Ἑλένης βρώματα piscículos illos adpellasse poëtam; in Ἀγροίκῳ vero, Ἑκάτης βρώματα. Quare videri potest h. l. imprudenti excidisse Athenaeo, ut istius discrepantiae immemor sic scripserit, uti nunc legitur. Potuerit vero etiam fortasse hactenus defendi eadem scriptura, quod in *Butalione* Ἑλένης βρώματα *ironice* dixerit poëta, *vere* autem senserit Ἑκάτης βρώματα, quemadmodum in Ἀγροίκῳ dixerat.

Nec vero difficultate carent ipsi versus *ANTIPHANIS*, hîc citati: qui, non distinctis personarum partibus, (quod nusquam in superioribus editionibus factum) sic editi legebantur:

Τοὺς γὰρ μεγάλους τούτους ἅπαντας νενόμικα
Ἀνθρωποφάγους ἰχθῦς. τί φῄς ὦ φίλτατε
Ἀνθρωποφάγους; πῶς οὖν ἄνθρωπος φάγοι.
Δηλονότι ταῦτα ἐστὶν Ἑκάτης βρώματα,
Ἃ φησὶν οὗτος μαινίδας καὶ τριγλίδας.

Quos versus latine sic reddidit DALECAMPIUS:

A. Hos sane magnos pisces omnes existimavi
ἀνθρωποφάγους. B. Quidnam loqueris, o amicissime?
ἀνθρωποφάγους? quid ita? an quia homines illos comedunt?
Ea quidem certe sunt Hecates cibaria
quae iste narrat, maenides & triglides.

Ad vocab. ἀνθρωποφάγους adnotavit idem interpres: »Ἀν»θρωποφάγος, cum accentu in penultima, *hominum vora»tor*: ἀνθρωπόφαγος, cum accentu in antepenultima, *quem »homo vorat*. Quidam ἀνθρωποφάγους, magnos & pretio»sos pisces vocant, propter impensam qua lurconum & »prodigorum opes absumunt. Gesn.« — [Nempe Gesnerum dicit, de Aquat. pag. 522.] Ad verba Ἑκάτης βρώματα adnotaverat idem DALECAMPIUS: »Vilissimos nam»que, minimos, & contemptissimos pisces habet in deli»ciis Hecate. Erasm. adag. *Hecates coena*.« — Quae ob

b oculos habuerat CASAUBONUS, cum iſta ad hunc locum animadverteret: »In *ANTIPHANIS* ecloga, magni piſces »appellantur *ἀνθρωποφάγοι, voraces hominum: διὰ τὸ πο-* »*λυδάπανον τῶν ἐξωνουμένων αὐτούς: propter ingentes ſumtus* »*qui faciendi ſunt, ſi quis emere eos velit.* Ita interpretatur Eu- »ſtathius; recte: neque habet hic locum aliorum acumen, »qui de accentu vocis huius neſcio quid argutantur. Me- »lius de nobis eſſent meriti, ſi in penultimo Antiphanis »verſu,

»*δηλονότι ταῦτα ἐστὶν Ἑκάτης βρώματα,*

»verae lectionis nos admonuiſſent, *ἐστὶν Ἑλένης βρώματα:* »id quod clarum eſt ex libro ſequente. Non negaverim, »Antiphanem feciſſe mentionem & *Ἑκάτης βρωμάτων*: id »enim Athenaeus eo libro docet; verum ex alia eius fa- »bula, non *Butalione:* aut, ut dicam verius, non ex ea- »dem editione eius comoediae, ſed priore & minus adcu- »rata. Male etiam illa capiunt, *πῶς οὖν ἄνθρωπος φάγοι*; »quae pronuntiantur ab eo cui dictum fuerat, *magnos pi-* »*ſces anthropophagos eſſe. Si edunt homines*, ait ille, *quomodo* »*eduntur ab hominibus?* & quî fit, ut eorum eſum non abo- »minentur homines? At libro VIII. ſic: *πῶς ἂν ἰχθὺς ἀν-* »*θρώπους φάγοι*;«

Sic ille: ad quae non poſſum quin reponam nonnulla. Primum, quod ad iſtam Euſtathii interpretationem *τῶν ἀν-θρωποφάγων ἰχθύων* ſpectat, ad quam Gesnerus etiam l. c. provocaverat: Euſtathii locum, quem in animo habuerant viri docti, mihi quidem ſtudioſe quaerenti non occurrebat; ſed, ſi vel ſic, quod ſentio, dicere licet, aliena ab hoc Antiphanis loco videtur eſſe illa interpretatio. Loquitur *ruſticus* homo, bonus ille quidem, ſed minime callidus. Is, pro ſua ſimplicitate, in illa opinione verſabatur, quam rideri ab Archeſtrato haud multo ante vidimus, p. 310. e. *nefas eſſe hominem veſci eo piſce, qui humana carne, ſi quam nanciſcatur, veſci conſueverit.* Eamdem ſententiam eisdem verbis profitentem alium ruſticum hominem induxit idem Antiphanes in Curide, ut ſupra vidimus, p. 304. a. ubi remittere lectorem ad hunc locum debueram. Porro, quod Dalecampius monuit de diverſa vocabuli *ἀνθρωποφάγος* pro diverſo accentu ſignificatione, id nec obſcurum eſt, nec alioquin improbandum; ſed fuerit-ne huius loci, merito dubitari poterat. Nos pro eâ, quam diximus, ſententiâ distinguendas colloquentium partes putavimus.

Tertio verſu, quum in ſcriptis editisque nude legeretur πῶς οὖν ἄνθρωπος φάγοι, particulam ἂν inſerui, quam & claudicans metrum, & Graeci ſermonis uſus deſiderabat, temere praetermiſſam a librariis ante vocem ab eâdem ſyllabâ incipientem.

Quarto verſu, ταῦτα δ' ἐστὶν, interiectâ *coniunctione*, c quam pag. 358. f. editi etiam libri agnoſcebant, hoc loco pariter dedit mstus noſter uterque. Cui conſequens videbatur eſſe, ut poſt Δηλονότι interpungeretur oratio. Atque id ipſum etiam ita factum video in noſtro ms. *Epit.* in quo & ante & poſt illam vocem maior interponitur diſtinctio. Ipſam illam vocem (quae & in duas, δῆλον ὅτι, commode dispertiri poterat) intellexi ad ruſticum pronuntiatam fuiſſe; ſequentia autem verba ad auditores, ſive ad caeteras perſonas quae ſimul in ſcena aderant. Quod ait Ἑκάτης βρώματα, mireris, quid ſit quod litem huic ſcripturae fecerit Caſaubonus; cum in eam non modo conſentiant libri, ſed & diſerte paulo ante praedixerit Athenaeus, in verſibus Antiphanis, quos adpoſiturus eſſet, Ἑκάτης βρώματα vocari τὰς μαινίδας. Et, eſſe hanc dictionem in eum ſenſum accipiendam, quo ERASMUS in Adagio a Dalecampio citato interpretatus eſt, nempe *de coena triviali, parca, frugali, vili*, partim ex ipſa ſermonis connexione intelligi videtur, partim ex eo quod diſerte Athenaeus noſter monuit, διὰ τὴν βραχύτητα, *ob parvitatem* illorum piſciculorum, ita dixiſſe poëtam. Legimus p. 325. b. c. τὴν τρίγλην καὶ μαινίδα *Hecatae immolari* ſolitas eſſe: quo aptior erat iocus qui illa dictione continetur. Breviator, quum absque praeambulo eo, quod praemiſit Athenaeus, ſtatim verba Antiphanis adpoſuiſſet, nunc, ubi in contextu illa verba ſcripta ſunt, ταῦτα δ' ἐστὶν Ἑκάτης βρώματα, ſupra haec inter lineas illa adpoſuit minutiſſimis literis exarata, διὰ τὴν βραχύτητα. De quo eâ cauſſâ monui, quoniam in primi & ſecundi libri Epitoma, ubi integrum non exſtat opus, ſubinde nonnulla ſimiliter inter lineas adnotata in eodem noſtro ms. *Ep.* obſervavimus: quorum quaenam ſit ratio, ex collatione cum his aliisque talibus, ubi ſupereſt plenius opus, coniecturam facere licet.

Quinto verſu, commodius quidem videri debebat, μαινίδες καὶ τριγλίδες quod pag. 358. f. habet ms. *Ep.* ſed & ferendi accuſativi, μαινίδας καὶ τριγλίδας, quos

c hic uterque codex mstus cum editis, rursusque pag. 358. codex *A.* agnoscit; qui accusativi ex sermonis graeci usu praecedenti accusativo & respondent, & a verbo φησὶν quadam ratione pendent.

Cum, ἔνιοι βόακας, absque pronomine relativo esset editum, nihil quidem e ms. *A.* adnotatum: sed tam perspicue, quam recte, ἃς ἔνιοι dedit ms. *Ep.* Mox, Πολίοχος recte codex ms. uterque, quemadmodum lib. II. pag. 60. b. habebant edd. cum mstis. In illius poëtae primo versu, pro μηδεεὶς, quod erat in editis, sic explicite μηδὲ εἷς dedere mssti.

De re, quae hic agitur, sic commentatus est CASAUBONUS: »*Leucomaenidas idem esse ac boacas*, aut certe *pro eodem piscе accipi*, scribit Athenaeus: nec tamen »ullo testimonio probat. Nam *Polyochi* [rectius *Polio*»*chi*] qui affertur solus locus, contrarium potius doceat. »Sic enim poëta:

»Ὅπως σε πείσῃ μηδὲ εἷς πρὸς τῶν θεῶν
»τοὺς βόακας ἄν ποτ' ἔλθῃ λευκομαινίδας
»καλεῖν·

»Id est: *Oro te per Deos, ne si ille forte ad te veniat, si»nas tibi persuaderi ut bocas appelles leucomaenidas.* Videntur »alicui dici ista, cui pro *bocibus*, piscibus satis magnis, »minuti piscículi *leucomaenides* exhibebantur. De hoc igi»tur amplius cogitent qui habent ἀπὸ τῆς αὐτοψίας cer»tiorem harum rerum notitiam. Multa enim in hoc ge»nere incerta, & ex coniecturâ tantum nota, non solum »nobis οἳ οὐκ ἴσμεν θαλάσσια ἔργα, sed etiam antiquis & »peritissimis viris.«

AD CAP. XCIII.

d In EPICHARMI testimonio, verba ista,

σαργίνοι μελάνουροί τε,

visa mihi erant posterius efficere versus Epicharmei hemistichium. Occurrit idem testimonium, sequente versu auctum, pag. 321. ubi σαργῖνοι penultimâ circumflexâ scribitur; quod per se quidem rectius videbatur, sed quo pacto conveniret metro, non vidi.

Ὅμοιον δ' εἶναι τῷ μελανούρῳ φησὶ Σπεύσιππος - - τὸν καλούμενον ψύρον· ὃν Νουμήνιος καλεῖ ψόρον. De vulgatâ olim scripturâ haec monuit CASAUBONUS: »Postquam de

»*melanuro* piſce recitata ſunt aliquot veterum teſtimonia, d »ſequuntur iſta: ΜΕΛΑΝΔΕ'ΡΙΝΟΣ. Ὅμοιον εἶναι τῷ μελανού»ρῳ φησί. Σπεύσιππος δ' ἐν δευτέρῳ Ὁμοίων τὸν καλούμε»νον ψύγρον ὃν Νουμήνιος καλεῖ ψόρον οὕτως,

»Ἢ ψόρον ἢ σάλπας ἢ αἰγιαλῆα δράκοντα.

»Tria hîc habes nomina, quae alibi temere non invenias. »Nam quis piſcem *melanderinum* aut *pſygrum* vel *pſorum* »nominat ex omnibus ſcriptoribus? Hîc quoque incerta »omnia. Rondeletius pro ψυγρὸν ſcribebat ψογερὸν, & ψό»θον pro ψόρον. Atque hanc viri docti conjecturam pro »vera & certa probavit Dalecampius. Mihi dubium nul»lum eſt, transituros in alia omnia quicunque uſum maio»rem in literis Graecis habuerint. Nam piſcem ullum Grae»cis eſſe dictum ψογερὸν aut ψόθον, quaſi *ſquallidum* aut »*ſordidum*, ut illi interpretantur, ſine idoneo fideiuſſore »credere debemus nemini. *Epitoma Hoeſcheliana*, quam to»ties laudamus, ſententiam longe aliam ſuggerit nobis: in »qua, voce μελανδέρινος ſublatâ, reliqua ſic concipiun»tur: Ὅμοιον δὲ μελανούρῳ Σπεύσιππός φησι τὸν καλούμε»νον ψύρον, ὃν Νουμήνιος καλεῖ ψόρον. Etiam in antiquiſ»ſimis membranis pro ψύγρον exaratum ψύρον. Ita vides »optimi codicis auctoritate comprobari, quidquid ex con»iectura mera ſuper hoc loco ſcripſit olim *Conradus* Ges»NERUS, Tigurinorum decus immortale. In vulgata ſcri»ptura vitium codicum profitentur iſta, Ὅμοιον εἶναι τῷ »μελανούρῳ φησί. Dalecampius φασὶ legit, ut mendae ſu»ſpicionem amoveret: ſed ulcus fodere aliquando ſatius »quam diſſimulare.« — Vulgata ſcriptura ex vetuſtis membr. *A.* propagata erat: in quibus importunum illud vocabulum μελανδέρινος eodem loco inſertum eſt; nempe, ſive ex gloſſemate, ſive e neſcio qua varietate lectionis, quae in antiquiore codice adnotata fuerat, imperite intra ipſum contextum receptum; quo in genere iam & alibi paſſim peccatum in eodem codice obſervavimus. Vide notata ad VI. 226. e. & mox deinde ad lit. f. huius ipſius pag. Fortaſſe ad vocabulum μελανόγραμμοι olim aliquis adnotaverat vocem μελανοδέρινοι, quae graeco-barbaro ſermone potuerit ſignificare *qui nigra cute ſunt*. Nemo certe hîc de *melandryis* cogitare debet, de quibus vide III. 121. b. & ibi notata. Gesneri prudentiſſimam ſuper hoc loco disputationem, merito a Caſaubono laudatam, habes De Aquatil. p. 473 extr. & ſeq. Optimus noſter *codex Epitomae* eadem

prorſus verba hîc habet, quae ex Hoeſcheliano laudavit Caſaubonus. Ad mendoſam ſcripturam ψύγρον, quae erat in editis, nihil quidem ex ms. *A.* adnotatum eſt: ſed, cum alii codices, teſte Caſaubono itemque Villebrunio, in ſcripturam ψύρον cum ms. *Ep.* conſentiant, ſuſpicor etiam in ms. *A.* ſic ſcriptum, praeteriiſſe autem illam ab editis diſſenſionem aciem noſtri ſpeculatoris, caeteroquin quidem diligentiſſimi.

AD CAP. XCIV.

e Ἐπίχαρμος - - μύρμας αὐτοὺς ὀνομάζει. »Μυρμίας »ſcribunt antiqui: & ita mox in verſu Siculi poëtae.« Casaubonus. — Quinam ſint antiqui, qui μυρμίας hîc dederint, praeter ms. *Ep.* nullum equidem novi. Ex ms. *A.* quidem nulla diſſenſio ab edita ſcriptura enotata eſt: eamdemque ſcripturam (de qua continuo deinde dicemus) in ipſa etiam *Epicharmi* Ecloga pag. 321. a. cum eodem msto *A.* ſervarunt editi libri.

Epicharmi ecloga corrupte ſcripta (ut fere Epicharmi omnia) legebatur in editis, χελιδόνες τε μυρμίαι υἱοί τε κοιλίαν μέζονες ἐντί. Ad quae verba monuit Casaubonus: »*Epicharmi* iſta verba ſunt; non, ut aliud »agens ſcripſit interpres, *Numenii*. Male etiam concepit »ille hoc teſtimonium: quod cum facile emendari poſſet »ex ipſo auctore, ingenio hîc quam diligentiâ & fide uti »praeoptarunt infeliciter. Scribe igitur: χελιδόνες τε μύρ»μαι (vel μυρμίαι) τοί τε κολιᾶν μέζονες ἐντί. Inte»gram ſententiam habes infra in Σκόμβρος.« — Iam τοί τε, pro υἱοί τε, recte hîc dabat uterque codex mſtus, quemadmodum libri omnes (edd. & mssti) exhibebant p. 321. a. ubi eadem ecloga auctior adponitur. Mendoſum vero κοιλίαν tenent quidem h. l. cum editis ambo codices mssti; atque etiam pag. 321. a. in eodem errore verſatur ms. *A.* & ed. Ven. & Baſ. ubi κολιῶν recte edidit Caſaub. quod dedit ibi ms. *Ep.* non quidem in Epicharmi ecloga, (quam ignorat eo loco Epitoma) ſed in praecedentibus Hiceſii verbis, ubi κοιλιῶν ms. *A.* & ed. Ven. & Baſ. Eſt autem ὁ κολίας, nomen piſcis paſſim Noſtro commemoratum. Vide not. ad pag. 286. f. & Camus ad Ariſtot. p. 237 ſq. Iam vero, praeter iſtas emendationes, in reliquis eclogae Epicharmeae verbis nonnulla hoc loco mutanda

fuerunt, partim metro flagitante, partim ſententiâ; partim e etiam praeeuntibus libris. Nam, quod ad metrum ſpectat, ita conſtituendum fuiſſe verſum, ut in vocem μέζονες deſineret, atque adeo verbum ἐντὶ initio verſus ſequentis poneretur, perſpicue ex pag. 321. a. liquebat, ubi poſterior verſus integer adponitur,

ἐντὶ, καὶ σκόμβρων, ἀτὰρ τᾶν ϑυννίδων γε μήονες.

Sic termino conſtituto verſus prioris, adparebat primum, recte pag. 321. voci χελιδόνες praepoſitam eſſe voculam καὶ, quae ob confuſionem vocalis ε cum diphthongo αι facile ante χε excidere hîc potuerat: a voce χελιδόνες autem, ob ſyllabam λι longam, non potuit initium fieri verſus trochaici. Deinde, quod μυρμίαι h. l. in poëtae verſu ſcribebatur, id cum ex praecedentibus Athenaei verbis, tum ex eadem pag. 321. corrigendum fuit, & μύρμαι auctori reſtituendum. Denique vero ferenda non erat particula τε eo loco, ubi vulgo ponebatur, χελιδόνες τε μύρμαι: contra quam ibi non modo metrum reclamabat, ſed & ipſa ſententia. Iſtam enim ſi teneres ſcripturam, foret μύρμαι epitheton vocabuli χελιδόνος: cum diſerte docuerit Athenaeus, μόρμυρον piſcem (qui multum differt a χελιδόνι piſce) ab Epicharmo μύρμαν fuiſſe nominatum. Igitur copulâ τε, ut conſentaneum erat, poſt μύρμαι reiectâ) exiſtebat *Epicharmi* verſus prior talis, qualem edidimus:

Καὶ χελιδόνες, μύρμαι τε, τοί τε κολιᾶν μέζονες.

Ubi de *Lyncei Samii* Τέχνη Ὀψωνητικὴ loquitur, *quam* f *inſcripſiſſe dedicaſſeque illum* ait τινὶ τῶν ἑταίρων δυσώνῃ: id eſt, *cuidam ſuorum familiarium qui in emendo difficilis erat*: cum vulgo conſentientibus membranis *A.* (nam in ms. *Ep.* deſunt ipſa illa verba, ἣν προσεφώνησε &c.) ſic legeretur, τινὶ τῶν ἑταίρων Δύσωνι ἢ Ζήνωνι, adnotavit Casaubonus: »Scribendum, Λυγκεὺς - - τινὶ τῶν ἑταίρων δυσ»ώνῃ Ζήνωνι. *In Arte opſonandi, quam nuncupavit ami»co cuidam ſuo aegre & parce opſonanti, Zenoni.* Expoſuimus »libro ſuperiore, capite tertio.« — Nude πρός τινα δυσώνην ſcribebatur lib. VI. pag. 228, c. ad quem locum vide notata. Hoc loco quum τινὶ - - δυσώνῃ ſcribi debuiſſet, poſtquam in huius locum vetus mendum δύσωνι irrepſiſſet, illud vocabulum eſſe nomen proprium ratus aliquis, quod ipſum corruptum eſſet, ſuſpicatus erat Ζήνωνι ſcriptum oportuiſſe, eamque coniecturam ſive in ora libri ſive in-

f ter lineas his verbis adnotavit, ἢ Ζήνωνι: quae verba deinde ab alio simul cum corrupto δύσωνι in contextum imperite recepta sunt. Confer quae paulo ante de temere intruso vocabulo μελανδέρινος notavimus: adde *Iani* RUTGERSII Var. Lect. II. 19.

Mox & illud vetus erat vitium, quod non modo editos, sed & utrumque nostrum codicem ms. invaserat, τὸ κακῶς λέγειν παρεστηκότας τοὺς ἰχθύας, ἐπαγόμενον Ἀρχέστρατον. Ubi παρεστηκότα corrigendum perspecte monuit CORAY, in Notis mstis: *adstantem*, nempe, *emtorem*. Per veteris alicuius librarii incogitantiam ad pisces relatum erat illud participium. Potuerat quidem etiam παρεστηκότας (in plur.) de *emtoribus* intelligi, nisi continuo sequeretur ἐπαγόμενον in singulari. Ad verbum paulo ante positum, ἀτενίζοντας, adnotavit idem vir doctus: »Malim ἀτενεῖς ὄντας, *piscatores inflexibiles ac pervicaces*. »ἀτενῆ & ἀτεράμονα iunxit Aristophanes, Vesp. 730.« — Percommode sane: sed videtur ipsum illud ἀτενίζοντας nihil aliud sonare quam ἀτενεῖς ὄντας.

Quum ante τῶν ἄλλων deesset ἢ coniunctio, de ea adiicienda uno verbo monuit CASAUBONUS in Animadv. Debuerat simul docere, in Epitoma recte suo loco illam voculam legi: quae in nostro quidem ms. *Ep.* non desideratur.

In *ARCHESTRATI* versu, sicut in editis legebatur Μόρμυλος nomen piscis, sic & apud Oppianum vulgo editur: monuitque GESNERUS pag. 548. »Μόρμυρος in carmine apud »Graecos non reperiri; quod literae *rhô* duplicis asperita»tem forte vitarint poëtae.« — At noster codex mstus uterque perspicue hic Μόρμυρος exhibebat.

a Tamquam unum continuum versum verba ista ediderat CASAUBONUS:

Τὴν ἀμίαν ὠνοῦ φθινοπώρου, νῦν δ' ἔαρ ἔστιν.

Deinde vero idem monuit in Animadv. »Ab Archestrati »verbis separanda sunt diligenter ista, νῦν δ' ἔαρ ἔστιν: »item ista, νῦν δ' ἔστι θέρος. Non enim sunt poëtae, sed »illius, qui versum eius profert contra piscarium.« — Debuerat simul profiteri doctus Animadversor, se metri gratia, quod in istis verbis quaesisset, seriem verborum contra librorum & superiorum editionum praescriptum mutasse. Nam mssti & ed. Ven. & Bas. non ἔαρ ἔστιν dabant, sed ἔστιν ἔαρ.

AD CAP. XCV.

De *Platonis* aut *Canthari* fabulâ, *Symmachiâ*, dictum nonnihil ad pag. 312. c. In *verſu* ex illa citato, vetus error erat, Νάρκη γὰρ ἔφη βρῶμα: itaque, omiſſis duabus vocibus, nude Νάρκη βρῶμα &c. ſcripſit Epitomator. ἔφθη ſcriptum oportuiſſe, perſpecte monuit Bentlei in Emend. ad Menandr. pag. 69. Sic quidem & paulo poſt (lit. d.) in Archeſtrati verſu habes, καὶ νάρκην ἔφθην &c.

Πλάτων (*philoſophus*) ἐν Μένωνι φησί· τῇ θαλαττίᾳ νάρκῃ. »Adde, ut perficiatur ſententia; ὁμοιότατος εἶναι δοκεῖς.« Casaubonus. — Platonis verba leguntur p. 348. T. IV. ed. Bip. Quae ſupplenda monuit Caſaubonus, commode utique facturus fuerat Athenaeus ſi ea adieciſſet: ſed paſſim etiam alibi abrupta talia ab eo adponi obſervavimus. *Homeri* verba, quae mox adferuntur, ducta ſunt ex Iliad. θ'. 328.

Μένανδρος δὲ, ἐν Φανῷ. Nullus e ms. *A.* diſſenſus notatus: in Epit. autem non magis nunc, quam plerumque aliâs, adpoſitus fabulae index. Vide IV. 171. a. & ibi notata. Caeterum quod Clericus in Menandri Reliquiis ex illa fabula (pag. 188.) retulit vocabulum φανάριον, quaſi iſtud e Menandro citatum fuiſſet ab Euſtathio ad Odyſſ. ν'. pag. 247, 41. (pag. 1571. edit. Rom.) erravit vir doctus: nec enim voce φανάριον, ſed φάνιον uſum eſſe Menandrum ait ibi Euſtathius. Verba *Menandri* cum ſic eſſent edita, ὑπελήλυθε δέ μου νάρκα τις &c. digerenda ea in hunc modum (rectius quam a Clerico factum erat) monuit Bentlei, in Emend. p. 69.

— — Ὑπελήλυθε δέ μου νάρκα τις
ὅλον τὸ δέρμα. —

quo ſimul adpareret, vocalem α corripi. Ambo vero noſtri mssti non modo τε pro δὲ dedere, (quod ex Epit. etiam repetiit Euſtath. ad Iliad. τ'. pag. 1236, 50.) ſed & ὑπελήλυθεν cum ν ἐφελκυστικῷ. Quam ſcripturam tenendo, verba illa ὑπελήλυθέν τε μου (vel ὑπελήλυθέν τ' ἐμοῦ) poſterius hemiſtichium explere debuerunt prioris ſenarii.

Quod adiicit Deipnoſophiſta, μηδενὸς τῶν παλαιῶν οὕτω κεχρημένου, id eſt, *quâ formâ nemo veterum uſus eſt*; conſulto (puto) *veteres* dixit: nam paulo quidem inferius (lit. d.) eamdem vocis formam (τὴν νάρκαν, in accuſ. caſu)

b ex Diphilo Laodicenſi adfert, qui poſt Nicandrum vixit. Vidimus quidem ſupra in Ariſtophanis etiam verſu (pag. 295. f.) *ναρκα* vulgo olim editum: ſed ibidem *νάρκη* dedit uterque noſter codex mſtus.

ἀχυλοτέραν, per *o* breve, recte dedit mſtus uterque, ut plerumque alibi. *ἀχυλωτέραν* edd. *Mox*, quod ait *ἔχειν τε χονδρῶδές τι διακεχυμένον, εὐστόμαχον πάνυ*: quid *χονδρῶδες* in cibo dixerint vetereres medici, ex Gesneri potiſſimum interpretatione ſupra expoſuimus ad VII. 282. d. (Animadv. T. IV. pag. 88.) Sed, quum eodem quem modo citavi loco (pag. 282. d.) qui cibus *χονδρώδης* dicitur, idem ſimul *εὔχυλος, οὐκ εὐστόμαχος δέ*, perhibeatur; rurſusque pag. 320. d. alius quidam cibus, ob id ipſum quod *χονδρώδης* ſit, ſimul *πολύχυλος* & *πολύτροφος* eſſe perhibeatur; haud immerito miretur aliquis, quo pacto ab eodem medico *Hiceſio*, qui ſuperiora iſta ſcripſerat, nunc *torpedo* piſcis idem & *χονδρώδης*, & *ἄτροφος* & *ἀχυλος* eſſe tradatur. Cui reſponderi debebit, non perhiberi hoc loco, *totum piſcem hunc eſſe χονδρώδη*, ſed *habere χονδρῶδές τι*, adeoque ex parte *χονδρώδη* eſſe, ex parte minus. Cum quo confer quae de eodem piſce ex DIPHILO *Siphnio* medico adferuntur lib. VIII. p. 356. d. Quod vero addit hîc Hiceſius, *διακεχυμένον*, id quo ſenſu dicatur, fateor mihi haud ſatis liquere. De *homine* uſurpatum illud verbum, *laetum*, *hilarem* denotare ſcio: venerat in mentem, de *re* uſurpatum denotare fortaſſe id quod *gratum* vel *ſuave* eſſet; ſed nusquam ullum veſtigium talis uſus in eo verbo, quod ſciam, reperitur. Dalecampius, *laxum & molle* interpretatus eſt; quo iure, neſcio: illud perſpicuum videtur, prorſus repugnare hoc *τῷ χονδρώδη*. Equidem *diffuſum* reddidi, nempe *per corpus*: poterat fortaſſe aliquanto etiam commodius *ſparſum* reddi; ſcilicet, *per nonnullas corporis partes*.

Pro *Περὶ τῶν Δακέτων*, rurſus perperam *Δακετῶν* expreſſum in ed. Caſ. ſicut pag. 312. d. Rurſus vero h. l. recte poſitum accentum habebant ſuperiores editiones cum
c mſstis. Quod mox dein ſequebatur mendum, omnibus editis commune, *τριόδων*, pro *τριοδόντων*, de eo corrigendo monuit CASAUB. in Animadv. Debuerat ſimul monere, veram ſcripturam tenere mſtos libros: certe noſter codex uterque *τριοδόντων* agnoſcit.

d *Δίφιλος δ' ὁ Λαοδ. ἐν τῷ περὶ τῶν Νικανδ. Θηριακῶν.*

» Fortaſſe ἐν τοῖς, non ἐν τῷ. Nam *Diphili Commenta-* d
» *rios in Nicandrum* plures in libros fuiſſe tributos, teſtis
» Scholiaſtes Theocriti ad decimum Idyllium. « [vs. 1.]
Casaubonus. In *Diphili verbis*, πᾶν τὸ ζῶον φησὶ τὴν νάρκαν, articulum τὴν quem deſiderabat Graeci ſermonis uſus, temere omiſſum in editis, recte dedit msstus codex uterque.

Ἄλεξις, - - ἐν δὲ Δημητρίῳ· Ἔπειτα νάρκην &c. Tres verſus, qui ex *Alexidis Demetrio* hîc adferuntur, iidem ut pars longioris eclogae ex eiusdem poëtae *Crateua ſeu Pharmacopola* ductae adlati ſunt lib. III. pag. 107. c. Quod ſi cui mirum videbitur, ab eodem poëta in duabus diverſis fabulis (quarum altera utique non videtur fuiſſe inſtaurata & repetita alterius editio) eosdem verſus fuiſſe poſitos: is meminerit, diſerte etiam ab auctore noſtro pag. 304. b. adnotatum, eodem modo uſum eſſe Antiphanem. In *ſecundo* iſtorum verſuum rurſus, ut ſupe- e
riore loco, ὅτι δὴ dedit ms. *A.* cum editis: quam ſcripturam qua ratione ferendam cenſuerim, in Animadv. ad illum locum explicavi: pro qua ſi quis Epitomae ſcripturam ὅτι δεῖ praeferendam iudicaverit, (quod iam ibi profeſſus ſum) lubens patiar. *Tertio verſu*, μηδεὲν erat h. l. editum, & ſic etiam in cod. *Ep.* ſcriptum: praetuli autem diviſam ſcripturam μηδὲ ἓν, quam alibi plerumque pro μηδεὲν exhibet uterque mstus liber. *Eodem verſ.* τούτους, (nempe δακτύλους) habent hoc loco libri omnes, commodius quam τούτων, quod erat pag. 107.

AD CAP. XCVI.

Quae de Xiphia piſce ex *Aristotele* adferuntur, ex eo opere ducta ſunt, quod ad nos non pervenit. In *Archestrati verſ.* 3. pro ἄκραις, quod habent mssti, re- f
cte ἄκραισι poſuerunt editores, quod deſiderabat verſus.

Τίς οὕτως ταικτικὸς ἀκριβὴς, ἢ τίς οὕτως κριτὴς ὄψων, ὡς ὁ ἐκ Γέλας, μᾶλλον δὲ Καταγέλας οὗτος ποιητής; Dalecampius ταικτικὸν *monitorem* interpretatus erat: in ſequentibus verbis vero magis etiam ab auctoris mente aberraverat. Inde monuit Casaubonus: »Haec ſic erant ver-
» tenda, non ut inſulſe nimis factum. *Quis poſſit eſſe adeo pe-*
» *ritus inſtruendi convivii, aut tam bonus obſoniorum iudex,*
» *ut poëta hic, ortus Gelâ, vel potius dignus* γέλωτος, id eſt,

f »irriſu? Ταικτικὸς proprie eſt, *qui diſciplinam inſtruendi aciem* »*tenet*: ſed etiam ad convivia transfertur.« [Similiter eumdem *Archeſtratum*, τὸν τῶν δείπνων λοχαγὸν p. 301. c. adpellaverat Deipnoſophiſta, id eſt, *coenarum centurionem, ſive ordinum ad coenam pertinentium ductorem.* Eodemque ſpectare videtur ludicra dictio βρογχοπαράταξις, p. 298. d.] »Ὁ ἐκ Γέλας, eſt *Archeſtratus, Gelous*, teſte Athenaeo li»bro primo. [pag. 4. d.] In antiquis plerisque, [immo »in omnibus] pro καταγέλαστος ſcriptum κατα»γέλας, & ſic editum olim; novâ & inſolente forma»tione, ſi ita ſcripſit.« — Scripturam καταγέλαστος nonniſi ſua de coniectura ſuoque arbitratu in contextu ſuae editionis poſuerat CASAUBONUS. Superiori vero Animadverſioni deinde haec adiici iuſſit in *Addendis*: »Neque »aliter vetus *Huraldinus* [codex] habet. Ac videtur au»ctor non aliter ſcripſiſſe. Imitatur per iocum & ludum »veteres poëtas, qui truncata a fine verba ſoliti uſurpa»re, ut dicebamus libri octavi capite nono. [ad VIII. 349. »e.] Niſi placeat ſic legi καταγέλας pro καταγέλαστος, »ut ἀδάμας pro ἀδάμαστος, ἀκάμας pro ἀκάματος, αὐ»τοκέρας vel αὐτόκρας pro αὐτόκρατος: etiam μίκας legi»mus, pro μικρολόγος.« — Praeterierat virum ſtupendae alioquin & doctrinae & memoriae, cum iſta commentaretur, luſus Ariſtophanis, quem unice in animo habuerat eo loco, in quo verſamur, Athenaeus. Peropportune vero hîc adnotavit doctiſſimus CORAY, haud dubie veram eſſe ſcripturam Καταγέλας, adluſiſſeque Deipnoſophiſtam ad illum feſtiviſſimi Comici iocum, Acharn. vs. 606.

Τοὺς δ' ἐν Καμαρίνῃ, κἂν Γέλᾳ, κἂν Καταγέλᾳ.

Ubi ſicut ludicre fictum urbis nomen Κατάγελα eſt, ſimillimo luſu Athenaeus ait, *iſtum riſu omnium excipiendum poëtam Archeſtratum ἐκ* Καταγέλας *potius quam ἐκ* Γέλας, *genus ſuum ducere videri.*

Pro τοὺς χυλοὺς, quod erat editum, τοὺς χυμοὺς dedit codex ms. uterque: quod nil opus fuerat mutare: perinde enim & χυμὸς & χυλὸς cum *ſuccum*, tum ſaporem ſignificant. vide IX. 372. d. coll. cum VII. 278. f. 280. b. & XII. 546. e.

AD CAP. XCVII.

Ὀρφώς. Καλεῖται δὲ &c. Forsan Καλεῖται μὲν. Desunt a
ista Epitomae, Καλεῖται - - Πάμφιλος.

Ἀριστοτέλης δὲ ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων. CASAUBONUS, postquam cum ed. Ven. & Bas. omisisset vocem Μορίων, adnotavit: »Historiarum libro V. cap. X. At mem»branae constant sibi, & scribunt hîc quoque Ζώων Μο»ρίων, ut tot iam locis ante.«

ἴδιον δ' ἐν αὐτῷ ἐστι τὸ τοὺς Δορικοὺς &c. Recte τὸ τοὺς ed. Ven. & Bas. cum mssris. Perperam τῷ τοὺς ed. Cas. *Mox*, ad ista verba, καὶ τὸ δύνασθαι πολὺν χρόνον ζῆν μετὰ τὴν ἀνατομὴν, adnotavit CASAUBONUS: »*Et»iam postquam dissectus est, diu posse vivere.* Simplicem sen»tentiam feceris geminam, si scribas, καὶ μετὰ τὴν ἀνα»τομήν: ut duo auctor dicat, *orphum diu vivere*, &, *vi»vere etiam dissectum.* Oppianus: [Halieut. I. 142.]

» — Ὀλιμόρων γένος ὀρφῶν,
»οἳ πάντων περὶ ἄλλων κατὰ χθόνα δηθύνουσι
»ζωοὶ, καὶ τμηθέντες ἔτι ζώουσι σιδήρῳ.«

Coniunctivam particulam ignorant libri omnes: contra quorum fidem minime obtrudi illa debet ei auctori, qui continuo deinde ait, *non ultra biennium vivere hunc piscem*; tantum abest, ut *longaevum* statuat. Orphi tenacem vitam postquam in frusta dissectus est, notavit etiam Aelianus de Nat. Anim. II. 18.

τῶν γὰρ εὐαγροῖς. »In *altero* versuum *NUMENII* b
»non intelligo istud acrostichon, τῶν γὰρ ἐπ' ἄκρης. »Fortassean, δεικνὺς ἀπ' ἄκρης: videlicet Θαλάμης: *osten»tans ab extremo cubili.*« CASAUBONUS. — *A summo cubili sublatum abduxeris*, interpretatus erat Dalecampius: quam ad sententiam PURSANUS, in Graecis τῆς γε ἀπ' ἄκρης legendum statuit. VILLEBRUNIUS postrema ista poëtae verba sic reddidit: *En effet, sur la cime des ces...* subiectâ hac adnotatione: »*Le sens est suspendu: suivons les »textes sans les changer.*« — Mihi nihil horum placuit; nec suspicatus sum modo, sed prorsus mihi persuasi, τῶν γὰρ εὐαγροῖς scripsisse poëtam, id est, *horum enim* (si istâ escâ usus fueris) *felicem capturam feceris.* Nisi metrum obstitisset, dicturus erat τῶν γὰρ ἂν εὐαγροῖς: sed & absque magno incommodo omitti ἄν particula poterat. Verbum εὐαγρεῖν eâdem notione positum vidimus p. 297.

b e. Similiter vero atque hoc loco corruptam vulgo ſcripturam ἐπ' ἀγροσύνην, pro εὐαγροσύνην, ſive (ut alii volunt) pro εὐαγρεσίαν, notavimus pag. 284. a.

Γλαύκους ἢ ὀρφῶν ἔναλον γένος. Sic ms. *Ep.* cum edd. ὀρφὼν, quod eſt in ms. *A.* poſſit eſſe accuſativus ſingularis. Paulo aliter conceptum hunc verſum, & alterum nonnihil auctiorem, ſupra vidimus pag. 305. c.

Δωρίων δὲ τὸν νέον φησὶν ὀρφῶν &c. » *Dorioni* placet, » *tenerum orphum* ὀρφακίνην dici: quae vox non fit ab ὀρφὸς, » ſed ab ὄρφαξ, *orphus grandiusculus*; ut apud Dioscoridem » νεόσσαξ vel νόσσαξ, & πλούταξ, μώμαξ, alia. « Casaubonus. — Heſychius: Ὀρφακίνης, ἰχθὺς ποιός. Confer Euſtath. ad Od. μ'. pag. 486 med.

Ἄρχιππος δ' ἐν Ἰχθύσιν·

Ἱερεὺς γὰρ ἦλθ' αὐτοῖσιν ὀρφὼς τοῦ θεοῦ.

» *Archippi verſum* ita lego:

» Ἱερὸς γὰρ ἦλθ' αὐτοῖσιν ὀρφὼς τοῦ θεοῦ:

» non ἱερεύς. Refero enim ad ἰχθυομαντείαν, id eſt, divi» nationem quae fiebat ex piſcibus, *orpho* maxime, de qua » Aelianus, & nos alibi prolixe ſi vitā prolixior. « Casaubonus. — Vide Aelian. Nat. Anim. XII. 1. & Euſtath. loco modo cit. At cum e piſcibus quaedam quaſi auguria caperentur, quidni poëtae licuerit ipſum piſcem, e quo captabatur augurium, *vatem* quemdam & *augurem* atque adeo *ſacerdotem* adpellare? In *Epit.* quidem deeſt iſte verſus cum reliquis huius capitis: codex *A.* vero editam tenet ſcripturam. In fine vero idem codex non τοῦ θεοῦ, ſed τοῦ θεῶν habet, ut debuiſſe videatur του (pro τινος) θεῶν, *alicuius Deorum.*

Cratini verba, τέμαχος ὀρφὼ χλιαρὸν, ſicut recte in ed. Baſ. & Caſ. ſcripta leguntur, ſic exhibet ms. *Ep.* Perperam ὀρφὼν ed. Ven. ὀρφὼς ms. *A.*

c *Platonis* verſiculos ex *Cleophonte* tractavit *D'Arnauld*, Animadv. Critic. c. 27. ſententiam latine ſic reddens: *Te enim, o anicula, putridam praebuit comedendam orphis, cartilagineis & phagris.* Alterum verſum,

ὀρφοῖσι, σελαχίοις τε καὶ φαγροῖς βορὰν:

adpoſuit Euſtathius ad Od. μ'. pag. 486, 25. quo oſtenderet, non modo ὁ ὀρφὼς dixiſſe Atticos, ſed & ὁ ὀρφὸς, a quo caſu recto formatus obliquus ὀρφοῖσι. Et repererat quidem illum verſum Euſtathius apud alium Grammaticum; nam in Athenaei Epitoma, quo ille uſus eſt, (in

noſtro certe codice, qui nihilo profecto deterior eſt eo c
quem habuerat Euſtathius) poſt iſta quae ex Dorione ſupra prolata ſunt, deſunt reliqua omnia ad orphum piſcem ſpectantia. Infra, pag. 327. citatur ſimillimus verſus Ameipſiae, a quo hunc Plato comicus mutuatus videtur. Priori verſu, quum συγκατῴκισε vulgo ſcriberetur, ν ἐφελκυστικὸν metri cauſſa fuit adiiciendum.

In ARISTOPHANIS verſu e *Veſpis* (qui eſt num. 493. ed. Br.) ὀρφῶς ſcribitur accuſativus pluralis in Athenaei editionibus, nec aliud enotatum e ms. *A*. In Comici vero editionibus ὀρφῶς circumflexo accentu ſcribi ſolet: & ibi ſcholion eſt veteris interpretis huiusmodi: ἐν τοῖς πλείστοις ὀρφῶς· ἐν τισὶ δὲ ὀρφούς. Μή ποτε δὲ καὶ τὸ ἑνικὸν τοῦ ἰχθύος οὕτως ἔλεγον, ὀρφὼς, ὡς λαγὼς, καὶ ταώς. Quod ἐν τισὶ ille dixit, CASAUBONUS accepit quaſi ἐν τοῖς παλαιοτάτοις dixiſſet. »In Ariſtophanis (inquit) »verſu, ἢν μὲν ὠνῆταί τις ὀρφὼς, vetuſtiſſimi codices »habebant ὀρφοὺς, ut teſtatur vetus interpres Comici. »Etiam Athenaeus ita videtur ſcripſiſſe: qui hoc teſtimo»nium ſubiiciat verſui Platonis, ubi eſt ὀρφοῖσι, eâdem »formatione. *Attici*, inquit, *efferunt hoc nomen cum gravi »in fine* [immo, *cum acuto*; ὀξυτόνως: nam βαρυτόνως, fo»ret ὄρφος:] ὀρφώς. Etymologus vero circumflecti ab At»ticis & ὀρφῶς & λαγῶς.« — A ſingulari ὁ ὀρφὼς accuſativus pluralis regulariter τοὺς ὀρφὼς formari debuerat: adeoque vera videri poterat ſcriptura, quam hîc editiones Athenaei omnes exhibebant. At, quoniam continuo ſubiicit Athenaeus, Τὴν μέντοι ἑνικὴν εὐθεῖαν ὀξυτόνως προφέρονται Ἀττικοί: id eſt, *Verumtamen nominativum ſingularem cum acuto in ultimâ efferunt Attici*: perſpicue intelligi videtur, eumdem auctorem noſtrum in proxime praecedenti verſu *alio accentu* ſcriptum vocabulum reperiſſe adpoſuiſſeque. Quare, ὀρφῶς ab eo ſcriptum hoc loco fuiſſe, ut vulgo apud Ariſtophanem ſcribitur, perquam eſt probabile. Quid enim lucraremur, ſi cum Caſaubono ſtatueremus, ὀρφοὺς h. l. ſcriptum reliquiſſe Athenaeum, prorſus non video: niſi ſtatuas, non acute ὀρφοὺς, ſed penacute ὄρφους fuiſſe veterem ſcripturam a Comici ſcholiaſte laudatam, & ab Athenaeo hîc poſitam; quod foret a ſingulari ὁ ὄρφος, quae (ut Herodianus Grammaticus tradidit, teſte Etymologo p. 635 l. 36 ſq.) fuit communis forma eiusdem vocabuli. At Ariſtophanem probabile eſt At-

c ticâ vocabuli formâ uſum eſſe, non communi. Igitur, quod dein *de Atticorum uſu* adiicit noſter Deipnoſophiſta, id non de *omnibus Atticis*, ſed de *nonnullis* intelligendum: nam alii quidem in ſing. ὁ ὀρφὸς, alii vero ὁ ὀρφῶς dixere: cum quo convenit, quod Ἀττικοὶ absque articulo dixit Athenaeus, non οἱ Ἀττικοί. Sed & ὁ ὀρφὸς dixere Attici, ut iam paulo ante obſervavimus: ſic quidem conſtanter apud Ariſtotelem editur. Diphilus vero Siphnius apud Noſtrum, VIII. 357. d. ὀρφὸς ἢ ὀρφῶς ait, utramque iungens nominis formam.

AD CAP. XCVIII.

ΌΡΚΥΝΟΣ. Ὄρκυνος h. l. cum aſpero ſpiritu ſcribebatur in ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. (In ed. Caſ. 2. & 3. ad vocem uncialibus literis ſcriptam nec ſpiritus nec accentus adiecti.) Mox autem ὀρκύνους cum leni ſpiritu habent editiones omnes. Ex ms. *A.* nil adnotatum. Codex *Ep.* vero conſtanter ὄρκυνος & ὀρκύνους: ſic & idem lib. VIII. pag. 357. a. ubi rurſus ὄρκυνος vulgo editur. Confer ad VII. 303. b. Animadv. pag. 241. ubi non modo de ſcriptura diſſeruimus, ſed & *orcynum* vidimus dici ſolitum maiorem piſcem de *thynnorum genere.*

d τὰ κλειδία καθ' αὑτὰ ταριχεύεται. De κλειδίοις *thynnorum* conf. VII. 303. a. & b. & ibi Animadv. p. 241.

καὶ οἱ λεγόμενοι μέλανδρύαι ἐξ αὐτῶν ταριχεύονται. »Salſamentorum, quae fiebant ex *orcyno*, varia obſervantur nomina; & in his erant *melandrya.* Graeci μέλαν »δρυὸς appellant *intimam quercus partem*, &, ut quidam interpretantur, ipſam *medullam.* [Vide Euſtath. ad Od. ξ'. »pag. 528 init.] Inde τόμοι μελανδρύαι, *qui ex interiore »pulpa orcyni confiebant.* οἱ λεγ. ait, μελαρδρύαι ἐξ αὐτῶν »ταριχεύονται. Plinius: *Melandrya vocantur, caeſis quernis »aſſulis ſimillima.* Non intelligunt hanc vocem qui apud Iobum dictionem Hebraicam *miphle* vertunt *melandrya*: »non minus abſurde quam ſi *ſuccidiam* appelles *viventem »porcum.*« CASAUBONUS. — Confer quae notavimus ad III. 121. b. Animadv. T. II. pag. 349. Scriptura μελανδρύαι ex ſuperiore Caſauboni Animadverſione recepta eſt in ed. Caſ. 2. & 3. Prior ſcriptura, μελανδρίαι, cum in codicibus nonnullis Xenocratis, de quibus ad III. 121. b. diximus, videri poterat praeſidium invenire, tum

aliquatenus in noſtrorum codicum ſcriptura. Sed vera haud dubie eſt ſcriptura, quam tenuimus. Codicum noſtrorum error, in quibus μελανυδρίαι, inde ortus, quod, cum μελανδρίαι perperam in vetuſtiore codice fuiſſet ſcriptum, vocalis υ, quam pro ι ponendam dein adnotaverat aliquis, alieno loco inſerta eſt.

In fine capitis, rectius videtur τά τε κλειδία, *absque vocabulo* μέρη, quod parum commode inſertum habent editi; quibus tamen (quod ſciam) adſentitur ms. *A*. Interim ſuſpectam vocem uncis includi placuit. e

AD CAP. XCIX.

στόμα ἀνερρῳγὸς, quod *aſino* vel *aſello* piſci tribuitur, *os reſciſſum* interpretatus eſt GESNER. pag. 92. l. 62. *Huic apertum os hiat*, vertit Dalecamp. & ſic idem Gesnerus p. 85. l. 5. *Ibid.* καὶ οὐ συναγελαστικός. Abeſt καὶ ms. *Ep.* Servatâ eâ particulâ, malles καὶ ἔστιν οὐ συναγελαστ.

καὶ μόνος οὗτος ἰχθύων τὴν καρδίαν ἐν τῇ κοιλίᾳ ἔχει. »Apuleius in Apologia: *Quod Ariſtoteles ſi ſciſſet, num-» quam profecto omiſiſſet: qui aſelli piſcis ſolius omnium in me-» dia alvo corculum ſitum pro maximo memoravit.* « CASAUBONUS. — Ariſtotelis liber non exſtat. Gemina Athenaeo, ex ipſo fortaſſe, habet Aelianus DE Nat. Anim. VI. 30. Habet vero etiam Clemens Alexandr. Paedag. lib. II. cap. 1. pag. 176. ed. Potteri; ubi conſuluiſſe iuvabit quae ab Editore adnotata ſunt. Quod deinde adiicitur, φωλεύει δὲ μόνος &c. id ipſum idem Philoſophus Hiſt. Anim. VIII. 15. non ſoli ὄνῳ, ſed & aliis nonnullis tribuit piſcibus.

Ἐπίχαρμος ἐν Ἥβας γάμῳ· f

Μεγαλοχάσμονάς τε χάννας, κἠκτραπελογάστορας ὄνους.

Cum imperite in duas voces μεγαλοχὰς μονὰς diviſum eſſet in editis primum vocabulum, monuit CASAUBONUS in Animadv. »Edi iuſſeram EPICHARMI verba hoc mo-» do: μεγαλογάστορά τε χάννας, ἐκτραπελογαστ. « — Quae verba eodem modo in ed. Caſ. 2. & 3. cum in Animadverſſ. repetuntur, tum ad oram contextus adnotata leguntur. At, non id voluiſſe doctum Animadverſorem, ſed μεγαλοχάσμονάς τε ſcripſiſſe aut certe ſcribere voluiſſe, cum aliâs perquam erat probabile, tum vero manifeſtum fiebat ex his quae continuo ipſe adiecit, ſic pergens: »Al-

f »ludit ad originem vocis χάνναι, quae eſt a χαίνω. Vi-»de infra.« [nempe pag. 327. f. ubi idem verſus repetitur.] »Sequentem vocem ex veſtigiis antiquae ſcripturae ita »(nempe ἐκτραπελογάστορας) concinnavimus. Plerique »codices ſcribunt σκῆπτρα πελογάστορας. Clemens Alex-»andrinus, Paedagogi libro ſecundo, [cap. 1.] τὸν ὄνον »ἐκτραπελόγαστρον Ἐπίχαρμος καλεῖ ὁ Κωμικός. Malim »ἐκτραπελογάστορα.« — Prius vocabulum, ſicut p. 27. f. ſic & hîc Μεγαλοχάσμονας ſcriptum oportuiſſe monuerat VALCKENAER in Diatrib. Euripid. pag. 278. Et ſic ſcriptum in utroque noſtro codice: quaſi dicas *magnos oſcitatores* vel *hiatores*. Alterum vocabulum, ad ſummam rei quod adtinet, perſpecte a Caſaubono reſtitutum eſt, ἐκτραπελογάστορας, id eſt, *monſtroſo ventre*: eſt enim ἐκτράπελος (ut poſt H. Stephanum Potterus ad Clem. Alex. l. c. monuit) *monſtroſus*, *a communi naturae ratione recedens*. Sed cum ratio grammatica, tum conſtans Epicharmi in iſta fabula uſus deſiderabat, ut alterius piſcis nomen cum priori per *copulativam particulam* coniungeretur. Et latebat haud obſcure particula illa in corrupta codicis *A*. ſcriptura σκῆπτρα πελογάστορας: pro qua, propius etiam vero, κηπτραπελογάστορας ſcribitur pag. 327. f. Nempe pro καὶ ἐκτραπελογ. more Dorico Epicharmus κήκτραπελογ. ſcripſerat.

Ὄνος, ὃν καλέουσί τινες γάδον. Nusquam aliâs, quod ſciam, nomen γάδος memoratum reperitur, niſi apud Heſychium; apud quem ſub illa gloſſa quid lateat, Γάδος· γάλοι: videndum. In Cyrilli Lexico msto, ut adnotavit doctus Editor, ſcribitur, Γάδος· γάλα. Si eſſet γαλᾶ, conferri id poſſet cum Γαλέα, quod apud Suidam eſt nomen piſcis: id enim contractum foret γαλᾶ. Poſſis etiam ſuſpicari, eſſe γαλοι ex γαλία decurtatum corruptumque: habes autem apud eumdem Heſychium aliam gloſſam huiusmodi, Γαλίαι, οἱ ὀνίσκοι.

Γαλλερίδας, ὃν καλέουσί τινες ὀνίσκον τε καὶ μάξεινον. »Quem noſtri codices μάξεινον indigetant, mss. μύξινον. »*Myxinos* inter mugiles agnoſcunt Ariſtoteles, Oppianus, »alii. Piſces μαζίνας Theophraſtus memorat libro de quo »diximus initio capitis. [ad pag. 312. b.] Vide libri ſe-»quentis caput ſecundum.« [ad VIII. 332. b.] CASAUBONUS. — »Quem hic γαλλερίδου nomine indicat, idem pag. 118. c. χελλάρης appellatur. Eadem nominum con-

»fusio apud Hesychium: apud quem invenies Γαλαρίας· f
»ἰχθὺς, ὁ ὀνίσκος: item, Γαλίαι· οἱ ὀνίσκοι: nec non χε-
»λεάρ· ἰχθὺς ποιός. Μάξεινος, (qui pag. 332. b. μαξεινὸς
»cum accentu in ultima scribitur,) sive μύξινος, sive μα-
»ζίνης, apud Hesychium Λαζίνης appellatur, exponiturque
»per χαραδρίας, (fortasse χαλαρίας vel γαλαρίας) κα-
»λαρίας ἰχθύς.« CORAY, *in Notis msstis.* — Scripturam μάξεινον cum editis tenet ms. *A.* & alii omnes (ut videtur) codices operis plenioris. μυξῖνον (non μύξινον, ut Casaubonus memorat) nonnisi Epitoma habet, nomen temere huc invectum, & ab hoc loco alienum; de quo in *cestreis* vel *mugilibus* pag. 306. e. dictum est: ubi quidem illud fortasse turbare nonnihil aliquem possit, quod *mugilum* genus aliquod βάκχος vocatur, quod nomen paulo post etiam huic generi piscium, de quo nunc agimus, tribuitur. Sed videtur illud nomen non uni generi proprium fuisse. In γαλερίδας hîc consentiunt ambo msti nostri cum editis. In eisdem tamen libris ex eodem *Dorione*, e quo haec citantur, communi consensu pag. 312. d. ista verba proferebantur, τῷ ὀνίσκῳ τῷ καλουμένῳ γαλλαρίᾳ: quâ formâ nomen istud mox & *Archestratus* usurpat, nisi quod κ initio vocis pro γ ponat. Quare videndum, ne γαλλαρίας hîc pro γαλλερίδας scriptum oportuerit; aut certe γαλερίας, quemadmodum fere paullo post in *Euthydemi* testimonio habet ms. *Ep.* Nec vero dissimulandum, libro III. pag. 118. c. ex eodem rursus *Dorione* haec verba citari, τὸν χελλάρην - - καλεῖσθαι καὶ βάκχον, καὶ ὀνίσκον, καὶ χελλαρίνην, ut ibi habet ms. *A.* vel χελλαρίαν, ut ms. *Ep.* Confer Adnotationem continuo sequentem.

Οἱ μὲν βάκχον, φησὶ, καλοῦσιν· οἱ δὲ, γελαρίνην· οἱ δὲ, ὀνίσκον. In γελαρίνην cum editis hîc consentit ms. *A.* γαλλερίνην ms. *Ep.* in quo tamen eodem loco, ubi nunc sunt literae αλλε, erasum est nescio quid quod primum ibi fuerat scriptum. Caeterum de huius nominis varietate modo copiose dictum est. De nomine βάκχος etiam paulo ante monuimus, mugilum speciei cuidam tributum quoque legi pag. 306. e. Adiiciamus hîc quae apud Plinium leguntur, IX. 16, 28. *Asellorum duo genera: callariae, minores: & bacchi, qui non nisi in alto capiuntur, ideo praelati prioribus.* Rursus idem Plinius, XXXII. 11, 53. *Callarias, asellorum generis, ni minor esset.*

a »De *aſello* ARCHESTRATI *verſus* peſſime accepti ſunt:
»Τὸν δ' ὄνον Ἀνθηδὼν, τὸν καλλαρίαν καλέουσιν,
»ἐκτρέφει εὐμεγέθη, σομφὴν δὲ τρέφει τινὰ σάρκα
»καλῶς οὐχ ἡδεῖαν ἐμοί με † ἀλλὰ
»δαίνουσαν· χαίρει γὰρ ὁ μὲν τούτοις, ὁ δ' ἐκείνοις.
»*Primo verſu* καλλαρίαν vocat qui paulo ante dictus eſt »γελλαρίης. Sic in multis κ & γ confundi videas, etiam »in Gloſſis veterum, Heſychii praeſertim. « CASAUBONUS. — Scriptura καλλαρίαν convenit cum ea, quam Plinio uſurpatam modo vidimus: ſed quem Archeſtratus *grandem* vult, eumdem Romanus ſcriptor minorem facit. Per κ literam pariter id nomen apud Heſychium in Καζίνης ſcribi, paulo ante adnotatum. Syncope uſus Oppianus, κλαρίαι dixit, Halieut. I. 105. Priorem Archeſtrati verſum praetermiſit Epitomator. Corruptum ἀνοήδων, quod ex ms. *A.* in ed. Ven. & Baſ. propagatum erat, correxit Caſaubonus: & in verſione iam ante eum correxerat Dalecampius, monitus a *Guil.* CANTERO, Novar. Lect. lib. IV. cap. 5.

»In *ſecundo verſu*, τρέφειν σάρκας eleganter poſitum pro »ἔχειν. Ita ſolent poëtae; praeſertim Sophocles. In Anti»gone, [vs. 897. ed. Br.] κάρτ' ἐν ἐλπίσιν τρέφω, id eſt, »*ſpem magnam habeo.* Vetus interpres: Εὐεπίφορος Σοφοκλῆς »εἰς τὸ τρέφω ἀντὶ τοῦ ἔχω. Non falſum hoc: quod ſe»quentia exempla evincunt. In Aiace Lorario: [vs. 503.] »οἵας λατρείας ἀνθ' ὅσου ζήλου τρέφει. Plautus dixit, *ſervi»tutem colere.* In eâdem: [vs. 644.] ἂν (ἄταν) οὕτω τις »ἔθρεψεν αἰών. Scholia: ἔθρεψεν, ἔσχεν. Ibidem: [vs. 1124.] »ἡ γλῶσσά σου τὸν θυμὸν ὡς μέγαν τρέφει. Oedipo Ty»ranno: [vs. 356.] τἀληθὲς γὰρ ἰσχύον τρέφω. Scriptum »in Suidae collectaneis, literâ T. Τάλεσιν, ἀναλώμασιν· »ἀληθὲς γὰρ ἰσχύον τρέφω· ἀντὶ τοῦ ἔχω. Mera hic por»tenta: duae notulae in unam confuſae; & Τάλεσιν in»doctus ſcriba commentus eſt pro τέλεσιν. Quare in ſuum »locum reiiciantur ea verba: deinde ſcribe Τἀληθὲς ex »hoc loco Sophoclis. In Trachiniis: [vs. 116 ſq.] οὕτω »δὲ τὸν Καδμογενῆ τρέφει: nempe τὰ κύματα. Schol. τρέ»φει, ἀντὶ τοῦ ἔχει: *fluctus malorum habent Herculem.* Sic »Euripides in Hippolyto: [vs. 367.] ὦ πόνοι τρέφοντες »βροτούς. Praecedit in eodem choro apud Sophoclem, »[Trachin. 108.] εὔμναστον ἀνδρὸς δεῖμα φέρουσαν ὁδοῦ. »Vetus lectio fuit τρέφουσαν, vera ſine dubio: *quae ha-*

»bet metum memorem (id est, *assiduum*) de itinere viri. Paul- a
»lo ante dixerat Deianira, [vs. 28.] ἀεί τιν' ἐκ φόβου φό-
»βον τρέφω. Sic fere sub finem, [vers. 817.] ὄγκον μη-
»τρῷον τρέφειν, *habere animum elatum ob matrem.* In Philo-
»cteta, τρέφειν νόσον, *habere morbum.* In Coloneo Oedipo:
»ὅ τι καὶ πόλις τέτροφεν ἀφιλον: *quicquid habet odio civi-*
»*tas.* Iterum: ὥστ' ἐμοῦ τρέφειν βία, *ut eos retineat me invi-*
»*to.* Nec multo aliter in Trachiniis: παίδων δὲ τοὺς μὲν
»ξυλλαβοῦσ' αὐτὴ τρέφει. Poteram alia adiicere similia his,
»tum Sophoclis, tum aliorum poëtarum: sed praestat ab
»hoc diverticulo redeamus in viam. « CASAUBONUS. —
Et nos iuvat ad auctorem redire nostrum. Et, quod doctus Animadversor tacuit, dicamus nos: in *ARCHESTRATI secundo versu* vocabulum σομφὴν, cum corrupte & imperite in ed. Ven. & Bas. ἀμφὴν legeretur, ab ipso esse auctori restitutum, non quidem ex mera coniectura, sed praeeuntibus scriptis libris. Nam membrana quidem *A.* vocibus alieno loco divisis εὐμεγέθης ὀμφὴν habet, unde & εὐμεγέθης veteribus editionibus adhaeserat: sed ipsum vocabulum recte scriptum Epitoma conservavit: Ἀρχέ-
στρατος δέ φησιν, ὅτι ὁ ὄνος σομφὴν τρέφει σάρκα.

»*Tertius* ARCHESTRATI *versus* corruptissimus est etiam
»in membranis omnibus: sed nullum est dubium quin
»emendemus vere,

»ἄλλοις οὐχ ἡδεῖαν, ἐμοὶ δὲ μάλισθ' ἀν-
»δάνουσαν. χαίρει γὰρ ὁ μὲν τούτοις, ὁ δ' ἐκείνοις.

»*Carnem habet*, inquit, σομφήν τινα, *raram, & fungosam*
»*quodammodo, aliis quidem parum gratam, mihi vero maxime*
»*placentem.* Vocem ἀνδάνουσαν distraxit poëta, ut passim
»in his libris: vel scribe, ἐμοὶ δὲ μάλιστα Ἄδουσαν, ve-
»teri verbo. « CASAUBONUS. — Quo loco sane diva Critica minime favit summo viro. Nam & integro pede mutilum esse priorem versum adparet, & sententiam idem continet menti auctoris (si quid video) prorsus contrariam. Multo certe verisimilius est, hoc dixisse catillonem Archestratum: *cibum istum, quamquam sint alii qui laudent, ipsi tamen non magnopere placere;* quam id quod eum dicentem Casaubonus fecit. Cum sententiae, tum versui perspecte consuluit doctissimus CORAY *in Notis msstis*, ubi ait: »Forte legendum:

»— σομφὴν δὲ τρέφει τινὰ σάρκα,
»κἄλλως οὐχ ἡδεῖαν ἔμοιγ', ἄλλοις δὲ μάλισθ' ἀν-

a *»δάνουσαν.«* —
Nec tamen ſatis placet divulſum illud & per duos verſus tributum verbum ἀνδάνουσαν: probabiliorque mihi viſa erat ratio, quam in eamdem cum *Corayo* ſententiam *Adrianus* HERINGA inierat, Obſervation. cap. 21. p. 182. ſic legendum cenſens:
κἄλλως οὐχ ἥδεῖαν ἔμοί γ', ἄλλοι δὲ μάλιστα αἰνοῦσιν. — (ſive, ἔμοί γ', ἄλλοι δέ τε πολλοὶ)
Quorum perſpicaciſſimorum virorum veſtigiis inſiſtens, eam tentare medicinam conatus ſum, e qua ſimul intelligeretur, quî factum ſit ut decurtatus vulgo in libris legatur ille verſus; nempe quia concurriſſent in eodem verſu duae ſimillimae voces, ἀλλὰ & ἄλλοι, quarum altera per ſcribarum negligentiam ſede ſua fuerit expulſa.

AD CAP. C.

ΠΟΛΥΠΟΥΣ, (πολύποδος.) Οὕτως φασὶν οἱ Ἀττικοί. ὡς καὶ Ὅμηρος &c. In poëtae verſu, qui eſt ex Odyſſ. ε'. num. 432. ſcribitur πουλύποδος per diphthongum in prima ſyllaba: ut videri poſſit, ſimiliter primam huius capitis vocem non Πολύπους ſcriptam reliquiſſe Athenaeum, ſed Πουλίπους; cum praeſertim pari modo in pleriſque poëtarum Atticorum teſtimoniis, quae continuo ſubiiciuntur, partim metrum manifeſte diphthongum in prima ſyllaba deſideret, partim etiam ipſae veteres membranae per diphthongum ſcriptam vocem exhibeant. Sed, verum ſi quaeris, toto hoc capite nullam rationem prioris ſyllabae habet Deipnoſophiſta: de *terminatione* vocabuli unice agit. Quod etiam clarius ex ipſo huius diſputationis exordio, quale e codice *Epit.* edidimus, patet. Nam pro eo, quod in edd. & in ms. *A.* nude Πολύπους praeponebatur titulus huius capitis, in ms. *Ep.* perſpicue ſic ſcribitur, Πολύπους, πολύποδος. Οὕτως φασὶν &c. De prima vocis ſyllaba multo inferius demum, p. 318. f. uno verbo monet, *Dores ſyllabam eam per ω longum efferre*, πώλυπον dicentes. De Atticorum uſu, poëtarum praeſertim, ubi longam ſyllabam flagitabat metrum, pro πολύπους Ionico more πουλύπους uſurpantium, nusquam ex profeſſo, &, ſi fides libris noſtris, ne obiter quidem, monuit: ſed tantam exemplorum copiam adpoſuit, e qua adpareret, nihil fuiſſe illo uſu vulgatius, quem eumdem

iam saepius in huius operis cursu observavimus. Vide I. a
5. d. & Animadv. T. I. p. 67. tum lib. II. pag. 64. a. III.
104. e. & Animadv. T. II. p. 220. IV. 169. d. & Animadv.
T. II. p. 598 sq. Adde quae BRUNCKIUS notavit ad Fragm.
Arist. p. 234. & quae a nobis mox deinde dicentur.

ἀνὰ λόγον· παρὰ τὸ ποὺς γὰρ γέγονεν. ποὺς, (non ποῦς) cum hic, tum paulo post dedit ms. uterque: & sic *acute* scribendam illam vocem differte monuit Etymologus, p. 686. Ait autem auctor, regulariter & iuxta analogiam, quemadmodum a ποὺς est genitivus ποδὸς, sic & a πολύπους formari *genitivum* πολύποδος. Adfert tamen paulo post (lit. b.) etiam ex Aristophane exemplum genitivi in ου, non in οδος, definentis. Potuerat commodiore quodam ordine digerere exempla quae adfert: sed in hoc genere non solet Deipnosophista noster nimis esse religiosus.

Accusativus casus, ad eamdem analogiam, πολύποδα vel πουλύποδα debuerat formari, qua formâ etiam usos esse nonnullos ait deinde, lit. c. Nunc vero ait, *contra illam analogiam* πολύπουν vel πουλύπουν *formari hunc casum ab Atticis*: Τὴν δὲ αἰτιατικὴν πολύπουν φασὶν (nempe, οἱ Ἀττικοί·) ὡς Ἀλκίνουν &c. Ignorat uterque noster codex mstus καὶ particulam, quam inter ὡς & Ἀλκίνουν (haud incommode quidem) interiectam habent editi libri.

Αἰσχύλος εἴρηκεν recepi ex ms. *Ep.* cum nulla esset causa, cur hic poneretur *accusativus cum infinitivo*, quos hic habent edd. ac nescio an etiam ms. *A.* *AESCHYLI* verba, quae videri poterant huc spectare, adlata sunt a Nostro lib. II. pag. 37. f. Sed ibi τρίπους λέβης in recto casu nominatur, non in obliquo quem hic dicit Deipnosophista. b

τὸ δὲ πώλυπον λέγειν, Αἰωλικόν· Ἀττικοὶ δὲ πολύπουν λέγουσιν. *Aeolicum* πώλυπον cum ω in prima syllaba recte dedit codex ms. uterque. Nempe & in terminatione & in primae syllabae vocali ab Atticorum ratione discedunt Aeoles: non πολύπουν aut πουλύπουν dicentes in accusativo casu, sed πώλυπον, a recto casu ὁ πώλυπος: quod illi, ut multa alia, cum Doribus commune habent, de quibus idem ipsum docet Auctor noster p. 318. f. Sic & ex Lexico Rhetorico retulit Eustathius ad Od. ε'. p. 232, 11. Δωριεῖς καὶ Αἰολεῖς πώλυπον: ubi quod eisdem *Ionas* etiam accensentur, cum scribitur vulgo, Ἴωνες δὲ καὶ Δωριεῖς &c. id vero (cuiuscumque tandem culpâ sic scriptum sit) minus ex vero esse recte GESNERUS iudicavit p. 747

b ſub fin. Quod vero ait Noſter, Ἀττικοὶ γὰρ πολύπουν λέγουσιν: utique πουλύπουν malles, quia tantum non omnia, quae adfert exempla, iſtam in prima ſyllaba vocalem habent. Sed primum, quod initio dixi, non tam *primae ſyllabae*, quam *terminationis* potiſſimum rationem hîc habet auctor: deinde, quod ad ipſam primam ſyllabam ſpectat, ſatis conſtat, perinde primam ſyllabam πο & που in iſto nomine formaſſe Atticos, (apud Ariſtotelem quidem, ut hunc unum nominem, conſtanter πο brevi vocali editur prima ſyllaba:) & Ionicâ quidem diphthongo non fere niſi poëtas uſos eſſe, ubi productam ſyllabam deſideraret metrum. Legitur apud Euſtathium, loco modo citato: τὸν δὲ πολύποδα, πούλυπον μὲν Ἀττικοί φασιν, ὡς ἐν Ῥητορικῷ εὕρηται λεξικῷ, καὶ πολύπουν. Ubi mendoſe ſcriptum priori loco πούλυπον puto, cum πουλύπουν oportuerit.

Ἀριστοφάνης Δαιδάλῳ·

[καὶ] ταῦτ' ἔχοντα, πουλύπουν, καὶ σηπίας.

Poterat καὶ particulam omittere Athenaeus: & ſic videbantur iſta verba pars eſſe verſus trochaici tetrametri. Sed praepoſitâ illâ voculâ, quam pag. 323. c. adiectam dant libri, fiebat perfectus iambicus ſenarius. Citatur quidem ibi verſus iſte ex Δαναΐσιν: ſed ob nominum ſimilitudinem perquam fit probabile, alterutro loco erratum eſſe in fabulae indice. Ex eodem altero loco (praeeunte Brunckio in Fragm. Ariſt. pag. 234. ἔχοντα hîc recepi, pro ἑκόντα quod habent edd. conſentiente (quod ſciam) ms. *A*. (In ms. *Ep*. deſunt duo priora Ariſtophanis teſtimonia.) Quum utroque loco πολύπους in *plurali* legeretur, ſatis eſſe videri poterat, ſi productâ primâ ſyllabâ πουλύπους corrigeretur. Sed adſenſus ſum Brunckio, iudicanti hoc certe loco πουλύπουν in ſingulari ſcripſiſſe Athenaeum: non quod iſtam terminationem accuſativi pluralis (quae cum alibi, tum apud Ariſtot. Hiſt. Anim. IV. 8. reperitur) per ſe damnem: neque eâ unice ratione confiſus ſum, quod, quoniam proxime de *accuſativo ſing.* praecepiſſet auctor, conſentaneum fuerit ut teſtimonium ſtatim adiiceret eiusmodi, in quo ille nominis caſus occurreret. Sed, quum toto hoc capite id manifeſte agat auctor, ut oſtendat, Atticos non ὁ πόλυπος aut τὸν πόλυπον eâ formâ dixiſſe, in qua nullum fere veſtigium originis a vocabulo πούς ductae ſuperſit;

minime credibile eſt, primum omnium teſtimoniorum ad- b
poſuiſſe eum huiusmodi, e quo id ipſum, quod voluiſ-
ſet, minime confici poſſet: nam accuſativus pluralis πο-
λύπους perinde ab ὁ πόλυπος atque ab ὁ πολύπους formari
potuerat, eamque ſpeciem praebet, ut a priori magis,
quam ab altera nominativi formâ ſit declinatus.

Alterum *ARISTOPHANIS* teſtimonium,

τὸν πουλύπουν μοι ἔθηκε: —

ita ſcripſit BRUNCKIUS, ut duo priora verba eſſent ex-
trema ſenarii, & a duobus poſterioribus initium fieret ſe-
narii ſequentis. At, cur a verbis τὸν πουλύπουν non in-
cipi ſenarius potuerit, non vidi equidem.

Tertium eiusdem *ARISTOPHANIS* teſtimonium,

Πληγαὶ λέγονται πουλύπου πιλουμένου:

eiusmodi eſt, ut valere contra id quod paulo ante diximus,
videri poſſit. Nam in illâ genitivi formâ πολύπου, ut ha-
bent libri, vel πουλύπου, quod deſiderabat verſus, ſane
discernere non poſſis, ſit-ne ab ὁ πόλυπος, an ab ὁ πο-
λύπους (vel πουλύπους) formatus: quin potius eam ſpe-
ciem praebet, ut ab ὁ πόλυπος vel πούλιπος declinatus
videatur. At, poſtquam duo alia exempla adpoſuit au-
ctor, quibus uſus terminationis πολύπους ſatis declarabā-
tur, nihil magnopere prohibebat, quo minus iſtis tertium
verſiculum eiusdem Comici ſubiiceret, in quo idem vo-
cabulum ita occurrit, ut diverſa ratione formatum videri
poſſet. Caeterum, ne hanc ipſam quidem genitivi for-
mam πολύπου, ut Attici ſcriptores eâ utuntur, a nomi-
nativo πόλυπος, ſed (perinde atque alteram πολύπο-
δος) ab ὁ πολύπους ductam eſſe docent nos veteres
Grammatici. Sic quidem & ab ὁ Οἰδίπους formari geni-
tivum Οἰδίπου, & ab ὁ τρίπους genitivum τοῦ τρίπου, mo-
nuit Etymologus pag. 20. l. 18. & hanc ipſam quidem for-
mam *Atticam* eſſe ait ille. Eſt autem illius formationis haec
ratio, quod (quemadmodum ex eodem Etymologo pag.
686. in voc. Ποὺς intelligitur) compoſita Οἰδίπους, τρί-
πους & ſimilia, veluti contracta conſiderari poſſunt ex
Οἰδίποος, τρίποος. Et eſt illorum genitivorum eadem ra-
tio atque accuſativorum πολύπουν, Ἀλκίνουν, Οἰδίπουν,
τρίπουν, quos modo commemoravit ipſe Athenaeus.

Ad eumdem Comici verſum haec notavit CASAUBO-
NUS: »Πληγαὶ λέγονται πολύπου πιλουμένου. Metrum
» poſtulat πουλύπου, ut in proverbio ad quod alluditur in

b » iſto verſu. Athenaeus tamen non ſic ſcripſit, verum ita, » τοῦ πολύπου πιλουμένου: ut apparebit attendenti. « — Ubi, cur τοῦ πολύποῦ ſcripſiſſe Athenaeum iudicaremus, cum πολύπου absque articulo dent ambo noſtri mssti cum editis, non video. Si metri rationem ille habere voluit, πουλύπου ſcripſerit, idque in πολύπου mutatum fuerit a librariis: ſin metrum inſuper habuit, non eſt cur articulum τοῦ ab eo adiectum ſtatuamus. Caeterum, pro mendoſo Πηγαὶ, quod cum ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. habet codex mstus uterque, recte Πλαγαὶ in Animadv. ſcripſit Caſaubonus, quod inde in ed. Caſ. 2. & 3. receptum. Sic corrigendum iam monuerat GESNERUS, p. 751. & *Plagae* in verſione poſuit Dalecampius, remittens lectorem ad ea quae ab ERASMO in Adag. *Bis ſeptem plagis polypus contuſus* (p. m. 75.) disputata ſunt: quod eſt proverbium illud, ad quod alludi in Comici verbis dixit Caſaubonus. Graece illud ſic ſonat, Δὶς ἑπτὰ πληγαῖς πολύπους (rectius ob verſum, πουλύπους) πιλούμενος: uſurpaturque, ut docet Zenodotus Cent. III. 24. ἐπὶ τῶν κολάσεως ἀξίων· παρόσον ὁ πολύπους ὑπρευθεὶς, τύπτεται πολλάκις, πρὸς τὸ πίων γίνεσθαι. Quibus gemina habet Suidas, in Δὶς ἑπτά. Cuius in proverbii interpretatione cum haud facile intelligatur, quo pacto *pinguis* reddatur *polypus pulſando*, vocabulum πίων Eraſmus *mitior* interpretatus eſt; ad ſententiam commodius, quam ad Graeci ſermonis uſum.

In *ALCAEI* verſu, cum ſic eſſet editus,

ἠλίθιον εἶναι, νοῦν τε πολύποδος ἔχειν:

rurſus metri ratio neceſſario πουλύποδος, primâ ſyllabâ productâ, deſiderabat: atque id ipſum nunc perſpicue codex noſter mstus uterque dedit. GROTIUS, iſtum verſum Excerptis ſuis (p. 439.) inſerens, νοῦν δὲ πουλύποδος ſcripſit; diſerte in Adnotationibus monens, male apud Athenaeum νοῦν τε ſcribi. Quare ita interpretatus eſt:

Stultum eſſe, ſed ſic mens ut adſit polypi.

Nempe id ſpectaverat vir praeſtantiſſimus, quod de *verſutia polypi* & vulgo perhibetur, & poëtarum item dictis (quorum nonnulla etiam deinde adferuntur) celebratum eſt. At, quod *aſtu* facere polypum alii dicunt, ut atramentum emittat, id nonniſi *metu coactum* facere ait Ariſtoteles, caeterum *ſtolidum* admodum eſſe animal dicens, ut qui ultro ad manum captantis accedat: quod ipſum etiam Athenaeus pag. 317. b. commemorat. Conf. Plin. IX. 29. 46. Il-

lam igitur ſtoliditatem reſpicere Alcaeus potuit. *Alcaei*, b *Ameipſiae*, *Platonis*, & *Eupolidis* teſtimonia praetermiſit Epitomator.

Ameipsiae verſum, paulo longius a librorum ſcriptura recedens Brunckius (in Fragm. Ariſtoph. pag. 234.) concinniorem reddidit, ad hunc modulum:

Πολλῶν μὲν, ὡς ἔοικε, δεῖ μοι πουλύπων.

Nos, verborum ordinem tenentes, ſatis habuimus μοι particulam, uncis quidem incluſam, adiicere. Caeterum hîc rurſus pro πολύπων, quod vulgatum erat, πουλύπων fuit ponendum.

Πλάτων, Παιδίῳ. Parum congruus titulus fabulae foret Παῖς, qui vulgo hîc perhibebatur, cum ſcriberetur Πλάτων Παιδί: ubi incertum erat, *Puer*-ne, an *Filius*, an *Servulus*, indicaretur. Neque Comicorum ullus fabulam iſto titulo edidiſſe traditur. Παιδίον vero, id eſt, *Puerulum*, *Parvulum*, docuere multi. Docuit *Menander*, teſte Athenaeo III. 94. b. aliisque auctoribus, quos ibi in Animadv. nominavimus. Docuit *Poſidippus*, teſte eodem noſtro Deipnoſophiſta, III. 94. c. Denique *Platonis* fabulam fuiſſe Παιδίον, diſerte Suidas tradit, in Πλάτων Ἀθην. Κωμ. Quo minus dubitandum, hoc loco apud Noſtrum, cum poſt Παιδὶ continuo ſequatur vox ab ω vocali incipiens, errandi cauſſam eam fuiſſe librario, ut poſtremam in voce Παιδίῳ vocalem omitteret. Hunc locum in animo habuerat Casaubonus, cum in Animadv. ad III. 94. b. ſcriberet: »Platonis drama Παῖς alibi laudatur Athenaeo: ubi »ſcriberem ἐν Παιδίῳ, pro ἐν Παιδί. Comici Scholia»ſtes Παιδάριον appellat in iis, quae ſcripſit ad Ranas & »Pacem.« — Nempe, pro Παιδίῳ, quod perinde erat, Πλάτων ἐν Παιδαρίῳ ſcribitur in Schol. ad Ran. 310. & ad Pac. 733. & 948. In ipſo *Platonis* verſu,

ὥσπερ τοὺς πολύποδας, πρώτιστα σέ: c

quum prorſus luxatum ſit metrum, haud dignoſcas, utrum πουλύποδας, an πολύποδας ſcripſerit poëta: ſed non dubito, ſecutum illum eſſe aliorum uſum, & totum verſum tali quodam modo fuiſſe conceptum:

ἀλλ' (vel καὶ) ὥσπερεὶ τοὺς πουλύποδας, πρώτιστα σέ.

ut quartus pes, pro iambo, fuerit anapaeſtus. Ad ſententiam ſubintelligendum ſuſpicor, *Contundam vos, ſicut polypos; & primum omnium te.*

Alcaei, quod denuo ſubiicitur, breve teſtimonium,

c fieri poteſt, ut tale adpoſuerit Athenaeus, quale dant vulgo edd. cum mſstis: Ἔδω δ' ἐμαυτὸν ὡς πολύπους. (Nam haec verba etiam in Epit. leguntur, ſuperiori Alcaei teſtimonio ſtatim ſubiecta, in hunc modum, Καὶ πάλιν· Ἔδω δ' ἐμαυτὸν &c. Sed haud dubie πουλύπους ſcripſerat poëta, quemadmodum ſupra πουλύποδος. Quo poſito, perſpicuum eſſe exiſtimavi, ſenarium demto primo pede confeciſſe illa verba:

— ἔδω δ' ἐμαυτὸν, ὥσπερ πουλύπους.

Rem, ſive fabulam, ad quam adludit poëta, narrat Noſter paulo inferius, lit. f.

Οἱ δὲ πουλύποδα προφέρονται. πουλύποδα, cum diphthongo in prima, nunc dedit ms. *A*. Sed, quod iam ſaepius dixi, de *terminatione* potiſſimum hic agitur: & reſpicit hoc, quod nunc dicit auctor, ad id quod ſupra dixerat, *accuſativum ab Atticis* πολύπουν (ſive πουλύπουν) *formari*. Utraque forma, πολύπουν & πολύποδα, certe in plurali, πολύπους & πολύποδας, apud Ariſtotelem reperitur.

In *EUPOLIDIS* teſtimonio, nunc tandem & editi & ms. *A*. in formam πουλύπους conſentiebant. Verſum iſtum GROTIUS in Excerpt. pag. 498. latine ſic reddidit: *Populi gerens rem, polypi mores habet.* Mireris vero hoc loco, de alia eiusdem vocabuli forma, quae itidem in uſu erat, πώλυψ, prorſus h. l. tacere Deipnoſophiſtam. Occurrit ea cum alibi, tum VIII. 356. e.

AD CAP. CI.

In *DROCLIS* teſtimonio, ſcripturam πουλύποδες dedit ms. *A*. Caryſto oriundus fuit ille Medicus: ſcripſit autem (nonnulla certe) Ionicâ dialecto. De eo conſule Fabricium, Bibl. Graec. T. XII. pag. 583 ſqq. *Vires ad venerem ſtimulantes*, quas *polypo* tribuebant veteres, uno verbo tetigerat Xenarchus Comicus apud Noſtrum, II. 64. a. Plura habes infra, lib. VIII. p. 356. e. f.

Quae de *Polypo* ex *ARISTOTELE* adferuntur, magnam partem leguntur in Hiſtor. Anim. IV. 1. tum de Part. Anim. IV. 9. & aliis eorumdem operum locis: ſed & ex deperdito opere περὶ Ζωϊκῶν ἢ Ἰχθύων nonnulla excerpſit Athenaeus. Quod ait, ὧν τοὺς μὲν ἄνω δύο καὶ κάτω ἐλαχίστους, ad ea verba haec adnotavit CASAUBONUS: »Scri-

»bo: καὶ δύο κάτω: vel καὶ ἴσους κάτω ἑλαχ. Illud malo, »& cauſſam habeo.« — At ſuperſedere ea quidem correctione poſſumus: nam ſatis intelligebatur, illa verba καὶ κάτω ita intelligenda eſſe, quaſi exſerte καὶ τοὺς δύο κάτω dixiſſet. *Polyporum* κοτυληδόνας quae dicuntur graece, latine *acetabula*, d reddidi cum Dalec. praeeunte Plinio, l. IX. c. 29 ſq. ſect. 46 & 48. Vernaculo ſermone commode *ſuçoirs* interpretantur viri docti, i. e. *ſugendi inſtrumenta*. *Ibid.* τοὺς δ' ὀφθ. ἐπάνω τῶν δύο ποδῶν. Intellige ἐπάνω τῶν δύο ἄνω ἄντων ποδῶν.

Ἔχει δὲ καὶ τὸν λεγόμενον ζόλον οὐ μέλανα, ἀλλ' ὑπέρυθρον ἐν τῷ λεγομένῳ μήκωνι. Iſta de colore τοῦ ζόλου in polypo, non leguntur in ſcriptis Philoſophi hodie exſtantibus. Imprudenti, puto, excidit doctiſſimo CAMUS in Notis ad Ariſtot. pag. 686. ut, locum hunc Athenaei citans, ὑπερέρυθρον ſcriberet, & *valde rubrum* intelligeret. Libri quidem omnes, cum ſcripti, tum editi, ὑπέρυθρον tenent; id eſt, *ſubrufum*, *rubeſcentem*. Μήκων, ſive *papaver*, in purpuris aliisque id genus conchyliis quaenam pars dicatur, paucis expoſuimus ad lib. III. pag. 87. f. Hunc locum ſpectans GESNERUS, pag. 742 ſub finem, ait: »Μήκων, id eſt *pa*»*paver*, excrementum ſignificat, vel potius *tunicam* ſ. *ve*»*ſicam* qua id continetur, in polypo, ſepia, & teſtatis: »nam excrementum ipſum ζόλος (id eſt, *atramentum*) di»citur.« — Quae ſequuntur verba, ὃ δὲ μήκων &c. eadem fere ex Aeliano retulit Scholiaſtes Ariſtoph. ad Av. vs. 160. ubi: Μήκων, inquit, ἔστι καὶ μέρος τι τῶν ἐκτοσθίων τοῦ πολύποδος, τοῦ ἰχθύος, ὃ κεῖται ἐπάνω τῆς κοιλίας, οἱονεὶ κύστις, ἐν ἑαυτῇ ἔχουσα τὸν ζόλον· ὥς φησιν Αἰλιανὸς ἐν τοῖς περὶ Ζώων. Ea verba hodie in Aeliani libris DE Natura Animalium non exſtant: rem ipſam videtur ille compilator ex Athenaeo noſtro decerpſiſſe. Interpretis Ariſtophanei verba ſua fecit Suidas, ſub voce Μήκων.

σπλάγχνον δὲ οὐκ ἔχει ἀναλογοῦν. ἔχει, non ἔχειν, dedit mstus uterque. Rem, quae hic traditur, parum recte acceperat Aelianus, DE Nat. Anim. XI. 37. ſcribens, *polypum*, aliaque molluſca, quae dicuntur, ſicut ſanguine, ſic *viſceribus prorſus carere*. Ad quae commode GESNERUS, DE Aquat. pag. 742. ex hoc loco monuit: »Ari»ſtoteles, citante Athenaeo, non ſimpliciter *viſcera*, ſed »*quae ſanguineorum viſceribus reſpondeant*, polypo negat.«

Τροφῇ δὲ χρῆται ἔστιν ὅτε καὶ τοῖς τῶν κογχυλίων σαρκιδίοις &c. Non, *interdum*, (ἔστιν ὅτε) ſed *utplurimum* (μά-

λιστα) illo cibo uti polypum, ait Philoſophus Hiſt. Anim. VIII. 2.

e Ὀχεύει δὲ συμπλεκόμενος &c. Vide Hiſt. Anim. lib. V. cap. 6. & confer Noſtrum p. 317. d. e.

Τίκτει δὲ διὰ τοῦ λεγομένου φυσητῆρος. »Ariſtoteles »[Hiſt. Anim. V. 6 extr.] de ſepiis & loliginibus, a qui»bus parum differunt polypi: Ἐκτίκτει δὲ κατὰ τὸν φυ»σητῆρα καλούμενον· καθ' ὃν ἔνιοι καὶ ὀχεύεσθαί φασιν αὐ»τάς. In polypodibus vocat αὐλόν: [De Generat. Anim. »I. 14. & Hiſt. Anim. IV. 1.] & Plinius [IX. 29, 46.] *fi»ſtulam.* Oppianus, de ovis quae parit polypus: στεγνοῖο »[immo στεινοῖο, Halieut. I. 550.] μόγις διανίσσεται αὐλοῦ.« καὶ τίκτει ὠὰ βοτρυδόν. »Ariſtoteles ea de re: [Hiſtor. »V. 12.] Τίκτει δὲ τὸ ᾠὸν καθάπερ βοστρύχιον, ὅμοιον τῷ »τῆς λεύκης καρπῷ. Iterum idem: [ib. V. 18.] Καὶ ἀποτί»κτει μὲν ὁ πολύπους ἢ εἰς τὰς θαλάμας, ἢ εἰς κεράμιον, »ἤ τι ἄλλο κοῖλον, ὅμοιον βοστρυχίοις οἰνάνθης καὶ λεύκης »καρπῷ. An igitur βοστρυχηδὸν Athenaeus ſcripſerat? Sed »βοτρυδὸν expreſſit Plinius: [IX. 51, 74.] *Pariunt vere ova »tortili vibrata pampino.* Oppianus: [Hal. I. 548 ſqq.]

»— Οὐ γὰρ τῆσιν ἀποκριδὸν, οἷα καὶ ἄλλοις,
»ὠὰ διαθρώσκουσιν· ἀρηρότα δ' ἀλλήλοισι
»βοτρυδὸν, στεινοῖο μόγις διανίσσεται αὐλοῦ.« Casaubonus. — Parum differre videntur iſta, καθάπερ βοστρύχιον, quod de *polypis* uſurpat Ariſtoteles loco citato, & οἷον βότρυς, quod mox ibidem de ſepiarum ovis dicit. Confer Harduin. ad Plin. l. c.

AD CAP. CII.

ὅτι αὐτὸν κατεσθίει. Inde illud velut in proverbio dictum; Πολύποδος δίκην αὐτὸς ἑαυτὸν καταφαγών: quod & Heſychius & Suidas adnotavit. *Mox*, ſcripturam κωμῳδιοποιὸς conſtans ſibi dedit ms. *A.*

Ad *Pherecratis* eclogam haec adnotavit Casaubonus: »Ἐν θρύσκουσι καὶ βρακάνοις καὶ στραβήλοις ζῆν. Ve»tus menda obſidet prima verba. Aſſentior autem docto»rum virorum emendationi, ἀνθρίσκοισι καὶ βρ. vel ἀνθρι»σκίοισι: nam Heſychius ait, Ἀνθρίσκιον, λάχανον ἔχον »ἄνθος. Sequentem dictionem fuiſſe a nonnullis ſolicitatam »demiror: nam *olera ſilveſtria* ſic vocabant. Heſychius, »Βράκανα, τὰ ἄγρια λάχανα.« — Ἐνθρύσκουσι erat in ed.

Ven. Inde divisis vocibus Ἐν θρύσκουσι ed. Bas. & Cas. e Deest tota ecloga ms. *Ep.* Sed ms. *A.* ἐνθρύσκοισι dedit, quod probum erat; modo ν literam in fine adiiceres, metri caussa. Ipsum vocabulum habes apud Hesychium: Ἔνθρυσκον, λάχανον, καρίῳ ὅμοιον &c. ubi cur de veritate scripturae dubitarent viri docti nulla caussa erat: quae si qua fuisset, ipse hic Athenaei locus dubitationem omnem eximere debet. Sunt autem versiculi anapaestici, ut praeclare GROTIUS vidit, qui tamen duos priores (ut de mutatione taceam verbis illata) paulo aliter digessit atque a nobis factum. Sic enim ille, Excerptor. p. 511.

Ἀνθρίσκοισιν καὶ βρακάνοις
καὶ στροβίλοις ζῆν· ὅποταν δ' ἤδη &c.

At non placet, penultimam in βρακάνοις *produci*, quam *brevem* usurpari consentaneum erat: nec secundus versiculus ante στραβήλοις, quae est veterum membranarum scriptura, patitur καὶ particulam. Nempe turbaverat summum virum mendosa scriptura στροβύλοις, quae veteres editiones Ven. & Bas. occupaverat; quam in στροβίλοις mutandam cum Scaligero Grotius censuit; ante quos iam Dalecampius in versione *strobilis* posuerat, adiectâ ad oram hac notâ: »*Strobilus* Hesychio, cardui species: mihi vero po» tius, cardui caput.« Post hos Casaubonus στραβήλοις edens, docere debuerat lectores id quod res est, sed quod tacuit doctus editor animadversorque, esse hanc scripturam e msstis libris ductam. Firmat quidem eamdem codex ms. *A.* e quo nullum dissensum ab editione Casauboni adnotatum video, itemque duo etiam reliqui Parisienses codices, quod ex Villebrunii cum Casaubono consensu colligo. Est autem στράβηλος, *concha* de genere *buccinorum*; de qua vide lib. III. pag. 85. c. & pag. 86. c. d. Iam vero contra secundum versiculum sic constitutum,

στραβήλοις ζῆν· — —

dubitationem moveri posse video, quod *brevem* primam syllabam habeat vox στραβήλοις. Sic quidem manifeste Sophocles usurpavit, in versu illo,

ἁλιᾶς στραβήλου τῆσδε &c.

citato a Nostro, III. 86. d. Nec pro producenda eadem syllaba ad corruptum Epicharmi versum provocare licet, qui III. 85. c. adpositus est. Quare vel statuendum erit, potuisse ancipitem vocalem in illo vocabulo perinde & produci & corripi: aut doctorum virorum emendatio, στρο-

βίλοις, poſtliminio revocanda. Quae poſterior ſi neceſſaria iudicata fuerit ratio, non tamen equidem primum verſum in βράκανα finiam, ſed βρακάνοισιν ſcribendum cenſeam. βράκανα, in Scholiis ad Luciani Lexiphanem c. 2. exponuntur, ἄγρια λάχανα καὶ δύσπλυτα. στρόβιλοι vero, ſi ea vox reſtituenda Noſtro cenſeatur, potuerint pariter atque στράβηλοι, *conchae* vel *cochleae* quaedam intelligi. Suidas: Στρόβιλοι· οἱ κόχλιαι, καὶ οἱ θαλάσσιοι κήρυκες.

Verſ. 3. ὥσπερ τοὺς πουλύποδας νύκτωρ. Pro ὥσπερεὶ, quod erat editum, ὥσπερὶ ſcribitur in ms. *A*. Equidem, cum GROTIO, metri cauſſâ ὥσπερ corrigendum putavi; & πουλύποδας, ut ſolent Attici poëtae, pro vulgato πολύποδας. Etiamque in conſtituendo *quarto verſu* eiusdem GROTII ſecutus ſum iudicium. Sane, ita poëtam ſcripſiſſe,

f αὐτῶν δακτύλους περιτρώγειν:

perquam eſt probabile: quamvis non eam inficias, Athenaeum neglecto metro ſic, ut ex mſstis edidit Caſaubonus, περιτρώγειν αὐτῶν (vel αὑτῶν) τοὺς δακτύλους, ſcribere potuiſſe. In ed. Ven. & Baſ. prorſus mendoſe ἐν τῶν τοὺς δακτ. legebatur. Poëtae verſiculos latine ſic reddidit GROTIUS:

Duris cinaris, olerisque feri
vivere ſucco; cumque eſuries
ſaevior urget, polyporum inſtar
digitos ſibi rodere noctu.

In *DIPHILI* trochaicorum *priore*, pro edito olim Πολύπους, recte Πουλύπους dedere ambo codices mssti. In *poſteriore*, φίλτατε dedit ms. *A*. Integrum fortaſſe olim hemiſtichium fuerit,

ἔστιν ἡμῖν, φίλτατε. (vel, φιλτάτη.)

Sed, quos pro *trochaicis* dedi verſiculis, videndum ne ſint puri puti *iambici*, ita digerendi ſcribendique, ut VILLEBRUNIUS ſive ſuo Marte docuit, ſive ab ADAMO ipſe edoctus. Scilicet:

— Πουλύπους,
ἔχων ἁπάσας ὁλομελεῖς τὰς πλεκτάνας,
οὐ περιβεβρωκὼς αὐτὸν, ἐστὶ, φίλτατε.

Nullâ aliâ mutatione, niſi ut pro ἑαυτὸν, αὑτὸν ſcribatur, aut αὐτὸν, quod pro eo uſurpare amant Attici.

Τοῦτο δ' ἔστι ψεῦδος. ὑπὸ γὰρ τῶν γόγγρων &c. » Phi-

»loſophi haec ſententia eſt; quam non omnes naturae in- f
»terpretes amplectuntur. Hiſtoriar. lib. VIII. cap. 2.« CASAUBONUS. — Confer Plin. IX. 29, 46. aliosque, quos citat Camus, ad Ariſtot. pag. 683. & Beckmann, ad Antigonum Caryſt. pag. 44.

φεύγων διὰ τὸν φόβον μεταβάλλει τὰς χρόας. »Ait, διὰ »φόβον, *metu*, ex ſententia Theophraſti; cui placet, *poly-* »*pum colorem mutare* φόβῳ καὶ φυλακῆς χάριν. [vide pag. »ſeq. f.] Eſt tamen certum, etiam extra metum mutari »ab eo colorem; ut cum piſcibus inſidiatur, quibus veſci »ſolet. Ariſtoteles hanc vel praecipuam mutationis cauſ- »ſam facit: [Hiſt. Anim. IX. 37.] Καὶ θηρεύει τοὺς ἰχθῦς, »τὸ χρῶμα μεταβάλλων, καὶ ποιῶν ὅμοιον οἷς ἂν πλησιά- »ση λίθοις. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο ποιεῖ καὶ φοβηθείς. Aelianus »Variorum libro primo. [cap. 1.] Plinius: [l. c.] *colo-* »*rem mutat ad ſimilitudinem loci, & maxime in metu.* Plutar- »chus de cauſſa & modo huius mutationis disputat in li- »bello Αἰτίαι φυσικαί: [T. II. Opp. pag. 916. ed. Francof.] »longe abiens a ſententia Ariſtotelis, ac Theophraſti quo- »que in libro DE iis Animalibus quae Colorem mutant.« CASAUBONUS. — Theophraſti libellum, quem dicit vir doctus, nominatim citat Deipnoſophiſta, pag. 317 f. ubi vide.

THEOGNIDIS diſtichon legitur vs. 215 ſq. in ed. BRUN- a
CKII, ubi ex vulgata apud Athenaeum ſcripturâ, τῇ προσομιλήσῃ adoptavit doctiſſimus Editor: qui tamen verbi modus particulam ἂν ante ſe requirebat, quae nusquam comparet. In ſuperioribus Theognidis editionibus προσομιλήσει legebatur, itemque apud Plutarch. l. c. eamdemque ſcripturam apud Noſtrum dedit ms. *Ep.* quam recipiendam putavi. Video quidem apud eumdem Plutarchum, idem diſtichon citantem, DE Amicit. Multitud. pag. 96. f. & de Solertia Animal. pag. 978. e. τῇ περ ὁμιλήσῃ edi, verbo ſimplici quidem, ſed eo (ut vulgo apud Noſtrum) in ſubiunctivo poſito. Caeterum conſule quae & de hoc diſticho & de proxime ſequentibus verſibus erudite disputavit NICLAS, ad Antig. Caryſt. cap. 29.

In poſteriori duorum verſuum, quos a *Clearcho* (incer- b
tum quonam ex poëta) citatos ait Noſter, cum ſic edidiſſet CASAUBONUS,

τοῖσιν ἐφαρμόζων, ὧν ἂν καὶ δῆμον ἵκηαι:

monuit dein idem in Animadverſionibus: »Melior Euſta-

b »thii lectio, & Epitomae, ἐφαρμόζου.« — Nempe sic recte & noster ms. *Ep.* & ex Epitoma Eustathius, ad Od. ε'. pag. 232. ubi plurima ad polypum spectantia ex Athenaeo adposuit. Istam scripturam ex Eustathio iam commendaverat diligentissimus perspicacissimusque Gesnerus p. 745. Caeterum in posteriori hemistichio eiusdem versus, quum ἂν particulam libri veteres ignorent, ex scriptura cod. *Ep.* (quam & Eustathius tenet) collata cum scriptura codicis *A.* omnino probabile fit, sic scripsisse poëtam, ὃν κεν κατὰ δῆμον ἵκηαι: nempe κατὰ & ἵκηαι, pro καθίκηαι. Particulae καὶ quidem non erat hic locus: κε vero, pro ἂν, recte positum. Esse autem versus istos (cuiuscunque sint) ex Pindaro expressos, monuit SCHNEIDERUS ad Fragm. Pind. pag. 16. Conf. NICLAS l. c. Quod *Clearcho* auctori versus istos, contra quam Athenaeus docet, tribuit Eustathius; id ex Epitoma ductum, in qua nude sic: Καὶ Κλέαρχος Πουλύποδός μοι &c.

AD CAP. CIII.

Ὁ δὲ πολύπους ἐστὶ συντηκτικός. »Et sententia & dictio »Aristotelis. συντηκτικὸς hic, *qui habet patibilem qualitatem* »τοῦ συντήκεσθαι. Proprie συντηκτικὸς, *qui liquefacit*, non »*qui liquefit.* Sic in Medicorum libris, *febris* συντηκτικὴ, »*quae carnem consumit.* Sed similium usurpationum exem»pla alibi attulimus. Hanc autem polyporum σύντηξιν Pli»nius [IX. 30, 48.] appellat *tabem.* Omnis enim τηκεδὼν »Latinis est *tabes*; non solum φθίσις & μαρασμός. Aristo»teles ita describit: [IX. 37.] Τὸ πλεῖστον γένος τῶν πο»λυπόδων οὐ διετίζει. καὶ γὰρ φύσει συντηκτικόν ἐστι. ση»μεῖον δ' ἐστί· πιλούμενος γὰρ ἀφίησιν ἀεί τι, καὶ τέλος »ἀφανίζεται. *Plerique polypi integrum biennium non durant.* »*Naturâ enim suâ in liquorem solubilis est. Cuius rei est signum:* »*quod pressus, aliquid semper ex se emittit: tandemque sic perit* »*totus.*« CASAUBONUS.

Ἐωράθησαν δέ ποτε καὶ ἐπὶ τὸ ξηρὸν ἐξιόντες &c. Verba ista repetens CASAUBONUS in Animadversionibus, Ἐφωράθησαν scripsit; consulto - ne, nescio, an imprudens. Aptum quidem illud verbum erat huic loco, sed non necessarium: & in vulgato Ἐωράθησαν hic nil variant libri, qui paulo inferius iidem omnes in ἐφωράθησαν consentiunt. Monuit autem ad hunc locum doctus Animadversor haec:

» Et hoc ex Ariſtotele, Hiſtoriar. lib. IX. cap. 37. Sed al-» ludit fortaſſe ad hiſtoriam aliquam ei ſimilem, quae re-» fertur Plinio, lib. IX. cap. 30. & illi quam Aelianus com-» memorat [DE Nat. Anim.] lib. XIII. cap. 6.«

χαίρουσι δὲ τῶν φυτῶν καὶ ταῖς ἐλαίαις. » Aelianus li- c » bro primo, cap. 38.« CASAUB. — Immo Aelian. Nat. Anim. I. 37. Adde IX. 45.

Cum editum eſſet, ἐάν τις κλάδον - - καθίει, monuit CASAUBONUS: » Scribe καθιείη, vel καθιῇ.« — Percommode vero καθῇ dedit uterque noſter codex mſtus. *Mox* d deinde, pro πολύποδες, quod in edd. & in ms. *Ep.* legebatur, πουλύποδες dedit vetus ms. *A.* quod non negligendum putavi.

AD CAP. CIV.

Λέγεται δὲ, αὐτῶν τὸν ἄρρενα ἕλκειν αἰδοιῶδές τι ἐν μιᾷ τῶν πλεκταν ῶν. » Non auſus eſt vocare *genita-* » *le*, ſed *genitali ſimile.* Neque Philoſophus ſimpliciter vo- » cat αἰδοῖον, ſed *ita nominari* ait a nautis. [Vide Hiſt. » Anim. V. 6. & 12.] In omnibus libris ἕλκειν, non » ἔχειν, ſummo conſenſu. Plinius hanc πλεκτάνην, ha- » bentem duas κοτυληδόνας, videtur appellare *caudam bi-* » *fulcam & acutam*, libro IX. cap. 29.« CASAUBONUS. — Vide apud Plinium quae Harduinus adnotavit: nempe expreſſit iſta latina Plinius ex ipſius Ariſtotelis verbis quae leguntur in Hiſt. Anim. lib. IV. cap. 1. ſect. 2. Apud Noſtrum, in ἕλκειν cum ed. Ven. & eis msstis, quorum lectiones Caſaubonus habuit, conſentiunt noſtri duo codices: quod quoniam ferri potuit, revocandum reſtituendumque Athenaeo putavi; quamvis multo commodius ſit ἔχειν, quod ex Ariſt. V. 6. receperat editor Baſileenſis, tenueratque Caſaubonus. Potuit ſuo in Ariſtotelis exemplo ἕλκειν reperiſſe Athenaeus; potuit etiam ſuo arbitratu (ut paſſim multa alia nonnihil mutavit) ἕλκειν pro ἔχειν ſcribere. Nam ad librariorum quidem errorem non videtur illa ſcriptura referenda: quamvis enim ſaepe alibi ab illo hominum genere verbum ἕλκειν in ἔχειν temere mutatum reperias, vix tamen vice verſa ἕλκειν pro ἔχειν a librariis invectum repereris. Quod autem iam ſaepius in his Animadverſionibus monui, apud Athenaeum non hoc ſolum, nec potiſſimum, ſpectari debere, quid *ipſe* ſcri-

d pſerit; ſed iſtud potius, quod ſcriptum fuiſſe probabile ſit *ab eis quos ille citat auctoribus*: id, primum quidem, de Poëtarum maxime teſtimoniis intelligi volo; ac de eorum praeſertim quorum ſcripta integra ad nos non pervenerunt. Nam ubi ſubinde ſuo arbitratu ille nonnihil in verbis veteris poëtae mutavit, noluerat profecto perſuadere lectori, eisdem prorſus verbis uſum poëtam eſſe. Contra, ubi veterum auctorum ſcripta, e quibus teſtimonia adducit Deipnoſophiſta, integra ac ſatis emendata (eis quidem in locis, ad quae ille provocat) ſuperſunt: ibi, ſi quid in verbis mutavit noſter Compilator, tanto magis ex uſu fuerit ſcripturam illius adcurate tenere, &, quam ſibi licentiam in citandis veterum auctorum teſtimoniis ille ſumſerit, diligenter adnotare; quo ex collatis inter ſe huiusmodi locis probabile iudicium ferri de aliis locis poſſit, ubi ex deperditis veterum auctorum ſcriptis teſtimonia citantur. Accedit hoc loco, quod verba ea, de quibus agitur, non ex quinto Hiſtoriarum libro, ſed ex opere deperdito (in quo fortaſſe eisdem ipſis uſus erat Ariſtoteles) transſcripſiſſe videatur Deipnoſophiſta: nam quae dehinc ſequuntur, illa demum *ex eo libro*, quem *quintum Hiſtoriarum* hodie numeramus, *citari ab illo* videmus. Porro, τῶν πλεκτάνων penacute vulgo hîc ſcribebatur, quemadmodum in vetuſtioribus Ariſtotelis editionibus: recte vero τῶν πλεκτανῶν dedit ms. *Ep.*

μέχρι εἰς μέσην τὴν πλεκτάνην ἅπαν προσπεφυκός. Sic apud Athenaeum libri omnes, fere ut vulgo apud Ariſtot. V. 6. niſi quod ibi paulo amplius, προσπεφυκὸς ἅπαν εἰς τὸν μυκτῆρα τῆς ϑηλείας: ſed longe melius, partim ex probatioribus codicibus, partim ex feliciſſima coniectura eumdem locum curavit doctiſſimus Camus, qui omnino hîc conſulendus.

Ἐν δὲ πέμπτῳ Μορίων. Sic libri omnes, excepta ed. Baſ. in qua ſuo arbitratu editor ἐν δὲ πέμπτῳ Ζώων poſuit. Adnotavit Casaubonus: »Hiſtoriarum libro quinto, c. 12. »Sed more ſuo Athenaeus multa in unum congerit ex di»verſis philoſophi locis.« — Nempe alia, quae ſequuntur, ex capite XVIII. eiusdem quinti libri decerpta ſunt. In verbis hîc citatis, καὶ τῷ τὸ καλουμ. ὑπὸ τῶν ἁλ. αἰδ. ἔχειν, e renendum exiſtimavi articulum τῷ ab editoribus adiectum, qui ob ſequens verbum ἔχειν neceſſarius videbatur. Abeſt quidem ille articulus in vulgatis Ariſtotelis libris; ſed

& repetitum deinde verbum ἔχειν iidem libri ignorant. c
διὸ καὶ χείριστοί εἰσι κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον. χείριστοι, *deterrimi* reddidi, cum Gaza (apud Ariſt. Hiſt. Anim. V. 12.) & Dalecampio. Paulo rectius fortaſſe fuerit, *peſſime ſe habent, maxime debiles & infirmi ſunt.* Conf. quae de vocab. φαῦλος monuimus ad pag. 308. b. Commode apud Ariſtotelem CAMUS vertit, *il maigrit alors.* Cauſſam autem adiicit Philoſophus, οὐ γὰρ νέμονται: *nam cibum non capiunt.*

Mox, quod ὁ μὲν πουλύπους ſcribitur in ms. *A.* id ſatis habui in ſcholio ſub contextu adnotare: quia conſtanter aliâs in verbis ex Ariſtotele citatis ſcripturam πολύπους tenent libri noſtri, quemadmodum & libri Ariſtotelici. At videndum tamen, ne altera iſta forma etiam in Ariſtotelicis libris olim obtinuerit, ac nonniſi a ſequioribus librariis cum hac, quae nunc vulgo obtinet, fuerit permutata. Apud Athenaeum quidem mox rurſus ὁ δὲ ϑῆλυς πουλύπους habet idem ms. *A.* *Paulo poſt*, τοιοῦτο dedere ambo mssti.

μεθ' ἡμέρας πεντήκοντα ἐκ τῶν ᾠῶν πολυπόδια ἐξέρπει. Nimius omnino videtur numerus *quinquaginta dierum;* ſuſpicorque, πεντεκαίδεκα, id eſt, *quindecim* ſcriptum oportuiſſe, quemadmodum de ſepia ex eodem Ariſtotele (lib. V. cap. 12.) refertur infra pag. 323. f. At de *polypo* habent tamen πεντήκοντα Ariſtotelici etiam libri, Hiſtor. V. 18. absque ſcripturae varietate.

ὁ δὲ ϑῆλυς πολύπους &c. Haec, usque πλεκτάνην ἐπέχων, deſunt ms. *Ep.* In ms. *A.* πουλύπους hîc rurſus ſcribi, non πολύπους, paulo ante monui. In eodem ms. *A.* (quemadmodum & in ed. Ven.) deſunt quinque voces ad ſententiam neceſſariae, τοῖς ᾠοῖς ὁτὲ δ' ἐπὶ, quas ex Ariſtot. V. 18. ſupplevit editor Baſileenſis.

Θεόφραστος δὲ, ἐν τῷ Περὶ τῶν Μεταβαλλόντων τὰς Χρόας, f τὸν πολύποδα, φησὶ, τοῖς πετρώδεσι μάλιστα μόνοις συνεξομοιοῦσθαι, τοῦτο ποιοῦντα φόβῳ. Cum τοῦτο ποιοῦνται eſſet editum, (a qua ſcriptura nullus e ms. *A.* diſſenſus adnotatus eſt) puncto ante iſta verba poſito distinguebatur oratio, quo diſſimularetur aliquatenus menda. Haud dubie autem verum erat ποιοῦντα, quod dedit ms. *Ep.* ad πάλυπον relatum. μάλιστα μόνοις, conſentiente utroque noſtro msto tenuerant editiones veteres; ſed in his quidem ante μάλιστα *aſteriſcus* erat poſitus, qua-

f ſi ibi aut deeſſet aliquid aut mendoſa eſſet ſcriptura. Dalecampius ea verba ita convertit: *Polypum iis locis fieri ſimilem quibus ſe admoverit;* monens in ora »Ex litera Theo»phraſti a ſe correctum eſſe locum.« — Poſt hunc CASAUBONUS, ſuâ de coniecturâ μάλιστα τόποις edens, haec adnotavit: »Pro τόποις, ſcriptum in editionibus prio»ribus μόνοις: & ita quoque in vetuſtiſſimis codicibus. »Sed ad fulciendam ſententiam reſtituimus vocem τόποις, »quae & apud Theophraſtum. Dalecampius, qui vocem »πετρώδεσι ſuſtulit, haud dubie gravem admiſit errorem. »Verius eſt enim, deeſſe aliquid, quam ſupereſſe. Quare »etiam in quibusdam libris lacunae nota eſt appoſita. Ne »longum faciam, legendum cenſeo, τοῖς πετρώδεσι μά»λιστα ἢ μόνοις τόποις συνεξομ. veriſſimâ ſententiâ. Poly»pi enim, ut quibusdam viſum eſt, non *ſaxoſis tantum lo»cis* aſſimilantur, quod vulgata lectio ait; ſed & aliis cum »locis tum rebus: idque THEOPHRASTUM eo in libro, »quem Athenaeus laudat, ſcripſiſſe, ſcimus ex iis quae »hodie ſuperſunt. Nam in his Excerptis [in Theophr. Ope»ribus, pag. 470. ed. Heinſii] ſcriptum ſic eſt: Ὅτι τὰς »χρόας μεταβαλλόμενοι καὶ ἐξομοιούμενοι φυτοῖς καὶ τόποις »καὶ λίθοις οἷς ἂν πλησιάσωσι, πολύπους ἐστὶ καὶ χαμαι»λέων καὶ τάρανδος. Quia tamen ſaxis potius, quam ulli »rei alii, ſimiles fieri polypos curioſi harum rerum obſer»varunt, ideo ait Theophraſtus, *colorem eum mutare ad ſi»militudinem ſaxorum potiſſimum, aut etiam ſolorum.* Hanc eſ»ſe Athenaei mentem probant ſcripta exemplaria, in qui»bus omnibus τὸ μόνοις invenias. Accedit eo, quod »plerique auctores *polypum ſimilem fieri* ſcribunt, non cui»vis rei, ſed πέτραις. Plutarchus: [Quaeſt. Nat. T. II. »Opp. pag. 916. b.] Μεταβάλλει οὕτως, ὥστε τὴν χροιὰν »αἷς ἂν πλησιάζῃ πέτραις ὁμοιοῦν. Oppianus: [Halieut. »II. 233 ſq.]

»— οἱ πέτρῃσιν ὁμοΐιοι ἰνδάλλονται,
»τήν κε ποτιπτύξωσιν.

»Aelianus: [Var. Hiſt. I. 1.] Πολύποδες ὑπὸ ταῖς πέτραις »κάθηνται, καὶ ἑαυτοὺς εἰς τὴν ἐκείνων μεταμορφοῦσι χροιάν. »Et ante hos omnes dixerat Philoſophus: [Hiſt. Anim. »IX. 37.] *polypum ſimilem ſe reddere* οἷς ἂν πλησιάζῃ λίθοις. »Et Theognis, [loco ſupra citato:]

»— ὅς, ποτὶ πέτρῃ
»τῇ προσομιλήσῃ, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη.«

Sic ille. — Quibus ex omnibus, verum ſi quaeris, efficitur, nihil mutatu opus fuiſſe. Nec enim voce τόποις opus erat; nam τὰ πετρώδη nil aliud ſunt niſi οἱ πετρώδεις τόποι: & vocabulum μόνοις conſulto adpoſuiſſe Theophraſtus videtur, quo aliam eſſe polypi rationem ſignificaret, atque chamaeleontis, qui & plantis & aliis rebus in proximo poſitis aſſimilare poſſe colorem ſuum vulgo putatur. Nec obſtant verba, quae ex Photii excerptis e Theophraſti libello citavit Caſaubonus: quibus de Excerptis conſuli poteſt Fabricii Bibl. Graec. T. II. pag. 239. num. XII. Caeterum apud Athenaeum h. l. τόποις pro μόνοις ſcribendum iam ante Caſaubonum H. STEPHANUS cenſuerat, in Notis ad praedictum Theophraſti Fragmentum; item Gesnerus DE Aquatil. pag. 745.

οὐ δέχεσθαι τοὺς πολύποδας τὴν θάλατταν. Mire Dalecampius vertit: *Idem, libro* DE *iis quae in Sicco verſantur, ſcriptum reliquit, e mari Polypos egredi.* Inde CASAUBONUS: »Parum ſe verſatum (inquit) in philoſophia Ariſtotelis & »Theophraſti prodit interpres, qui iſta accepit tam abſurde. Athenaeus enim & Theophraſtus hoc voluerunt: *po»lypos reſpirationis gratia*, ſive ad temperandum calorem in»ternum omnibus viventibus ἔμφυτον, *aquam maris non ad»mittere.* Hoc diſerte negat Theophraſtus eo libro quem »laudat auctor: qui liber etſi non exſtat hodie integer, »ſupereſt tamen integra adhuc illius ſententia haec. « [In Fragm. libelli DE Piſcibus, in Theophraſti Opp. pag. 468. ed. Heinſii.] »Eam paullo pluribus lubet deſcribere; eſt »enim locus eximius. Ἐκεῖνο, ait, θαυμαστὸν, εἴ τι δύνα»ται τοῖς αὐτοῖς μορίοις ὡς ὀργανικοῖς ὁτὲ μὲν ἐπισπᾶσθαι »τὸν ἀέρα, καὶ ἕλκειν, ὁτὲ δὲ τὸ ὑγρὸν δέχεσθαι. τάχα δὲ »τούτου μᾶλλον, εἰ ὁτὲ μὲν ὁ ἀὴρ σύμμετρος πρὸς τὴν κατά»ψυξιν (ἢ ὅ τι δήποτε ἐστὶν ἐκ τῆς ἀναπνοῆς γινόμενον) ὁτὲ »δὲ τὸ ὑγρόν. οὐ γὰρ ἅμα γε ἀμφω. τὸ δὲ τῶν πολυπόδων »ἧττον θαυμαστόν· οὐ γὰρ δέχονται τὴν θάλατταν. Hoc »eſt; *Illud mirum, an poſſit ullum animal partibus iisdem in»ſtrumentalibus modo aërem trahere, modo aquam recipere. Ma»gis tamen fortaſſe mirabile, ſi modo quidem aër ſit aptus & »congruens ad refrigerationem, (aut quicquid eſt id quod reſpi»ratio confert) modo vero aqua: ambo namque ſimul admitti ne»queunt. De polypis minus mirum: quia illi maris aquam non »recipiunt.* Sunt & alii multi loci in ſcriptis duorum illorum philoſophorum, ubi δέχεσθαι τὸ ὑγρὸν, & δέχεσθαι

f »τὴν θάλατταν, ita accipiuntur. Unum tantum afferam, »ex libello Ariſtotelis de Reſpiratione; ex quo, ut ex aliis »ſexcentis, conſtare ſtudioſis philoſophiae poterit, non »ovum ovo eſſe ſimilius, quam duorum horum, magiſtri »inquam, & diſcipuli, ſcripta. Ait igitur Ariſtoteles: Καὶ »τῶν ἐν τῷ ὑγρῷ δὲ ζώντων, ὅσα ἄναιμα πλείω χρόνον ζῇ »ἐν τῷ ἀέρι τῶν ἐναίμων καὶ δεχομένων τὴν θάλατταν, »οἷον τῶν ἰχθύων. διὰ γὰρ τὸ ὀλίγον ἔχειν τὸ θερμὸν, ὃ »ἀὴρ ἱκανός ἐστι πολὺν χρόνον καταψύχειν· οἷον τοῖς τε »μαλακοστράκοις καὶ τοῖς πολύποσιν.« — *Recipere* quidem *etiam polypos* interdum *aquam*, legas apud Ariſtotelem, Hiſtor. IV. 1. ſect. 2. at non ſponte eam haurit, ſed accipit intrantem ſimul cum cibo deglutito; eamque protinus reſpuit per eumdem canalem, per quem etiam atramentum ſuum emittit.

Ἐν δὲ τῷ Περὶ τῶν κατὰ Τόπους Διαφορῶν &c. »Id ipſum »legitur hodie in Excerptis ex Theophraſti libro, cuius »modo facta mentio.« Casaubonus. — Vide Opp. Theophraſti, pag. 468 ſub fin. In Ponto Euxino nulla omnino reperiri animalia ex molluſcorum genere, ſcripſit Ariſtoteles Hiſtor. VIII. 28.

AD CAP. CV.

In *Nautili* deſcriptione, recte ἐμφερὴς δὲ κατὰ τὰς πλεκτάνας dedere ambo codd. mssti.

ἀναδύνει δὲ ἐκ τοῦ βυθοῦ ἐφ' ἑαυτὸν ἔχων τὸ ὄστρακον. Quod pro ἀναδύνει, in Epit. ἀναφέρει ſcribitur, id ſpeciem habet; & maiorem haberet, ſi eſſet ἀναφέρεται in paſſivo. Similiter quidem Ariſtoteles, de eodem lepidiſſimo animalculo loquens, Hiſt. IX. 47 ſub fin. ait, τὴν ἀναφορὰν ποιησάμενος κάτωθεν ἐκ τοῦ βυθοῦ: & continuo deinde, ἀναφέρεται δὲ &c. Ad ea quae ſequuntur, adnotavit Casaubonus: »ἐφ' ἑαυτὸν ἔχων τὸ ὄστρακον: id »eſt, *pronus*, vel *teſtam ſuam habens pronam*. Oppianus: »[Halieut. I. 341.]

»— ἀνὰ δ' ἔρχεται ἄκρον ἐς ὕδωρ
»πρηνὴς, ὄφρα κε μή μιν ἐνιπλήσειε θάλασσα.

»Plinius tamen, [IX. 29. 47.] *Supinus*, ait, *in ſumma ne»quorum pervenit*. Qua ratione ſatis belle accipi poſſit, non »video: neque capio doctiſſimorum ſuper ea re ſententiam.« — Mihi vero iſtâ Caſauboni interpretatione, *pro-*

nus, vel, *teſtam ſuam habens pronam*, quamquam per ſe non a abſurdâ, prope obſcurari magis, quam declarari id, quod vult auctor, videbatur. *Super ſe*, ait Athenaeus, id eſt, *in dorſo*, de quo modo dixerat, *teſtam ſuam ferens*: igitur ita, ut, quum naviculae ſpeciem referat illa teſta, carina naviculae ſuperne ſpectet. Quod ipſum Ariſtoteles l. c. his verbis expreſſerat, κατεστραμμένῳ τῷ ὀστράκῳ, (*inverſa teſta*) ἵνα ῥᾷον γε ἀνέλθῃ, καὶ κενῷ ναυτίληται. Quod Plinius ſcripſit, *ſupinum* nautilum *in ſumma aequora pervenire*, haud ſatis adcurate id pronuntiatum eſt. Statuiſſe enim ille videtur, eum eſſe naturalem maxime animalculi illius habitum, ut teſta inferne ſit, animalculum ſuperne: quod contra eſt; ſemper enim in cochlearum omnium naturali ſitu atque habitu orificium teſtae infra eſt, ut animalculum teſtam ſuam veluti in tergo portet: quod & ſua quemque obſervatio docere poteſt, & in ipſa hac quaeſtione de velificatione Nautili (qui *Argonauta Argo* Linnaeo vocatur) opportune adnotavit BECKMANN ad Antigonum Caryſt. cap. 56. ubi etiam illud ſimul monuit, modum ſeſe mergendi & emergendi, quem in Nautilo veteres tantopere mirati ſunt, non ei eſſe proprium, ſed communem cochleis, ſi non omnibus, at pluribus ſaltem, etſi paucae natare ſoleant. Caeteris veteribus ſcriptoribus, nautili velificationem celebrantibus, accenſendus Aelianus, De Nat. An. IX. 34. — Quod, paulo poſt, λεπτῶν ὑμένα legitur in ed. Caſ. 2. & 3. id operarum incuriâ factum: recte λεπτὸν ſuperiores editiones.

δείσας συστέλλει τοὺς πόδας. »Quid huc facit δήσας? Dalecampius eam dictionem recte omiſit: rectius »feciſſet ſi mutaſſet in δείσας, *metuens*: quod nos facile »vidimus, vel ab Ariſtotele moniti, qui ait, ἂν δὲ φοβηθῇ. Plinius vertit, *& ſi quid pavoris interveniat*. Oppianus: ἀλλ' ὅτε ταρβήσῃ σχεδόθεν κακόν. Membranae tamen δήσας: at Hoeſcheliana Excerpta, δείσας. « CASAUBONUS. — Sic & noſter ms. *Ep.* δείσας: quod nos in vitioſae ſcripturae locum, quam intactam in contextu reliquerat Caſaubonus, ſubſtituimus.

πληρώσας αὐτὸν τῆς θαλάσσης. Sic mssti cum ed. Ven. Ac potuit ſuo iudicio ita ſcribere Athenaeus: quamquam id minus commodum erat, quam πληρώσας τὸ ὄστρακον, quod ex Ariſtot. adſcivit editor Baſ. tenuitque Caſaub.

Πολύπους, φησὶ, τὶς, ὁ μὲν τρεφόμενος· ὁ δὲ, ναυτίλος. b

b Scripturam τριψίχρως, quam cum ed. Ven. & Baſ. uterque noſter codex mstus agnoſcit, ex hoc Athenaei loco, citra dubitationis ſignificationem, in Theſaurum ſuum retulit H. STEPHANUS, T. III. pag. 1327. f. vertitque *qui attritu colorem inducit ſeu affrictu.* Nempe ad *coloris mutationem polypi* referri id vocabulum ſatis adparebat: alioquin conſentaneum erat, ut τριψίχρως dici intelligeretur, *qui cutem fricat.* At vera haud dubie erat emendatio, quam in animo habuerat DALECAMPIUS, cum graeca Athenaei latine ſic redderet: *Ariſtoteles polypum dividit in Nautilum & Trepsichrota:* adiectâ notâ: » *Colore mutabilem.* « Quem ſecutus Caſaubonus, ipſum graecum τρεψίχρως tacite in contextum recepit: quod tenere non dubitavi. Valet enim ὁ τρεψίχρως, uno vocabulo, id ipſum quod duobus, ὁ τὸ χρῶμα μεταβάλλων, expreſſit Ariſtoteles Hiſt. Anim. IX. 37. & μεταλλακτὴρ χροὸς Ion tragicus, apud Noſtrum hac. pag. lit. e. Caeterum aliud egiſſe videtur doctiſſimus CAMUS, cum τὸν τρεψίχρωτα hoc loco tamquam alteram *nautili ſpeciem* proponi ait, in Notis ad Ariſtot. pag. 542. Mihi quidem plane videbatur, Ariſtotelem eo loco, quem ob oculos habuerat Athenaeus, hoc ſtatuiſſe, *nautilum* eſſe *ſpeciem polypi:* i. e. animalculum, quod lepidam iſtam naviculam habitat, ſua natura & conformatione eſſe eiusdem generis cum polypo illo, qui vulgo hoc nomine adpellatur, & cui caeteroquin hoc proprium eſt, ut colorem mutet. Nomine igitur *polypi* pro generali ſumto, duas polypi ſpecies ſtatuit; alteram, *polypi colorem mutantis;* alteram, *nautili.*

AD CAP. CVI.

Εἰς τὸν ναυτίλον τοῦτον φέρεταί τι Καλλιμάχου τοῦ Κυρηναίου ἐπίγραμμα. Pro Ἐπὶ, quod erat editum, Εἰς dedit codex mstus uterque. Verbum φέρεται, *circumfertur* interpretatus eſt Dalecamp. non male. Sed φέρεσθαι εἰς τὶ, vel ἐπὶ τὶ, etiam *tendere aliquo, ſpectare aliquid,* denotat. *CALLIMACHI* iſtud *Epigramma*, ex hoc Athenaei loco, cum in Anthologiae Planudeae Adpendicem relatum eſt ab H. Stephano, pag. 514. tum inter Callimachi Epigrammata a poëtae illius editoribus; ubi multorum doctorum hominum ingenia exercuit, quorum obſervationes collectas habes in Erneſtina Callimachi editione, pag. 278 ſqq.

Octo priores verſus emendationibus quibusdam & adnotationibus illuſtravit etiam LENNEP, ad Coluthum pag. 20 ſqq. Integrum pertractavit IACOBS, in Animadv. ad Anthol. Vol. I. Part. II. pag. 282 ſq. quum a BRUNCKIO in Analectis T. I. pag. 468. inter Callimachi Epigrammata, num. 31. eſſet repetitum. Ante horum plerosque ad idem illuſtrandum Epigramma nonnihil iam contulerat GESNERUS, de Aquatil. p. 624.

Verſ. 1. Κόγχος ἐγὼ, Ζεφυρῖτι, παλαίτερος. » Mos olim » fuit, ut virgines, cum exceſſiſſent puellares annos, iam- » que eſſent nubiles, oblectamenta pueritiae ſuae Veneri » conſecrarent. Perſius: [Sat. II. vs. 70.]

» *Nempe hoc, quod Veneri donatae a virgine puppae.*

» Inter puellarum ludicra & puppae erant & conchae Ve- » nereae, & ocellata, [vide Caſaub. ad Sueton. Aug. » 83.] ſive καλολάϊγγες, & id genus alia; ut *concha nau-* » *tili*, quae ſpecie pulcherrima eſt, acatii modo carinata, » & candore ac levitate mirabili. Huiusmodi *concham* ha- » buit *Selena*, *Cliniae filia*, *Smyrnae* quidem *nata*, ſed in » Aegyptum poſtea, ut videtur, translata; ubi & habitavit, » & fortaſſe nupſit. Nam occaſione fere nuptiarum talia » donaria a virginibus Veneri ſuſpendebantur, ut ex Var- » rone docet Cornutus in Perſium. Selena igitur cariſſi- » mam ſibi concham Veneri Zephyritidi, ſub cuius nomine » colebatur *Arſinoë*, [ſoror eademque uxor Ptolemaei Phil- » adelphi] dicat conſecratque: futuram deinceps περί- » σκεπτον παίγνιον Ἀρσινόης. Similis argumenti in Grae- » corum Epigrammatum κύκλῳ extat epigramma Leonidae, » [Analector. Brunckii T. I. p. 228. num. 33.] quo ado- » leſcens Philocles, nucibus relictis, uti ille ait, κουροσύ- » νης παίγνι' ἀνεκρέμασεν, & Mercurio conſecravit. Eſt » ibidem & aliud, [Analect. T. II. pag. 238. num. 8.] quo » teſta carabi, piſcatoris nomine, Priapo dicatur. Auctor » epigrammatis Q. Maelius. Primum illius verſum ita ſcri- » be: Ἀκταίης νησῖδος ἁλιξάντοισι Πρίηπε χοιράσι. Ap- » pellat χοιράδας ἁλιξάντους, *ſcopulos* ad quos fluctus ma- » ris iugiter alliduntur. ξαίνειν, poëtis interdum, *pulſare*, » *tundere*: ita Suidas quoque. At vulgo ἁλεξάντοισι, peſ- » ſime.« CASAUBONUS. — παλαίτερος ad σηλεναίης re- tulerat GESNERUS, *lunâ antiquior* vertens: parum quidem commodâ ſententiâ, ut taceam nimis ab priori vocabulo remotum eſſe poſterius, quod magis probabiliter alii pro

b proprio nomine virginis acceperunt. BENTLEII emendationem, παλαίτερον, probavit LENNEP, adoptavitque BRUNCK. Nautili *tenuissimam* testam spectans IACOBS, tam docte, quam acute πάλαι τέρυς legendum proposuit, ad Hesychianam glossam provocans: Τέρυ· ἀσθενὲς, λεπτόν. Sed ferendum tenendumque παλαίτερος videtur, adiectivum pro adverbio; ut χθιζὸς pro χθὲς, ἐσπέριος pro ἐν τῇ ἑσπέρᾳ, τριταῖος pro τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, & sexcenta id genus alia. Caeterum ad Epigramma hoc utique spectare videtur, quod adnotavit Stephanus Byzant. in Ζεφύριον, cum ait: ἔστι καὶ ἄκρα τῆς Αἰγύπτου, ἀφ' ἧς ἡ Ἀφροδίτη καὶ Ἀρσινόη Ζεφυρίτις, ὡς Καλλίμαχος. Confer proximum Posidippi epigramma.

Vers. 2. Σελεναίης ἄνθεμα. »Σελεναίη poëtica est paragoge, pro Σελήνη: ut *Nicaea*, pro *Nice*: *Phocaea*, pro »*Phoca*.« CASAUB. — Similiter Ἀθηναίη, pro Ἀθήνη; & mox in eisdem his versibus γαληναίη pro γαλήνη: aliaque multa alibi. Conf. Rittershus. ad Oppian. Halieut. I. 480.

Vers. 5 *sq.* εἰ δὲ Γαληναίη λιπαρὴ θεὸς, οὖλος ἐρέσσων ποσσὶν, ὥστ' ἔργῳ τοὔνομα συμφέρεται.

»Cum dictio οὖλος varia significet, quomodo capiemus »hoc loco? Potest enim pro ὅλος, *totus*. Nautilus enim, »cum flat ventus, parte cirrorum vela sibi pandit, parte »alia remigat: quando est malacia, *omnibus suis brachiis* »aequora sulcat. Potest etiam exponi *crispus*, id est, cri»spantibus pedum cirris: [sic Gesnerus, loc. cit.] quod »tamen minus probo. At non displiceat scribi αὐτὸς, ut »in illo Musaei, αὐτὸς ἐὼν ἑρέτης, αὐτόστολος, αὐτόματος »νηῦς.« CASAUBONUS. — At, cur librorum damnaremus scripturam, quae commodam admittebat interpretationem, ac praesertim, cur exquisitius vocabulum οὖλος cum vulgatissima vocula αὐτὸς permutaremus, nulla satis idonea causa fuisse videtur. Quo magis miratus sum BRUNCKIUM, istud quod timidiuscule a Casaubono propositum erat, fidenter recipientem. Sane, si ex librariorum errore ortum vocabulum οὖλος statuatur, magis reconditum aliquod quaerendum erat, e quo fuerit hoc detortum. Nec vero magis illam probare potui novationem, a LENNEPIO invectam, pariterque a BRUNCKIO nostro adoptatam, θέον pro θεὸς scribentibus; nempe θέον ionice, pro ἔθεον, *currebam*; quod ad sequentia sic retulerunt,

θέον αὐτὸς ἐρέσσων, *ipse cucurri remigans.* Nam primum b
quidem, nullum hîc deſiderabatur verbum finitum primae perſonae; quod impediebat magis, quam promovebat, commodiſſimum alioquin orationis curſum: participium enim ἐρέσσων, perinde ac illud τείνας ſuperiore verſu, ad verbum ἐπέπλεον aptiſſime refertur. Ἐπέπλεον πελάγεσσιν, ait nautilus, id eſt, *Navigavi per maria; εἰ μὲν ἄηται,* (nempe εἶεν,) *ſi venti flarent; τείνας λαῖφος, pandens velum; εἰ δὲ γαληναίη, ſin eſſet tranquillum aequor,* ἐρέσσων ποσσὶν, *remigans pedibus.* In ſimilem quidem cum Lennepio cogitationem Dalecampius etiam inciderat, ſic vertens, *celer ego totus remigabam;* quaſi θέων pro θεὸν legiſſet. Neque vero ullâ medicinâ indigebat vulgata ſcriptura: nec enim video quid obſtet, quo minus credamus, τὴν γαλήνην, id eſt, *Serenitatem coeli & Tranquillitatem maris*, velut allegoricam aliquam perſonam, & quamdam quaſi *Deam*, induci a poëta potuiſſe: cui rationi etiam perapte convenire videtur illa paulo inſolentior, nec tamen inuſitata poëtis, vocabuli forma γαληναίη, pro γαλήνη. Simili quadam ratione allegoricam perſonam γαλήνην fecit Mnaſeas Patrenſis, apud Noſtrum p. 301. d. Nomen quidem θεὸς perinde in *foeminino* genere atque in maſculino uſurpari, non eſt quod moneamus.

Sextus verſus, cum mendoſe ſic eſſet editus,

ποσσὶν, ἵν' ὥσπερ καὶ τοὔνομα συμφέρεται: c

ad ſententiam quidem quod adtinet, non magnam habere videbatur difficultatem, ſed ob inconcinnitatem orationis exercuit doctorum hominum ingenia. »Vox ἵνα, inquit »CASAUBONUS, prorſus tollenda: & legendum, τοῖς »ποσὶν, ὥσπερ καὶ &c. vel ποσσὶν ἑοῖς, id eſt, *ipſiis*, »*meis.*« — ποσσὶν ἄν', (pro ἀνὰ ποσὶν) coniectavit LENNEP. ποσσὶν ἀεὶ ex patris emendatione ANNA FABRI commendaverat, ita ut deinde καὶ *delendum* cenſeret. ποσσὶν ἀεὶ ὥς καὶ recepit BRUNCK. Certiorem luculentioremque rationem nobis optimus noſter vetus Codex obtulit: in quo quidem etiam importuna illa vocula ἵν' comparet; (quae ſive ex ſcholio interlineari, ad vocem ὥστε olim adſcripto, imperite invecta eſt; ſive e poſtremis literis vocis ποσσὶν temere repetita:) ſed deinde, pro ὥστε καὶ, peropportune ὥστ' ἔργῳ ſcriptum eſt. Unde exiſtebat verſus huiusmodi,

ποσσὶν, ὥστ' ἔργῳ τοὔνομα συμφέρεται:

commodiſſimâ hâc ſententiâ, *ut cum ipſa re conſentiret nomen*: nempe *nautili* nomen, (id eſt, *nautae*, qui ſive velificio navigat, ſive remigio) non nomen *polypi*, ut Dalecampius acceperat. In iſto autem verſu poſterior ſyllaba vocis ποσσὶν producta fuerit, cum ob caeſuram, tum ob ſpiritum aſperum in proxima voce, qui cum praecedente conſona poſitionem (quae vocatur in proſodia) ſatis fortem efficit.

Verſ. 7. ἔς τ' ἔπεσον παρὰ δῖνας Ἰουλίδας. Vertit DALECAMPIUS: *Iulidis tandem in littus incidi*: cum hac adnotatione: »Iuliopolis, Aegypti civitas, ab Alexandria »diſtans paſſuum duobus millibus.« — Inde CASAUBONUS: »Scribo cum viris doctis Ἰουλίδος, non Ἰου»λίδας. Nam, quod iidem accipiunt de Iuliopoli Aegy»pti, conſtat mihi falli eos egregie. Locus Plinii, libro »VI. cap. 23. qui eſt unicus ubi Iuliopolidis fiat mentio, »incertae fidei eſt: nam vetuſtiores & meliores codices »aliter exhibent. Quod ſi aliqua in iis oris fuit Iuliopo»lis, non dubium eſt a Iulio Caeſare aut aliquo alio gen»tis Iuliae id nomen ortum: quare nihil hoc ad Callima»chi iſtum verſum. Accipiamus igitur de *Iulide*, antiqua »urbe inſulae Ceo, patria Simonidis, Ariſtonis Cei, & »Eraſiſtrati medici.« — Iſtam emendationem, Ἰουλίδος, plerisque doctis viris probatam, & cum in Callimachi editionibus, tum a Brunckio in Anthologia adoptatam video. Nec ego ſane improbaverim: ſed cogitans, *adiective* fortaſſe τὰς δῖνας Ἰουλίδας dixiſſe poëtam, pro τὰς δῖνας τῆς Ἰουλίδος, ferendam hactenus tenendamque vulgatam ſcripturam, eâdem ſententiâ acceptam, iudicavi. Minus placuit LENNEPII inventum, de *iulidibus* piſciculis cogitantis, quorum morſibus periiſſet nautilus: quod ſpectans, ſic ille corrigendum cenſuerat,

ἔς τ' ἔπεσον παρὰ δῖν' ἐς ἰουλίδας. —

Maiorem ſpeciem habet quod IACOBS adnotavit, ſcribendum videri,

ἐκ τ' ἔπεσον παρὰ δῖνας Ἰουλίδος. —

Eiectus ſum ad ad Iulidis litus. At equidem adverbio ἔς τε (pro ἕως, τέλος) aegre caream; ſimplex vero verbum ἔπεσον notione compoſiti ἐξέπεσον lubens accipiam.

Ad ſequentia verba, quae ſic vulgo ſcribebantur:

— ὄφρα γένωμαι
σοὶ τὸ περίσκεπτον παίγνιον Ἀρσινόης:

haec est CASAUBONI animadversio: » Scribe cum inter- c
» pretibus, Ἀρσινόη, vocandi casu, non Ἀρσινόης. Ve-
» nus Zephyritis, Arsinoë, Chloris, Hippia, sunt συνώνυμα. «
Nempe sic, *o Arsinoë*, reddiderat Dalecamp. Et probatur hoc plerisque; eodemque modo citantur poëtae verba ab Etymologo, pag. 664. Περίσκεπτον, ὅ τις ἂν κατανοῶν θαυμάσειεν· οἷον, ὄφρα γένωμαί σοι περίσκεπτον παίγνιον Ἀρσινόη. Genitivum Ἀρσινόης defendere conata erat ANNA FABRI: cuius rationes tum erant vim habiturae, si initio versus esset σὸν aut σοῦ, non σοί. Mihi media quaedam via placuit. In terminationibus ας & ης postremam literam ς frequenter per librariorum errorem ex *iota* olim *ad latus posito* (quod idem ac *iota subscriptum* valebat) ortam observavimus. Percommode autem hic locum habere dativus Ἀρσινόῃ videtur, ad pronomen σοι relatus. Apud Etymologum vero facile negligi potuerat iota subscribendum. De variis Arsinoës cognominibus consuli potest Turnebus, Adverss. lib. I. c. 7. De illo, *Hippia*, cuius mentionem Casaubonus fecit, infra dicendi locus erit ad lib. XI. pag. 497. d.

Ad *quintum distichon*, quum sic vulgo in Athenaei libris scriptum legeretur,

Μηδέ μοι ἐν θαλάμῃσιν ἐθ' ὡς πάρος (εἰμὶ γὰρ ἄπνους)
τίκτει τ' αἰνοτέρης ᾠὸν Ἀλκυόνης:

haec adnotavit CASAUBONUS: »Scribo, Μηδέ μοι &c.
» τίκτοιτ' αἰνότεραι ᾠὰ Ἀλκυόνες.
» *Non hoc iam peto* a Venere, ait nautilus, *quod vivus pe-*
» *tere eram solitus, ut vos infelices Alcedines mihi nidificetis, &*
» *in mari pariatis*: id est, *ut tranquillum mare mihi praestet Ve-*
» *nus: sed, ut Selenae faveat, & factum velit.* θαλάμας Ari-
» stoteles & Oppianus vocant *piscium in aquis cubilia*: Cal-
» limachus, *nidos alcyonum*, de quorum artificio mirabili
» multa Aristoteles in nono Historiarum, cap. 14. & ex
» eo Plinius, Aelianus, alii. « Quibus ista subiicit doctus Animadversor: »Nihil iam est in hoc Epigrammate, quod
» vel mediocriter erudito homini faciat negotium. Auc-
» toris tamen *Epitomae* Athenaei, viri sine controversia eru-
» ditissimi, extat ingenua confessio, ita corruptos ipsius
» temporibus fuisse hos versiculos, ut in illis non multum
» intelligeret. Ait enim: Εἰς τὸν ναυτίλον τοῦτον φέρεταί τι
» ἐπίγραμμα Καλλιμάχου τοῦ Κυρηναίου· ὃ ἐπεὶ ἔσφαλται,
» οὐ μετέγραψα. « — Eamdem confessionem exhibet no-

c ſter ms. *Ep.* Sed ne Poſidippi quidem, quod continuo ſequitur, epigramma in ſuis Excerptis conſignavit Epitomae auctor. In ipſis ſupraſcriptis verſibus probavi cum *Brunckio* adoptavique BENTLEII emendationem, quae & ad ſententiam commodiſſima videbatur, & ad verborum mutationem ſimpliciſſima. In fine tamen verſus, ubi ἀλκυόνος illi corrigendum cenſuerunt, ferendam inſolentiorem vocabuli formam ἀλκυόνης putavi. Docta magis, quam neceſſaria mihi viſa erat IACOBSII emendatio, γοερῆς pro νοτέρης ſcribentis. Tempus quo alcyon ova ſua in litore & in ſcopulis litori vicinis, in ipſoque paene cubili nautili, deponit, laetum inprimis olim nautilo fuerat: quia ſerenum coelum tranquillumque mare, quo is gaudebat, per illud maxime tempus erat.

d *POSIDIPPI Epigramma*, ex Athenaeo, habes in Analectis *Brunckii* T. II. pag. 251. tum in illud IACOBSII Animadverſiones, T. II. P. I. pag. 158.

Verſ. 1. Quod ait καὶ ἐν ποταμῷ καὶ ἐπὶ χθονὶ, ſi vera eſt ſcriptura ποταμῷ, moris fortaſſe apud Aegyptios fuit, ut quod alias *terrâ & mari*, (Germanice, *zu Waſſer und zu Land*) dicere conſuevimus, id illi ita enunciarent, *in flumine & in terra*. *Verſ.* 3. Pro Ζεφυρηΐδος ἀκτῆς, Ζεφυρίτιδος ἄκρης maluerat VALCKENAER ad Callimachi Fragm. pag. 165. ex Steph. Byz. in Ζεφύριον. Nec tamen idcirco temere mutandum vulgatum.

Verſ. 6. τὸ πλατὺ λισσομένοις ἐκλιπανεῖ πέλαγος. »Ἐκλιπαίνειν eſt *impinguare*, vel *pingui madefacere*. Κατα»χρηστικῶς hîc, *turbatum mare ſedare*. Videri poteſt longe »translata ſignificatio: ſed non ita eſt. Nam *mare commo»tum*, ſi aſpergatur *oleo*, *quieſcit*, ut docemur ab Ariſtotele »& Plutarcho. Eo reſpexit Poſidippus.« CASAUB.

AD CAP. CVII.

e Ἐλεδώνη & mox ἐλεδώνην ſcriptum in cod. *Ep.* cum *leni* ſpiritu, ut apud Heſych. & Suid. & Etymol. Ex ms. *A.* nil adnotatum: ſed nec lib. VI. pag. 271. a. ubi ἐλεδώνας editum erat, aliud ex ms. *A.* notatum eſt. Apud Ariſtot. Hiſt. An. IV. 1. in edit. Wechel. *leni* ſpiritu notatur id vocab. ſed *aſpero* in ed. Duval & Camus. In πολυποδίνη cum ed. Ven. conſentit codex mstus uterque. Tum, βολβοτίνη agnoſcit ms. *Ep.* cum edd. Sed

vide Heſych. in Ὀσμύναι, (pro quo Ὀσμύλαι oportebat) e & ibi Interpp. & confer Foeſii Oecon. Hippocr. voce Βολβίτια, & mox Epicharmi verſum ex Hebes Nuptiis. In Ariſtotelicis codicibus Hiſt. An. IV. 1. βολίταινα vocatur ea polypi ſpecies, ubi βολβίταινα fortaſſe ſcriptum oportuit. Qui ὄσμυλος hic vocatur, idem (ut videtur) ὀσμύλη paulo poſt, & ὀσμύλιον pag. 329. a.

Epicharmi verſus prior, qui ſic edebatur,

Πώλυποί τε, σηπίαι τε, καὶ ποταιναὶ τευθίδες.

repetitur infra pag. 323. f. ubi Πώλυπές τε ſcribitur: ne id quidem male, cum potuerit eſſe a ſingulari ὁ πώλυψ, quem habemus VIII. 356. e. Vocem ποταιναὶ, quae utrobique edita erat, hîc *venerandae*, reddidit Dalecampius, quaſi eſſet πότνιαι; ibi vero *volucres*, recte: hoc enim haud dubie voluit Epicharmus, qui utrobique ποταναὶ ſcripſit, (dorice pro ποτηναὶ) quam ſcripturam utrobique opportune nobis conſervavit Epitomator. Aliter Casaubonus ſenſit; cuius vide Animadv. ad pag. 323. f. ad quam ipſe h. l. remiſit lectorem.

Poſteriorem verſiculum, ut deſperatum, omiſit Epitomator. In ms. *A.* non ſecus, ac in editis, ſcribitur,

χαλυσώδεις βολβίτις, γραῖαι τ' ἐριθακώδεες.

Praefigebatur autem in editis *aſteriſcus*, aut *cruciculae figura*, in mendae vel lacunae ſignum. Dalecampius reddiderat, *Et quae mare olet bolbitis*, *ac erithaci colore Graeae.* Felicior in prima verſus parte Casaubonus: »Pro χαλυσ»ώδεις βολβίτις (ait) ſcribo, χ' ἃ δυσώδης βολβί»τις.« Nempe agitur haud dubie de ea polypi ſpecie, quam βολβοτίνην vel βολβιτίνην paulo ante dictam vidimus, quae a τῷ βολβίτῳ, id eſt, *bubulo ſtercore*, cuius *odorem* habet, denominata eſt: quam eamdem & ὄζολιν (nempe, pariter ab *odore*) a nonnullis dici Ariſtoteles ait, IV. 1. Eadem ὄζαινα dicta, *a gravi capitis odore*, ut ait Plinius, IX. 30, 48. Ubi vide Harduin. & quem is citat Polluc. II. 76. Ac potuit quidem idem animalculum ab Epicharmo, diverſâ nominis terminatione, βολβίτις vocari: ſed, quoniam metro Epicharmeo (de quo plane ſecurus Caſaubonus fuerat) minime convenit haec nominis forma, non dubitandum exiſtimavi, quin βολβιτίνη ſcripſerit poëta; ſive pluralem malueris, (qui tamen neutiquam neceſſarius videtur) χ' αἱ δυσώδεις βολβιτῖναι. Maiorem difficultatem habet *poſterius hemiſtichium* eiusdem verſus; de

e quo sic CASAUBONUS: »Pro γραίαι τ' ἐριθακώδεες, quid »aliud legi queat, non video, nisi γρυμαίαι τ' ἐριθακώδεες: »id est, *& viles ciborum paratus ex intestinis piscium quorundam.* »γρυμαία quid dicatur, capite undecimo [ad pag. 293. b.] »iam exposuimus. Vilitas cibi ea voce indicatur: mate»ria, verbo ἐριθακώδεες. Auctore enim Hesychio, ἐριθάκην »appellabant, τὸ ἐγκοίλιον τῶν ἰχθύων τῶν μαλακῶν.« — Nobis γρυμαίαι istae, a viro docto propositae, cum alioqui parum probabiles videbantur, tum quod metro ea vox non conveniebat. Piscis cuiusdam, aut certe aquatilis alicuius animalis nomen requirebam. At *graeas* sive *graas* inter pisces nominatas nusquam alibi, praeterquam hoc Epicharmi versu, reperisse se profitetur doctissimus GESNERUS, p. 407. qui quidquid de aquatilium animantium apud veteres quosque scriptores commemoratur, exquisitissima cura perscrutatus expiscatusque erat. Quare videndum putavi, ne γέρραι fortasse scripserit poëta, eosdem nescio quos pisces dicens, qui *gerres*, sive *gerrae*, & *gerriculae* apud Plinium vocantur, XXXII. 11, 53. de quibus vide ibi Harduin. & Gesnerum de Aquatil. p. 379. Cui coniecturae favere aliquatenus videbatur *acutus* accentus, quo notatum in Athenaei libris est vocabulum de quo quaerimus; cum, si γραιαι vera erat scriptura, *circumflecti* penultima debuisset, ut esset γραῖαι, non γραίαι. Caeterum, in re tam incerta, tanto etiam minus urgere istam coniecturam audeam, quod vestigium aliquod scripturae γραιαι supersse videatur in Hesychiana quadam glossa, quae vulgo quidem sic scribitur: Κωριδεστράες, ζῶον θαλάσσιον: ubi, pro τράες, γρᾶες scriptum oportuisse, (idem valens ac γρᾶαι) probabiliter coniecerunt viri docti. ἐριθακώδεες quo sensu dixerit poëta, definire minime ausim. Dalecampius, *erithaci colore* vertens, notam adiecit: »Vel, avis rubeculae, vel cerinthi sive glutinis, »quo favos apes obturant, ne spiritus interveniat.« Hariolando equidem *glutinosas* interpretatus sum. *Erithacen vocant*, ait Varro, DE RE RUST. III. 16. *qua favos extremos* (apes) *inter se conglutinant.* VILLEBRUNII commenta si quis requirit, ipsum adeat.

f In *ARCHESTRATI vers.* 1. Doricam scripturam Πώλυποι ex proxima Epicharmi ecloga temere repetierant librarii: cui non dubitavi, Atticam Ionicamque formam Πούλυποι substituere. In *vers.* 2. ferendum nullo mo-

do visum erat, quod sic vulgo scribebatur, f
καὶ Κέρκυρα τρέφει πολλοὺς μεγάλους τε τὸ πλῆθος.
Inverti haud dubie debuit verborum ordo, sicuti fecimus, μεγάλους πολλούς τε τὸ πλῆθος. Breviator, duas posteriores voces omittens, satis habuerat πολλοὺς μεγάλους τε scribere.

Quod dein ait Deipnosophista, Δωριεῖς δ' αὐτὸν (perperam αὐτῶν ed. Cas.) διὰ τοῦ ω καλοῦσι πωλύπουν: utique πώλυπον malles, nam sic usurpabant Dores. Si ab Athenaei manu est scriptura vulgata; nunc *primam* syllabam unice spectans, *terminationis* nullam habuit rationem. At mox tamen in *Simonidis* verbis recte πώλυπον habent libri omnes. In ms. *Ep.* hîc solum scribitur διὰ τοῦ ω καλοῦσι, omisso nomine πωλύπουν.

Ἀττικοὶ δὲ πολύπουν. Sic editt. vett. cum msstis: in quo si quid mutatum velles, πουλύπουν erat scribendum, non πωλύπουν, ut habet editio Casaub. Sed & πολύπουν teneri potuit. Malebam tamen, Ἀττικοὶ δὲ πολύπουν καὶ πουλύπουν. Vide supra notata, ad p. 316. a. & b.

Mira sunt, & obscura, magnamque partem corrupta, quae in fine huius disputationis de *Polypis* adiiciuntur. Ea in editis sic scripta legebantur: Ἔστι δὲ τῶν σελαχωδῶν· τὰ χονδρώδη δ' οὕτω λέγεται· πολύποδες, γαλεοίη τε καὶ κύνες. μαλάκια δὲ καλεῖται τὰ τευθώδη. σελάχια δὲ τὰ τῶν ἐρίων φύλλα. Quae verba DALECAMPIUS, nodum gladio dissecans, latine sic reddidit: *Ad cartilagineorum, quae Graeci σελάχια vocant, classem pertinent squali & canes: ad mollium genus, polypi, & loligines.* Quae sunt quidem verissima, sed a Graecorum verborum tenore sensuque magnam partem aliena. CASAUBONUS satis habuit, ad extrema verba adnotasse haecce: »Pro τὰ τευθώδη, scripta lectio τὰ τευθιδώδη. »In sequentibus, σελάχια δὲ τὰ τῶν ἐρίων φύλλα: Epi»tome, φῦλα: recte. Caetera non minus depravata. Vi»detur facere τὰ σελάχια, quasi genus τῶν χονδρωδῶν »καὶ τῶν μαλακίων. Si ita est; scribendum, σελάχια δὲ »τὰ ἑκατέρων φῦλα.« — Et τευθιδώδη, & φῦλα, recte uterque noster codex mstus dedit. In τῶν ἐρίων nil mutat ms. *A*. Sed in cod. *Ep.* τῶν εριων absque spiritu accentuque scribitur, superne adpositis duobus punctis: quibus noster librarius, atque ipse etiam (ut videtur) auctor Epitomae, de menda monere solet, qua laboret scriptu-

fra, cui illa nota adpoſita eſt. Mihi non magis, quam docto Epitomae auctori, liquet, quid ſub illa voce aut vocis fragmento lateat. Tota iſta adpendicula videtur ex vetere aliquo Grammatico ducta, qui discriminis rationem, quod inter τὰ σελάχια vel σελαχώδη & τὰ μαλάκια ſtatuerat Ariſtoteles, (de quo discrimine inſtar omnium conſuluiſſe iuvabit quae disputavit CAMUS in Notis ad Ariſtot. de Nat. Animal. Artic. *Selaques*, & Artic. *Mollusques*) parum perceptam habuerat. Is igitur (ut poſtrema nunc verba omittam) cum apud neſcio quem poëtam *polypum* ſimul *cum galeo cane* (quem de *ſelachiorum* ſeu *cartilagineorum* familia eſſe conſtat) nominatum reperiſſet, *polypum* quoque ad eamdem familiam referri exiſtimaverat. Nam illa quidem verba,

πουλύποδες, γαλεοί τε κύνες:

quae ſic plane, ut a nobis edita ſunt, in membr. *A.* ſcribuntur, eam prorſus ſpeciem habent, ut non dubitandum videatur, eſſe ex epico aliquo poëmate decerpta. Codex *Epit.* quidem cum editis ſcripturam πολύποδες tenet, ſed in γαλεοί τε κύνες cum ms. *A.* conſentit.

AD CAP. CVIII.

a *TIMOCLIS*, de *Paguro* piſce, teſtimonium, in hunc modum, veluti ſoluta oratione conſcriptum, legebatur in editis: Εἶθ' ἁλιεὺς ὢν ἄκρος, σοφίαν ἐν παγούροις μὲν θεοῖς ἐχθροῖσι καὶ ἰχθυδίοις εὕρηκα παντοδαπὰς τέχνας. γέροντα βούγλωττον τὸ μὴ ταχέως πάνυ συναρπάσομαι καλόν γ' ἂν εἴη. Ibi CASAUBONUS: »Veteris poëtae teſti»monium corruptum eſt, inquit, & dispunctum prave. »Sententia exigit γραφὴν huiusmodi: Εἶθ' ἁλιεὺς ὢν ἄκρος »σοφίαν, ἐν παγούροις μὲν θεοῖς ἐχθροῖσι καὶ ἰχθυδίοις »εὕρηκα παντοδαπὰς τέχνας. γέροντα βούγλωττον τὸ μὴ »ταχέως πάνυ συναρπάσαι με καλόν γ' ἂν εἴη. Lo»quitur piſcator, indignabundus quod vetulum bugloſſum »aegre caperet. *Ego*, inquit, *piſcator cum ſim, meam artem* »*perfecte callens, ad capturam pagurorum Diis inviſorum &* »*piſciculorum artes ſexcentas inveni*: itaque *veterem hunc bu*»*gloſſum ſi non cito admodum cepero, pulchrum ſane fuerit.* »Indignantis verba eſſe, conſtare poterat vel ex ſola vo»ce εἶτα, elegantiſſime initio ſententiae poſita, ut paſſim »apud Atticos, & alios quoque ſcriptores non raro. Scri-

»pſimus συναρπάσαι με, ex corrupta lectione συναρπά- a
»σομαι: coniecturâ nimis certâ. Illud καλόν γ' ἂν εἴη, va-
»let, *mira & indigna res ſit.* Pari venuſtate Francoceltae
»diceremus, *il feroit beau voir.*« —

Mihi, de verſuum ratione cogitanti, percommode, ut a nobis factum, in ſenarios distribui poſſe poëtae verba viſa erant: in quibus, metri cauſſâ, nihil fuit mutandum, niſi eiicienda (*verſ.* 2.) vocula ἐν ante παγούροις: quae alioqui perincommode ibi poſita erat, & temere (quod iam ſaepius aliâs obſervavimus) irrepſerat per occaſionem literae ν, in quam deſinit vox praecedens. Non *in paguris*, ἐν τοῖς παγούροις, ſed *paguris*, (in dativo caſu) id eſt, *adverſus paguros*, (id Graece ſonat παγούροις in dativo caſu, idem valente ac ἐπὶ τοῖς παγούροις) *varias artes invenerat piſcator.* Quod ad emendationem ſpectat a Caſaubono propoſitam: ſi *verſ.* 4. teneamus ſcripturam, τὸ μὴ, utique deinde ſtare non poteſt συναρπάσομαι, ſed in συναρπάσαι με fuerit mutandum, quod metro etiam aeque bene convenit. At multo commodius fluere oratio mihi videbatur, ſi, tenentes συναρπάσομαι, in praecedente verſu δ' ἐ, pro τὸ ſcriberemus. Poſtremus verſus integer fuerit, ſi τοῦτο δὴ, aut eiusmodi aliquid ſuppleveris. Nihil ſubſidii in hac ecloga nobis mssti libri offerebant. Codex *Epit.* nonniſi iſta verba habet: Τιμοκλῆς· ἐν παγούροις θεοῖς ἐχθροῖσι &c. usque τέχνας. Codex *A.* nil ab editis discedit, niſi quod initio, pro Εἶθ' ἁλιεὺς, habet Ἴτ' ἁλιεὺς: quod poſſit videri pro Ἴτε poſitum, *Ite!* Unde, eliſâ vocali Ἴθ' oportebat: quae ſcriptura hoc commodi habuerit, ut iam non futurus ſit pes dactylus in quarta ſenarii ſede. Sed, ut dicam quod ſentio: perſuaſum habeo, εἶτα ἁλιεὺς dare debuiſſe noſtrum librarium, &, pro mendoſa ipſius ſcriptura, a recentiore quodam docto librario, aut certe ab editoribus Athenaei, recte Εἶθ' ἁλιεὺς eſſe poſitum: malimque equidem in illa iambici ſenarii ſede pedem dactylum pati, quam iſtam mihi particulam eripi, cuius vim perſpecte Caſaubonus interpretatus eſt. Caeterum ſi cui perſuaſum eſt, poëtam, cuius hi ſunt verſus, neceſſario eis legibus fuiſſe adſtrictum, quas ſcripſerunt nimis ſeveri artis magiſtri; quid impedit quo minus credamus, initium eclogae, cum paulo aliter fuiſſet a poëta conſtitutum, ab Athenaeo nonnihil mutatum eſſe aut contractum?

AD CAP. CIX.

a Πηλαμύς. Nescio quid sit quod constanter per ῑ scribatur ista vox in editis, ut alibi, sic & hîc, Πηλαμίς, & mox πηλαμίδος: quam tamen aeque constanter (ut iam saepius observavimus) & recte quidem, per υ efferunt nostri codices mssti. Vide cum de re, tum de scripturâ nominis, Animadversiones nostras Tom. II. pag. 314. ad lib. III. 116. e. & T. IV. pag. 241. ad lib. VII. 303. b. quâ de scriptura diserte etiam veteres Grammatici monuerunt: & originem nominis, quae eamdem scripturam requirebat, adnotavit etiam Etymologus, pag. 669. παρὰ τὸ ἐν τῷ πηλῷ μύειν. Scripturam per ι Editores Athenaei ex Aristotele fortasse adsciverunt; apud quem plerumque, nec tamen constanter, sic scribi solet: at ibi quoque meliores libri frequenter alteram scripturam per υ tenent. Vide in editione Hist. Anim. quam doctissimo CAMUS debemus, Varietatem scripturae ad pag. 8. lin. 26. & SYLBURGII Notam ad pag. 180. lin. 5. suae editionis.

Φρύνιχος ἐν Μούσαις. »Huius fabulae meminit etiam »Pollux libro VII. cap. 30. item libro X. cap. 23. « CASAUB.

Ἀριστοτέλης δὲ ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων. Sic mstus cod. uterque. Sed nude ἐν πέμπτῳ Ζώων ed. Ven. & Bas. Contra, ἐν πέμπτῳ Μορίων edidit CASAUBONUS, adnotavitque in Animadv. »Laudatur Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ »μορίων; hoc est, ut saepe iam diximus, libro quinto »Historiarum, capite decimo. «

b In *SOPHOCLIS*, ex *Pastoribus*, *vers.* 1. pro Εἶθ' ἢ παροικος, quod erat editum, percommode Ἔνθ' dedit ms. *Ep.* id est, Ἔνθα, *hîc*, vel *ibi*. In *vers.* 2. post Ἑλλησποντὶς distinctionem posui cum BRUNCKIO, (Fragm. Sophocl. pag. 26.) ubi nulla erat: *tertio* autem *versu* delevi comma post Βοσπορίτη, quod ibi ab editore Bas. temere positum tenuerant Casaub. & Brunck. Adparet, iam ante Aristotelem observatum fuisse ab accolis maris & piscatoribus id, quod in Hist. Anim. VIII. 13. philosophus scripsit, *verno tempore pelamydes in Pontum Euxinum intrare, ibique aestatem exigere.* Ad verbum θαμίζεται (*vers.* 3.) commode adnotavit BRUNCK, referri eo posse Hesychii glossam: Θαμίζεται, ὁμιλεῖ.

AD CAP. CX.

Epicharmi Trochaicus, Κομαρίδας τε &c. ex *Hebes Nuptiis* ductus eſt. Conf. pag. 323. c. In *Muſis* eumdem nonnihil mutavit poëta, Χαλκίδας τε ſcribens pro Κομαρίδας τε, ut diſcimus ex pag. 323. a. Sunt autem κομαρίδες, *minuti* κόμαροι, ſive potius (in foem. gen.) *minutae* κομάραι, id eſt, *ſquillae*. Quo ſpectat Heſychiana gloſſa, Κομμάραι ἢ Κομάραι, καρίδες: quae vocis forma ibi quidem *Macedonibus* propria fuiſſe perhibetur; ſed, ſi vera huius loci ſcriptura, etiam Doribus & Siculis in uſu fuit: qui quidem aliâs κάμαροι aut κάμμαροι uſurparunt, ut Sophron apud Noſtrum, III. 106. d. & ipſe Epicharmus, VII. 285. b. & 286. f. aut κάμμοροι, ut VII. 306. c. niſi fortaſſe ex vetere errore ibi orta eſt ſcriptura κάμμοροι, cum κόμμαροι ſcriptum oportuiſſet. b

In *Numenii* teſtimonio, ubi ait ὅτε δὲ στροφάδας παρὰ πέτρην φυκίδας, Dalecampius ea verba ſic reddidit, *aliâs ad Strophadum ſaxa phycidas:* adnotavitque: »*Strophades*, inſulae duae ante Pylum, vicinae Sphacteriae. Strabo. « — Inde Casaubonus: »Scribo (inquit) »στροφάδα παρὰ πέτρην: aut, ſi mavis, στροφάδας »παρὰ πέτρας. Sed eam vocem accipe, non cum interpretibus, de inſulis Strophadibus: verum pro ἁλιστρεφεῖς, & *rotundas, quae undique mari cinguntur.* « — Equidem, nihil mutans, στροφάδας ad φυκίδας relatum, cum doctiſſimo Dutheil in Notis msstis, percommode intelligi poſſe putavi *verſantes, ſeſe circumagentes*: ſed, pro παρὰ, utique περὶ πέτρην legendum videtur, *circa petram*. Secundus Numenii verſus, cum tertii initio, iam ſupra adpoſitus erat pag. 282. a. Repetiturque idem cum ſequente integro, pag. 320. e. *Phycides* piſciculos, in numero *ſaxatilium* (τῶν πετραίων) relatos a Diocle ſupra vidimus pag. 305. b. ſimul cum *alpheſta* & *perca*. c

Φυκίς. Occaſione teſtimoniorum Numenii & Speuſippi, modo adpoſitorum, in quibus *phycidum* fit mentio, brevem de his piſciculis diſputationem ſubnectit Deipnoſophiſta. Quae diſputatio cum ab his verbis incipiat, Καὶ ταύτης &c. merito Casaubonus titulum ΦΥΚΙΣ, ad quem manifeſte refertur pronomen ταύτης, adiecit. Quod autem ſtatim ait, *meminiſſe huius Epicharmum in Hebes Nuptiis*, ſuſpicio orta erat Casaubono, interciditſſe par-

c tem teſtimonii proxime ante ex Epicharmo adpoſiti. »Vi-
»detur (inquit) Epicharmi teſtimonium voce una immi-
»nutum: nam ſubobſcure hoc innuit Athenaeus.« —
Recte vero ait »ſubobſcure.« Nam, quod dicit Deipno-
ſophiſta, ὧν τὰ μαρτύρια πρόκειται, id de *Numenii* quidem & *Speuſippi* teſtimoniis in aprico eſt; ad *Epicharmi* vero teſtimonium non neceſſe videtur ut perinde referamus illa verba. In iis fragmentis certe huius poëtae, quae hodie apud Athenaeum ſuperſunt, nusquam (quod ſciam) *phycidum* fit mentio: niſi vera comperiatur coniectura noſtra, quam ad pag. 304. e. propoſuimus, ubi mendoſum vocabulum φύχει ex φύκαι (quae ſunt eaedem ac φυκίδες) corruptum videri diximus. Et iſta quidem verba ibi ex *Muſis* Epicharmi ducta ſtatuimus: ſed probabile eſt, ſimilia etiam in *Hebes Nuptiis* poſita fuiſſe.

Ἀριστοτέλης - - ἀκανθοστεφῆ φησιν εἶναι καὶ ποικιλόχροα φυκίδα. »Forte ποικιλόχρουν. Sed & vulgata ferri poteſt,
»aſſumtâ ϑύραθεν voce ζῶα. Non ſolum autem ποικιλόχρους
»eſt phycis, ſed & τρεφίχρως, ut docet philoſophus, Hi-
»ſtoriar. libro octavo. [cap. 30.] Ἀκανθοστεφῆ autem
»vocat phycidem, reſpiciens ad *pinnam quae per dorſum* huius
»piſcis *continua porrigitur.* Quod proprium non eſt phycidi,
»ſed in multis reperitur.« CASAUBONUS. — Μεταβάλλει καὶ ἡ φυκὶς τὴν χρόαν· τὸν μὲν γὰρ ἄλλον χρόνον λευκή ἐστί· τοῦ δ' ἔαρος, ποικίλη. Ariſtot. l. c.

τῶν δὲ γραμμοποικίλων, πλαγίαις τε ταῖς ῥάβδοις κεχρημένων, πέρκη. »Docti corrigunt κεχρωσμένων:
»ſcripti tuentur κεχρημένων: nec video cur mutemus. χρᾶ-
»σθαι, in multis loquendi generibus, quod veteres Latini
»*fungi:* vulgo, *habere.* Ariſtoteles in Phyſiognomicis: ὅσοι
»τῶν μεγάλων ξηραῖς σαρξὶ κεχρημένοι εἰσὶ καὶ χρώματι.«
CASAUBONUS. — Mutatum verbum voluerat RONDELET, apud Gesner. pag. 696. Vulgatam ſcripturam merito defendit GESNERUS ipſe, pag. 698. Sed mira vox, γραμμοποικίλων, quae vereor ut Graecae ſit formationis. Inverſe (puto) ποικιλογράμμων oportebat: ſicut pag. 327. f.

Καὶ παροιμία δὲ ἐστίν· Ἔπεται πέρκη μελανούρῳ.
»Plane alieno loco poſita ſunt iſta verba. Suus illis lo-
»cus erat ante vocem ΦΥΚΙΣ. Alluſit ad proverbium
»hoc Numenius verſu qui ante recitatus eſt,

»σκορπίον, ἢ πέρκαισι καθηγητὴν μελάνουρον.« CA-

SAUBONUS. — Numenii verſus, quem dicit vir doctus, c paulo ante recitatus eſt, ubi tamen nonniſi primum illius verbum erat adpoſitum. Integrum verſum, qui ſpectat utique ad proverbium de quo hic igitur, infra demum (pag. 320. e.) recitavit Deipnoſophiſta. Quae vero de *Phycide* hoc loco tradebantur, nonniſi per occaſionem (praeter ſeriem literarum, quam aliâs hoc in libro ſecutus eſt Athenaeus) inſerta erant: quare redit nunc ad *percam* piſcem, de quo dicere coeperat. Idem proverbium, quod hic commemoratur, infra (lib. X. p. 450. c.) Antiphanis comici verbis in hunc modum conceptum repetitur: *βουλομένη* (ſic enim vetus codex, non *βουλομένῳ*) *δ' ἕπεται πέρκη μελανούρῳ*. De *improborum ſocietate* intelligendum conjectaverat ERASMUS, in Adag. p. 645. Simili ratione interpretatus eſt GESNERUS, DE Aquatil. p. 542. monens primum, piſcem utrumque ſaxatilem eſſe, ut in eisdem locis eos reperiri ſit veriſimile; tum, utrique a *nigro colore* inditum eſſe nomen, *nigrum* autem infauſti vel improbi ſignum fere haberi: unde colligit, ſignificari poſſe improborum hominum familiaritatem, vel vitium aliquod quod alterum naturâ ſubſequatur, quemadmodum v. c. ebrietatem ſequitur libido vel contumelia.

AD CAP. CXI.

ΡΑΦΙΔΕΣ. »Quae appellantur *ῥαφίδες*, nomen a ſpe»cie corporis invenerunt. Eſt enim genus piſcis praelongi »& utrimque in *acumen* deſinentis. Ariſtoteles in libris Hi»ſtoriarum non *ῥαφίδα*, ſed alia voce eiusdem notionis, »*βελόνην* appellat. Plinius, & *acum*, & *belonen*. Dicebatur »& *ἀβλεννὴς*, ſi modo ita recte ſcriptum libro VIII. [p. »355. f.] Cum ait, *ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων*, reſpicit (ut d »videtur) verba Philoſophi Hiſtoriar. lib. V. cap. XI.« CASAUBONUS. — Nude *ἐν πέμπτῳ Ζώων* legebatur in ed. Ven. & Baſ. Sed *Ζώων Μορίων*, ut edidit Caſaub. ſic habent mſſri.

Quod deinde ad alterum opus, *Περὶ Ζωϊκῶν ἢ Ἰχθύων*, provocat Deipnoſophiſta, ipſa verba, quae ſpectavit, ſupra adpoſuerat, p. 305. d. ubi *Περὶ Ζώων* perhibetur eiusdem operis titulus. Quae porro ex *SPEUSIPPO* citat auctor noſter, ſunt ex *ſecundo libro Similium*: ipſa verba habet pag. 323. a. b.

AD CAP. CXII.

ΠΙΝΗ. »Πίνη, Plinio teſte [XXXII. 10, 54. collatis »aliis eiusdem locis] *ſquatus* vel *ſquatina* Latinis nuncu»patur. Sed aliud quoque illius nomen invenio, affinis ta»men ſignificationis. Gloſſae priſcae: *Celtis*, πίνα, ἰχθύων »εἶδος. Proprie *celtis* eſt *celum*, γλύφιον. Vetus interpres »ſacrorum Librorum, Iobi cap. XIX. *Quis mihi det, ut exa»rentur in libro ſtylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte ſcul»pantur in ſilice?* In recentibus libris etiam Antwerpienſi»bus, editum *certe*: quin etiam doctiſſimi & praeſtantiſſi»mi viri ita ſcribi iubent: quos certum eſt falli; nam ali»ter verſionis auctor ſcripſerat. Vide librum Hieronymi »ad Pammachium adverſus Errores Iohannis Hieroſoly»mitani.« CASAUBONUS.

e κλεινὴ Μίλητος. Ad vulgatam olim ſcripturam notavit CASAUBONUS: »Quare vocatur *ARCHESTRATO Mi»letus nova?* Nam ait, Καὶ σελάχη μέντοι καινὴ Μί»λητος &c. Sed error eſt in ea ſcriptura. Veteres quidam, »Καὶ νὴ Μιλ. pro καί γ' ἡ Μιλ. vel κλεινή.« — Mendoſum καινὴ tenet noſter mstus uterque. Sed non dubitavi κλεινὴ corrigere; de quo etiam VALCKENARIUS monuerat, ad Phoen. pag. 584 ſq. Cum aliis id genus honorificis epithetis inſignire urbium nomina ſolet ille poëta, tum hoc ipſo quod ei reſtituimus. Sic Καλυδῶνι κλεινῇ, p. 311. a.

»De *tertio verſu ARCHESTRATI* cogitandum amplius.« CASAUBONUS. — Nempe quaerendum (puto) exiſtimavit vir doctus, quodnam ſit genus *crocodili*, *quem aſſum deliciis eſſe filiis Ionum* poëta ait. Quae quaeſtio an dilucidata fuerit interim a Naturae peritis, & ad liquidum hodie perducta, nec ſatis ſcio, nec nunc anquirere vacat. VILLEBRUNIUS graecum vocabulum gallice *un lezard de haies* reddidit, (quaſi *lacertum ſepium* diceres) nullâ adiectâ adnotatione. Video paſſim apud veteres ſcriptores mentionem factam *crocodili terreſtris*, qui videtur eſſe maius aliquod *lacertorum* genus: ſed in Aſiae minoris ora reperiri, & in cibum ab hominibus verti, nusquam memoratur. Video vero etiam, in alia parte orae Aſiae minoris, haud procul Chalcedone urbe, *fontem* aliquem ſive *lacum* memorari, (apud Strabonem, lib. XII. pag. 563. b. & apud Steph. Byz. in Ζάρητα) qui *parvos alat crocodilos*. Horum ſimiles fortaſſe olim, Archeſtrati aetate Gaeſonis palus, prope

Miletum aluerat; quorum genus deinde extinctum eſt: e quemadmodum in Argentorati noſtrae vicinia ad Ellam fluvium, ante hoc ſesquifeculum adhuc, caſtores habitaſſe novimus, quorum iam pridem nullum veſtigium ſupereſt.

AD CAP. CXIII.

ΣΚΑΡΟΣ. In ms. *Ep.* iunguntur duo tituli, Σκάρος: Σπάρος. At diverſus a priori eſt alter, de quo deinde ſeparatim agit Deipnoſophiſta. Nec vero confudit eosdem Epitomator. Nam continuo, pro Τοῦτον Ἀριστ. quod eſt in opere pleniore, Τὸν σκάρον Ἀριστ. ſcripſit: deinde vero, ubi in opere pleniore ſic habetur: Σπάρος. Τοῦτον Ἰκέσιος &c. ibi Epitome, Τὸν δὲ σπάρον Ἰκέσιος.

»Τοῦτον Ἀριστοτέλης φησὶν καρχαρόδοντα εἶναι. Ex »libris Ariſtotelis, & re ipſa, dudum emendavit Rondeletius, φησὶν οὐ καρχαρόδοντα εἶναι. Hiſtoriarum libro »II. cap. 13. Καρχαρόδοντες πάντες οἱ ἰχθύες, ἔξω τοῦ σκάρου. Librorum chirographorum quantum eſt, nihil aliud »hîc, niſi veteris mendae teſtimonium nobis exhibent.« Casaubonus. — De ſcaro Ariſtoteles lib. III. de Partib. Anim. cap. 14. id ipſum repetit, quod in Hiſt. Anim. ſcripſerat. Quare recte Dalecampius in verſione negationem expreſſit: *eſſe dentibus minime ſerratis.* Conf. Bochartum, Hierozoic. Part. I. lib. 1. cap. 6. Nomen inveniſſe τὸν σκάρον παρὰ τὸ σκαίρειν, notatur infra, p. 324. d.

Καὶ μονήρη, καὶ σαρκοφάγον. Etiam ad μονήρη adiicienda erat negativa particula; certe ſi Bellonium audias, ſcribentem »ſcaros *turmatim* ſe conferre ad pabulum:« apud Gesner. pag. 833. De σαρκοφαγίᾳ dubitationem movit Rondelet apud eumdem Gesner. pag. 830. ex ipſo rurſus Ariſtotele, qui diſerte Hiſtor. VIII. 2. ſcribit, σκάρος δὲ καὶ μελάνουρος φυκίοις τρέφονται. De quo continuo deinde ipſe etiam Deipnoſophiſta monet. Et diſerte etiam Plinius, IX. 17, 29. *Scarus*, inquit, *dicitur herbis veſci, non aliis piſcibus.* Quare coniicias, φυκοφάγον ſcriptum oportuiſſe: quod vocab. ex eodem Ariſtotele ſupra relatum eſt, pag. 305. f. ubi de citharo agebatur; & paulo poſt, de ſcorpio, pag. 320. f.

καὶ γλῶτταν οὐ λίαν προσπεφυκυῖαν. »In iisdem (li»bris omnibus chirographis) quod ſequitur *de linguâ ſcari*, »ita ſcriptum, καὶ γλῶτταν οὐ λείαν, προπεφυκυῖαν. Me-

e »lius nos hodie οὐ λίαν προσπεφυκυῖαν. Nam peculiare »aliquid in lingua ſcari voluit obſervare philoſophus »his verbis: at illud omnibus fere piſcibus commune, »*non laevem*, ſed *ſcabram linguam habere*, *& adhaeren-*»*tem*, atque, ut verba illius uſurpem, σκληρὰν καὶ ἀκαν-»θώδη, καὶ προσπεφυκυῖαν οὕτως, ὥστε μὴ δοκεῖν ἔχειν. »[Hiſt. Anim. II. 13. & alibi ſaepius.] Linguam autem pi-»ſcis huius diverſam ab aliorum piſcium linguis eſſe non »mirum, ſi vere ſcribit idem philoſophus, ſolos ex om-»nibus piſcibus ſcarum & fluvialem porcum φθέγγεσθαι: »qua de re libro octavo, capite primo.« [ad VIII. 331. e.] CASAUBONUS. — Recte vero οὐ λίαν προσπεφυκυῖαν in ed. Ven. & Baſ. legebatur, niſi quod in ed. Ven. poſt λίαν temere diſtinctio erat interpoſita. Etiam ms. *A.* veram tenet ſcripturam: ſolus codex *Ep.* λείαν habet, ſimillimo errore quo pag. 304. λείην pro λίην vulgo ſcriptum vidimus. Verbum προσπεφ. autem recte ſcriptum in libris omnibus.

f καρδίαν τρίγωνον, παράλευκον, τρίλοβον. »Scri-»be cum doctiſſimo RONDELETIO, ἤπαρ λευκὸν, τρί-»λοβον. In Epitoma hoc ſaltem recte, quod τρίλοβον ſcri-»bit, non (τρίβολον) ut editum eſt: caetera nihilo melius.« CASAUBONUS. — Recte τρίλοβον noſter etiam cod. *Epit.* Eamdem mendam lib. IX. pag. 392. c. iam olim Canterus correxerat. De altera emendatione, a doctis viris propoſita, dubitare eo magis licebit, quod τρίλοβον haud dubie ad καρδίαν referri videtur. Quare, ſi omnino ἤπαρ λευκὸν corrigendum ſtatuas, fuerit hoc poſt vocem τρίλοβον reponendum. Sed, quoniam utique non ferendum παράλευκον, ſatis videtur ſi περίλευκον corrigamus: quod vocabulum, in re quidem diverſa, occurrit apud Noſtrum, V. 196. b. & apud Ariſtot. Hiſt. Anim. IV. 1.

μόνος δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἰχθύων μηρυκάζει. *Unum e piſcibus ſcarum ruminare*, poſt Ariſtotelem Hiſt. Anim. II. 17. VIII. 21. repetierunt vulgo alii omnes auctores, Plin. IX. 17, 29. Oppian. Halieut. I. 135 ſqq. Aelian. Nat. Anim. II. 54. De re confer BECKMANNUM, ad Antigonum Caryſt. cap. 79. & BOCHARTI Hierozoicon ab eodem laudatum.

τῶν οὐδὲ τὸ σκῶρ ἡμιτὸν ἐκβαλεῖν θεοῖς. »Non con-»temnenda Excerptorum lectio θεοὶ pro θεοῖς. Nam ita »etiam Euſtathius. [ad Od. μ'. pag. 486.] θεοὶ, exclama-»tionis vox: ut, *Doctis, Iupiter! & laborioſis.* At θεοῖς ſi-

»mile eſt illi Archeſtrati [immo, Hermippi: apud No-»ſtrum, I. 29. d.] de optimo vino, τῷ ἐνουροῦσι καὶ θεοὶ »αὐτοί: quod libro primo expoſuimus. Ideo autem *EPI-»CHARMUS ſcarorum ſtercoris* meminit, quia piſcis huius ſo-»lum *inteſtina* comedebant gulae proceres. Martialis: [XIII. »84.]

»*Hic ſcarus, aequoreis qui venit obeſus ab undis,*
»*viſceribus bonus eſt, caetera vile ſapit.*« CASAUB.

Vocabulum σκῶρ *circumflexo* accentu ſcriptum (non σκὼρ, ut in edd.) dedit mstus uterque, rurſusque ms. *A.* p. ſeq. c. ubi idem Epicharmi teſtimonium, multo auctius ab initio, repetitur. Et ibi perinde atque hîc θεοῖς, non θεοὶ, habet ms. *A.* quod equidem cum θεοὶ permutatum nolim.

Σέλευκος δ' ὁ Ταρσεὺς &c. »Falſum eſt quod refertur ex a »*SELEUCO Tarſenſe*, μόνον τῶν ἰχθύων τὸν σκάρον καθεύδειν: »*ſolum ex omnibus piſcibus ſcarum dormire.* Quid igitur? »Piſcium univerſum genus ſomni expers? Atqui vere pro-»nunciat Philoſophus, [Hiſt. Anim. IV. 10.] cadere ſom-»num in omne animantium genus: ſolis fortaſſe teſtaceis »exceptis; de quibus ſcribit, nondum experientia eſſe com-»pertum, dormiant, an non. Poteſt fieri, ut contrarium »ſenſerit *Seleucus* hic: πολλὰ γὰρ πολλοῖς φαίνεται, inquit »philoſophus; quorum ratio nulla haberi debet. Sed ve-»reor ne viro docto facta ſit iniuria, ſublatâ negatione, »& in contrarium verſâ ipſius ſententiâ. Lego, μόνον τῶν »ἰχθύων τὸν σκάρον οὐ καθεύδειν. Firmant clare ſubiecta »verba. ὅθεν οὐδὲ νύκτωρ ποτὲ ἁλῶναι: *ideo nunquam noctu »capitur.* Non ſomni hic eſt effectus, ſed aſſiduae vigilan-»tiae. Ab eadem mente etiam quod ſequitur: τοῦτο δὲ »ἴσως διὰ φόβον αὐτῷ συμβαίνει. *Fortaſſe*, ait, *a metu hoc »illi uſu venit.* Cedo, utrum probabilius, *metum ingentem »conciliare ſomnum*, an *inſomniam?* Rei veritas apud Op-»pianum, poëtam & philoſophum de meliore nota: [Ha-»lieut. II. 661 ſqq.]

»Μοῦνον δ' οὔ ποτέ φασιν ἀνὰ κνέφας ἀσπαλιῆες
»εἰς ἄγραν πεσέειν ἅπαλὸν σκάρον· ἀλλά που ὕπνον
»ἐννύχιον κοιλοῖσιν ὑπαὶ κευθμῶσιν ἰαύειν.

»Sic eſt profecto: quia negabant piſcatores capi poſſe no-»ctu ſcarum, induxere quidam in animum credere de illo »quod hîc Seleucus narrat, *nunquam ſcarum dormire.*« CA-SAUBONUS. — *Negantem particulam*, cum editis, ignorat uterque noſter codex mstus: de qua quidem adiicienda re-

a cte omnino monuiſſe doctus Animadverſor mihi viſus erat. Quod vero illam obſervationem *Aegio debuiſſe Caſaubonum* ait Villebrunius: oculatus teſtis ego rurſus, ut iam ſaepius aliâs, confirmare debeo, nullum huius emendationis veſtigium in *Aegianis Notis*, quibus uſus Caſaubonus erat, comparere.

In *ARCHESTRATI* verſ. 1. Καὶ σκάρον ἐξ Ἐφ. Quum abeſſet in mſstis (in ambobus quidem noſtris) καὶ particula, deſiderabatur utique prima hexametri ſyllaba. Eam igitur ex altera, quae mox ſequitur, eiusdem poëtae eclога ſuppleviſſe videntur editores. Potuerat vero perinde & Τὸν σκάρον ſcribere Archeſtratus.

Verſ. 2 *ſq.* ἐνὶ ϕαφαρῇ &c. »Praeceptum iſtud *ARCHE-*»*STRATI*,

»— χειμῶνι δὲ τρίγλαν
»ἔσθι' ἐνὶ ϕαφαρῇ λιϕθεῖσαν Τειχιόεσσῃ
»Μιλήτου κώμῃ: —

»verte: *Mullum ede in arenoſo Mileti vico, Tichiunte, ca-*»*ptum.* Τειχιόεσσα κώμη, periphraſis eſt *Tichiuntis*, ut ap-»pellatur aliis, & Athenaeo ipſi libro VIII. [pag. 351. a.] »Thucydides tamen *Tichuſſam*. [lib. VIII. cap. 26.] Au-»ctor ſe ipſe explicat, de *mullis* loquens infra, [p. 325. d.] »Ἀρχέστρατος ἐπαινέσας τὰς κατὰ Τειχιοῦντα τῆς Μιλη-»σίας τρίγλας. Neque putemus, *Tichiuntem* ex eo nomen »inveniſſe, quod *moenibus pulcris* eſſet *cincta*; ſed quod »bene munita. Non igitur a Leopardo ſolum diſſentiunt, »qui aliter vertunt, ſed a veritate procul abeunt.« CASAUBONUS. — Nempe verterat Dalec. *in vico Mileti pulchris muris cinctae*: laudaverat tamen idem, in orâ, *Paul.* LEOPARDUM, qui in Emendat. lib. X. cap. 4. recte hunc locum erat interpretatus. Quod λιϕθεῖσαν ſcribitur in editis, ad τρίγλαν relatum, id ipſa orationis ſeries & univerſa ſtructura deſideraſſe videtur; & convenit quod legitur p. 325. d. Sane, quo pacto defendi poſſit λιϕθέντα, quod habet tamen uterque codex mſtus, equidem non video.

Verſ. 3. Καρῶν πέλας ἀγκυλοκώλων. Quamvis λαρῶν legeretur in editis libris, perſpecte tamen DALECAMPIUS, *prope Caras*, vertit. Inde CASAUBONUS: »Recte (in-»quit) Dalec. Καρῶν πέλας ἀγκυλοκώλων. Sic voluimus »editum ex membranis & Epitoma.« — Abſurdam ſcripturam λαρῶν nihilominus religioſe in contextu tenuerunt

qui editionem Casaub. 2. & 3. curarunt, Καρῶν in ora ad- a notasse satis habentes. Nos auctori suum restituimus, utroque etiam nostro codice sic volente. Quod vero ἀγκυλοκώλους *Caras* adpellat poëta, id quo fundamento nisus *membris validos* interpretatus sit Dalecampius, non exputo: quam tamen interpretationem non improbasse Casaubonus videtur. Placuit vero doctissimus Dutheil, monens, in deteriorem magis, quam in honorificam quamdam partem accipiendum videri illud epitheton. Sane quidem, vel ipsum illud vulgatissimum proverbium, *in Care faciendum periculum*, satis declarat, non nimis honorifice de *Caribus* vel sentire vel loqui solitos caeteros Graecos. Quare, id quod verbum de verbo sonat, *curvipedes* interpretatus sum.

In alterius Eclogae *vers.* 1. Quod consentiente ms. *A.* editum erat Καρχηδόνι, h. e. *Carthagine*, id & Interpreti & docto Commentatori satis placuisse videtur. Mihi non item; qui vel absque ullo librorum subsidio, non dubitaturus eram, Χαλκηδόνι, id est, *Chalcedone*, vel potius Καλχηδόνι (quod idem sonabat) scripsisse poëtam. De scriptura Καλχηδὼν, frequenter in vetustis libris aliisque monumentis occurrente, & multo quidem frequentius quam altera, Χαλκηδὼν, quae in illius locum a iunioribus librariis aut ab editoribus plerumque substituta est; itemque de graviore errore minimeque illo infrequente, cum editorum, tum librariorum, Καλχηδὼν in Καρχηδὼν mutantium, adeoque pro *Chalcedone Carthaginem* nobis obtrudentium; consuli possunt quae partim a nobis ipsis olim ad Polyb. IV. 39, 5. partim a doctis Viris, quos ibi laudavimus, adnotata sunt; quibus addi plures alii poterunt, quos nominavit, eodem nomine ipse laudandus, Niclas ad Aristot. de Mirab. Auscult. pag. 120. edit. Beckm. & ad Antigon. Caryst. p. 207. ed. Beckm. denique cum his contulisse iuvabit quae docuit Eckhel, in Doctr. Numor. Vet. T. II. pag. 411. Illam igitur, quam in contextu posui, scripturam, Καλχηδόνι, hoc loco in vetustissimis olim codicibus obtinuisse, ex ipsa ea corruptela Καρχηδόνι, quae codicem *A.* invasit, certa ratione colligi posse iudicavi: nam si Χαλκηδόνι in vetustissimis libris fuisset repertum, nimis notum id nomen Graecis librariis erat, quam ut in alterum facile ab illis hominibus fuisset deinde corruptum. Epitomae auctor, ut erat haud dubie & doctus

a homo, & ab ingenio minime deſtitutus, ex orationis connexione hoc loco intellexerat, non de *Carthagine* hîc cogitari debere, ſed de *Chalcedone* urbe ad Boſpori introitum ſita, in parte *Byzantio* oppoſita: itaque Χαλκηδόνι, de ſua emendatione, in contextu poſuit; at eam tamen ſcripturam, quam in exemplari ſuo reperiſſet, ſimul adnotaturus, in hunc modum ſcripſit, κ ρχ Χαλκηδόνι. Alibi apud eumdem noſtrum Deipnoſophiſtam, vetus ſcriptura Καλχηδὼν in utroque noſtro codice in Χαλκηδὼν mutata eſt, ſive ab Athenaeo ipſo, ſive a librariis, lib. VI. pag. 252. d. in verbis ex Polybio citatis. Nam cum apud Polybium in vetuſtiſſimis quibusque & probatiſſimis codicibus conſtanter Καλχηδὼν & Καλχηδόνιος ſcribatur, apud Noſtrum ibi in verbis ex Polybio prolatis in alteram ſcripturam Χαλκηδόνιος conſentiunt libri. Confer Adnot. ad Polybium noſtrae editionis, lib. VIII. cap. 24. ſect. 3.

b *Verſ.* 3. Pro κυκλίας, quod habet mstus noſter uterque, recte κυκλίᾳ poſuere editores, in tertio caſu ad ἀσπίδι relato. Terminationes ας & αι vel ᾳ temere inter ſe permutatas iam ſaepius obſervavimus. *Verſ.* 4. pro λαβὼν νῦν, quod cum ed. Ven. & Baſ. tenebant mssti, certâ de coniecturâ λαβών νιν edidit Caſaubonus, nihil quidem de librorum ſcripturâ monens. *Verſ.* 5. Pro εὖ τυρῷ τε, eſt ἐν τυρῷ τε in ms. *Ep.* non male: & fuerat ea fortaſſe poëtae ſcriptura. *Poſtremo verſu*, foeda menda πυγὴν per omnes editiones propagata erat; ubi πηγὴν praeeuntibus msstis libris ſcribi debuiſſe monuit Casaub. in Animadv. Ac veram ſcripturam dabant etiam noſtri codices.

c Νίκανδρος δ' ὁ Θυατειρηνὸς &c. Cum perperam Θειατειρηνὸς eſſet editum, monuit Casaub. in Animadverſionibus: » Melius Θυατειρηνὸς, etſi aliter ſaepe mssti. « — Veram ſcripturam uterque noſter codex nobis praeivit.

Ibid. τὸν μὲν ὀνίαν. » Ὀνίαν *genus* quoddam *ſcarorum* fuiſſe, » teſtis etiam Heſychius. « Casaub.

AD CAP. CXIV.

εὐχυλότερον recte ed. Ven. & Baſ. cum msstis. εὐχυλώτερον ed. Caſ.

Epicharmi ecloga ex *Hebes Nuptiis* ſic ſcripta erat in editis: αὐτὸς ὁ ποτιδαναίων γαυλοῖς ἐν Φοινικικοῖς εἰ καὶ

κάλλιστος † ἄδητα τήγανος ἀγεμὼν σπάρους καὶ σκάρους, c
τῶν οὐδὲ τὸ σκὼρ δεμιτὸν ἐκβαλεῖν θεοῖς. Ad quae haud mirum est adnotasse CASAUBONUM: »Corruptissima sunt »Epicharmi verba: quae vix aliquis emendaverit sine li»brorum praesidio. Pro ἀγεμὼν scribendum ex aliis locis »ἁλιεύομεν.« — Ubi quae *alia loca* dixit vir doctus, nulla sunt alia nisi pag. praec. f. ubi postrema eiusdem eclogae verba adposita vidimus, & in his ἁλιεύομεν pro eo quod hic vulgo legitur ἀγεμὼν: super cuius vocabuli initio in ms. *A.* superscripta litera *η* indicabat ἠγεμὼν, quod non magis, quam istud, huius loci erat. Pro σκὼρ, in eisdem postremis verbis rursus σκῶρ circumflexo accentu scribitur in ms. *A.* quemadmodum superiori loco dabat codex uterque. Hoc loco in *Epit.* deest tota ecloga. Prioribus verbis, quae desperaverat Casaubonus, medicinam adferre conatus est *Sam.* PETITUS, Miscellan. lib. VI. cap. 7. quo in viro si tam subactum fuisset animi iudicium, tantaque Graeci sermonis peritia, quanta luxuries ingenii & ad audendum temeritas, pretium operae in emendandis difficilioribus poëtarum locis fortasse facturus ille erat: nunc, quo in genere exsultare maxime consueverat, in eodem plerumque irriti ceciderunt doctissimo viro conatus. Cuius omissis super hac Epicharmea ecloga commentis, videamus age, quid ad procuranda corruptorum librorum monstra feliciori successu contulerit politissimum VALCKENARII ingenium. Is igitur (in Notis ad Eurip. Phoen. pag. 65.) duos priores poëtae versus in hunc modum constituendos censuerat:

Αὐτὸς ὁν Ποτειδὰν ἄγε, γαῦλος ἦς Φοινίκικος·
ἦκε κάλλιστον τάγηνον, τηγανίζεμεν σπάρους.

Qui versus quam molliter fluant, quamque docte *Poseidonem*, quem paene exturbaverat librariorum imperitia, nobis restituant, non est quod moneam. Attamen necdum universa sententia satis commoda, & in verbis paulo longius, quam necesse esset, recessisse Vir praestantissimus videri poterat: & verbum ἁλιεύομεν, quod superiore pagina servarunt nobis libri, aliud quid in proxime praecedentibus verbis desiderare videbatur. Doctissimis *Valckenarii* coniecturis adiutus KOEN (ad Gregor. de Dialect. p. 93.) priora verba in hunc modum restituere tentavit:

Αὐτὸς ὁ Ποτειδὰν ἄγων γαυλοῖσιν ἐν Φοινικικοῖς
ἦκε κάλλιστον τάγηνον. —

c In quo placuit ſtatim illa leniſſima medicina, ex ΠΟΤΙΔΑΝΑΙΟΝ unius literae leviuscula mutatione ΠΟΤΙΔΑΝΑΓΩΝ efficiens: quod ipſum participium ἄγων ad ſequens verbum ἦκε perapte referebatur. Perinde autem Ποτιδὰν & Ποτειδὰν dixiſſe Dores pro Ποσειδὼν, ipſe Valckenarius l. c. docuerat. Sed eamdem Koenii a Valckenario in conſtituendis illis verbis disceſſionem ipſa etiam proſodia, ſi quid video, deſiderabat: nam cum in voce Ποτειδὰν vel Ποτιδὰν longa ſit ultima ſyllaba, erat in tertia ſede verſus trochaici pes ſpondeus, in illa regione non ferendus. At in Koenii verſu, primus pes trochaeus eſt, alter tribrachys, tertius rurſus trochaeus: nullus non legitimus. Iam & illa mutatio leviſſima, & paene quavis pagina recurrens, γαυλοῖσιν metri cauſſa, pro γαυλοῖς. Quare totum illum verſum, in quo nihil ab editorum ſordibus disceſſit codex noſter mstus, talem adoptare non dubitavi, qualis eſt a Koenio conſtitutus. Nonniſi accentum in vocab. γαύλοισι mutavi. Nec enim γαυλὸς, ſed γαῦλος, dicitur illud *Phoenicii navigii* genus: ſic apud Ariſtoph. ſcribitur, in Av. 598. & 602. ubi vide Schol. ſic item apud Suidam & Heſych. ubi conſule quae adnotarunt Interpretes. Et ſuſpicor in vetere noſtro codice msto, nullo prorſus accentu notatam eſſe illam vocem, qui mos eſt illius librarii in locis admodum corruptis.

Secundus verſus maiorem habet difficultatem. Sed in illis tenebris lucem nobis accendere viſum erat verbum ἁλιεύομεν; quod, ſuperiori loco communi codicum conſenſu oblatum, cur hic aſpernaremur nullam cauſſam vidi, cum nec per ſe incommodi quidquam haberet, & corrigendis ſuperiorum verborum erroribus commodiorem quamdam certioremque rationem offerre videretur. Nam quid *ſartagini* (τῷ ταγήνῳ) *rei eſſet cum Neptuno; aut cur Deus marium cum naviculis Phoeniciis advenerit, quo adferret ſartaginem*, (τὸ τάγηνον) id quidem difficile dictu fuerit. Ad *piſcandum* opus erat *retibus naſſisque*, ταῖς σαγήναις: &, quo captura ex voto ſuccederet, commodum erat, ſi *ab ipſo Neptuno retia eſſent curata adlataque*. Itaque ſub illis duabus vocibus, quas haeſitans librarius, & ipſe quid vellet aut deberet neſciens, in membranas coniecit, unum vocabulum σαγήνας latere ſuſpicatus ſum, ad quod referretur adiectivum καλλίστας: in qua una poſtrema voce nonnihil nos adiuvit codex noſter, qui pro κάλλιστος,

quod erat editum, καλλίστους habet; quod fortaſſe perinde etiam καλλίστας legi poterat, ob figurae α cum ου ſimilitudinem, quam in noſtri calligraphi ſcriptura fere ubique obtinere iam ſaepius obſervavimus. Ad hanc piſcationem fortaſſe referendum, quod in commemorandis diverſorum piſcium generibus ſaepius verbo ἐνῆν vel ἐνῆς uſum poëtam videmus, id eſt, *inerant*, nempe *in naſſis*: nam ſi de *epulis* ageretur, & de *piſcibus menſae illatis*, παρῆν vel παρῆς erat dicturus, non ἐνῆν.

Ad *Numenii* verba, cum ſic eſſent edita,

Ἢ σπάρον ἢ νάρκας ἀγελαΐδας:

haec adnotavit Casaubonus: »Non erat difficile veram »ſcripturam reſtituere ex libri fine, ἢ σπάρον ἢ ὕκκας »ἀγελ. Sed *ſparum* aut *hyccas* ex iis eſſe *qui gregem faciunt* »non eſt exiſtimandum. Quare ἀγελαΐδας, vocem poëti»cam, cave putes poſitam pro ἀγελαίας, [*gregales* inter»pretatus erat Dalec.] ſed pro ἀγελείας, *praedatrices*. Nam »& λαΐς poëtis idem ac λεία, *praeda*.« — Locus inferior, ad quem provocavit vir doctus, eſt pag. 327. b. ubi tamen ὕκας, non ὕκκας, habent ſcripti libri: & eodem modo hîc ἢ ὕκας habet codex mſtus uterque, ut neſciam unde νάρκας arripuerint editores. Sed perperam hoc loco poſt ὕκας voculam ἢ repetiit ms. *A*. ἢ ὕκας ἢ ἀγελαΐδας: eamdemque voculam etiam ms. *Ep*. ibidem agnoſcit, in ea ipſa finem faciens verborum Numenii, omiſſa voce ἀγελαΐδας. Altero loco (pag. 327.) neuter codex importunam habet particulam. Vocabulum ἀγελαΐδας recte a Caſaub. expoſitum eſſe arbitror: ſed videtur antepenacute ἀγελάϊδας ſcribi debuiſſe, a ſing. ὁ ἀγελάϊς, τοῦ ἀγελάϊδος. Id enim, ni fallor, deſiderabat analogia, quae in compoſitis nominibus, quod ad accentum, obtinet. Quo accedit, quod, ſi acute ἀγελαΐς, ἀγελαΐδος, ſcribas, ſpeciem habeat nominis foeminini; cui hîc non eſt locus, quia ὕκαι ſunt generis maſculini, ὁ ὕκης, τοῦ ὕκου. Nullus tamen diſſenſus ſcripturae ex ms. *A*. adnotatus eſt: & in ms. *Ep*. penacute ἀγελαΐδος ſcriptum video p. 327. b. quemadmodum in editis.

AD CAP. CXV.

Σκορπίος. Facile intelligit lector, de *ſcorpio* (qui di-

d citur) *piſce* hîc agi, non de beſtiola illa, quae venenato ſuo morſu infamis eſt.

Διοκλῆς - - πρὸς Πλείσταρχον. Sic recte h. l. editum eſt, conſentiente ms. *A.* (In Epit. deeſt titulus libri.) Perperam πρὸς Κλείταρχον infra, pag. 324. f.

ξηροτέρους εἶναι τὰς σάρκας, σκορπίους, κόκκυγας &c. Miror ſilentio praetermiſſum a Caſaubono id quod conſentientibus quidem msstis editum erat, ξηροτέρας: quod manifeſte librariorum incogitantiae debetur, ad τὰς σάρκας referentium adiectivum nomen, quod ad piſces ſpectabat, quorum nomina continuo adponuntur, in accuſativo caſu poſita; cum, ſi vera eſſet ſcriptura ξηροτέρας, oportuiſſet dein ſcribi σκορπίοις, κόκκυξι, & ſic porro, in dandi caſu. Pro ξηροτέρους τὰς σάρκας uno vocabulo dicere potuerat ξηροσαρκοτέρους, quemadmodum mox ξηροσάρκους ait: cuius oppoſitum μαλακόσαρκος (id eſt, *mollioris carnis*) oſtendit, τὸ ξηρὸν non modo de *ſiccitate*, ſed & de *duritie* eſſe intelligendum; quod quidem per ſe fere patebat.

οἱ γὰρ πετραῖοι μαλακοσαρκότεροι εἰσίν. Ad editam ante nos ſcripturam μελανοσαρκότεροι adnotavit CASAUBONUS: »Demiror quî fugerit nos aut operas noſtras »hic locus. Nam ſenſu communi careat neceſſe eſt, qui »vel ſolum dubitat ſcribendum eſſe μαλακοσαρκότεροι: ne»que aliter omnia manu exarata exemplaria.« — Sic quidem & ms. *A.* & *Epit.* Et id ipſum etiam perſpecte DALECAMPIUS in verſione expreſſerat, *mollior ſaxatilibus caro*; & in ora: »Tenera, friabilis.« Idem vocabulum eamdemque ſententiam iam ex eodem auctore *DIOCLE* ſupra prolatam vidimus pag. 309. c. Confer lib. VIII. p. 357. f.

e χονδρώδεις γάρ εἰσι. σαρκώδεις coniectaverat RONDELET, apud Gesn. pag. 847 med. quia non eſt *cartilagineus* piſcis, ſcorpius. At vulgatum merito defendit GESNERUS pag. 850. exponens *calloſâ, firmâ ſolidâque carne*: nos, *grumoſâ*. De illo vocabulo iam ſaepius diximus. Vide ad pag. 282. d. Animadverſionum hoc Vol. IV. p. 88 ſq.

Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων. Sic mstus uterque & h. l. & mox iterum. Utrobique nude ἐν πέμπτῳ Ζώων ed. Ven. & Baſ. & ἐν πέμπτῳ Μορίων ed. Caſ. Quae ſpectantur hoc loco *ARISTOTELIS* verba, leguntur ea Hiſtor. Anim. lib. V. cap. 9.

NUMENII teſtimonium ex parte iam adpoſitum vidimus

pag. 282. a. & pag. 319. b. c. quem ad posteriorem locum vide notata.

Ἐν δὲ πέμπτῳ Ζώων Μορίων ὁ Ἀριστοτέλης σκορπίους καὶ f σκορπίδας ἐν διαφόροις τόποις ὀνομάζει. Sic est: modo meminerimus, isto titulo ab Athenaeo eum dici librum, qui in Aristotelicis codicibus hodie *quintus Historiarum* numeratur. *Scorpium* igitur nominat Philosophus capite nono illius libri; *scorpidem* autem capite decimo. Quod dein addit Deipnosophista, ἄδηλον δὲ εἰ τοὺς αὐτοὺς λέγει, *incertum esse an eosdem dixerit:* id ipsum quoque verum, haud satis adparere, eosdem-ne an diversos pisces *scorpium* & *scorpidem* statuerit Aristoteles. *Scorpidem*, foeminam dici *scorpii* statuit ARTEDI in Synonym. Piscium, ut adnotavit CAMUS ad Aristot. pag. 752. Dubitationem tamen adferre poterat, quod eo ipso loco, ubi τὸν σκορπίον nominat Aristoteles, de *foemina* agatur: ait enim, ὁ δὲ σκορπίος τίκτει δίς. Unde suspicari licebat, quas paulo post σκορπίδας dixit, esse diversum genus. Estque notabile, pro σκορπίδες ibi vetustissimos codices σκομβρίδες praeferre; de quo monuit CAMUS in Var. Lect. ad pag. 254. l. 27. suae editionis. Sed quidquid sit, quod de *scorpio* & *scorpide* statuerit Aristoteles; ipse quidem Deipnosophista statuit, *diversos esse pisces scorpaenam & scorpium.* Satis quidem id declarare videtur proximis verbis, cum ait, ὅτι καὶ σκόρπαιναν καὶ σκορπίους πολλάκις ἡμεῖς ἐφάγομεν, &c. Quae verba cum minus aperte cum proxime praecedentibus cohaereant, adnotavit CASAUBONUS: »Melius scribas Ὅτι δὲ »καὶ σκόρπαιναν &c.« — At, sic verbis istis ad sequentia relatis, perincommoda exsistit sententia; quasi hoc dixisset Athenaeus: *Nemo est qui ignoret, saepius nos & scorpaenam & scorpium comedisse.* Illud percommode dicere potuit, *neminem* (nempe eorum qui scorpaenam & scorpium norunt gustaruntque) *ignorare, diversum esse & saporem & colorem utriusque piscis.* Sed, dicere: *Nemo ignorat, nos saepe de utroque pisce comedisse:* id vero perabsurdum videri debet. Igitur ad superiora verba haud dubie referuntur haec de quibus quaerimus; & subintelligi debet, significare voluisse Athenaeum, *se illos pisces non pro eisdem habere:* cuius sententiae rationem adfert, quod *ipse de utroque saepe comedisset, observassetque* (*quod quemque proprius sensus docere potest*) *diversum esse utriusque saporem coloremque.*

Ἀρχέστρατος ἐν τοῖς Χρυσοῖς ἔπεσι. »Alludit ad Pytha-

»gorae χρυσᾶ ἔπη, sive *Carmen aureum.*« CASAUB. — Ad ipsos *ARCHESTRATI* versus, cum sic vulgo scripti essent,

a Ἐν δὲ Θάσῳ τὸν σκορπίον ὠνοῦ, ἂν ᾖ μὴ μείων
πύγωνος, μεγάλου δ' ἀπὸ χείρας ἴαλλε.

nil aliud adnotavit idem CASAUB. nisi »Praestat scribi, »ἂν ᾖ μὴ μείων Τοῦ πύγονος.« — Et recte quidem in πυγονος penultimam per ο breve extulit vir doctus: sed πυγόνος penacute scriptum oportuit, (ut dedit ms. *Ep.*) a recto casu ὁ πυγών, quae *mensura* est *a cubito usque ad digitos flexos*, sextâ fere parte minor quam πῆχυς. Lubens vero etiam initio alterius versus articulum τοῦ eram acceptarus, quem satis scio in huiusmodi dictionibus haud infrequenter ad mensurae nomen adiicere Graecos; si modo sic integer prodiisset versus, qui, cum recte quidem terminaretur in verba χείρας ἴαλλε, in ipso initio tamen iusto brevior erat. Quare GESNERUM probavi, alterum versum sic constituere suadentem, (p. 849 med.)

Οὐ (sive Μὴ) μείζω πυγόνος, μεγάλου δ' ἀπὸ &c.

Sic & versus prodibat integer, & ea enunciabatur sententia, quam haud dubie voluerat Archestratus: quam sententiam cum minus percepissent librarii, pro *non maiorem*, *non minorem* posuerunt. Quod etiam H. STEPHANUS viderat, Archestrati verba in hunc modum citans, Thes. T. III. pag. 286. d. e.

— τὸν σκορπίον ὠνοῦ, ἂν ᾖ
μὴ μείζων πυγόνος· μεγάλου δ' ἀπὸ χείρας ἴαλλε.

Recte μὴ μείζων, si modo verba ἂν ᾖ stare in fine superioris versus possent. Sed istam adpendiculam prorsus delendam censui. Pro μὴ μείζω olim aliquis, partim corrigendi caussâ quod vitiosum putasset, partim interpretandi caussâ, ἂν ᾖ μὴ μείω adscripserat: quod scholion temere deinde in contextum receptum est. Sed iam in vetustiore codice hoc admissum; nam in vulgatam scripturam consentiunt ambo nostri codices. In *Epit.* praeterea etiam, pro ὠνοῦ, perperam ὠνοῦσιν scriptum.

AD CAP. CXVI.

De SCOMBRO (quem *maquerau* vocamus Gallofranci) testimonium *ARISTOPHANIS* ex *Gerytade* nusquam adpositum reperitur.

Quod ait *HICESIUS*, τοὺς σκόμβρους ἐλαχίστους μὲν εἶ-

ναι &c. ibi, quoniam comparatio inſtituitur inter *ſcombrum* a
& *coliam*, ſuperlativus intelligendus notione comparativi, ἐλαχίστους pro ἐλάττονας. In quo quidem diſſentire videtur Plinius XXXII. 11, 53. ut adnotavit CAMUS ad Ariſtot. p. 238. — Quod dein vulgo ſic pergitur, τροφίμους δὲ τῶν κολιῶν καὶ εὐχυλωτέρους, (rectius εὐχυλοτέρους,) οὐ μὴν εὐεκκριτωτέρους: ibi adnotavit CASAUBONUS: »Legebam τροφιμωτέρους. Sed aliter concinnat Epit. »τροφίμους δὲ καὶ εὐχύλους, οὐ μὴν εὐεκκριτωτέρους τῶν »κολιῶν.« — Nempe iam corruptum locum invenerat Epitomae auctor, eâque cauſſâ nonnihil immutavit: & recte quidem κολιῶν ſcripſit, quod & edidit Caſaub. pro κοιλιῶν, quod erat in ed. Ven. & Baſ. atque etiam in ms. *A*. Caeterum probavi doctiſſimi CORAYI emendationem, poſt κολιῶν vocem μᾶλλον inſerendam ſtatuentis.

EPICHARMI teſtimonium ſic vulgo in ed. Caſaub. ſcriptum erat: καὶ χελιδόνες τε μύρμαι, τοί τε κολιᾶν μείζονες ἐντὶ καὶ σκόμβρων, ἀτὰρ τᾶν ξυννίδων γε μήονες. Foede depravatum in ed. Ven. & Baſ. ubi κοιλίαν pro κολιᾶν & in fine ταυθυννίλων μήονες: & ſic fere etiam in mss. *A*. Totum deeſt *Epit.* Silentio autem praeteritum h. l. a CASAUBONO in Animadv. cum maior pars iam adpoſita eſſet p. 313. e. ubi vide quae cum ab illo, tum a nobis adnotata ſunt. Tota ecloga iam ante Caſaubonum recte conſtituta erat a praeſtantiſſimo viro GESNERO pag. 843.

AD CAP. CXVII.

NUMENII priora verba iam ſupra adpoſita erant, pag. b
305. c. ubi pariter atque hîc κίχλας ἁλιειδέας vulgo ſcribitur: quod ibi *mari ſimiles*, hic *caeruleos turdos* reddidit Dalec. Nos vero nondum poenitet coniecturae ibi iam propoſitae, ἁλιδινέας, pro quo idem Numenius στροφάδας περὶ πέτρην dixit p. 319. b.

Verſ. 2. Pro ἐπικέλσωντα, quod ex ms. *A*. enotatum, fortaſſe ἐπικέλσαντα ibi ſcriptum: perſimiles quidem in illo codice ſaepe ſunt formae vocalium ω & α. *Emergentem* vertit DALECAMPIUS, adiectâ notâ: »ἐπιτέλλοντα, *e litoralibus ſaxis prodeuntem.*« — At agitur de piſce, qui ultro citroque ſe iactando perrumpere rete conatur: nullaque cauſſa eſt, cur mutatum verbum velimus. Uſurpatur enim aliâs quidem plerumque verbum ἐπικέλλειν, de

b navi quae *ad littus adpellitur*: sed & generatim κέλλω idem atque τρέχω & ὁρμάω significat, ut docuit Etymologus pag. 565, 48. & alibi. Itaque ἐπικέλλω, *incurro, irruo.* Iam — »*Sargum* appellat λινοπληγέστατον ἰχθῦν, quia om»nium *maxime cum retibus certat*, eaque vehementi iactatio»ne, vel attritu, ut Plinius scribit, frangat. Hoc significat »λινοπλὴξ proprie: nam quod antiqui Grammatici inter»pretantur φρενοπλὴξ, translatum est a notione prima; quia »capti piscis iactatio intra retia similis *furori insanientium.*« CASAUBONUS. — Vide Hesychium in Λινοπλῆγος, & quos ibi laudavit doctus Editor, praesertim vero HEMSTERHUSIUM ad Thomam Mag. pag. 24. Vocabulum λίνον, a quo λινοπλὴξ dicitur piscis, rectius a GESNERO p. 828. aliisque viris doctis, de *reti* accipi iudicavi, quam de *linea piscatoria*; de qua Plinius acceperat, lib. IX. cap. 59. sect. 85. ubi ait: *Inter sargos, ipse qui tenetur, ad scopulos lineam terit.*

Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ Μορίων. Sic mstus codex uterque. Pro quo quum in ed. Ven. ἐν πέμπτῳ περὶ Ζώων Μορίων positum esset, in ed. Bas. vero ἐν πέμπτῳ περὶ Ζώων Ἱστορίας, repetitum hoc quidem est in ed. Cas. sed monuit CASAUBONUS in Animadv. »Est quidem verum, recitata »hîc verba extare in quinto Historiarum, cap. IX. Sed »omnes ad unum chirographi libri consentiunt in erro»re de quo diximus toties. Quare Athenaei errorem se»cuti scribamus etiam hîc περὶ Ζώων Μορίων.« — At nostri codices ambo, ut dixi, nude ἐν πέμπτῳ Μορίων hîc exhibent, ut passim alibi.

»*EPICHARMI* prius testimonium in postrema voce cor»ruptum est:

»αἱ δὲ λῆς σαργοί τε χαλκίδες τε καὶ τοιπούντιοι.

»Docti corrigunt, χαλκίδες τε πόντιαι. [Sic Dalec. & »*marinae chalcides.*] Nos sic potius, χαλκίδες τε καὶ τοὶ »πούλυποι.« CASAUBONUS. — Si *polypos* nominasset Syracusius poëta, suo idiomate (i. e. Dorico) πώλυποι dicturus erat, non πούλυποι. In ms. *Ep.* omissae sunt duae vel tres postremae voces: in ms. *A.* vero καὶ τοὶ πόντιοι scriptum: quod tenere nos debuimus, relatum (puto) ad aliquod piscium genus qui sequente versu a poëta nominati erant, quem versum Deipnosophista non recitavit.

c »In altero testimonio eiusdem poëtae, editionis nupe»rae [nempe Casaubonianae primae] διορθωτὴς, qui operas »suas prelis locaverat, ex imperitia φίλαται scripsit, pro

» φίνταται: illaudabili & magno facinore. Quod eo dico, c
» ne quis putet, talium παραδιορθώσεων, si quae inter le-
» gendum erudito lectori deprehendantur, a nobis ratio-
» nem esse poscendam. Ita igitur cum libris omnibus &
» Eustathio scribe: Ἧς δὲ σαργῖνοι μελάνουροί τε, καὶ φίν-
» ταται ταινίαι, λεπταὶ μὲν ἀδεῖαι δέ. Doricum est φίν-
» τατος, pro φίλτατος. « CASAUBONUS. — Recte utique censuerat vir doctus, suo idiomate φίνταται scriptum reliquisse Epicharmum: sed quod ait, libros omnes istam scripturam hoc loco praeferre, falsus est vir optimus. Certe quidem & ed. Ven. & Bas. & ms. *A.* & *Ep.* communi consensu & scripturam Ἧν δὲ, & φίλταται, hîc tenent. Quod si ubique Doricam verborum formam restituere Epicharmo aliisque Doricâ linguâ scribentibus poëtis Casaubonus voluisset, infinitis locis multa fuerant mutanda, quae intacta ille reliquit. Iam ubicumque in Dorici poëtae testimonio integros caeteroquin versus ad metri normam exactos nobis conservarunt libri, aut ubi ratione satis certa restituere illos valeas, ibi commode etiam factum fuerit, si dorici simul idiotismi (sicubi neglectus fuerit) habeas rationem. Sed quum metri leges in Epicharmeis versibus prorsus insuper haberet Casaubonus, nil necesse erat ut uno alterove loco Dorismum restitueret. Nos quidem hoc loco, quum probabilis quidem, nec tamen prorsus certa occurreret ratio, qua ad metrum apte restituerentur poëtae verba, nihil in contextu mutavimus, nisi quod ad φίλταται articulum ταὶ adiecimus, quem uterque mstus codex & hoc loco dedit, & rursus infra, pag. 325. f. Priora eiusdem eclogae verba, quum supra (pag. 313. d.) occurrerent, ibi verba σαργίνοι μελάνουροί τε pro posteriori hemistichio habueram trochaici tetrametri, quales sunt omnes Epicharmei ex ista fabula ducti: quod recte utique ita statui potuerat, si modo recte ibi σαργίνοι *penacute* (quasi penultimâ brevi) scriptum est. Sed probabilior videtur scriptura σαργῖνοι, in quam hoc loco consentiunt libri, *penultimâ longâ*: quae scriptura aliam postulat versus constitutionem. Quo accedit, quod pag. 325. f. eadem rursus ecloga occurrit in fine auctior: quibus ex tribus locis inter se collatis colligere fas est, duos integros versus ita fuisse a poëta conceptos, quemadmodum in scholio sub contextu indicavi:

Ἧς δὲ σαργῖνοί τε μελάνου-

c ροί τε, καὶ ταὶ φίνταται
ταινίαι, λεπταὶ μὲν, ἀδεῖ-
αι δὲ, κώλίγου πυρός.

Quibus in verſibus nihil contra librorum ſcripturam poſuimus, niſi Doricum ᾽Hς pro ᾽Hν, & τε poſt σαργῖνοι adiectum, ubi vulgo deſideratur. Pro ἀδεῖαι vero etiam, convenientius Doriſmo ἀδέαι ſcripſeris, ut mox lit. d. Apud Euſtathium, cuius ad auctoritatem provocavit Caſaubonus, nihil quod ad hanc eclogam ſpectat reperitur, niſi ſola duo verba φίνταται ταινίαι, quae ille citat in Comment. ad Od. χ'. pag. 796, 3. deſumta ex Athenaei pag. 325. f. ubi Epitoma (qua ille uſus eſt) iſtam ſcripturam tenet cum editis & msto *A*.

Δωρίων - - σαργίνους διὰ τοῦτ' αὐτοὺς καλῶν. διὰ τοῦτ', *ob hoc*: puta, quod *tenues* & *exigui ſunt*; quare etiam Epicharmus σαργίνους dixerat, diminutivo nomine.

In *ARCHESTRATI verſ.* 2. recte ἀποβάλλῃ dedit mstus uterque. *Verſ.* 3. κατάπαστον vulgo *antepenacute* ſcribitur, quemadmodum & apud Ariſtophanem edi ſoleт. Rectius autem videtur quod habet ms. *Ep.* καταπαστὸν, *acute* ſcriptum; quia non tam ex παστὸς & κατὰ compoſitum nomen eſt, quam ab ipſo verbo καταπάσσω rectà formatum.

Verſ. 4. δριμεῖ δεδαϊγμένον ὄξει, *acri madefactum aceto* interpretatus eſt Dalec. quod Graece δεδευμένον ſonabat. Nec vero ſolicitandum putem vulgatum, licet haud omnino expeditam habeat explicationem. Adluſiſſe videtur poëta ad Homericum δεδαϊγμένος ὄξεϊ χαλκῷ, Iliad. τ'. 211. & 283. ubi διακεκομμένος interpretantur, (vide Heſychii Interpp. ad voc. Δεδεγμένος: & Schol. Homer. ad Iliad. τ'. 203.) id eſt, *conciſus*, *confectus*. Hîc *maceratum* commodiſſime reddi poſſe putavi.

Verſ. 6. τὸν στερεὸν manifeſte nunc eumdem dicit, quem paulo ante σκληρὸν, *durum*; cui mox opponitur μαλακὸς, *mollis*. Conf. pag. 300. e. & not. ad pag. 284. e.

Verſ. 7. Ubi ait,

τὸν δ' ἀγαθὸν μαλακόν τε φύσει, καὶ πίονα σάρκα:

adnotavit CASAUBONUS: »Reſtituendam cenſeo vocem »compoſitam, ſed distractam pridem cum ſententiae la»be, πιονόσαρκον. Alioquin hiulca & ſuſpenſa oratio re»linquitur.« — At quidni intelligere poſſimus μαλακὸν καὶ πίονα κατὰ σάρκα, *qui eſt carne molli & pingui?* Equidem,

quaenam inde labes vel ſententiae acceſſura eſſet, vel orationi, non video. Similiter ξηροτέρους τὰς σάρκας, pag. 320. d.

AD CAP. CXVIII.

Ἀόνες. »Non agnoſco piſces *euones* in iſtis *Epicharmi*, »Εὔονες, φάγροι τε &c. Et profecto nulli unquam ea ap»pellatione fuerunt Graecis noti. Sed nomen hoc varie »depravatum eſt in hoc opere: nam ſub libri finem [pag. »327. c.] λόνες ſcriptum pro εὔονες: immo vero pro ἀό»νες, quod eſt indubitate verum nomen horum piſcium, »auctoribus quibusdam msstis, & Heſychio: Ἀών, ἰχθὺς »ποιός.« Casaubonus. — Ἀῶν ſcribitur quidem vulgo apud Heſychium: ſed rectius fuerit Ἀὼν, ut fiat genitivus ἀόνος penultimâ brevi, quam talem hîc & metrum requirit & praeiverunt libri. In ms. *Ep.* quidem hoc loco ipſum primum vocabulum deeſt, altero vero loco tota ecloga. Codex *A.* pag. 327. mendoſum λόνες tenet, ſed hîc ἀονες habet, neſcio quo accentu; immo nullo accentu, ut videtur. *Mox* deinde, cum nonniſi λάβρακές τε πίονες legeretur in editis, λάβρακές τε καὶ τε πίονες dabat ms. *A.* rectius vero καὶ ταὶ πίονες ms. *Ep.* quibus adiectis voculis perapte nunc & verſui & ſententiae conſultum eſt.

Poſteriore verſu, ubi ſcribitur βδελυχραὶ, adnotavit Casaubonus: »Scribendum ex libris Euſtathii, βδελυχναὶ »vel βδελυχμαί.« — Immo vero, ſi quid mutandum, βδελυραὶ malles cum Gesnero, p. 813. Sed ferendum vulgatum videtur, quod cum editis tenet & ms. *A.* & optimus noſter codex Epitomae. Potuit Euſtathius, ad Iliad. σ'. p. 1221. licet hunc locum ob oculos haberet, tamen ſuo arbitratu βδελυχνὸν pro βδελυχρὸν ſcribere: poteſt etiam illa ſcriptura editoribus operis Euſtathii, aut ſcribis, originem debere. Sin vel maxime ſtatuas, ipſum in ſuo codice Epitomae iſtam reperiſſe ſcripturam; non maior eſt codicis eius, quo Euſtathius uſus erat, auctoritas, quam huius, cuius uſuram nobis bona Athenaei fortuna conceſſit: & conſenſus noſtri codicis Epitomae cum altero vetuſto codice, qui integrum opus continet, ſatis evincit, in illo Athenaei codice, quo uſus ipſe auctor Epitomae erat, eamdem ſcripturam obtinuiſſe, quam hodie praedicti illi duo codices praeferunt.

e Ἀριστοτέλης δ' ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων. Mireris inconſtantiam Editorum. Nunc ἐν πέμπτῳ Ζώων habent ed. Ven. & Baſ. ubi Ζώων Μορίων habet ms. *A.* quod & ex aliis codicibus nunc edidit CASAUBONUS, monens in Animadv. »Philoſophi locus extat Hiſtoriarum libro V. cap. 9.« In ms. *Ep.* hic rurſus, ut paulo ante, nude ἐν ε'. Μορίων. Scripturam κολοκύντῃ tenent apud Athenaeum libri omnes: apud Ariſtotelem (Hiſtor. VIII. 2.) κολοκύνθῃ ſcribitur, quod perinde eſt.

f ἄς τε βόας &c. »Recte viri docti in *PANCRATIS* verſu,

»ἄς τε βόας πορκῆες ἁλίζωνοι καλεοῦσιν,

»damnarunt vocem ἁλίζωνοι. Nam *Halizoni* populi nihil »ad hunc locum: at ἁλίζωοι piſcatores dicuntur, *in mari* »*degentes*, vel *e mari viventes*, id eſt, piſcatione marina. »Theocritus:

»Αἴ τις ἀνὴρ αἰτεῖται ἐπαγροτύννην τε καὶ ἅλβον
»ἐξ ἁλὸς ᾧ ζώει.

»Recte etiam in ſequente verſiculo,

»οὕνεκα γαστέρι φῦκος ἀεὶ ἁλέγουσιν ὀδοῦσιν,

»emendarunt ἁλέουσι: licet utrique emendationi re»fragetur ſcripta lectio, quae non utique ſemper aſſenſum »meretur.« CASAUBONUS. — Scripturam ἁλίζωνοι cum edd. agnoſcit ms. *A.* Ex Iliade notum illud nomen doctiori alicui veteri librario fuerat, perperam huc translatum. Perſpecte vero DALECAMPIUS vidit, ἁλίζωοι ſcriptum oportuiſſe, quod *in mari vitam agentes* interpretatus eſt: rectius Caſaubonus, *e mari viventes*. Et ipſum ἁλίζωοι habet ms. *Ep.* in contextu; ex Breviatoris quidem emendatione, ut videtur: nam, quod inter lineas adnotatum eſt ἁλίζωνοι, id (quemadmodum alibi paſſim mihi videor obſervaviſſe) indicare videtur, eam ſcripturam in veteri exemplari fuiſſe ab ipſo repertam; quam adeo, licet mendoſam iudicaverit, tamen adnotandam duxiſſet. Theocriti verba, ad quae provocavit Caſaubonus, emendatiora habes apud Noſtrum, pag. 284. a. ubi vide notata. Ipſum vero iſtum Pancratis verſum reſpexiſſe Heſychius videtur, cum ſcriberet: Σάλπη, ἰχθῦς ποιὸς, ὃν καὶ βοῦν καλοῦσι. *Poſteriore verſu*, ἁλέουσιν pro ἁλέγουσιν ſe malle profeſſus erat GESNERUS, pag. 814. idque recte in verſione expreſſit Dalec. *dentibus molunt.* Certam emendationem, quamvis invito utroque noſtro msto, adoptare non dubitavimus.

Βότρυν γενέσθαι εὑρετὴν τῶν παραπλησίων Παιγνίων τοῖς a προσαγορευομένοις Σάλπης. τῆς προσαγορευομένης ms. *Ep.* quod, in Hoeſcheliano etiam codice repertum, merito damnavit CASAUBONUS: »Rectum eſt, inquit, quod edi»tum vulgo, τοῖς προσαγορευομένοις Σάλπης. *Paegnia Sal»pae* [τὰ Σάλπης παίγνια] appellabantur, quorum auctor »*Mnaſeas Salpa*, de quo lib. I. diximus, cap. XVII. « — At in illo Animadverſionum Caſauboni capite nihil de *Mnaſea* reperitur: ſed lib. I. cap. IV. de iſto homine nonnihil disputaverat doctus Animadverſor; nempe ad lib. I. pag. 4. b. Vide noſtrarum Animadverſ. T. I. p. 53. *BOTRYIS* eiusdem, quem hîc nominat auctor, mentionem fecit Timaeus apud Polybium, lib. XII. cap. 13. noſtrae editionis, in numero eum ponens τῶν ἀναισχυντογράφων.

Ἄρχιππος δὲ ἐν Ἰχθύσιν. Sic ms. *A.* Tria poſtrema verba deſunt ed. Ven. & Baſ. Fabulae titulum ex msstis tacite adiecit Caſaub. ſed δὲ particulam omiſit. *ARCHIPPI* verba, nullâ prorſus metri habitâ ratione, ſic ſcripta erant in editis: ἦ κῆρυξ μὲν ἦ βόαξ, σάλπης δ' ἐσάλπιγξ' ἑπτὰ ὀβολοὺς μισθὸν φέρων. Ubi, quamvis difficile aliâs plerumque ſit metri rationem in fragmentis ex illa Archippi fabula citatis perſpicere, ſatis perſpicue tamen iſtis verbis σάλπης - - φέρων iambicus ſenarius contineri videbatur, modo ultimam vocalem vocis ἑπτὰ elideres:

σάλπης δ' ἐσάλπιγξ' ἑπτ' ὀβολοὺς μισθὸν φέρων.

Sententia haud obſcura, praeſertim ſi meminerimus, in illa fabula luſiſſe poëtam in ambiguitate nominum, quae hominibus quibusdam communia cum piſcibus aut erant aut ab illo ficta ſunt. conf. pag. 329. c. & ibi notata. In *prioribus verbis*, voculam ἦ ante βόαξ (quam unde arripuerit Caſaubonus neſcio) ignorant editiones Ven. & Baſ. itemque ms. *Ep.* puto & ms. *A.* Itaque pro κῆρυξ μὲν ἦ βόαξ, GESNERUS pag. 814. κῆρυξ μὲν ἦν βόαξ legebat. Quem ſecutus DALECAMPIUS, in verſione poſuit, *Praeco Boax fuit:* adiectâ notâ: »Per iocum piſcis nomen ef»fert tamquam viri, ἀπὸ τῆς βοῆς. « Quod per ſe ſpecioſum erat: eſt enim revera βόαξ, nomen piſcis, qui brevius βᾶξ vocatur; de quo dictum ſupra, pag. 286 extr. & ſeq. Sed metro non erat commoda iſta Gesneri ſcriptura: & quod ſequebatur, σάλπης δ' ἐσάλπιγξ', id hîc aliud quiddam requirere videbatur; nempe tale quid, quale dedere noſtri codices. Et planius quidem erat id quod

a ms. *Ep.* offerebat, Κῆρυξ μὲν ἐβόασε: magis reconditum, ſed hoc ipſo probabilius, Κῆρυξ μὲν ἐβόαξ vel ἐβόαξ', quod dedit ms. *A.* Quae verba ex medio quidem verſu decerpta ſunt; ſed tamen ſententiam aliquam continent, quae reſpondet ei quae ſequenti verſu continetur. Κήρυκα notum eſt, & *praeconem* dici, & *conchylii* quoddam genus: fortaſſe etiam nomen hominis proprium eſſe finxerat poëta. ἐβόαξε idem valet ac ἐβόησε, inſolentiore quidem formâ, ſed cuius tamen veſtigia a veteribus Grammaticis notata reperias, ſive a themate βοάζω derivare volueris, quod adnotavit Etymologus, pag. 325, 36. & pag. 441, 10. ſive a βοάσκω, quod habes apud eumdem pag. 624, 37. ſive a βοάσσω, unde videtur eſſe βωσσοῦσι (forſ. βώσσουσι, contr. ex βοάσσουσι) apud Heſychium, qui interpretatur βωμβοῦσιν, ἠχοῦσι. Denique etiam ex ipſo nomine βόαξ potuit poëta ioci cauſſa verbum βοάζω formare. — Doctiſſimus Iacobs in *Notulis msstis* ſic corrigebat, βόαξ κῆρυξ μὲν ἦν: quod ad metrum quidem commodum, ſed nimis recedere videtur a librorum ſcriptura.

ὁ καλούμενος στρωματεύς. Verbum καλούμενος communi conſenſu dedit codex noſter uterque: a qua ſcriptura neſcio quo caſu deſciverunt editores, προσαγορευόμενος ponentes. De vocabulo στρωματεὺς confer Caſauboni Animadverſionem ad lib. I. pag. 4. b. paulo ante a nobis laudatam.

AD CAP. CXIX.

b Συνόδοντες καὶ Συναγρίς. Sic cod. uterque cum edd. Sunt autem qui diverſa nomina ſtatuunt eiusdem piſcis: ſed diſerte diſtinguit Epicharmus proximo teſtimonio, & Hiceſius, pag. 327. d. Vide Camus ad Ariſtot. p. 789. & quos ille citavit auctores. Confer autem cum hoc loco quae leguntur infra, eadem hac pag. 322. f. & p. 323. a.

In *Epicharmi verſu*: μαζούς τε. Μαζὸς, piſcis neſcio cuius nomen, quod nusquam alibi occurrit, memoratur apud Heſychium in Μαζιναί. Confer Caſaub. ad VIII. 332. b. μέζους legendum ſuſpicatus erat Gesnerus pag. 936. dorice pro μείζους.

Καὶ Νουμήνιος δ' ἐν Ἁλιευτικῷ. Sic recte ms. *Ep.* (neſcio an & ms. *A.*) *Atque etiam*, vel, *Sed & Numenius*: nempe pariter ille atque Epicharmus *per vocalem υ ſcribens*

nomen, de quo agitur. De tribus *NUMENII verſibus* non- b
niſi pauca verba, Λευκὴν συνόδοντα βόηκάς τε, adpoſuit Breviator. In *verſ.* 1. pro τριγκούς τε, quod in ed. Baſ. & Caſ. legitur, manifeſto errore τριηκούς τε habet ed. Ven. ſed perſpicue τρικκούς τε ſcribitur hoc loco in ms. *A.* quod nos repraeſentare debuimus, licet pag. 286. f. idem codex in eodem Numenii verſu τριγκούς τε dederit: nam utra ſcriptura vera aut vero propior ſit, nobis quidem (quemadmodum in Animadv. ad ſuperiorem locum profeſſi ſumus) non liquet. In *verſ.* 2. pro φαγεῖν, rectius utique videtur λαβὼν, quod in eodem verſu habent veteres libri ſub finem huius eiusdem paginae.

Tertius verſus, ἠὲ μέγαν &c. iam ſupra adlatus erat, p. 304. d. ubi vide notata.

In *ARCHESTRATI verſ.* 1. ſuo arbitratu Caſaubonus, c
Αὐτὰρ τὸν σινόδοντα edidit; nullâ mutationis a ſe adlatae mentione factâ in Animadverſionibus. Tenendum autem nobis viſum eſt, quod veteres libri dabant, Αὐτὰρ σινώδοντα: ubi, quum σινόδοντα pet o breve neceſſario ſcribendum iudicaſſet doctus Editor, metro conſulere voluit inſerto τὸν articulo, quem cum ſuperioribus editionibus ignorant mssti. Et σινόδοντα quidem per o breve habet hoc loco, ſicut aliâs, codex noſter *Epit.* Sed nil impedire videtur, quo minus perinde per ω longum ſcribi idem nomen poſſit, quemadmodum etiam apud Ariſtot. in plerisque editionibus ſubinde ſcriptum reperitur, veluti Hiſtor. Anim. VIII. 13. Nam, quemadmodum σινόδους (ut adnotavit Heſychius) dictus eſt παρὰ τὸ σίνεσθαι τοῖς ὀδοῦσι, *quod laedat dentibus*: ſic ab aliâ verbi formâ, σινόω, *laedo*, legitime σινώδους vel σινώδων formatum fuerit. *Eodem verſu*, pro ὃν ζητεῖ, quod erat editum, recte ὃν ζήτει dedit ms. *Ep.* *Verſ.* 2. Pro ἐκ πορθμοῖο λαβεῖν, quod minime quidem per ſe male editum erat, reſtituere debuimus codicis noſtri utriusque ſcripturam, ἐκ πορθμοῦ δὲ λαβ. *Tertio verſu*, cum φράζων legeretur in edd. & ms. *A.* (in Epit. deeſt ille verſus) obſecutus ſum CASAUBONO, monenti: »Scribe φράζω, non φράζων.« — Et ſic ſane oportuit, ſi ſententia illo verſu claudebatur. Sed pulcre intelligo, potuiſſe in continuo Archeſtrati carmine etiam participium φράζων locum hîc obtinere, quod ſcilicet relatum fuiſſet ad verbum quod ſequebatur proximo verſu, quem non adpoſuiſſet Athenaeus.

c Ἀντιφάνης δὲ ἐν Ἀρχιστράτῃ. Sic ms. *A.* cum ed. Ven. Potuerat quidem probabilius videri Ἀρχεστράτῃ, quod ex ed. Baſ. tenuit Caſaub. Sed, in re haud ſatis certa, repraeſentare nos debuimus veterum librorum ſcripturam. In *ANTIPHANIS verſu*, ipſa metri ratio haud dubie oſtendebat, ἐγχέλειον ſcriptum oportuiſſe, non ἐγχέλιον aut ἐγχέλυον: in quo vocabulo fere conſtanter errarunt librarii.

AD CAP. CXX.

Σαυρός. *Lacertus.* Σαῦρος hîc penult. circumfl. ſcriptum erat in edd. & mox rurſus σαῦρον: ſed accentum in ultima conſtanter ponit codex mſtus uterque. Quem vero potiſſimum piſcem aut quod genus piſcium iſto nomine indigitarint graeci, incertum. Vide CAMUS ad Ariſtot. pag. 458. Pancrates apud Noſtrum pag. 305. c. d. ait, *turdum* piſcem (τὴν κίχλην) a *piſcatoribus lacertum* (σαυρὸν) *adpellari.*

Ἄλεξις ἐν Λεύκῃ. Citatur *ALEXIDIS* fabula, ſimili quodammodo titulo, Λευκαδία, III. 94. f. & XI. 498. e. Apud Pollucem etiam, X. 144. laudatur Ἄλεξις ἐν Λευκάδι. Quae ſint-ne eiusdem fabulae nomina, varie alterata, an diverſarum fabularum indices, non auſim definire. De ver-
d bo παρασχίζειν (*verſ.* 4.) dictum eſt ad pag. 309. f. Mirum videri poſſit quod ait *verſ.* 5. τῷ σιλφίῳ μάστιξον, *cum laſere pulſa.* Videndumque an ſatis ſit quod adnotavit DALECAMPIUS: »Μάστιξον, μεταφορικῶς, *aſpergito.* Sic »antea idem poëta dixit, πυκνῷ σιλφίῳ πατάξαι.« —— Vide IV. 170. c.

EPHIPPI catalogus piſcium, Θύννου τεμάχη &c. ita ſcriptus edebatur, quaſi ſolutâ oratione eſſet comprehenſus: nos totum per dimetros anapaeſticos, quibus manifeſte continebatur, distribuimus. Quinque prima nomina eadem, eodemque ordine, ex Mneſimachi Hippotropho citantur infra, IX. 403. b. Quae proxime dein hîc vulgo legebantur, κεφαλῆς, πέρκης: his haud dubie error ſuberat. Κεφαλὴ non eſt Graecum piſcis nomen: tum *perca* non eſt (quod ſciam) ex eorum numero piſcium, e quibus τεμάχη dicuntur confici; quod non niſi ad maioris molis piſces pertinet. Quare morem gerendum CASAUBONO iudicavi, monenti: »Scribe, κέφαλος, πέρκη:

» non κεφαλῆς, πέρκης. « — In ms. *Ep.* desunt tria nomina, γογγρ. κεφ. & περκ.

Sequebantur deinde in edd. nomina ista, σαυρὸς, φυαία, φυκὶς, βρίγκος &c. Ubi CASAUBONUS monuit: » Non » φυαία: sed φυκία scribe. « — Et hoc ipsum quidem φυκία plane exhibet uterque noster codex mstus. At φυκίον vel φυκία, ut piscis alicuius nomen, apud nullum ex omnibus auctoribus, qui piscium mentionem fecerunt, occurrit. Et, quod apud Suidam legitur, Φυκία, θαλάσσια ζῶα, vix dubitari debet quin θαλάσσια βρύα oportuerit, ut apud Hesychium legitur. Quod si quis tamen vulgatam apud Suidam scripturam ex Etymologi auctoritate firmari contendat, apud quem (pag. 801 extr.) utraque interpretatio iuncta legitur: Φυκία, θαλάσσια ζῶα -- λέγεται δὲ καὶ τὰ βρύα φυκία: relinquitur ut intelligamus, φυκία, si sit piscium nomen, esse pluralem a sing. τὸ φυκίον, quod nil aliud fuerit nisi diminutiva forma nominis masculini ὁ φύκης, aut foeminini ἡ φυκὶς, quod est usitatius masculino. Atqui nullum in universo hoc catalogo nomen piscis in *plurali* numero positum videmus; ipsum autem nomen φυκὶς proxime sequitur: unde colligi fas est, nomen φυκία, cum in vetere aliquo codice ex nescio qua scripturae varietate fuisset adnotatum, temere in contextum illatum esse. Quo accedit, quod contra idem nomen ipsa etiam metri ratio reclamet, illudque perperam huc esse illatum evincat. Quare, quin eiicerem, non dubitavi. De vocab. βρίγκος conf. notata ad p. 286. f.

Vers. 4. Pro μύλος, quod erat in editis & msstis, » melius μύλλος scribi in Glossis Hesychii « monuit CASAUBONUS. Nempe sic Hesychius: Εἶδος ἰχθύος, μύλλος. De quo vide Dorionem apud Nostrum, III. 118. c. Μύλος quidem apud Oppian. Halieut. I. 130. metri caussa nominatur. Rursus vero μύλλος apud Nostrum, p. 329. d. & IX. 403. b. c. Conf. Aelian. Nat. Anim. XIV. 23. ibique Schneid. Nec vero confundendus *myllus* cum Romanorum *mullo*, qui Graecorum τρίγλη est, Gallorum *surmulet*. Est enim *myllus* maior piscis, e Ponto sale conditus advehi solitus. Pro λεβιὰς, quod erat in ed. Casaub. λεβίας oportuisse monuit idem CASAUB. in Animadv. Et sic recte scribitur in ed. Ven. & msstis. Conf. IV. 132. d. *Vers.* 5. Pro θρίττα, in simillimo piscium catalogo θρᾶτταν nominavit Mnesimachus apud Nostrum pag. 329. d. & IX. 403. c. sed

e bene hîc habet θρίττα, quae perinde & θρίσσα dicitur, quam *alauſam* vel *aloſam* noſtram eſſe cenſent. Vide pag. 328. d. & ibi notata.

In *verſ.* 7. vacillat metrum: cui, cum πολυπόδιον ederetur, nonnihil ſuccurrerunt noſtri codices, πουλυπόδιον ſcribentes: ſed non dubito, πουλυποδάριον ſcripſiſſe poëtam.

Μνησίμαχος δ' ἐν Ἱπποτρόφῳ. De iſta *MNESIMACHI* fabula monuit nonnihil Caſaubonus ad pag. 282. d. Animadv. T. IV. pag. 90. Longum ex ea locum adpoſuit Noſter lib. IX. pag. 402 ſeq. quo loco continentur eadem etiam verba, quae hîc adlata ſunt. Ex illo loco correxi hîc τῶν καρχαρίων, pro καρχάρων, quod erat editum: eſt autem id vocabulum hoc loco incommode prorſus ex connexione cum verbis ibi praecedentibus abruptum. Ibidem φυκὶς recte ſcriptum eſt; βρίγχος vero, fortaſſe minus recte. Ibidem poſt κόκκυξ ſequitur τρυγών; quod vocabulum hîc, licet complendo tertio verſui inſerviturum, omiſſum eſt. In ms. *Ep.* tota deeſt hoc loco Mneſimachi ecloga.

ΣΚΕΠΙΝΟΣ. »Σκεπινὸς, qui memoratur ex *Dorio*»ne, alibi, quod ſciam, non legitur: niſi eſt is de quo »Oppianus primo Halieuticorum, [vs. 106.]

»Σαῦροί τε, σκέπανοί τε, καὶ ὅσσ' ἐνιτέτροπε πηλοῖς.«

CASAUBONUS. — Ipſum nomen firmat Heſychius, parum alioquin iuvans, cum ſcribit: Σκεπινός· ἰχθὺς ποιός. Caeterum vide Gesnerum pag. 109. in *Attagenus*.

AD CAP. CXXI.

f »In verbis *EPICHARMI* de *Sciaena*, ſive *umbra*, »ſcribo cum Epitoma, ἐνῆν δὲ σκιαινίδες, non σκιαθίδες. In tertio Galeni περὶ Τροφῶν, ex Philotimo, *ſci*»*nides* ſemper nominantur: & diſertim Galenus, σκινίδες »ἢ σκίαιναι· δισσῶς γὰρ ὀνομάζονται: fortaſſe σκιαινίδες.« CASAUBONUS. — De iſto Epicharmi verſiculo iam ſaepius dictum eſt; & de poſteriori quidem ſigillatim hemiſtichio, ad pag. 288. b. & ad p. 307. c. Scripturam σκιάθίδες ubique tenent libri; nec Epitomae auctor in contextu mutare conatus eſt, ſed σκιαινίδες hoc loco inter lineas adſcripſit, ſuâ (ut videtur) de coniecturâ: cum aliâs viciſſim, ubi ſuam aliquam coniecturam in contextu poſuit, librorum ſcripturam inter lineas adnotare conſueve-

rit. Nihil autem vetat, quo minus credamus, qui vulgo f σκίαιναι dicebantur piſces, eosdem ab Epicharmo σκιαθίδας eſſe nominatos: & hoc quidem vocabulum metro conveniebat; iſtud, quod Caſaubonus maluerat, minime. Iam ex ea quidem ſcriptura, quam hîc editio Caſaub. praeferebat, ἐννῆν δὲ καὶ σκιαθίδες, haud adparebat metri ratio. Nempe ſuo arbitratu ita edidit vir doctiſſimus ex eo quod pag. 288. b. vulgo dederant libri: ſed ex collatione variorum locorum, ubi idem verſus repetitur, & ex ipſa Epicharmeorum verſuum ratione, oſtendimus ibi, temere inſertam eſſe, abiiciendamque, καὶ particulam. Nec eam hoc ipſo loco agnoſcunt ſcripti libri: nam in ms. *Ep.* nude ſic ſcribitur, αἰολίαι πλῶτές τε κυνόγλωσσοι· σκιαθίδες: in ms. *A.* vero poſt κυνόγλωσσοί τε prorſus monſtroſe ſic pergitur ἐνηλιάδες σκιαθίδες: quod & tenuere editiones Ven. & Baſ. Caeterum apud Galenum non opus erat ut ſolicitaretur ſcriptura σκινίδες; quae bene habet: unde etiam diminutivum σκινιδάριον, apud Noſtrum III. 106. f. ubi vide notata.

Numenii verſus duo priores, cum haud multo ante (hac ipſa p. lit. b.) iam fuerint adpoſiti, deſunt hoc loco in Epit. In *verſ.* 1. recte & conſentiente ms. *A.* κε θηρήσαιο edidit Caſ. ubi mendoſe καθηρήσαιο legebatur in ed. Ven. & Baſ. Deinde vero λαβεῖν ſua de conieƈt. idem Casaub. poſuit; intelligens λαβεῖν λελιημένος ἰχθῦν, *capere piſcem ſi cupis*, ut erat in verſione Dalecampii: pro quo paulo ſuperius φαγεῖν vulgo legebatur. At non erat ſpernendum, quin potius ex ipſa poëtae ſcriptura videtur fuiſſe id, quod hîc cum editione Ven. & Baſ. habet ms. *A.* λαβὼν, ut conſtruƈtio orationis talis ſit intelligenda, λαβὼν ταῦτα, θηρήσαιο αὐτοῖς ἰχθῦν, λελιημένος; nempe λελιημένος θηρήσασθαι. *Verſ.* 3. Pro ὅτε δ' ἀγρόμενον, quod perperam erat editum, recte ὁτὲ δ' ἀγρόμενον dedit ms. *Ep.* ſed idem dein male σκιαδρᾶ, pro σκιαδῆα.

Συαγρίδες. Τούτων μνημονεύει Ἐπίχαρμος ἐν Ἥβας Γάμῳ, καὶ ἐν Γᾷ καὶ Θαλάσσᾳ. Γᾷ ſcripſi, Doricâ formâ, ſicut alibi citatur iſta fabula; non Γῇ, ut vulgo hîc legebatur. Si communi formâ uti voluiſſet Athenaeus, etiam Θαλάσσῃ vel Θαλάττῃ ſcripturus erat, non Θαλάσσᾳ, quod habent edd. cum ms. *A.* Breviator, omiſſis (ut ſolet) fabularum titulis, nil niſi haec verba habet: Συαγρίδες. Τούτων μνημονεύει Ἐπίχαρμος. Iam Συαγρί-

δες (in quam ſcripturam conſentiunt libri) videri poterant iidem dici piſces, qui haud multo ante (hac pag. lit. b.) συναγρίδες dicti, quorum etiam meminit in teſtimonio ibi adlato Epicharmus. Quod ſi ita eſt, non debuerat hîc rurſus ſeparatim mentio eorumdem iniici. Itaque diſtinguendos iudicavit GESNERUS pag. 332. ſuſpicans συαγρίδα ab Epicharmo dictum eſſe piſcem, qui aliâs *aper*, Graecis κάπρος & καπρίσκος nominari conſueſſet. De quo difficile nobis eſt pronunciare: viciſſim enim eo ipſo, quod verba Epicharmi hîc nulla adponuntur, probabile fieri videtur, reſpici ad verba iam ante adpoſita, in quibus piſcis huius mentionem feciſſet poëta.

AD CAP. CXXII.

a Σφύραιναι. Ταύτας φησὶν Ἱκέσιος τροφιμωτέρας εἶναι τῶν γόγγρων, ἀπειθεῖς δὲ τὴν γεῦσιν καὶ ἀστόμους. »Melius ἀπειθεῖς δὲ πρὸς τὴν γεῦσιν: ut libro III. [p. »87. c.] ex eodem *Hiceſio*, Τῶν μυῶν ἔνιοι κακόχυλοί τε »καὶ πρὸς τὴν γεῦσιν ἀπειθεῖς. Neque aſſentiri debemus iis »qui emendant ἀνδεῖς. [Sic Rondelet apud Gesn. p. 883.] »Obſervat Suidas, locum habere hanc vocem non ſolum »in *perſonis*, ſed aliis quoque *rebus*. Profert exemplum ex »Aeliano: Οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι ἔνθα ἂν τοῖς ἐχθροῖς ἐνέτυχον, »ἐνταῦθα δήπου καὶ ἠγωνίζοντο, εἴτε εἶεν ἀπειθεῖς οἱ »τόποι, καί τραχεῖς, εἴτε εὐφυεῖς δέξασθαι ὁπλίτας καὶ »εὐήλατοι. Loci ἀπειθεῖς, *incommodi ad pugnam*. Alius au»ctor: [apud eumdem Suidam, in voc. Ἀπιθής: & videtur ipſe orationis color eumdem Aelianum prodere auctorem:] »Ἁλαλκομεναὶ πόλις ἐστί· καὶ ἀκούω αὐτὴν μήτ' ἐφ' ὑψη»λοῦ κεῖσθαι καὶ ἀπειθοῦς λόφου, μήτε τείχων περίβολον »ἔχειν. Collem ἀπειθῆ vocat, quem difficile aſcendas: ut »Hiceſius piſcem ἀπειθῆ, *quem non lubens comedas*. Sic fere »ἀπίθανος ἐν γελοίῳ, libro octavo, de eo qui non ſit natus dicta dicere. Sed, *ſphyraenas plus congris alere*, fal»ſum eſt, ut ex disputationibus doctiſſimi RONDELETII »[loc. cit.] conſtat liquido. Quem autem falſi huius inſi»mulabimus? Hiceſium-ne, an Athenaeum, an libra»rios? In hos culpam coniiciebat GESNERUS, [pag. 579. »ubi de *muraena* agitur,] σμύραιναι ſcribendum affirmans, »non σφύραιναι, cum iſto loco, tum in alio ſimili ſe»quentis libri. [VIII. 355. d.] Sed de illo ibi viderimus.

» Hic autem Athenaei potius vel Hiceſii fides ſuſpecta mi- a
» hi, quam librariorum. Stant ab edita lectione omnes co-
» dices, &, quae plurimi facio non iniuriâ, Auguſtana
» Excerpta. Praeterea, quae ſtatim ſubiiciuntur, niſi de
» *ſphyraena* capiantur, ecquem hîc locum habebunt? Ad-
» de quod de *muraena* ſuo loco in elemento M tractatum
» eſt: σμύραιναν autem & μύραιναν tanquam diverſos piſceis
» παρὰ ἓν γράμμα ſeparatim explicare, cuius fuerit ſtu-
» poris? Non ergo librarii culpa hîc ulla: ſed vel Athe-
» naeus minus fideliter alienam ſententiam recitavit, ſi,
» quod de *muraena* dixerat Hiceſius, aut depravatum ſecu-
» tus codicem, aut aliud agens, *ſphyraenae* tribuit: vel
» Hiceſius ipſe contra aliorum ſententiam ſic ſenſit perpe-
» ram; quod in eo argumento nemo mirabitur qui fue-
» rit in Medicorum ſcriptis paulo verſatior. Extant qui-
» dem etiam in ſuperioribus [pag. 312. c.] ex eodem Hi-
» ceſio verba haec: τροφίμους τὰς μυραίνας εἶναί φησιν ὁ
» Ἱκέσιος οὐχ ἧττον τῶν ἐγχελέων, ἀλλὰ καὶ τῶν γόγ-
» γρων. Sed ex iſtis non recte colligas quod voluit eruditiſ-
» ſimus GESNERUS, dixiſſe Hiceſium, *muraenas plus alimenti*
» *quam congros praeſtare.* « CASAUBONUS. — In ſcripturam
σφύραιναι etiam noſtri codices conſentiunt. Porro ἀπει-
θεῖς τὴν γεῦσιν, ſubintellecta praepoſitione κατὰ, percom-
mode dici potuiſſe videtur. Dein teneri poterat, quod
conſentiente Epit. ediderat Caſaub. εὔχυλοι δὲ μέσως: ſed
quod vetus codex *A.* εὐχυλίᾳ dabat, id verum videri
debuit; oſtendebatque, μέσους, non μέσως ſcriptum
oportuiſſe.

EPICHARMI verſus ſimillimus ei, qui hîc adponitur,
citatus eſt pag. 319. b. niſi quod ibi Κομαρίδας τε ſcri-
bitur, pro eo quod hîc eſt χαλκίδας τε: nempe hîc cita-
tur verſus ex *Muſis*, ubi nonnihil mutatum dedit poëta;
ibi citatus erat ex *Hebes Nuptiis*, e quibus poſterius he-
miſtichium (quod idem erat in utrâque fabulâ) rurſus ad-
ponit Athenaeus in fine huius capitis de ſphyraena, ea-
dem hac pag. 323. c. In eâdem fabulâ, *Hebes Nuptiis*, τὰς
χαλκίδας alio in verſu commemoraverat poëta, quem ver-
ſum adpoſuit auctor noſter pag. 326. e. & pag. 328. c.

SOPHRONIS verba, Κέστραι βότιν κάπτουσαι, iam ſu-
pra (pag. 286. d.) adpoſita vidimus. Ad *SPEUSIPPI* ver-
ba, quae mox adponuntur, reſpexerat Deipnoſophiſta ſu-
pra, pag. 319. d. Pro ἐκτίθεται, quod habet ms. *A.* cum b

b editis, παρατίθεται ſcripſit Breviator, ſuo arbitratu, ſive quod in exemplari ſuo hoc verbum reperiſſet. Verbo ἐκτίθεσθαι ſimiliter alibi utitur Athenaeus, veluti p. 306. e. οἱ Ἀττικοὶ - - - τὴν σφύραιναν καλοῦσι κέστραν. Iam ſubinde monuimus, non confundendam τὴν κέστραν, quem ab acuminatâ figurâ *ſudem* Romani vocabant, cum eo qui κεστρεὺς Graecis, Romanis *mugil* audit. In *STRATTIDIS* verbis, quae ſequuntur, tenui ſcripturam quam praeivere editi & mssti, ὦ ἄττικοὶ: quod valet ὦ Ἀττικοὶ, in vocativo caſu. Sed magis placet ὑμμες Ὦττικοὶ, id eſt, ὑμεῖς οἱ Ἀττικοὶ, in nominativo. Conf. KOEN ad Gregor. de Dialect. pag. 87.

In *NICOPHONTIS* teſtimonio, κέστραι τε commode dedit ms. *A.* unde intelligitur, fuiſſe iſta verba initio ſenarii poſita. *Nicophontis* & nomen & teſtimonium ſilentio praeteriit Breviator: ſed in poëtae nomine cum editis conſentit vetuſtus codex *A.* Quod eo monui, quoniam ab aliis Grammaticis (ut docuit RUHNKENIUS ad Timaei Lexic. Platon. pag. 282.) fabula *Pandora* non *Nicophonti* auctori tribuitur, ſed *Cieſiphonti.*

De repetito ex *EPICHARMI Hebes Nuptiis* hemiſtichio ſimillimo ei, quod initio huius capitis ex eiusdem poëtae *Muſis* adpoſitum eſt, paulo ante diximus. Hoc loco, pro πέρκας, perperam πέρδικας habet ms. *A.*

AD CAP. CXXIII.

c Ἀριστοφάνης Δαναΐσιν. Vide pag. 316. b. ubi fortaſſe Δαναΐσιν, ut hoc loco, pro Δαιδάλῳ ſcriptum oportuerat. *Danaides* quidem rurſus citantur pag. 324. b. ubi item de piſcibus agitur.

παιδία. » Solet dipnoſophiſta praeceptiunculas Gram» maticorum non aſpernari. Cuiusmodi eſt in ΣΗΠΙΑ, » quod ſcribit de eius vocis accentu: Ὡς αἰτίας ἡ παρα» λήγουσα ὀξύνεται, - - ὁμοίως καὶ ταῦτα, παιδία, » ταινία, οἰκία. Sed primum exemplum delendum eſt: » nam Graeca vox non eſt παιδία: meritoque etiam prae» termiſit Eclogarius: aut ſcribe ἀπαιδία. « CASAUBONUS: cui ſuffragatus eſt DORVILLE ad Chariton. p. 405. — Epitomae auctor nonniſi haec habet: Σηπία. Ἡ παραλήγουσα παροξύνεται, ὡς ταινία, οἰκία. Et ſuſpectum utique eſſe potuit vocabulum παιδία, penultimâ brevi pen-

acute ſcriptum: cum fere ubique vulgo & conſtanter, ſi e ſit penacuta vox, per diphthongum ſcripta reperiatur, παιδεία; contra, ſi nudam vocalem *iota* in penultima habeat, acute efferri ſoleat παιδιά. Video quidem in Graecis Lexicis, quae omnium in manibus verſantur, adnotatum vocabulum »ἡ παιδία, (ſic penacute ſcriptum) *puer*»*ritia*, *puerilis aetas*.« Sed vereor ne ſit illa notatio unice ex H. STEPHANI Theſauro ducta, in quo tamen (T. III. pag. 14. e.) non ſine dubitationis ſignificatione vocabulum iſtud adponitur: »Παιδία, ας, ἡ. *Puericia*, *pueriliis* »*aetas*. De hac tamen voce dubitat BUDAEUS, quippe »qui ita ſcribit: Παιδία, pro *aetate puerili*, Plato poſuiſ»ſe videtur in IX. de Legibus.« De quo iam ſubtilius quaerere non vacat. Sed illud notatum velim: legi quidem vulgo ad illa Ariſtophanis verba in Plut. 1057. παιδιὰν τινα; vetus ſcholion huiusmodi: Οὕτως Ἀττικοὶ βραχυκαταλήκτως καὶ ὀξυτόνως ἐπὶ τοῦ παιγνίου: idemque ſcholion a Suida in ſuum Lexicon adoptatum, eodem modo ſcriptum exhiberi in editione quidem Küſteriana: Παιδιά. οὕτως οἱ Ἀττικοὶ βραχ. καὶ ὀξυτόνως &c. monuiſſe vero HEMSTERHUSIUM, in Suidae codice msto ſic ſcribi: Παιδία· (hoc ipſo accentu) οὕτως Ἀττικοὶ βραχυκαταλήκτως καὶ παροξυτόνως &c. »Quae (ut idem monuit vir praeſtantiſſimus) »bene congruunt cum Etymol. pag. »657. v. 50. Τὸ γὰρ σημαῖνον τὸ παίγνιον διὰ τοῦ ι γρά»φεται· καὶ παρ' ἡμῖν μὲν ὀξύνεται, οἷον παιδιά· παρὰ δὲ »τοῖς Ἀθηναίοις βαρύνεται, οἷον παιδία. Nec dubito fe»re (ſic pergit Hemſterhuſ.) quin ea ratio ſit magis pro»banda.« — Quod ſi ſuccurriſſet viro doctiſſimo loci huius memoria, in quo apud Athenaeum verſamur, haud dubie illo uſurus erat ad confirmandum ſuum iudicium. Nec vero ſilentio praeterire debeo, in omnibus Suidae editionibus, quae Küſterianam praeceſſere, eo loco quem modo citavimus, Παιδιά quidem acute ſcriptum exhiberi, deinde vero pariter atque ex msto codice adnotavit Hemſterhuſius, non ὀξυτόνως ſcribi, ſed παροξυτόνως. Sic quidem princeps editio Mediolanenſis, ſic Frobeniana, quae ex Aldina expreſſa eſt, ſic denique Aemilii Porti editio: quarum trium editionum exempla nobis haec ſcribentibus cum maxime ad manus ſunt: ut non ſit dubitandum, in omnibus Suidae msstis codicibus pariter παροξυτόνως, non ὀξυτόνως ſcribi; quam quidem librorum omnium ſcri-

pturam ne in Notis quidem ſuis commemorare dignatus eſt Küſterus: qui ſi codices msstos diligentius inſpexiſſet, fortaſſe in omnibus etiam eamdem *penacutam ſcripturam* Παιδία, quam in Lugdunenſi codice Hemſterhuſius vidit, erat reperturus; quae nonniſi ab Editoribus mutata videtur.

τὴν σηπίαν δὲ Ἀριστοτέλης φησὶ &c. Leguntur iſta Hiſtoriar. lib. IV. cap. 1. per totum caput ſparſa. *Ibid.* ἐν δὲ τῇ μύτιδι. Sic antepenacute ſcripſi illam vocem cum ms. *Ep.* ut conſtanter apud Ariſtotelem. Perperam μυτίδι edd. neſcio an conſentiente ms. *A.* Commodius vero videtur, quod eſt apud Noſtrum, ἐν δὲ τῇ μύτιδι, quam quod apud Ariſtot. vulgo editur, ἐπὶ ταύτῃ. De *mytide* quam vocat Philoſophus, conſule quae docte adnotavit Camus ad Ariſtot. p. 512 ſq. ubi de Molluſcis generatim. Pro ſynonymis ponit τὴν καλουμένην μύτιν ἢ μήκωνα, Hiſt. Anim. IV. 2. De polypo loquens, μήκωνα dixerat apud Noſtrum pag. 316. d. *Mox*, ἔστι δ' ἡ κοιλίᾳ dedit codex ms. uterque cum ed. Ven. in qua quidem δὲ ἡ, non eliſa vocali. *Deinde*, parum commodum erat, Τρέφονται δὲ μικραὶ σηπίαι, quod habebant edd. Ubi nihil quidem notatum ex ms. *A.* ſed recte δὲ αἱ ms. *Ep.* unde δ' αἱ edidimus. *Ibid.* ταύταις διηρεύσαι recte ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. cum msstis. Temere ταύτας ed. Caſ. 2. & 3.

Διωκομένη τε ἡ σηπία &c. Ariſtot. Hiſt. Anim. IV. 1. & IX. 37. cf. Aelian. I. 34. Verbum κρύβεται, quod eſt in ms. *A.* videtur ex ſequiorum Graecorum uſu temere inexiſſe librarius. κρύπτεται habet *Epit.* cum edd. *Ibid.* λέγεται δὲ ὡς καὶ διηρευθείσης τῆς διηλείας &c. Vide Ariſtot. Hiſt. Anim. IX. 1.

Ἐν δὲ πέμπτῳ Ζώων Μορίων. Cum Μορίων deeſſet editis, adnotavit Casaubonus: »Scribendum & hîc, ut ſem»per alibi, ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων. Reſpicit *caput ſextum* »*libri V. Hiſtoriarum.*«

νέουσιν ἅμα καὶ συμπεπλεγμέναι τὰ στόματα. Tenenda iudicavi verba νέουσιν & συμπεπλεγμέναι, quae ſunt ab editore Baſileenſi ex Ariſtotele reſtituta: ſimul vero tenendam putavi καὶ particulam, quam cum ἅμα iungere amat Athenaeus. Nec tamen diſſimulandum, veterem librorum noſtrorum ſcripturam, ſi per ſe ſpectes, nec cum Ariſtotelicis libris conferas, ferendam quodammodo videri potuiſſe. Attamen ναίουσιν non ferendum vi-

ſum erat Euſtathio, qui (ad Iliad. ν'. p. 926. l. 36.) praedicta verba ex Athenaei Epitoma citans, νέουσιν ſcripſit, non ναίουσιν, quod cum ms. *A.* tenet noſter codex Epitomae: niſi forte νέουσιν apud Euſtathium emendationi debetur Editoris. Caeterum de hoc loco conſulendus GESNERUS, pag. 495 ſq. *Paullo poſt*, tria verba εἰς τὸν μυκτῆρα (quae eadem apud Ariſtot. V. 6. leguntur) opportune dedere ambo noſtri codices.

καὶ [οὐ] κύουσι πᾶσαν ὥραν. *Negativam particulam*, f quam cum editis agnoſcit quidem codex noſter uterque, *uncis* incluſi, ut merito ſuſpectam; quae ſi ab Athenaei manu eſt, non a librariis temere invecta, erraverit ipſe: nam verum videtur quod in Ariſtotelicis codicibus Hiſt. Anim. V. 12. de *ſepia* legitur, τίκτει δὲ πᾶσαν ὥραν. Sic etiam Dalec. in verſione, *omni tempore gravidae.*

ὅταν δὲ τέκωσι τὰ ᾠά, ὁ ἄῤῥην παρακολουθῶν καταφυσᾷ καὶ στιφρᾷ. »Saepe monuimus, Athenaeum ſen»tentiam magis quam verba auctorum ſpectare. Itaque etſi »apud Ariſtotelem, unde eſt hic locus, ſcriptum hodie »legimus, καὶ γίνεται στιφρὰ, cap. 12. lib. V. Hiſto»riarum, fortaſſe tamen verbo στιφρᾷν uſus erat noſter »convivator duorum loco: quod cur ab illo fieri non »potuerit, cauſſam non video. Ita legunt ſcripti omnes. »Caeterum huius loci ſententiam, a doctiſſimis viris recte »expoſitam, ex eorum ſcriptis petant ſtudioſi: nam actum »agere noſtri moris non eſt.« CASAUBONUS. — Poſt καταφυσᾷ apud Ariſtot. vulgo adiiciebatur τὸν θόλον vel τὸν θολὸν, pro quo unâ literâ mutatâ τὸν θορὸν oportuiſſe perſpecte GESNERUS monuit pag. 857 ſq. & ſic apud Ariſtotelem edidit CAMUS, praeeunte optimo codice Mediceo: eadem vero verba apud Noſtrum utique adiecta malles. Verumtamen ea ipſa Plinius quoque praetermiſit, lib. IX. cap. 51. ſect. 74. ubi graeca Philoſophi verba latine ſic reddidit: *Ova eius - - - masculus proſequitur afflatu.* Ad proxima maxime verba, καὶ στιφρᾷ, pertinet tam ſagax quam erudita obſervatio, a praeſtantiſſimo CORAYO nobiscum communicata. »Ariſtoteles, inquit, (ex quo haec »habet Noſter) ita de *ſepia* loquitur, Hiſtor. Anim. lib. »V. cap. 12. Ὅταν δὲ ἐπιτέκῃ τὰ ᾠά, ὁ ἄῤῥην παρακολου»θῶν καταφυσᾷ τὸν θορὸν, καὶ γίνεται στιφρά. Cor»rupta haec in Ariſtotelis libris, corruptiora in Athenaeo, »ex ſolo Plinio redintegrari poſſunt ac reſarciri. Ille ni-

f » mirum lib. IX. [loco modo citato, proxime post ver-
» ba paulo ante adposita] ultima Aristotelis verba sic in-
» terpretatur, *aliàs sterilescunt;* indicio manifesto eum le-
» gisse ἢ γίνεται στιφρὰ vel στέριφα: quomodo legen-
» dum existimo in praenotatis Aristotelis & Athenaei lo-
» cis, addendo insuper Athenaeo e textu Aristotelis ver-
» ba τὸν θορὸν, quae librariorum omisit incuria. Hanc fuisse
» genuinam lectionem testatur alius Aristotelis locus paral-
» lelus, Histor. lib. VI. c. 13. [al. 14.] ubi, quod hîc de
» sepia dixit, in omnibus omnino piscibus obtinere obser-
» vans ait: ὅσων δ' ἂν ᾠῶν ὁ θορὸς μὴ θίγῃ - - - ἄχρειον
» τὸ ᾠὸν τοῦτο καὶ ἄγονον ἐστί. Placuit hîc Philosopho ἄγο-
» νον appellare quod illic στιφρὸν vel στέριφον dixit. Hesy-
» chius exponit Στερίφοις per ἀνισχύροις, ἀγόνοις, στεί-
» ροις. « — Similiter Suidas: Στερίφη· στεῖρα, μὴ τεκοῦ-
σα. Στέριφος· στεῖρος, καὶ ἄγονος.

καὶ μελάντερος τὸ νῶτον. Sic recte edd. cum ms. *A.* ut est apud Aristot. V. 12. Perperam καὶ μαλακώτερος τὸ νῶτον ms. *Ep.*

AD CAP. CXXIV.

Epicharmi versus,

Πώλυπές τε σηπίαι τε καὶ ποταναὶ τευθίδες,

iam supra adpositus erat, pag. 318. e. nisi quod ibi Πώλυποι usitatiore formâ scriptum, pro eo quod hoc loco legitur, Πώλυπες: quod solicitare non sum ausus, quum possit esse a sing. ὁ πώλυψ, qui occurrit apud Nostrum, VIII. 356. e. ubi vide not. Tuetur certe editam scripturam hoc loco ms. *A.* In *Epit.* vero deest hîc illud ipsum vocabulum. Sub finem versus, scripturam ποταιναὶ, ut supra, tenens Casaubonus, haec adnotavit: » Qui
» paullo ante iubebat nos scribere πότναι, idem vir doctus,
» [Dalecampius,] quasi sententiae poeniteret, corrigit hîc
» ποταναί. [nempe, *volucresque loligines*, in versione scri-
» bens.] *Volucres* loligines esse & ἱπεροφοίτους, ut vocat Op-
» pianus, [Halieut. III. 166. conf. I. 428 sqq.] vel ex ety-
» mologia eius vocis constat: nam auctore Varrone *loligo*
» dicta, quod subvolet, quasi *voligo*. Quare etiam auctor
» Epitomae ποταναὶ semper scribit in hoc Epicharmeo ver-
» su. Nobis membranarum Athenaei & editorum librorum
» γραφὴ non videtur temere mutanda. ποταινὸς Epichar-

» mo idem ac ποταίνιος, *recens*, vel *similis*. Posterioris in-
» terpretationis auctor mihi Hesychius, qui non solum νέον
» καὶ πρόσφατον interpretatur, verum etiam σύνεγγυς. Igi-
» tur ποταιναὶ τευθίδες, *vicinae loliginis*, sive *similes*, *sepiis*
» nempe ante nominatis. Confirmat hanc interpretationem
» quod subiicitur in continenti, *facere hunc Epicharmi ver-*
» *sum confirmandae sententiae Speusippi, qui scripsit, sepiam &*
» *loliginem esse similes.* E contrario, si cui placet Epitomae
» lectio ποταναὶ, interpretari oportebit πρὸς Σπεύσιππον,
» *contra Speusippum.* « — Pro ποταιναὶ, quod erat editum,
ποτ' αἰναὶ manifesto errore hîc habet ms. *A.* ποταναὶ ve-
ro (dorice, pro πτηναὶ, πετεινὰι, *volucres*) hoc loco, ut
supra, dedit ms. *Ep.* quod unice verum esse mihi persuasi.
Nam ποταινὸς quidem universae Graeciae ignotum voca-
bulum est: quare, quo vulgatam scripturam defenderet
Casaubonus, ad vicini soni vocem ποταίνιος (de qua vi-
de Hesychii Interpp. & Koenium ad Gregor. de Dial. pag.
262.) confugiendum erat, quae ipsa tamen nonnisi per
vim & formae & interpretationi illatam adcommodari huic
loco potest. πρὸς Σπεύσιππον potest perinde & *contra*
Speusippum significare, & *Speusippi causa, quod ad Speusip-*
pum spectat. Quid sit autem quod hîc potissimum dicere
voluerit Athenaeus, fateor me haud satis perspicere; cum
praesertim in ipsis *Speusippi verbis* turbatum nonnihil sit
in mss tis libris. In cod. *A.* sic scribitur, ὅμοια εἶναι σηπίαν a
τευθίδα: ubi videntur tria nomina debuisse adponi, πολύ-
πους, σηπίαν, τευθίδα: quorum primum temere omissum
a librariis. Quod si ita scripserat Speusippus, hoc ipsum
notandum esse dixerit Athenaeus, quod, sicut tria ista ut
similia proposuit Speusippus, sic & eadem tria Epichar-
mus uno eodemque versu coniunxerit. In ms. *Ep.* est εἶ-
ναι ὅμοιον σηπίαν τευθίδι: nam ita legenda videtur
postrema vox, in qua calligraphus suo more, literâ δ su-
perne adscriptâ, ultimam vocalem non expressit. Quae si
vera statuatur scriptura, (quod mihi quidem parum fit
probabile) fuerit neutrum ὅμοιον pro foeminino ὁμοίαν ac-
cipiendum: tumque istud, πρὸς Σπεύσιππον, intelligen-
dum fuerit *contra Speusippum:* nempe quod pugnare cum
Epicharmo Speusippus videri possit, qui *sepiam similem lo-*
ligini dixerit, cum loliginem Epicharmus a sepia plurimum
differre declaraverit hoc ipso, quod illam *volucrem* dixerit.
At (ut modo significavi) frigidior haec mihi videtur sen-

a tentia; cum praeſertim paulo poſt (pag. 326. b.) ipſe Auctor noſter ex Ariſtotele doceat, re verâ plurima eſſe loligini cum ſepiâ communia.

»ὑπόσφαγμα δ' εἶναι χρέασιν ὀπτοῖς ἐκ τοῦ αἵματος, »τεταραγμένοις μέλιτι, τυρῷ, ἁλὶ, κυμίνῳ, σιλφίῳ, † »ἐξ ἑφθοῖς. Lege τεταραγμένου, videlicet τοῦ αἵματος, »cum Euſtathio [ad Iliad. Ψ'. pag. 1393. l. 42.] vel τετα»ραγμένον, ut in Excerptis [Hoeſchelianis,] nempe ὑπό»σφαγμα. Male capiunt *ERASISTRATI* mentem, qui [ut »Dalecamp.] fieri aiunt *hypoſphagma EX carnibus aſſis aut »elixis.* Non hoc edita lectio ſignificat. Verte itaque: *Pa»ratur hypoſphagma carnibus aſſis ex ſanguine conſuſo cum »melle, caſeo, ſale, cumino, laſere: paratur & elixis carnibus.* »ταράττεσθαι, culinae vocabulum eſt, *truare*, id eſt, τῇ »τορύνῃ ſive *truâ* κινεῖν, non in olla, verum in patina. »*Hypoſphagma* enim condimenti genus eſt, atque, ut ait »Euſtathius, [immo ipſe Eraſiſtratus] ὑπότριμμά τι. Po»ſtrema verba ita corrigimus, εἶναι δὲ καὶ ἑφθοῖς: iam »expoſuimus.« CASAUBONUS. — Noſter codex *Epit.* recte τεταραγμένου habet, ut Euſtathius. Tria poſtrema verba, σιλφίῳ, & ἐξ ἑφθοῖς, omiſit Epitomator. Codex *A.* nil mutat.

In *GLAUCI* verbis: αἷμα ἑφθὸν καὶ σίλφιον. »Excerpta »καὶ σίλφινον.« CASAUB. — Noſter ms. *Ep.* recte, καὶ σίλφιον. *Ibid.* καὶ ἔψημα. Vide Heſych. & ibi Interpp. Plinius lib. XIV. c. 9. ſect. 11. *Siraeum, quod alii hepsema, noſtri ſapam appellant, - - muſto usque ad tertiam partem menſurae decocto. Ibid.* καὶ φύλλα τετμημένα. »Euſtathius τετριμμένα. Excerpta ut eſt editum.« CASAUB. — Etiam noſter ms. *Ep.* vulgatum tenet; recte: concidunt tur folia, non teruntur.

b In *ARCHESTRATI* verſu, temere Σηπίαι δ' Ἀβδ. ſcribitur in ed. Baſ. & Caſ. inſertâ coniunctione, quam ignorant mssti cum ed. Ven.

ARISTOPHANIS verſus ex *Thesmophoriazuſis*,

Ἰχθῦς ἑώνηταί τις ἢ σηπίδιον,

ſimul cum pluribus qui eum excipiebant, iam ſupra citatus eſt, lib. III. pag. 104. e. Ibi Ἰχθὺς ultima acuta editum erat, hîc ἰχθῦς. Neutro loco diſſenſus ex noſtro ms. *A.* notatus eſt: in ms. *Ep.* vero utrobique totum deeſt Comici teſtimonium. BRUNCKIUS (in Fragm. Ariſtoph. p. 248.) Ἰχθὺς acute ſcribens, reprehenſus nuper eo nomine eſt a

PORSONO, Viro doctiſſimo, (in Addendis ad Notas in Eu- b
ripidis Hecub. ed. 2. p. 83.) quod vocabulum hoc in ſingulari numero accepiſſet. Nempe unice veram in illo Comici verſu ſcripturam Ἰχθῦς cenſet doctus Britannus, nomenque in accuſativo plurali accipiendum. At equidem, cur neceſſario quartum caſum pluralis numeri hîc requiri dicamus, nullam cauſſam video. Poterat ſane verbum ἐώνηται *activa* notione ſumi; ſed & perinde *paſſive* accipi poteſt: & iſto quidem loco ipſa conſecutio orationis verbum *paſſivum* & nomen in *nominativo* poſitum deſiderare videtur, ut ſenſus ſit, qui in verſione a nobis expreſſus eſt, *Emtus eſt piſcis aliquis?* Quo ſenſu (quemadmodum in Animadv. ad III. 104. e. dixi) perinde eſt, utrum ἰχθὺς, an ἰχθῦς ſcribatur, quoniam utroque modo ſcriptum hoc nomen in nominativo ſing. frequenter reperitur, ultimâ ſyllabâ ſemper productâ, ſive acute ſcribas, ſive cum circumflexo accentu.

In THEOPOMPI ecloga, ſcripturam τηνδὶ λαβοῦσα commode obtulit ms. *Ep.* πουλυπόδιον vero codex uterque. De priori emendatione monuerat etiam CASAUBONUS: »Scribe cum Epitomatore, τηνδὶ λαβοῦσα. At interpretis »emendatio eſt abſurda.«

ALEXIDIS eclogam, praetermiſſis primoribus verbis, ab iſtis incepit Breviator, Τῶν δὲ τὰς πλεκτάνας &c. *Primo verſu*, quod editum erat, Σηπίαι πόσου; id ex recentioris librarii aut ex primi Editoris emendatione eſt; haud ſane ineptâ illâ quidem, ſi praeſertim etiam *verſu* 2. τρεῖς pro τρίς poſuiſſent; quod a Caſaubono demum in Graeco contextu factum, ſed iam a Dalecampio in verſione expreſſum, quae ſic habebat: A. *Sepiae quanti?* B. *Unâ drachmâ tres.* Sic prima verba *domini* erant: quod quidem & ipſum ferri poterat, quamquam ex eo quod ait Athenaeus, παράγει μάγειρον τάδε λέγοντα, unius *coqui* verba hîc exſpectaſſes. Sed in veterum membranarum ſcriptura aliud latere mihi viſum erat. Terminationes αι & ας, item ας & ους, in hoc codice ita ſimiles pingi iam ſaepius obſervavimus, ut leviſſimam ac paene nullam mutationem verbis attuliſſe videri debeamus, ſi pro Σηπίαι τόσους, quod ex eo codice enotatum eſt, Σηπίας τόσας legerimus. c

Verba, quae ſequuntur, Τῶν δὲ τὰς μὲν πλεκτάνας &c. rurſus *domino* tribuerat Dalecampius. Ubi recte CASAU-

c BONUS: »Loquitur *coquus*, non *coqui herus:* quod tamen »ſine cauſſa interpres ſibi perſuaſit, & ideo totum locum »male cepit, male interpolavit.« — Pergit CASAUBONUS: »In iſto verſu,

»τὸ δὲ ἄλλο σῶμα κατατεμὼν πολλοὺς κύβους,

»notemus elegantiam non vulgarem, cum omittitur prae»poſitio εἰς poſt verbum τέμνειν, aut aliud cognatae ſi»gnificationis. Ariſtophanes Equit. [768.] διαπρησθείην »[διαπρισθείην] διατμηθείην τε λέπαδνα: id eſt, *diſſecer in* »*lora iugalia.* Theocritus, [III. 21.] τὸν στέφανον τῖλαί »με καταυτίκα λεπτὰ ποιήσεις: id eſt, εἰς λεπτά. *Poſtre»mum verſiculum* ſcribe ex melioribus libris,

»ἐπὶ τὸ τάγηνον σίζον ἐπεισιὼν φέρω.

»Aliter neque ſtat verſus, neque ſententia.« — Nempe ſic ms. *Epit.* Sed praeterea ἐπὶ τοῦ ταγήνου malebam: niſi ἐπὶ τὸ τάγηνον pro ἐπὶ τοῦ ταγήνου accipi poſſit. Pro σίζων, quod perperam olim editum erat, recte σίζον cum *Epit.* dedit etiam ms. *A.*

AD CAP. CXXV.

ΤΡΙΓΛΗ. [Τρίγλη,] κίχλη. Poſt titulum ΤΡΙΓΛΗ, repeti haud dubie eadem vox debuit, quae cum κίχλη conferretur. Qua repetitione ſuperſedere Breviator potuit, cum, omiſſâ voce κίχλη, ſic ſcriberet: ΤΡΙΓΛΗ διὰ τοῦ η. τὰ γὰρ εἰς λα &c. Eumdem canonem Grammaticum iam ſupra, pag. 305. a. b. ubi de κίχλη agebatur, adpoſuerat: & ex Athenaeo Euſtathius ad Od. χ'. pag. 795 ſub finem. Commodius vero h. l. ſcriptum fuiſſet, Τρίγλη, ὡς κίχλη.

d Ἀριστοτέλης - - - ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων. Sic libri noſtri. Ad editam olim ſcripturam ἐν πέμπτῳ Ζώων, adnotavit CASAUBONUS: »Scribe, ἐν πέμπτῳ μορίων, ex »libris omnibus. Locus eſt Hiſtoriarum Libro V. cap. 9.«

Μήποτε οὖν ἐντεῦθέν ἐστι καὶ τὸ τῆς ὀνομασίας; »Quod ait, »*videri mullum* τρίγλην *dictum Graecis quia ter in anno foe»tum edat:* de eo etymo ſic Artemidorus libro II. cap. 14. »ex Ariſtotele, & Ariſtophane Grammatico, qui in Philo»ſophi libros eius argumenti commentarios ediderat. Τρί»γλη γυναιξὶν ἀτέκνοις ἐστὶν ἀγαθή. Τρεῖς γὰρ κύει. (ma»lim τρὶς, ut in Athenaeo.) ὅθεν αὐτῇ καὶ τοὔνομα εἰκότως »φασὶ κεῖσθαι καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ Ζώων, καὶ Ἀρι»στοφάνης ἐν τοῖς εἰς Ἀριστοτέλην ὑπομνήμασι.« CASAU-

BONUS. — Athenaei locum, in quo verſamur, reſpiciens d Euſtathius, ad Od. χ'. pag. 795, 50. τρίγλην dictam eſſe ait quaſi τρίγυιν: ex τρίγυη autem, mutatâ ut in aliis multis literâ υ in λ, factum τρίγλη.

τεκμαίρεσθαι - - ἐκ τοῦ γόνου τρὶς φαινομένου περί τινας τόπους. Haud ſcio quid ſit, quod totum hunc locum ex Athenaeo citans GESNERUS, pag. 566. verba ſupra ſcripta ita adpoſuerit, quaſi in editis Athenaei libris deeſſet vox τρὶς, quam e ſuo codice & ex Ariſtot. V. 9. ſupplendam monet. Agnoſcunt quidem ſuo loco vocem iſtam & Veneta editio & Baſileenſis, praeter quas nulla alia vulgata erat cum iſta ſcriberet Gesnerus.

ὡς ἀμίαι, ὅτι οὐ κατὰ μίαν φέρονται. Tenui hoc, commode ſic editum. Nec enim hariolari potui, quid melius lateat ſub ſcriptura codicis *A.* quae (omiſſâ voculâ ὡς) ſic habet) ἀμίαιος ἐστιν οὐ κατὰ μίαν φέρονται. Percommode vero, ſed ſuo (ut videtur) arbitratu, Epitomae auctor: ὡς ἀμίαι διὰ τὸ μὴ κατὰ μίαν φέρεσθαι. Eamdem etymologiam iam ſupra tetigerat Noſter pag. 278. a. ubi vide notata.

σκάρος δὲ ἀπὸ τοῦ σκαίρειν, καὶ καρὶς. Cum καὶ σκαρὶς eſſet editum, haec adnotavit CASAUBONUS: » Etſi to» tidem literis haec etiam apud Euſtathium ſcribuntur, quia » tamen *ſcaridis* piſcis veterum (opinor) nemo meminit, » ſcriberem lubens καὶ καρὶς, οἷον σκαρίς. In Ety» mologico, ubi multa ſaepe ex Athenaeo deſcripta ob» ſervavimus, legas, Καρὶς, παρὰ τὸ σκαίρω, σκαρὶς καὶ » καρίς. Alioquin vulgatam lectionem interpretabimur de » *lumbricis*, quos vocant σκαρίδας.« — Lubens equidem emendationem eram amplexurus a Caſaubono propoſitam: ſed codex noſter uterque nude καὶ καρὶς dabat. Forſan per ſe intelligi voluerat Athenaeus, καρὶς quaſi σκαρὶς dici: nam & pro verbo σκαίρω, καίρω ſubinde dicebatur, ut ex Etymol. pag. 508. l. 9. & pag. 716, 7. intelligitur. Euſtathii locus, quem reſpexit Caſaubonus, legitur in Comment. ad Od. μ'. pag. 486, 16. his verbis: δοκεῖ δὲ ὁ εἰρημένος σκάρος, ὡς ἡ σκαρὶς, ἐκ τοῦ σκαίρειν γίνεσθαι. Confer Animadv. ad lib. III. pag. 106. b.

ἀφύαι δ', ὡς ἂν ἀφυεῖς οὖσαι, τουτέστιν δυσφυεῖς. Quo pacto derivationem iſtam intellexerint veteres Grammatici, declarat Etymologus pag. 179. Εἴρηται, inquit, παρὰ τὸ μὴ εἰς μέγεθος φύεσθαι. φύω, φυὴ, καὶ ἀφυὴ. ἢ ἡ μὴ

πεφυκυῖα, τοῦ ᾱ κακὸν σημαίνοντος. Similiter Eustathius ad Iliad. π'. pag. 1078, 47. ἀφυὲς, ἤγουν μικροφυές. ᾧ λόγῳ καὶ ἡ ἀφύη παρῆκται, ἡ σμικροπρεπεστάτη ἐν ἰχθύσι.

Θύω, Θύννος, ὁ ὁρμητικός. » Excidit aliquid. Forte ὡς ἐκ τοῦ Θύω, Θύννος, ὁ (forſ. ὅτι) ὁρμητικός.« Coray. — Eamdem vocabuli originem iam ſupra expoſuerat Auctor noſter, pag. 302. b. Ὠνομάσθη δὲ ὁ Θύννος ἀπὸ τοῦ Θύειν &c. quem locum vide, & quae ibi notavimus. Hoc loco fortaſſe ſcripſerat, Παρὰ τὸ Θύω, Θύννος. De *oeſtro* thynni vide ibid. & pag. 301. e. ibique notata. *Ibid.* διὰ τὸ κατὰ τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολήν. In editis vulgo ſic legebatur, ὁ ὁρμητικὸς κατὰ τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν διὰ τὸ ὑπὸ τοῦ &c. Perincommode omnino; ut non dubitem, recte a nobis verba διὰ τὸ proxime poſt ὁρμητικὸς eſſe repoſita. Eadem transpoſitio verborum ſubindicabatur quodammodo per codicis *Epit.* ſcripturam, quamquam illam per ſe magis etiam vitioſam quam erat vulgata. Sic enim ille: ὁ ὁρμητικὸς διὰ τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν διὰ τὸ ὑπὸ τοῦ &c. In ms. *A.* ſi recte capio quae ex eo enotata ſunt, recte ſcribitur κατὰ τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτ. ſed verba διὰ τὸ e prorſus omiſſa ſunt. Iam, quae ſequuntur, ὑπὸ τοῦ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς οἴστρου ἐξελαύνεσθαι, eodem prorſus modo in ms. *Ep.* leguntur, e quo illa expreſſimus. (conf. p. 302. b.) ὑπὸ τοῦ τῆς κεφαλῆς οἰσ. ἐξελ. *absque* ἐπὶ, dabant editi. In ms. *A.* prorſus mendoſe, (niſi quid turbatum in lectionibus inde excerptis) ἐπὶ τοῦ ὑπὸ τοῦ τῆς κεφαλῆς &c.

Ἔστι δὲ καρχαρόδους, συναγελαστικὴ, παντόστικτος. » Utrovis modo legas, συναγελαστικὸς aut συναγε» λαστικὴ, ſemper de *mullo* haec erunt intelligenda: quem » inter *gregales* refert Ariſtoteles nono Hiſtoriar. [c. 2.] At, » *dentes ſerratos habere* mullum, neque Ariſtoteles ſcripſit, & » falſum eſſe arguit αὐτοψία: ſi modo is eſt veterum *mul*» *lus*, quem linguam & dentes habere negant Rondeletius » [apud Gesnerum p. 566.] & Belonius, [ibid. p. 564.] viri » de hac parte philoſophiae quam optime meriti.« Casaubonus. — συναγελαστικὸς e codice Hoeſcheliano (puto) adoptavit Caſaub. Sic certe & noſter cod. *Epit.* Rectius vero συναγελαστικὴ, ad τρίγλη relatum, habent ed. Ven. & Baſ. cum ms. *A.* Ad *dentes* quod ſpectat, iam aliâs monuimus, diſerte tradere Philoſophum, Hiſt. Anim. II. 13. καρχαρόδοντας eſſe *piſces omnes, uno ſcaro excepto.*

ἐν τῇ ὑστέρᾳ. Suo iudicio ſic edidit Caſaubonus; re-

cte quidem, ut puto: ſed adnotare tamen debuerat vir e
doctus, ἐν τῇ ὑστεραίᾳ communi conſenſu exhibere
editiones Ven. & Baſ. & msstos codices cum alios, tum
Epit. Putaſſes, *in ano* dixiſſe auctorem: ſed nusquam eo
ſenſu τὴν ὑστεραίαν dictam reperio. Caſaubono praeiverat
Dalecampius, *in utero* vertens: praeiverat vero etiam Eu-
ſtathius, ad Od. pag. 795, 51. ubi Athenaei locum hunc
reſpiciens ait, γίνεται γὰρ αὐτῇ σκωλήκιά τινα κατὰ τὴν
ὑστέραν &c. — Ἐν τῇ γαστρὶ dixerat Ariſtoteles, Hiſt.
Anim. VI. 17. ubi generatim ait: πολλοῖς δὲ τῶν ἰχθύων πέ-
ρας ἐστὶ τοῦ τίκτειν, ὅταν ἐγγένηται σκωλήκια ἐν τῇ γαστρί.

In *Epicharmi verſu*, duas priores voces h. l. omiſit
Epitomator. Pro Ἄγε, quod erat editum, rurſus Ἆγε
ſcriptum oportuit, ut pag. 288. a. Pro δὲ, quod ibi lege-
batur, commode hîc δὴ dabant edd. & ms. *A*.

Σώφρων δ' - - ὀνομάζει. Sic recte & percommode
mstus codex uterque; non ἐπονομάζει, ut erat editum.
Sophronis verba huc ſpectantia non adpoſuit Breviator.
Codex *A*. nil mutat, niſi id quod ſub contextu indicavi,
τριγόλᾳ τὸν εὐδ. pro τριγόλαν τὸν εὐδ. quod habent edd.

» ἐν δὲ τῷ ἐπιγραφομένῳ Παιδὶ κάσποι· φυξὶς φησὶ τρί- f
» γλας μὲν πίονας. τριγόλαν δ' ὀπισθίαν. Corruptiſſimus lo-
» cus: a libris ſubſidium nullum. Lego ex ingenio: ἐν δὲ τῷ
» ἐπιγραφομένῳ Παιδικά· παιδικὰ ποιφύξεις φησί. Id eſt:
» *Sophron in Mimo inſcripto Deliciae*, vel *Amaſius: Amaſium*
» *terrebis*, ait. Sequentia deinde verba perfectam ſententiam
» non continent. Fortaſſe tamen ita ſcripſerat Sophron:
» Παιδικὰ ποιφύξεις τριγόλᾳ τ' ἐμπροσθίᾳ, τριγόλᾳ τ' ὀπι-
» σθίᾳ. Latet ſub his verbis aliqua obſcoenitas; ut in illo
» apud Plutarch. in Sympoſiacis, ὅθεν Ἀρκεσίλαος οὐδὲν ἔφη
» διαφέρειν, τοῖς ὄπισθεν εἶναι κίναιδον ἢ τοῖς ἔμπροσθεν:
» & eo quod de Agathocle Siculo iactatum eſt olim, [a
» Timaeo apud Polyb. XII. 15.] πάντων τῶν βουλομένων
» τοῖς ὄπισθεν καὶ τοῖς ἔμπροσθεν γενόμενος. Recte autem
» emendari a nobis παιδικὰ ποιφύξεις ex veſtigiis
» corruptae lectionis, en teſtem locupletem. Scholiaſtes Ni-
» candri, explicans verba poëtae in Theriacis, Ἄκριτα ποι-
» φύσσοντος, ſcribit: τὸ δὲ ποιφύσσειν, πολλαχῶς λέγε-
» ται· καὶ ποτὲ μὲν ἐπὶ τοῦ ἐκφοβεῖν, ὡς Σώφρων ἐν Μίμοις·
» παιδικὰ ποιφύξεις. ποτὲ δὲ, ἐπὶ τοῦ πνεῖν· ὡς Εὐφορίων,
» ζεφύρου μέγα ποιφύξαντος. « Casaubonus. — Huc ſpe-
ctat etiam Heſychiana Gloſſa: Ποιφύξεις· ἐκφοβήσεις. Apud

f Nicandri Scholiasten nomen παιδικὰ non esse accusativum a verbo ποιφύξεις pendentem, sed ipsum titulum Mimi, contendit VILLEBRUNIUS; satis id quidem imperite, si quid video. Caeterum de ipsis verbis Mimographi non magis constat, quam de sententia. Quod hoc loco editores posuerunt, ac fortasse ante hos etiam iuniores librarii, Τρίγλας μὲν πίονας, τριγόλαν δ' ὀπισθίαν, id illi ex *Tryphonis* verbis, quae paulo post adferuntur, huc transtulerunt: in vetusto quidem nostro codice, omnium iuniorum parente, sic hîc scriptum quemadmodum edidimus; nisi quod *asteriscum* nos adposuimus notandae mendae caussa. Fortasse aliquis ingeniosior, collatis Tryphonis verbis cum veteris scripturae vestigiis, divinaverit sub istis monstris quid lateat.

Quod idem SOPHRON ait, τρίγλαν γενεᾶτιν, doricum est pro γενειῆτιν, id est, *barbatam*. Conf. pag. 325. e. Similiter γενειῆτιν τρίγλην dixerat Eratosthenes apud Nostrum pag. 284. d.

Διοκλῆς δ' ἐν τοῖς πρὸς Πλειταρχον. Vulgatam olim scripturam πρὸς Κλειταρχον intactam reliquerat Casaub. cum Dalec. Atqui certum est, πρὸς Πλειστάρχον scriptum oportuisse, quemadmodum recte libri omnes dabant pag. 320. d. qui locus cum hoc conferendus. Porro consulendus Fabricius in Bibl. Graec. T. XII. p. 584. & T. XIII. pag. 374. *Mox*, ubi Τύφων erat editum, monuit CASAUBONUS: »Scripti notae melioris, Τρύφων.« — Et sic quidem noster codex mstus uterque, recte. Satis notus est, frequenterque Nostro laudatus, Alexandrinus ille Grammaticus. In *Tryphonis* verbis, aut (rectius ut dicam) in a *Sophronis* verbis a Tryphone citatis, τρίγλας μέν γε dedere ambo nostri mssti; item τριγόλα, pro τριγόλαν, quod erat editum: deinde vero ὀπισθίαν quidem h. l. cum editis tenet ms. *A*. sed ὀπίσθια habet ms. *Epit*.

AD CAP. CXXVI.

Πλάτων δ' ἐν Φάωνι φησίν· τρίγλη δ' οὐκ ἐθέλει &c. »Desest ecloga PLATONIS: nam, qui versus hexametros sub»iectos *illius* esse putant, falluntur; sunt enim *Archestrati*, »ut scimus ex libro primo.« CASAUBONUS. — Quum aliud animo agens sive ipse doctus Animadversor, sive typotheta »ecloga *Sapphus*« pro »ecloga *Platonis*« po-

fuiſſet, error ille fideliter in ed. Caſaub. 2. & 3. repetitus a eſt. At, verum ſi quaeris, deproperata tota illa animadverſio eſt. Nec enim *Archeſtrati* ſunt illi verſus, ſed PHILOXENI *Leucadii* ex carmine, quod *Coena* erat inſcriptum: nec idcirco deeſſe putanda eſt *Platonis* comici ecloga; nam a PLATONE in fabula *Phaone* repetiti recitatique ſunt iidem Philoxeni verſus cum pluribus aliis; ut diſcimus ex Noſtro lib. I. p. 5. b. c. d. Omiſit iſta hoc loco Breviator.

»τριοδίτης γὰρ καὶ τρίγλιννος. Scribe τριοδῖτις.« [Sic mssti noſtri: conf. mox lit. d.] » Voce τρίγλιννος alluditur »ad nomen τρίγλη. Nam ideo *Hecatae ſacer mullus*, id eſt, »τρίγλη, quia ipſa τρίγλιννος: in qua voce exponenda fru»ſtra ſunt interpretes. Proprie τρίγλιννος dicitur *qui tres* »*oculos habet*, qualis ille τριόφθαλμος ἡγεμὼν, cuius men»tio in antiquo oraculo apud Pauſaniam. γλῆναι ſunt *ocu»li:* [vel, *pupillae:*] ſed, cum Τρίγλιννος *Hecate* dicitur, »γλήνη eſt *facies*, a parte eius praecipua. Τρίγλιννος igi»tur, *Dea triformis;* vulgo Graecis τριπρόσωπος & τρίμορ»φος.« CASAUBONUS. — Vide mox, paulo inferius. Sic vero & Virgilius:

Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianae:

Aeneid. IV. 511. Confer Phurnutum, DE Nat. Deor. pag. 231 ſq. ed. Galei. Alio quidem ſenſu ἕρματα τρίγληνα dixit Homerus Iliad. ξ'. 183. & Od. σ'. 297. *Ibid.* ταῖς τριακάσι δὲ αὐτῇ τὰ δεῖπνα φέρουσι. Confer pag. 313. & ibi notata.

οἰκειοῦσιν Ἀπόλλωνι μὲν κίθαρον. Vide ſupra p. 306. a.

Διονύσῳ δὲ κιττόν. Pro κυττὸν, quod erat editum, Da- b lēcampius *Baccho exocoetum* in verſione poſuerat. Inde CASAUBONUS: »longe petitum eſt quod ſubſtituit Dalec. »ἐξώκοιτον, pro κυττόν. Unde autem didicit, exocoetum »Arcadum, ſive adonidem, dicatum fuiſſe Baccho? Ut »maxime ita eſſet, nihil tamen id nomen ad inſtitutum »ſermonem; ubi agitur de *animalibus, quae occaſione no»minis alicui Deûm ſacra habita.* Non minus aliena conie»ctura eorum, qui ſcribunt τὸ σκύμνιον. [Sic Maſſarius, »citante Dalec.] Noli ambigere ſcripſiſſe Athenaeum, »Διονύσῳ δὲ κιττάν.« [Forſan κίτταν ſcribere voluerat, ut in ora poſitum in ed. Caſ. 2. & 3.] »*Cittam* aut *ciſſam* »piſcem noviſſe veteres, Heſychianae gloſſae arguunt. »Κίσσα, inquit, ἰχθὺς ποιός. *Citta* ergo *Baccho dicata*, ob »communem appellationem cum *hedera*, quae Graecis κιτ-

b »τός. Veteres Grammatici: [Euſtath. ad Iliad. α'. pag. »65. l. 41.] ἀνάκειται Διονύσῳ κισσός· κισσητὸς γὰρ ὁ οἶνος, »οὗ δοτὴρ ὁ Διόνυσος. Baccho ſacra habetur hedera, ſive »κισσός: quia vinum, cuius ipſe largitor, eſt κισσητὸν, »avideque expetitur. Quin & certa & vera ſit noſtra de »hoc loco ſententia, vix puto futurum qui dubitet. Vul»gi tamen ſcripturam non ſolum in antiquis Athenaei co»dicibus invenias, & in Epitoma, verum etiam apud Eu»ſtathium: neque ego pugnabo; ſi mihi concedatur, Athe»naeo κιττὸν dici piſcem illum, quem ex Heſychio ap»pellavimus *cittam*.« — Sic ille: quem putares initio dixiſſe, κυττὸν, ut in impreſſis omnibus vulgatum, ſic legi in ſcriptis codicibus & in Epit. & apud Euſtathium. At hi quidem omnes uno conſenſu κιττὸν praeferunt: quod adeo mutare non ſum auſus, quia (ut ipſe Caſaubonus profeſſus eſt) fieri potuit, ut piſcis idem, qui κίττα vocatur apud Heſychium, κιττὸς etiam dictus fuerit. Caeterum potuerat Caſaubonus, ſi ei memoria ſuccurriſſet, ſuam emendationem teſtimonio Harpocrationis firmare, apud quem in Κιττοφόρος vulgo ſcribitur, τὰς λεγομένας κίσσας ἱερὰς εἶναι ἔλεγον τοῦ Διονύσου καὶ ταῖν θεαῖν. Ad quem locum confer quae disputavit Mauſſacus in Diſſert. Crit. p. 377 ſq. Sed ibi quidem quin κίστας, non κίσσας, ſcriptum oportuerit non videtur dubitandum. Vide eiusdem Mauſſaci Notas ad Harpocr. pag. 216. Küſterum ad Suid. in Κιστοφόρος, & Taylor ad Demoſth. pro Corona, in Reisk. Apparat. Crit. T. I. pag. 308 ſq. Quod ſi κίτταν hîc legi placeat; nil magnopere urget, ut de *piſce* accipiamus, de quo apud omnes veteres (uno Heſychio excepto) altiſſimum ſilentium; potueritque perinde de *ave* notâ omnibus intelligi, quemadmodum mox ſimilia exempla avium Diis conſecratarum adfert auctor noſter. At κιττὸν cum noſtris libris legens Euſtathius, nec de ave, nec de piſce, ſed de *hedera* acceperat.

καὶ Ἀφροδίτῃ φαλαρίδα, ὡς Ἀριστ. ἐν Ὄρν. In iſtam ſcripturam conſentiunt quidem libri: rectius vero per η in ſecunda ſyllaba ſcribitur id nomen apud Ariſtophanem, Avib. 566. Rectеque Euſtathius, (ad Iliad. α'. p. 65. l. 28.) locum hunc Athenaei reſpiciens, ἡ φαληρὶς ſcripſit. Nam quod apud eumdem Comicum in Acharn. vs. 875. legitur φαλαρίδας, id Boeoticum eſt & Doricum.

καὶ τὴν νῆτταν δὲ καλουμένην Ποσειδῶνι τινὲς οἰκειοῦ-

σι. »Dicta enim νῆττα a verbo νῶ, *nato.* Neptunus au- b
»tem eſt aqua, in qua ſola poteſt natari. Haec nominis
»convenientia. Dalecampius emendat ϕῆτταν, pro νῆτταν.
»Reſpondeat, ſi poteſt, Euſtathio, qui libris omnibus con-
»ſpirantibus in unum, falſi actionem adverſus ipſum me-
»ditatur. *Nonnullae avium*, inquit Euſtathius, [ibid. lin.
»23 ſqq.] *Diis fuerunt conſecratae*, διὰ τὴν πρὸς ἐκείνους
»συγγένειαν, ἢ κατὰ τὸν τῆς κλήσεως τύπον, ἢ κατὰ ἐνερ-
»γείας ταυτότητα. οἷον ἡ νῆσσα τῷ Ποσειδῶνι· ὑγρὰ μὲν
»γὰρ οὐσία ὁ Ποσειδῶν· νῆσσα δὲ, παρὰ τὸ νῶ, νήσω, τὸ
»κολυμβῶ, ἠτυμολόγηται. ἐξ οὗ καὶ τὸ νήχω, καὶ ἡ ναῦς,
»καὶ ὁ Νηρεύς. « CASAUBONUS.

προσφιλέστατον δ' εἶναι καὶ τοῦτον &c. Commodior utique videri poterat Epitomae ſcriptura, quae δὲ coniunctionem ignorat. At viſa tamen illa erat mihi ab auctoris eſſe manu, referenda ad particulam καὶ quae eſt initio periodi, ut perinde ſit ac ſi dixiſſet καὶ τὸν θαλάττιον δὲ γόνον προσφιλέστατον εἶναι, ſcilicet λέγουσί τινες. Notum eſt, καὶ ſequente δὲ vim habere ſimilem ac latinorum *atque etiam, porro vero, item.* Vocabuli ἀφύη alia etymologia paulo ante tradita eſt, pag. 324. d. Sed conf. p. 284. f. & ibi notata, item pag. 285. b.

καὶ τρίγλην καὶ μαινίδα, ὅτι καὶ θαλάττιος ἡ Ἑκάτη. c
»Non haec eſt proxima cauſſa *cur* τρίγλη *aut* μαινὶς *He-*
»*catae offerantur:* ſed de *mullo* quidem ea, quam ante ex-
»poſuimus; de *maenide* autem ratio eſt, quia credebant
»μανίαν & furorem ab eo hominibus immitti. Euſtathius:
»[ubi ſupra, lin. 47.] θύεται μαινὶς τῇ Ἑκάτῃ· ταυτὸν δ'
»εἰπεῖν τῇ σελήνῃ· διὰ τὸ δοκεῖν ἔστιν οἷς μανιῶν αἰτία
»εἶναι. « CASAUBONUS. — Caeterum, *Eleuſinios myſtas mullos venerari ſolitos*, ſcribit etiam Plutarch. de Solert. Anim. pag. 983 extr. & Aelian. Nat. Anim. IX. 51.

τρίγλην παραφέρεσθαι ἐν τοῖς Ἀρτεμισίοις. Dalec. *mullum offerri* vertit, quod Graece προσφέρεσθαι ſonabat. Sed παραφέρεσθαι tenent libri omnes & Euſtathius ad Iliad. υ'. pag. 1269, 27. Significat autem id verbum vel *adponere menſae, inferre in menſam*, ut III. 94. c. 95. c. vel *ferre in pompa*, ut III. 111. b. quo ſenſu h. l. accipiendum putavi, cum agatur de honore habito huic piſci. conf. Plutarch. & Aelian. locis cit. Si quis tamen alterum ſignificatum magis convenire huic loco ſtatuerit, facile patiar. *Mox*, διόπερ ὡς ἐπ' ὠφελείᾳ recte dedere codices mssti. *Ibid.* Γε-

νεᾶτιν. Vide pag. 324. f. *Ibid.* αἱ τὸ γένειον ἔχουσαι ἡδίονές εἰσι μᾶλλον τῶν ἄλλων. Eâ ratione *mullorum iubas* laudavit Iuvenal. Sat. VI. 40.

d ἀνάθημα τῇ Ἑκάτῃ Τριγλανθίνῃ. »Quae Τριγλανθίνη hic dicitur Hecate, in libris Euſtathii eſt Τριγλαθή»νη.« CASAUB. — Sic quidem editur apud Euſtath. ad Iliad. υ'. pag. 1269, 30. Sed Τριγλανθίνη apud Athenaeum (e quo ſua ibi hauſit Euſtathius) tuentur cum editis ambo noſtri codices mssti. MEURSIUS Atticar. Lect. lib. IV. cap. 30. cum Euſtathii tum Athenaei verba ita citavit, quaſi utrobique Τριγλαθίνη ſcriberetur. Albertus vero ad Heſychianam illam gloſſam, Τρίγλα, τόπος τις: citans Athenaei iſta verba, Τριγλαντίνη ſcripſit, caſu-ne, neſcio, an conſulto.

In *CHARICLIDIS* verſiculo poſtremo, cum τρίγλας κηλευμένη legeretur in editione Caſauboni, τρίγλας κηδομένη legendum cenſuerat Küſterus in Notulis mssis: ſed τρίγλαις recte dedere ed. Ven. & Baſ. cum ms. *A.* & *Ep.* & Euſtath. l. c. Ad κηλευμένη adiecit Euſtathius, τουτέστι θελγομένη, χαίρουσα. Percommoda vero foret Dorica terminatio κηλευμένα, quam praefert ms. *Ep.* ſed eâdem ratione etiam Ἑκάτα ſcriptum oportuerat verſic. 1.

AD CAP. CXXVII.

Ἐὰν δ' ἐναποπνιγῇ. Sic ſcribi iuſſit Caſaub. in Animadv. Id ipſum vero dedit noſter codex uterque.

e *ARCHESTRATI* non niſi duo verſus, ſed quorum alter hypermeter, legebantur in editis, ſic concepti:

Κἀν Θάσῳ ὀφώνει τρίγλην κοὐ χείρονα λήψῃ
ταύτης εἰν Ἐρυθραῖς ἀγαθὴ θηρεύεται αἰγιαλῖτις.

In ed. Baſ. & Caſ. inſuper poſt λήψῃ alieniſſimo loco interpuncta erat oratio. Deinde vero haec adnotavit CASAUBONUS: »Quae ſequuntur ex *ARCHESTRATO*, me»lius capias, ſi integer locus apponatur; quod ex aliis »Athenaei locis & membranis faciemus:

»Καὶ σκάρον ἐξ Ἐφέσου ζήτει. χειμῶνι δὲ τρίγλαν
»ἔσθι' ἐνὶ φαφαρῇ ληφθεῖσαν Τειχιοέσσῃ
»Μιλήτου κώμῃ, Καρῶν πέλας ἀγκυλοκώλων.
»Κἀν Θάσῳ ὀφώνει τρίγλην· κ' οὐ χείρονα λήψῃ
»ταύτης . . . . . κεδνὴ δὲ καὶ αὕτη
»εἰν Ἐρυθραῖς ἀγαθὴ θηρεύεται αἰγιαλῖτις.

» Senſus eſt: *Epheſi ſcarum capi optimum: mullum Tichiunte*, e
» *qui fuit vicus Mileſii agri: ſed & in Thaſo inſula mullos eſſe*
» *bonos, & Tichiuntiis nihilo deteriores.* Videtur poſtea *alium*
» quoque *locum* nominaſſe, ubi piſces eius generis haud
» poenitendi invenirentur. Poſtremo ait, *etiam Erythris bo-*
» *nam capi αἰγιαλῖτιν τρίγλην*: ſpecies ea eſt *mulli, pluri-*
» *mum litora frequentantis.* Verſum penultimum ex mſstis
» adiecimus. In eo autem ſpatio, quod vacuum reliquimus,
» ſcriptum eſt in membranis, ἐν δὲ τῷ γείρῳ: quae non
» potuimus emendare. « — Tres priores verſus ſupra re-
citaverat Deipnoſophiſta, pag. 320. a. Quos dein hîc ci-
tavit, ii in Epitoma ſic fere leguntur, ut editi erant; hoc
discrimine, ut poſt λήψῃ ταύτης, non εἰν Ἐρυθραῖς, ſed
ἐν δ' Ἐρυθραῖς ſcribatur. In ms. *A.* vero poſt λήψῃ ταύ-
της ſequuntur fere eadem verba, quae ex Italicis codici-
bus adnotata Caſaubonus repererat, paulo tamen emen-
datiora, quam ab illo relata ſunt, nempe: ἐν δὲ τῷ χείρω
κεδνὴ δὲ καὶ αὐτή. ἐν δ' Ἐρυθρ. Eamdemque ſcripturam
etiam ipſius Caſauboni manu ad oram libri impreſſi, qui
ipſius olim fuerat, ex Aegianis Lectionibus adnotatam vi-
deo. Atqui iſta omnia proba & perſpicua erant, niſi quod
in ipſa vocula τῷ nomen loci latebat: quod nullum aliud
eſſe poſſe mihi perſuaſi, niſi Τίῳ. Haud obſcurum oppi-
dum Τίος vel Τῖον, Bithyniae ſive Ponti, ad mare ſitum,
Mileſiorum colonia: cuius rurſus mentionem facit Dei-
pnoſophiſta lib. VIII. pag. 331. c.

Κρατῖνος δ' ἐν Τροφωνίῳ. » Pollux lib. VII. [ſect. 103.]
» ἀργυροκοπιστῆρας δὲ λόγων ἐν Τροφωνίῳ παίζει Κρατῖνος.
» Meminit & libro X. [ſect. 115.] Eodem titulo fabulas
» docuerunt Alexis & Cephiſodorus. « CASAUBONUS. —
Verba *CRATINI* in hunc modum edita erant: οὐδ' Αἰξω-
νίδα ἐρυθρόχρων ἐσθίειν, εἴ τι τρίγλην οὐδὲ τρυγόνος οὐ †
δεινούφην μελανούρου. Nonnihil peius etiam, Ἐξωνίδα pro
Αἰξ. habet ms. *A.* cum ed. Ven. & Baſ. tum τρυγόνος qui-
dem recte Ms. ſed τριγόνος ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. Cae-
terum nihil ſubſidii offerunt membr. *A.* in quibus etiam
uno tenore absque accentu ſcripta iſta οὐδεινουφην. Cor-
ruptam eclogam prorſus praetermiſit Breviator. CASAU-
BONUS haec adnotavit: » Οὐδ' Αἰξ. ἐρυθρ. ἐσθίειν εἰτι τρι-
» γλην. Dele εἰτι: aut muta in ἐθέλει, vel εἰωθε: nam de-
» ſideratur verbum aliquod. *Mulli Aexonici* absque dubio
» ab Aexona Athenienſium pago dicti; non ab Aexonia

e »Magneſiae urbe. Parum enim probabile eſt, e Magneſia »aut Ionica aut Macedonica mullos fuiſſe Athenas im»portatos. Deinde in Ethnicis Stephani legimus, Αἰξωνὶς »formari ab Αἰξωνή, quod eſt nomen δήμου Atticae, ut »diximus. Pro οὐδὲ τρυγόνος, οὐ † δεινούφην μελανούρου, »ſcribo: οὐδὲ τρυγόνος, οὐδὲ δεινοῦ φυὴν μελανούρου: *ne»que paſtinacam, neque ſolertis ingenii melanurum.* Cur ita »vocet, ex Oppiano [III. 443 ſqq.] & Aeliano [I. 41.] »clarum.« — Priora poëtae verba ſic ſcripſit MEURSIUS, in Reliquis Atticis, cap. 1. pag. 7.

Οὐδ' Αἰξωνίδ' ἐρυθρόχρων ἐσθίειν ἔτι
τρίγλαν. —

ſubiectâ verſione:

Nec amplius Aexonenſem rubricolorem edere
mullum.

In quo illud probavi, quod mendoſum εἴτι in ἔτι mutaverit: caeterum, quo metro decurrentem illum priorem verſum intellexerit vir doctiſſimus, exputare non potui. Mihi, ut multi alii verſus in eiusdem Cratini fabulis, ſic & hi duo *hexametri* eſſe viſi erant; qui, verbo ἐσθίειν unâ literulâ extruſâ in ἔσθειν mutato, & adoptatâ priori verſu Meurſii emendatione, poſteriore vero Caſauboni, ſponte prodibant, legitimoque modulo decurrebant:

Οὐδ' Αἰξωνίδ' ἐρυθρόχρων ἔσθειν ἔτι τρίγλην,
οὐδὲ τρυγόνος, οὐ δεινοῦ φυὴν μελανούρου.

Quod ſi in poſteriore verſu ultima ſyllaba vocis οὐδ' ἐ ob debilem poſitionem non ſatis commode produci poſſe iudicaverint artis metricae periti, οὐδ' ἔτι τρυγόνος fuerit ſcribendum. Mullum ἐρυθρόχρων (i. e. ἐρυθρόχρωτα) dicit, quem continuo deinde alius poëta ξανθρόχρωτα, alius (IV. 135.b.) iocoſe μιλτοπάρηον. Quod *melanurum* δεινὸν φυὴν dicit, id Caſaubonus de *ingenio* accepit, nempe de aſtutia, qua piſcis ille artes piſcatorum eludere perhibetur. Mihi de *corporis magnitudine habituque* viſum erat accipiendum: quo pertinet Heſychiana gloſſa, Φυή· φῦσις σώματος, ἡλικία, ἢ τοῦ σώματος ὑπόστασις. Sic apud Oppian. Hal. I. 147. ubi ait μεγάλοι τε φυὴν, unus e graecis interpretibus φυὴν interpretatur ἡλικίαν, alius κατὰ τὴν ἔκτασιν τοῦ σώματος. Pariter apud Homerum Iliad. α'. 114. de *habitu corporis* accipiunt interpretum doctiſſimi: ſic & apud Theocr. XXII. 160. Iam novi equidem, apud omnes iſtos aliosque poëtas vulgo corripi primam vocis φυὴ

ſyllabam: qua ſi aliter non uti licuit Graecis, actum eſt e de noſtro hexametro. Sed quum verbum φύω primam producat, videndum ne nomen proxime inde derivatum eodem modo efferri potuerit.

Ναύσικράτης δ' ὁ κωμῳδιοποιός. Sic cod. ms. uterque. In *NAUSICRATIS verſ.* 2. cum e ſuperioribus editionibus ſic ſcriptum reliquiſſet CASAUB. κλύδων ἐξωνικὸς, monuit dein: »Scribendum Αἰξωνικός. Scimus tamen etiam in antiquiſſi»mis codicibus ſcribi hoc nomen per αι & per ε promi»ſcue: cui ſimilia in Gloſſis Heſychii & aliorum multa. « — In vetere cod. *A.* in quo perpetuo miſcentur voçales, conſtanter per ε ſcriptum hoc nomen, ἐξωνίδα, ἐξωνικὰς, & ἐξωνικός: & ſic rurſus pag. 330. b. ubi iidem repetuntur verſus. In ms. *Ep.* recte Αἰξωνικὰς & Αἰξωνικός.

Verſ. 3. »πασῶν ἀρίστας ἐν τόποις παιδεύεται. Non »eſt negligendum, quod in Excerptis legimus, ἐντόπους. »Nam vulgata lectio mihi non placet. Legam potius ἐν »τρόποις παιδ. *Fluctus*, inquit, *Acxonicus caſtigat ſubinde* »(id ſignificat παιδεύειν) *mullos, & eos docet ſapere.* Dictum »ἀλληγορικῶς & venuſte. « CASAUBONUS. — Poſterior ratio vereor ne non tam venuſta, quam frigida, debeat videri. παιδεύειν idem fere hîc valet ac τρέφειν, *alere, nutrire, educare.* ἐν τόποις cum editis tuetur ms. *A.* & hoc loco & pag. 330. Ac defendi id fortaſſe hactenus poterat, ut intelligeretur ἐν τοῖς τόποις, id eſt, ἐν τόποις ἐκείνοις. Quid noſtri codicis *Epit.* ſcriba dare vel voluerit vel debuerit, non dicam: nam, utrum in eius ſcripturâ vocula ἐν ſeparatim accipienda ſit, an ut iuncta cum ſequente voce, nulla ratione discernas; terminationem autem quae ſequi debet literas τοπ ſuo more prorſus omiſit calligraphus, literam π ſatis habens ſuperne adſcripſiſſe. Lubens vero adoptavi ἐντόπους, id eſt, *indigenas*, quod in codice Hoeſchelianao ſe reperiſſe teſtatus eſt Caſaub. quod ipſum TOUPIUS etiam unice verum iudicaverat, in Emend. in Suidam, Part. III. pag. 492. Rarius quidem occurrens vocabulum; ſed Polluci adnotatum, III. 51. & IX. 7.

AD CAP. CXXVIII.

In *EPICHARMI* ecloga, Καὶ τὰ φίνταται perſpicue de- f dit ms. *Ep.* τε pro τὰ habet ms. *A.* ἀδέαι, pro vulga-

το ἀδεῖαι, & metrum deſiderabat & Doriſmus. Caeterum vide pag. 321. c.

Μίθαικος recte, ut alibi, dedit codex ms. uterque. *Ibid.* In ἐκκοιλίξας nil mutant libri. ἐκκοιλιάξας ſcribendum videri monuit KOEN ad Gregor. de Dialect. p. 151. Nempe a κοιλία, κοιλιάσδω, κοιλιάξω: ut ab ἐλευθερία, ἐλευθεριάσδω, unde ἐλευθεριάξαντες apud Diog. Laërt. I. 113.

a » Ὅταν δ' Εὔπολις ἐν Προσπαιτείοις λέγῃ. In com- » mentariis Comici ad Veſpas [vs. 57.] laudatur Εὔπολις » ἐν Προσπαιτίνοις: ad Nebulas, [vs. 541.] ἐν τοῖς Προσπα- » ταλίοις: ad Aves, [vs. 840.] ἐν Προσπαλτίοις: atque » haec ſola ſcriptura placet. Neque aliter ſcriptum [hîc » apud Athenaeum] in Meſſaei viri ampliſſimi libro anti- » quo. Nam ei fabulae nomen impoſitum ab uno e popu- » lis Atticis, ut Acharnenſibus Ariſtophanis, & aliis plu- » ribus fabulis. *Prospalta* is δῆμος dicebatur: unde Προσπάλ- » τιοι. Quare ita reſcribe ſuperiores locos, & ubicunque » laudatam hanc fabulam reperies. Nam fere corrupte ſem- » per hoc nomen ſcribitur. Exempli gratia, Priſcianus li- » bro XVIII. *Impetro illam rem dicimus, ſicut & Attici. Eu-* » *polis* Προστάττοις, πάντα γὰρ τυχὸν αἰτῇ. Lego indubi- » tanter, Προσπαλτίοις. *EUPOLIDIS* autem verba, quae » profert Athenaeus, ſunt haec: Μήτηρ τις αὐτῷ Θρᾶττα » ταινιόπωλις. Addit interpretamentum, τὴν ἐπὶ τῶν ὑφασ- » μάτων λέγει καὶ τῶν ζωνῶν, αἷς αἱ γυναῖκες περιδέονται. » Iſtae ταινίαι ſunt *faſciae*, quarum multiplex uſus olim in » cultu praeſertim muliebri. Erant etiam aliae pectorales, » aliae tibiales, aliae pedules, aliae aliarum partium. Has » conficiebant Athenis pauperes mulieres, utplurimum pere- » grinae, qualis iſta quam Eupolis *Threſſam* vocat: qualis » item illa Euxii mater, quam ut conditionis ſervilis fuiſ- » ſe probaret Eubulides, qui filium eius numero civium » exemtum cupiebat, aiebat *ſediſſe in foro vendentem fa-* » *ſcias*. Lege Demoſthenem in ἐφέσει contra Eubulidem. » In ea oratione [T. II. pag. 1309. edit. Reisk.] vox » ταινιόπωλις ita exponitur, ut hic ab Athenaeo. « CA- SAUBONUS. — Εὔπολις ἐν Προσπαλτείοις habet ms. *A.* quod vel ipſum verum, vel vero proximum. Apud Stephanum quidem Byzant. patronymicum a nomine Πρόσ- παλτα ductum, Προσπάλτιος editur. At quid hoc erat, quod vulgo, conſentientibus quidem msstis, hîc legeba-

tur, τὴν ἐπὶ τῶν ὑφασμάτων? Nempe *fasciis praepo-* a
sitam id sonabat: quasi de reginae alicuius ministra ageretur, quae supellectili vestiariae regiae esset praeposita. Satis quidem adparere videtur, alienissimo loco positum illum τὴν articulum: quo abiecto percommode procedit oratio. Agebatur de ταινίᾳ pisce. Inde ταινιόπωλις est *mulier quae vendit* ταινίας. Monet autem Deipnosophista, *EUPOLIDEM, cum matrem* nescio cuius *ait* ταινίας *vendidisse, non locutum esse* ἐπὶ τῶν ταινιῶν ἰχθύων, *sed* ἐπὶ τῶν ὑφασμάτων καὶ ζωνῶν: *non de taeniis piscibus, sed de taeniis quae sunt fasciae & zonae mulierum.* Supererat, ut intelligeremus mendosam τὴν voculam ortam esse ex verbo ἦν, quod demtum erat extremo Eupolidis versui, ad quem complendum illud ipsum desiderabatur.

AD CAP. CXXIX.

Τράχουροι. Τούτων ὡς ξηροτήρων μέμνηται Διοκλῆς. Verba *DIOCLIS* habes pag. 320. d.

» Corruptissimus est *NUMENII* versus hic:

» Ἀκονίας κιγκάλους τε καὶ ἀλλοπίην τράχουρον.

» Nihil succurrit probabilius, quam quod GESNERO videbatur,

» Αἰολίας κίχλας τε, καὶ ἔλλοπας, ἠδὲ τραχούρους.

» Aut vera, aut certe simillima veri haec coniectura: sic» ut etiam quod sequitur acute & docte vidit GESNERUS » idem, vir immortali laude dignissimus. Nam, quod ge» nus piscis sit Ταυλωπίας, neque Athenaeus explicat, » neque Aristoteles, aut Aelianus, aut Oppianus, vel om» nino quisquam veterum qui adhuc supersunt. Sed nec » eorum qui fuerunt, opinor, quisquam *taulopiae* memi» nerat: non Epicharmus, non Numenius, non Dorion. » Non enim arbitremur, Athenaeum in illorum libris ver» satissimum, eorum testimonia in hoc pisce praetermissu» rum fuisse, contra quam in caeteris feciset omnibus. » Enimvero nimis iam certum est, ARCHESTRATUM in » prolatis ab Athenaeo versibus non de *taulopia* sibi uni » noto pisce locutum esse; verum de eo qui Aristoteli aliis» que αὐλωπίας & αὔλωπος dicitur. En quid sit, & » quantum, incidere in libros parum emendate scriptos: » a quo fonte multos veterum eruditorum manasse erro» res, docemus multis exemplis alibi. Inter illa est hoc quo-

a »que: nam *taulopiam* piſcem primus in mundo finxit Athe»naeus; cum in *ARCHESTRATI verſu* νεαροῦ μεγάλου ταυ»λωπίας culpâ librarii ſcriptum inveniſſet, pro νεαροῦ με»γάλου τ' αὐλωπίας. Veteres parum diſtincte ſcripſiſſe, »& omnino parum diligenter, nemo poteſt ignorare qui »Ciceronis, Strabonis, Galeni, & Hieronymi querelas »de eo genere hominum recordabitur. In *ARCHESTRATI* »*verſ.* 2. ſcribe κρανὸν ὅταν Φ. non κρανίον.« CASAUB.

In NUMENII *verſu* nihil auxilii praeſtant libri: nil mutat ms. *A.* in *Epit.* vero totus deeſt verſus. Pro vulgato Ἀκονίας κιγκάλους τε, emendationem Caſaubono probatam, Αἰολίας κίχλας τε, caute timideque propoſuerat GESNERUS de Aquatil. pag. 61. Rurſus vero IDEM p. 629. ſcribit: »*Aconias* piſces Numenius apud Athenaeum »nominat: qui an Plinii *novaculae* ſint, conſiderandum. »ἀκόνη quidem Graecis *cotem* ſignificat, ad quam novacu»lae exacui ſolent.« — *Novaculâ piſce quae tacta ſunt*, ait Plinius, XXXII. 2, 5. *ferrum olent.* At talis piſcis mentio apud nullum alium e veteribus occurrit. Quod ſi vocabulum ἀκονία latine reddere voluerat Plinius, *coticulam*, non *novaculam* dicere debuerat. Supereſt ut fateamur, minime liquere quem piſcem Numenius ἀκονίαν dixerit: nec tamen id ſatis cauſſae eſſe videtur, cur vitiatum eſſe nomen pronunciemus. Tum vero in voce κιγκάλους mendam quidem accuſat metrum: ſed longius abire videntur qui in κίχλας mutatum volunt. Non dubitavi equidem κίγκλους corrigere, quod & metro ſatisfaciebat, nec alioqui ſpecie carebat. Eſt quidem *aviculae* nomen κίγκλος, e *motacillarum* genere: (cuius etiam mentio fit apud Noſtrum III. 131. f. Conf. Aelian. Nat. Anim. XII. 9. & ibi Schneid.) nec in *piſcium* recenſu alibi, quod ſciam, occurrit: ſed ſicut permulta alia nomina piſcibus cum avibus communia fuiſſe novimus, quid impedit quo minus hoc quoque nomen piſci cuidam a nonnullis tributum fuiſſe credamus? Pro κίγκλος autem, etiam κίγκαλος dicebatur, ut ex Suida (voce Κίγκαλος, coll. cum Κίγκλος) diſcimus: quo magis in proclivi fuerat Graecis librariis, ad metri rationem non adtendentibus, ut κιγκάλους hoc loco pro κίγκλους ſcriberent. Denique in ἀλλοπίην, quod vulgatum erat, vix dubitari poteſt quin latuerit αὐλοπίην: quae etiam prior fuerat GESNERI cogitatio, qui locum hunc citans, pag. 61. l. 1. ſic ſcripſit: »καὶ ἀλλοπίην (forte αὐ-

»λοπίην, ut ω sit versum in ο per systolen) τράχουρον.« a — Sane vix ulla alia reperiri ratio potest, cur *aulopiae* piscis mentionem ex *ARCHESTRATO* hîc subiecerit Deipnosophista, nisi quod eiusdem piscis nomen in adlato Numenii versu positum occurrebat. Illud magis dubites, utrum duorum nominum, αὐλοπίην, an τράχουρον, pro substantivo, utrum pro adiectivo acceperit Numenius. Athenaeus quidem, nomen Τραχούρους hic in recensu piscium adponens, quorum nomen a T litera incipit, haud dubie pro substantivo nomine hoc accepit; quemadmodum & Diocles, a quo primum testimonium petiit Deipnosophista, respiciens ad illa Dioclis verba, quae pag. 320. d. prolata sunt. Aristoteli quidem ignotum nomen: sed & Xenocrates, De Alim. ex Aquat. cap. 7. & Oppianus, Hal. I. 99. & Aelian. Nat. An. XIII. 27. τράχουρον piscem commemorant, qui τοῦ σαυροῦ (id est, *lacerti*) species esse putatur: & diserte etiam Xenocrates ait, *a nonnullis σαυρὸν vocari.* Caeterum suâ naturâ adiectivum nomen esse adparet, *asperâ caudâ instructum* denotans. Ac possit perinde & vocabulum αὐλοπίας sive αὐλωπίας pro adiectivo haberi, idem valente ac αὐλωπὸς apud Oppian. Hal. I. 256. quo designetur is *cui sint exstantes ac veluti tubulis inclusi oculi:* de cuius nominis ratione docte disputavit Schneiderus in Historia Piscium pag. 83 sq. quem librum, diu a me desideratum, quantum gaudeo his diebus tandem ad me esse perlatum, tantum doleo non prius mihi ad manus fuisse quam paene ad finem perductâ hac nostrâ de Piscibus Athenaeo commemoratis lucubratione. Sed & ὁ αὐλωπίας, substantive, pro ἀνθίᾳ pisce, usurpatur Aristoteli, Hist. Anim. VI. 17. quem in quatuor anthiarum speciebus quarto loco posuit Oppianus I. 256. αὐλωπὸν vocans, metri caussa, ut videtur: eumdem vero rursus αὐλωπίαν Aelianus nominat, XIII. 17. De eodemque loquitur *ARCHESTRATUS* in subiecto testimonio: in cuius *vers.* 1. tenent b quidem scripturam ταυλωπία, quasi una vox esset, ambo nostri codices mssti cum editis: sed vix credibile est, non vidisse Athenaeum, (quem satis quidem doctum fuisse Grammaticum nemo negabit) primam huius vocis literam esse τε coniunctionem, quae ad vocab. μεγάλου desiderabatur. Quare fere non dubito, absurdum illum titulum Ταυλωπίας (quem quidem & ipsum libri omnes hodie agnoscunt) sequioris alicuius librarii imperitae temeritati

b deberi; esse autem hoc loco Archestrati illud testimonium a Deipnosophista adpositum occasione nominis αὐλοπίην, (idem valente ac αὐλωπίαν) quo in proximo testimonio Numenius usus erat. Sed de hoc statuat quisque, uti visum fuerit. In *ARCHESTRATI* verbis, pro τ' αὐλωπία (*vers.* 1.) utique τ' αὐλωπίου malim cum GESNERO pag. 60 extr. Ac fortasse sic scriptum erat in antiquo exemplari, in quo vocalem α & diphthongum ου similimis formis pictas fuisse iam saepius monuimus. *Versu* 2. Casaubono obsecutus sum, monenti pro κρανίον ὅταν, quod versus non ferebat, κρανὸν ὅταν scribendum. Fateor tamen, nullum aliud certum exemplum, quo κρανὸν pro κρανίον scriptum sit, reperire me potuisse. κρᾶνος ὅταν, vel κρανίον ἂν corrigendum censuerat GESNER pag. 61. & κρανίον ἂν proposuit etiam IACOBS in *Notis msstis;* quod lubens accepissem, nisi ὅταν rectius hîc stare, quam ἂν, persuasum mihi fuisset. *Ibid.* Scripturam ἀψῖδα revocavi ex ed. Ven. Eodem spiritu, sed acuto accentu, scribitur in utroque codice msto.

AD CAP. CXXX.

De *Loligine* quae habet Aristoteles in libris hodie exstantibus, collecta dedit CAMUS, pag. 174 sq. Quae prima posuit Athenaeus, ex libro deperdito sunt: eorum tamen nonnulla sparsim in libris, qui ad nos pervenerunt, leguntur.

c ἔχει δὲ καὶ βολὸν ἐν τῇ μύτι δι. Restitui hanc scripturam ex pag. 323. d. ubi vide not. Sic etiam formatus tertius casus nominis μύτις reperitur apud Aristotelem; verbi gratia, Hist. Anim. IV. 2. non μύτι, nec μύτει.

[ΤΕΥΘΟΣ.] Ὁ δὲ Τεῦθος μόνῳ τούτῳ διαφέρει, τῷ μεγέθει. TITULUM *uncis* inclusi: quia non videtur ab Athenaeo esse; certe contextui interseri non debuit. Videri quidem poterat Aristoteles (ut CAMUS adnotavit) τὸν τεῦθον & τὴν τευθίδα non sexu modo, sed etiam specie distinxisse: nec satis tamen perspicue id ille declaravit. Athenaeus quidem nonnisi fere magnitudine distinctum facit, & paulo post ad τὴν τευθίδα redit, de qua dicere instituerat. Commodius initio capitis duplex titulus, Τευθὶς, & Τεῦθος fuisset praefixus. In ms. *Ep.* scribitur μόνῳ διαφ. τῷ μεγέθει, commode: sed nec istud incommodum erat, quod

ms. *A.* cum ed. Ven. & Baſ. dabat, μόνῳ τούτῳ διαφ. quod non videtur neceſſe fuiſſe ut mutaretur a Caſaubono, qui pro τούτῳ tacite ταύτης ſubſtituit, pronomen facile ſubintelligendum, & frequenter in huiusmodi oratione omitti ſolitum. De pleonaſtico vero eiusdem pronominis uſu, qui in illâ dictione, μόνῳ τούτῳ διαφέρει, τῷ μεγέθει, non ſine gratia obtinet, vide Lexicon noſtrum Polybian. pag. 417. Caeterum, pro eo quod hîc legitur, γίνεται δὲ τριῶν σπιθαμῶν, habes πέντε πήχεων in Hiſt. Anim. IV. 2.

»Ἐν δὲ πέμπτῳ ζώων. Membranae antiquum obtinent, d »ἐν πέμπτῳ μορίων. Locus exſtat in quinto Hiſtoriarum »cap. 18. « Casaub. — Sic nunc (omiſſâ voce Ζώων, ut ſubinde aliâs) habet codex noſter uterque, ἐν δὲ πέμπτῳ Μορίων. Epitomator, in aliorum omnium auctorum citationibus titulos librorum fere numquam adponens, in unius Ariſtotelis teſtimoniis titulum libri, e quo quodque ſumtum eſt, numquam neglexit adponere.

Ἀρχέστρατος - - - περιελθὼν καὶ περιπλεύσας. Sic commode ms. *Ep.* Sed περιελθὼν πλεύσας absque coniunctione ms. *A.* quod fortaſſe & ipſum probum tenendumque erat, *navigando obierat:* ſed id corruperunt editores, περιελθὼν καὶ πλεύσας ponentes.

»Videamus quam recte interpretes accipiant *verſiculos* »Archestrati *de Teuthidibus:*

»Τευθίδας ἐν Δίῳ τῷ Πιερικῷ παρὰ χεῦμα
»Βαφύρα, καὶ ἐν Ἀμβρακίᾳ παμπληθέας ὄψει.

»*Dium* olim plurium oppidorum fuit nomen. Ideo poëta »distinctione cavit ne falleremur, cum addit τῷ Πιερικῷ. »*Pieriam* Macedoniae regionem ex Geographorum ſcriptis »norunt omnes. Igitur de *Dio Macedonica* ſentit Arche»ſtratus: quod etiam confirmant ſequentia, παρὰ χεῦμα »Βαφύρα, *ad fluenta Baphyrae.* Is fluvius Dium Macedo»niae praeterlabitur. Et *Dii* huius & *Baphyrae* meminit Pau»ſanias in Boeoticis. [IX. 30. pag. 769.] Ex his vides quo »iudicio viri eruditi [Dalecampium dicit] χεῦμα inter»pretati ſint *euripum*, ut in ſequente verſu pro Βαφύρα »ſuam nobis obtruderent emendationem, καὶ Πύῤῥα. « Casaubonus. — Suo arbitratu tacite Τευθίδας & in contextu ſuae editionis poſuit Caſaubonus, & in Animadv. repetiit; qua novatione nil erat opus: modo poſt Βαφύρα, ubi nulla vulgo distinctio ponebatur, interpungenda fuit

d oratio. Τευθίδες in recto caſu libri omnes agnoſcunt, recte: hoc ſenſu, *loligines* (nempe *eximiae*; quod vel per ſe intelligi poterat, vel e verbis in Archeſtrati carmine proxime praecedentibus intelligebatur) *reperiuntur ad Dium oppidum.* Βαφύρα eſt ſecundus caſus a recto ὁ Βαφύρας. Perperam Βαφύραι (id eſt, Βαφύρᾳ in tertio caſu) ſcriptum in ms. *A.*

» *Verſus primus* ex *ERETRICO Alexidis*,
» Τευθίδες, πίνναι, βατὶς, δῆμος, ἀφύαι,
» mendam continet in voce δῆμος. Non displicet Dalecampii coniectura δῆμος ἀφυῶν: [*aphyarum natio*, ſcripſerat ille:] etſi aliter poëtam ſcripſiſſe arbitror. *Piſcis* enim nomen hîc videtur fuiſſe, vel *oſtrei.* Forte, βατὶς, χῆμαι, ἀφύαι: aut κορδύλος.« CASAUBONUS. — At ne *pinnas* quidem agnoſcunt veteres libri: vocabulum πίνναι primus ipſe Caſaubonus tacite in Graecum contextum invexit, poſtquam a GESNERO pag. 885. ex coniectura propoſitum, & a Dalecampio in latina verſione receptum fuiſſet. Duo priores verſus deſunt in *Epit.* ſed σπῖναι habet vetus noſter codex *A.* cum ed. Ven. & Baſ. Valet autem ἡ σπῖνα, Heſychio teſte, idem ac ὁ σπῖνος: quo nomine ſi neceſſario *piſcis* aliquis eſſet intelligendus, poſſemus ad eumdem Heſychium provocare, apud quem duae aliae gloſſae: Σπίγγος· ἰχθύς: & Σπίγγον· σπῖνον: collatae cum iſta, Σπῖνα· ὁ σπῖνος: probabile facturae erant, vocem σπῖνα etiam de *piſciculo* poſſe accipi. Sed quum plura promiſcue cibaria, quae praeſto ipſi erant, commemoret garrulus coquus, & in his etiam non modo δῆμον, ſed & κρεάδια & ἐντερίδια; non video equidem quid impediat, quo minus σπίνας, quas dicit, *fringillas* aviculas intelligamus, pro δῆμος δ η μ ὸ ς legamus, & de *adipe* accipiamus. Deeſſe autem ſenario primam ſyllabam adparet.

e *Tres* poſtremi *verſus* imperite distributi erant in edd. & talem in modum concepti legebantur:

Τὰ πτερύγι' αὐτῶν συντεμὼν στεατίον μικρὸν παραμίξας περιπάσας
Ἡδύσμασι λεπτοῖς χλωροῖς ὠνθύλευσα.

Ad quae nil aliud, niſi haec, adnotavit CASAUBONUS: »Scribit Epitome, στεατίου μικρὸν παραμίξας, περιπάσας ἢ δύσματα, λεπτοῖς χλωροῖς ὠνθύλευσα.« — Et στεατίου quidem recte habet uterque noſter codex mſtus.

Sed ἡδύσμασι uterque perſpicue tuetur nullâ interpoſitâ poſt hanc vocem diſtinctione: & id ipſum quidem non minus recte; nam iuncta intelligi debent verba ἡδύσμασι λεπτοῖς χλωροῖς. Sunt autem ἡδύσματα λεπτὰ χλωρὰ, *condimenta tenuia viridia*, i. e. *condimenta ex herbis minutim conciſis*. Herbarum catalogum, quibus pro ἡδύσμασιν uti conſueverant olim coqui, habes lib. IV. pag. 170. a. b. Iam, ad metri rationem quod ſpectat, ſatis adparebat, terminari *tertium verſum* in voce στεατίου, *quartum* in voce ἡδύσμασι. Quare, quo ratio conſtaret *quinto verſui*; λεπτοῖσι pro λεπτοῖς fuit ſcribendum. De verbo ἀνθυλεύω dictum eſt ad I. 4. b. T. I. Animadv. pag. 49 ſq. Typothetae errore ἀνθύλευτα poſitum eſt in ed. Caſ. 2. isque error imperite repetitus in ed. Caſ. 3.

Καὶ πέμμα δὲ &c. »Non video cauſſam, imo nulla »cauſſa eſt, cur proxima verba pro adulterinis docti ha»benda cenſuerint: Καὶ πέμμα δέ τι τευθίδα ὀνομάζειν »Ἰατροκλέα ἐν Ἀρτοποιϊκῷ (vel, ut in antiquis, Ἀρτοποιη»τικῷ) φησὶ Πάμφιλος. *Pamphilus auctor eſt*, (in Gloſſis »nempe) *Iatroclem in libro* DE *Confectione Panis*, *genus quod»dam libi appellaſſe* τευθίδα. Confirmat Heſychius: Τευθὶς· »πέμμα πλακουντῶδες.« CASAUBONUS. — At non *adulterina* iſta verba cenſuerat Dalecampius; ſed caſu & imprudens praetermiſerat in latina verſione. Suo arbitratu (ut equidem exiſtimo) Epitomator Ἀρτοποιητικῷ ſcripſit: editam ſcripturam Ἀρτοποιϊκῷ tuetur ms. *A.* eamque probam eſſe oſtendunt ea quae ad Polyb. I. 22, 7. olim adnotavimus. Idem *IATROCLIS* liber alibi apud Noſtrum ſic citatur, ἐν τῷ Περὶ Πλακούντων, lib. XIV. p. 646. a. & 647. b.

AD CAP. CXXXI.

Ὕες. »De *hyaenidibus* & *ſuibus* ſimul tractat au»ctor. Itaque ei parti duplex praefigi lemma debuit: Ὑαι»νίδες ἢ Ὕες. Sint-ne iidem piſces, an diverſi, parum »liquet vel Athenaeo: qui etiam dubitat, an Ψαμμῖτις ὀρυ»κτὴ *Archeſtrati*, & Ψαμαθὶς *Numenii*, diverſorum piſcium »nomina ſint, an eiusdem.« CASAUBONUS.

De *EPICHARMI* verſu, Ἧς δ' ὑαινίδες &c. vide notata ad pag. 306. a. Particulam τε poſt ὑαινίδες h. l. dedit uterque codex ms. In *altero* eiusdem poëtae *verſu*, Χαλκίδες τε h. l. correxit editor Baſil. ex pag. 528. c. ubi quidem

paulo etiam commodius ad metrum Χαλκίδες δ', ὕες τε dabant edd. cum msto. *A.* (nam in Epit. ibi deeſt verſus:) quod & h. l. recepi.

f Καὶ Διονύσιος δ' ἐν Ὀ. Particulam δὲ, quae deerat editis, commode dedit ms. *A.*

Ad *ARCHESTRATI* verba, *verſ.* 2. ψαμμῖτιν ὀρυκτὴν, collata cum his *Numenii*, quae in fine capitis ſequuntur, ῥόθιον ψαμαθῖδα, haec adnotavit CASAUBONUS: »Inve»nio in Gloſſis Heſychii, nomen eſſe cuiusdam piſcis ψαμ»μοδύτης: quod verbum affine eſt tam Numenii *pſamma»thidi*, quam Archeſtrati ψαμμίτιδι ὀρυκτῇ. Sed *pſammo»dyten*, ait Heſychius, etiam *callionymum* vocari: quare »alius videtur eſſe.« — ψαμμῖτιν ὀρυκτὴν, *arenae ſuffoſorem* interpretatus ſum cum Dalecampio, cui GESNERUS praeiverat pag. 756. Nec tamen me fugit, pro illa notione aliam Graeci vocabuli formam requiri, ſcilicet ὀρυκτῆρα, ſive, quoniam verſui hoc non conveniebat, videndum ne fortaſſe ὀρύκτην, aut foemininâ formâ ὀρύκτιν ſcripſerit poëta, inuſitato quidem aliâs vocabulo, ſed ad analogiam aliorum legitime formato. Nam ψαμμῖτιν ὀρυκτὴν, ſi quid video, nil aliud ſignificare poteſt, niſi *in arena defoſſam:* quâ notione haud ſatis ſcio an ferri etiam poſſit vulgata ſcriptura, quam uterque codex mſtus tuetur. Alii ſunt piſces ὀρυκτοὶ, de quibus lib. VIII. p. 331. c. d.

In *quarto ARCHESTRATI verſu*, recte μοῦνον correxit Caſaubonus, flagitante metro. In fine verſus, κείνων pro κινῶν habet ms. *A.* ſuo more vocales miſcens.

a *Verſ.* 6. ἐμβάπτευε κ' ἐπείγου. Sic commode ed. Caſ. Et debuiſſe hoc videtur ms. *A.* in quo ἐμβάπτευ καὶ ἐπ. mutilato verbo: inde ἐμβάπτευε καὶ ἐπείγου ed. Ven. & Baſ. ἔμβαπτε καὶ ἐπείγου ms. *Ep.* reclamante metro.

Verſ. 8. τὴν λοφιὰν δ' ὀπτᾶν αὐτῆς. In piſce τὴν λοφιὰν *pinnam dorſalem* dictam vidimus pag. 294. d. Hoc loco *cervix* intelligenda, aut *totum tergus.*

ἐπὰν λέγῃ recte dedere ambo mſsti. ἐπὰν λέγεις ed. Ven. duplici vitio. *NUMENII* verſus iam ſupra adlatus erat, pag. 306. ubi vide notata. Ibi recte δὲ ῥόθιον habebant libri omnes: inde hìc mendam correxit editor Baſil.

AD CAP. CXXXII.

a Υ καὶ ι. Sic conſtanter ſimplici κ literâ ſcribi iſtud no-

men in noſtris codicibus, monui ad pag. 284. b. ubi idem teſtimonium *CALLIMACHI* iam adpoſitum erat, quod h. l. repetitur. Vide ad eum locum notata. Eamdem ſcripturam initio huius capitis tenentes editiones Ven. & Baſ. mox deinde geminatam conſonam invexere.

Ex *NUMENII* teſtimonio priora verba iam citata ſunt b pag. 320. d. ubi vide not. In huius *verſu* 2. ἀλώμενον recepi ex ms. *Ep.* quod ſonat *ad ſaxa vagantem.* Satis commodum ad ſententiam erat πέτρῃ ἀλοώμενον, quod habet ms. *A.* id eſt, ad *ſaxa pulſatum*, ab ἀλοάω: qua fere ratione κυματοπλῆγες piſces dicuntur, *fluctibus pulſati:* at metro iſtud non erat aptum. Eâdem notione neſcio an ad metrum adcommodare verbum voluerint editores, cum transpoſitis vocalibus ἀλωόμενον ediderunt. *Ad ſaxa captum* vertit Dalec. quod nec per ſe placet, & Graece ἁλώμενον ſonabat.

In hiſtoriola ex *TIMAEO* relata ſuper *appellatione oppidi Siculi Hyccari*, perperam πολυχνίου & πολύχνιον ſcribitur in ed. Caſ. errore ex ed. Baſ. propagato. Recte πολιχν. ed. Ven. cum msstis. Oppidi nomen, ſicut in hoc Timaei teſtimonio, ſic & alibi, promiſcue modo in plurali numero τὰ Ὕκκαρα, modo in ſing. τὸ Ὕκκαρον effertur. In cuius nominis ſcriptura quidem geminam literam κκ tenent noſtri codices; attamen piſcis nomen, ut dixi, conſtanter per ſimplicem conſonam efferunt.

καὶ τούτους ἐγκύους. »Scribo ἰχθῦς εὑρεῖν τοὺς καλου»μένους ὕκκας, καὶ τούτους ἐγγείους. *Piſces inveniſſe* »*quos vocant Hyccas, & eos quidem in terra.* Ita auctor Ex»cerptorum, non ἐγκύους. Quomodo enim *praegnantes hyc*»*caë?*« CASAUBONUS. — Immo vero non auctor Excerptorum ἐγγείους ſcripſerat; quamquam in Hoeſcheliano codice ita ſcriptum fuiſſe ultro credimus adfirmanti Caſaubono. Noſter quidem probatiſſimus codex Epitomae, non modo ὕκας tenet, ſed & ipſum ἐγκύους, quod cum editis tuetur vetus codex *A.* Quidnam vero incommodi in hac fabula habere viſa ſit doctiſſimo viro *praegnantium* piſcium mentio, non exputo equidem.

Ζηνόδοτος δέ φησι, Κυρηναίους τὸν ὕκνην καλεῖν ἐρυθρῖνον. Id eſt: *Zenodotus ait, eum qui vulgo* ὕκνης *dicitur, a Cyrenaeis vocari* ἐρυθρῖνον. Rectius utique videtur, quod ex Clitarcho Grammatico adlatum eſt pag. 300. f. Κυρηναῖοι δὲ ὕκνην τὸν ἐρύθρινον (ſive ἐρυθρῖνον, quod perinde eſt) καλοῦσι. Id eſt:

Cyrenaei eum qui erythrinus vulgo dicitur, hycam vocant. Quare obsequi fortasse debueram doctissimo CORAYO, monenti in *Notis mssts* ad hunc locum: »Transpone articulum, »legendo Κυρηναίους ὕκην καλεῖν τὸν ἐρυθρῖνον.« —— Nec dubitaturus eram, quin voculam illam transponerem, si hoc loco ad eiusdem Grammatici testimonium, atque supra, provocasset noster Deipnosophista.

c ὕκην ἀκούει τὴν ἰουλίδα. Sic recte ed. Ven. & Bas. ἰούλιδα ed. Cas. De *iulide* pisce supra dictum, p. 304. f.

διὸ καὶ Φιλήταν φάναι. φᾶναι ms. *A.* & *Ep.* eodemque modo plerumque scribunt id verbum. De *PHILETA* in Indice Auctorum disputabitur: in cuius testimonio hic adlato, Οὐδ' ὕκη ἰχθὺς ἔσχατος ἐξέφυγε, id singulare est, quod nomen piscis non, ut aliàs, ὁ ὕκης, sed ὕκη formetur, tamquam foeminini generis: quod metri caussa factum videri poterat; nam priora quidem verba omnino speciem senarii iambici habent, licet in posteriori hemistichio metro non constet ratio, forte quod verbum ἐξέφυγε in locum alterius, quo usus erat poëta, substitutum est.

AD CAP. CXXXIII.

Φάγρος. »Φάγρους auctor Glossarii latine indigetat »*dentatos*. Ovidius & Plinius, *pagros* aut *phagros*.« CASAUB. *Ibid.* Σπεύσιππος &c. Eadem *SPEUSIPPI* verba prolata sunt supra, pag. 300. e. ubi pro ἐρυθρῖνον, quod habent h. l. mssti cum editis, ἐρύθρινον scribitur; quod quidem perinde est.

Ἀριστοτέλης δὲ, σαρκοφάγον, φησὶν, αὐτὸν εἶναι, καὶ μονήρη. Sic codex ms. uterque. Mutata verborum serie, εἶναι φησὶν αὐτὸν edd. Ductum est autem testimonium ex deperdito Aristotelis libro.

In *EPICHARMI* testimonio (quod omisit h. l. Epit.) cum λόνες praeferrent edd. & ms. *A.* monuit CASAUBONUS: »Scribe ἀόνες, sicut diximus cap. XX.« — Nempe ad pag. 321. d. ubi vide notata.

d *AMEIPSIAE* verba ex *Conno*, sic erant edita,

Ὀρφοῖς, σελαχίοις τε καὶ φάγροις ἔσῃ βορά.

Ubi, quoniam secunda syllaba vocis σελαχίοις brevis est, adparebat Ὀρφοῖσι initio versus scriptum oportuisse, ut esset secundus pes tribrachys; quemadmodum communi

librorum conſenſu ſcribitur pag. 315. c. ubi idem fere verſus citabatur, non quidem ut *Ameipſiae*, ſed ut *Platonis* Comici. In fine verſus, ſi verbum ἔσῃ dediſſent ſcripti libri, terminari in eo verſu potuerat ſenarius, ut βορὰ eſſet prima vox verſus ſequentis. Sed collato eodem, quem modo dixi, Platonis verſu, probabile fiebat id quod obſervavit D'ARNAULD, Animadv. Crit. c. 27. p. 171. »verbum ἔσῃ »vel a gloſſatore eſſe, vel ab Athenaeo ad ſenſum ſupplen»dum adiectum.« Nobis vero eo etiam magis ſuſpectum eſſe illud verbum ἔσῃ debuit, quod ſcriba veteris codicis *A.* e quo ducti ſunt recentiores codices omnes, (nam in Epit. deeſt hoc loco id teſtimonium) non ἔσῃ ſcriptum in ſuo exemplari repererat, ſed neſcio quid aliud; quod ipſe quid eſſet ſe neſcire oſtendit, monſtroſum verbum ασιβορα hîc ponens. De *Ameipſiae* fabula Κόννῳ nonnihil dictum ad V. 218. c. Titulum ἐν Κόννῳ, *in Barba* interpretatus eſt Dalec. a quo plurimum diſſentiens HEMSTERHUSIUS ad Polluc. X. 171. inſcriptionem iſtam ad abſurdum quemdam lyriſtam retulit, ex Paroemiographorum commentariis notum, cui *Conno* nomen fuerat.

ἀκαρνᾶνες. »Nominantur piſces ἀκαρνᾶνες ex *HICESIO*: »quorum & libro octavo [pag. 356. b.] mentio fit. For»taſſe idem cum eo qui ſupra [pag. 286. b.] dicebatur »ἄχαρνος, aliis ἀχάρνα. Gloſſographo ἀκάρναξ, eſt λά»βραξ, *lupus.*« CASAUB. — Vide Gesnerum, DE Aquatil. pag. 1 ſq. & Camus ad Ariſtot. pag. 59 ſq. Quod vero de *acarnane* eiusque ſimilibus hîc ex *HICESIO* ſcribitur, κατὰ λόγον δὲ καὶ δυσέκκριτοι: id eſt, *eademque ratione* (vel, *& pro ratione*) *excretu difficiles*: eius contrarium docere videtur apud eumdem noſtrum Deipnoſophiſtam Diphilus medicus, lib. VIII. pag. 356. c. τρόφιμον quidem τὸν ἀκαρνᾶνα eſſe dicens, ſimul vero εὐέκκριτον.

ARCHESTRATI ecloga in ed. Ven. & Baſ. terminabatur e in verbis μόνον ὠνοῦ. Reliquam partem *ſecundi verſus*, cum *verſu tertio*, Caſaubonus in ſua editione ex msstis, quorum lectiones excerptas habuerat, tacite adiecit, in hunc modum:

— καὶ μετ' ἐκείνης
οὐραῖον· τὰ δὲ λοιπὰ δόμον μηδ' ἂν ἐσενέγκῃς.

Habent autem eadem verba & noſtri codices ambo: niſi quod uterque omiſſâ ἂν particulâ, μηδ' εἰσενέγκῃς praeferat; quod in μηδ' εἴσω ἐνέγκῃς mutandum mihi viſum erat. In οὐραῖον uterque codex conſentit cum ed.

e Casaub. sed videtur omnino τ' οὐραῖον praeposito articulo scriptum oportuisse.

Στράττις ἐν Λιμνομέδᾳ. Vide quae mox adnotabimus ad *Casauboni recensum fabularum Strattidis*, voce Λιμνομέδα. In verbis ex ea fabula hic adlatis, pro ἐγκύψας, quod cum edit. Ven. & Bas. habet ms. *A.* (nam in ms. *Ep.* deest hoc testimonium) tenui ἐγκάψας, quod tacite in illius locum substituit Casaub. Caeterum quo metro verba ista fuerint a poëta adstricta, haud satis adparet.

Alteram *STRATTIDIS* eclogam, ex *Philoctete* ductam, ita ut a nobis factum, ad anapaesticos dimetros redigendam fuisse, recte monuerat D'ARNAULD, Animadv. Critic. cap. 27. pag. 152. *Teretes Copaidas, anguillas* dicere poëtam vix est quod moneamus. Earum frequens apud Nostrum mentio: vide praesertim p. 297. c. d.

ἡ γὰρ ἀκόνη κατὰ Κρῆτας φάγρος. »*Cotem* dictam esse »Cretensibus φάγρον, non mirum: *exedit* enim & atterit »ferrum, licet secandi exsors. φάγρος autem a φάγω.«

Sequitur hoc loco

Caput XXIII. Animadversionum CASAUBONI *in lib. VII.*

sic inscriptum:

»*Recensentur* STRATTIDIS *Comici fabulae, & loci aliquot in* »*earum mentione corrupti emendantur.*«

»De *pagris* agens Deipnosophista, geminum e *STRATTIDE* testimonium profert: alterum e *Limnomeda*; alterum e *Philocteta*. Observavimus inter legendum veteres, saepe factum ut in nomine huius poëtae, vel fabularum ab eo editarum, librarii aliud scriberent quam quod rectum & verum erat. Ut igitur male conciliati homines studiosis ne imponant, *de STRATTIDE & illius Dramatis* quae nobis sunt comperta, paucis hoc loco exponemus.«

»Scribit Suidas, *Strattim* (sive *Stratim*: nam utrumque invenio) Athenienscm Tragicum fuisse, qui plures fabulas docuerit, quarum titulos commemorat: postea addit, ὥς φησιν Ἀθήναιος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Δειπνοσοφιστῶν: quasi omnium poëtae istius fabularum indices hausisset ex unico Athenaei libro secundo. Quod non ita est: nam ex universo Deipnosophistarum opere is catalogus est collectus. Illud gravius, quod *Strattidem* Suidas facit *Tragi-*

cum ; qui fuit Comoediarum poëta, non Tragoediarum. e Harpocration : Λαγίσκας τῆς ἑταίρας μνημονεύει καὶ Στράττις ὁ κωμικός. Plutarchus in Isocrate : ὅθεν εἰς τοὺς αὐλοὺς κεκωμῴδηται ὑπὸ Ἀριστοφάνους καὶ Στράττιδος. Neque probo quod placuit viro exactissimae diligentiae & iudicii non vulgaris *Lilio Gyraldo*, duos extitisse cognomines poëtas, alterum Comicum, alterum Tragicum. Nam, ut verum id esset, nihilo tamen excusatior abierit Suidas: cum ex iis quae dicemus liquido constiturum sit, *comoedias* fuisse quas ille habuit pro *tragoediis*. Fuit alius Comicus, cui nomen *Stratoni :* quem cum Stratide non uno loco scribarum imperitia confudit. De hoc Suidas : Στράτων, κωμικὸς τῆς μέσης κωμῳδίας· τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἦν Φοῖνιξ. Omnino pauca scripsisse *Strato* hic videtur : neque apud veteres eius nomen temere invenias, nisi cum *Stratidis* locum occupavit. Inter novae [*immo*, mediae] comoediae Comicos hunc ponit Suidas : at Stratis in albo poëtarum veteris comoediae recensetur ab antiquis criticis, quorum extant in Aristophanem lucubrationes. Ibi etiam legimus, *dramata Stratidis fuisse sedecim.* Nos quoque totidem invenimus. Sunt autem haec.«

»Ἀγαθοί· ἢ, Ἀργυρίου ἀφανισμός. Huius fabulae Suidas meminit. Fuere qui *Pherecrati* ascriberent, auctore Athenaeo, lib. X.« — [At in decimo Athenaei libro nihil tale reperitur. Citatur Φερεκράτης ἢ Στράττις ἐν Ἀγαθοῖς, VI. 248. c. & XV. 685. b. Sed Ἀργυρίου ἀφανισμὸς nusquam, quod sciam, apud Nostrum vel Strattidi vel Pherecrati tribuitur. Φιλιππίδης ἐν Ἀργυρίου ἀφανισμῷ laudatur lib. VI. pag. 230. a.]

»Ἀνθρωποροέστης. Athenaeus libro III. extremo : σεμιδάλεως μέμνηται Στράττις ἐν Ἀνθρωποροέστῃ. Suidas nominat. In hac fabula Comicus Euripideam Orestem riserat. Apparet ex illius versibus quos proferunt Comici interpretes ad ista e Ranis :

Ἔξεστι δ' ὥσπερ Ἡγέλοχος ἡμῖν λέγειν·
ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν' ὁρῶ.

Non nominant illi quidem hanc fabulam : sed, inde esse quos afferunt versus, testis Scholiastes Euripidis ad Orestem, ubi leges eadem : atque ibi non Ἀνθρωποροέστης scribitur hoc nomen, sed Ἀνθρωποραίστης. Videtur poëta ficto nomine alludisse ad κυνοραίστας, de quibus Philosophus in Histor. Animal. [V. 31.] Similis compositio no-

e minis, Δουλορέστης: quo titulo fabulas ediderunt Latini poëtae, Ennius, Pacuvius, Naevius.« — [Confer quae notavimus ad Athen. III. 127. c.]

»Ἀταλάντη. Athenaeus lib. VII. [pag. 302. d.] & lib. IX. [pag. 399. c.] item Suidas. Sed alibi apud hunc Ἀταλάνται fabula inscribitur, ut in voce Διφροφόροι. Hesychius in Διονυσοκουροπυρώνην. Τὸν γὰρ Διόνυσον κουρέα ὄντα κωμῳδεῖ. κουρεὺς δὲ ἦν πρὸς πάππου, ὡς δηλοῖ ὁ τὰς Ἀταλάντας συνθείς. Comici interpres ad Aves: [vs. 1294.] Μνημονεύει αὐτοῦ ὡς μέγα ῥύγχος ἔχοντος ὁ τὰς Ἀταλάντας ποιήσας. At Comici vetus interpres non numerum, sed genus mutat, scribens ad Ranas: [vs. 146.] Τινές φασι τῷ σκὼρ πρῶτον κεχρῆσθαι Στράτιν ἐν Ἀταλάντῳ δράματι. ψεῦδος δέ· πολλῷ γὰρ ὕστερον τῶν βατράχων ὁ Ἀτάλαντος Στράτιδος ἐδιδάχθη.«

»Ζώπυρος περικαιόμενος. Hesychius laudat hanc fabulam, explicans Graecorum proverbium, Οὐ μάλα κικκὰς, illi Plautino par & geminum, *ciccum non interduim.*«

»Ἰφιγένων. Huius, quod sciam, solum superest nomen apud solum Suidam: qui cum videatur non aliunde quam ex unius Athenaei libris titulos quos commemorat sumsisse, admonet nos quanto uberior rerum copia in libris integris Athenaei fuerit, quam nunc sit in mutilatis & imperfectis.« — [Quam multa veterum testimonia prorsus silentio praeterierit Epitomae auctor, ex his quae de illius more passim adnotavimus, satis constat. Praeterea, cum ab eodem tituli fabularum numquam sint adpositi, ter in Epitoma librorum, quae de pleniore opere periere, citatur nonnihil ex *Strattide*, I. 30. f. I. 32. b. & II. 68 extr. & sq. quorum locorum ille quidem, quem medium posui, ad *Lemnomedam* fabulam pertinet, ut infra docebimus; primus autem & tertius locus qua ex fabula ducti sint, ignoramus. Saepius vero etiam in *secundo libro* invocatum ab Athenaeo fuisse *Strattidis* testimonium, ex his intelligi par est, quae e Suida supra a Casaubono adposita sunt.]

»Καλλιπίδης. Athenaeus memorat lib. XIV. [pag. 656. b. item VII. 304. b.] & ex Athenaeo Suidas.«

»Κιννησίας. Athenaeus lib. XII. [pag. 551. d. item IX. 396. a. de quo loco mox in Μακεδόνες.] Ἦν δ' ὄντως [ait, XII. 551.] μακρότατος καὶ λεπτότατος ὁ Κιννησίας, εἰς ὃν καὶ ὅλον δρᾶμα γέγραφε Στράτις. [immo Στράττις ibi scri-

ptum.] De hoc *Cineſia* & fabula Stratidis plura Harpocra- e
tion. Meminit & Scholiaſtes Ariſtoph. ad Plutum, item Pollux lib. X. cap. 52. & lib. IV. c. 23. ubi minus recte ἐν τῷ Κυνησίᾳ. Peſſime vero, qui apud Athenaeum emendant ἐν Κυνηγεσίᾳ, & vertunt *in Venatione.* Vide in Μακεδόνες. Ariſtophanis vetus interpres ad Aves: Μέμνηται αὐτοῦ (Laspodiae) Φιλύλλιος (ita ſcribendum) ἐν ταῖς Πλυντηρίαις, (melius Πλυντρίαις) ὡς φιλοδίκου. ἔχει δὲ [forſ. εἶχε δὲ] καὶ περὶ τὰς κνήμας τινὰς αἰτίας, (vel αἰκίας) ὥς φησι Στράτων ἐν Κυνησίᾳ. Legendum Στράττις.«

»Λιμνομέδα. Athenaeus hoc loco. Suidas tamen Λιμνομέδων: quaſi *princeps lacus.* Apud alios per *η* in primâ, Λημνομέδα: ut apud Harpocrationem in Ἁπλᾶς. In undecimo Athenaei [XI. 473.] etiam vetuſtiſſimi codices, Στράτων ὁ κωμικὸς ἐν Λιπτομέδα.« — [At hoc loco, in quo verſamur, VII. 327. e. non Λιμν. ſed Λημνομέδα in vetuſto noſtro codice ſcriptum. Tum vero XI. 473. c. in ed. Ven. & Baſ. quidem vitioſe Λιπτομέδα ſcribitur; in eodem vero noſtro cod. *A.* recte Λημνομέδα: & ibidem mendoſum nomen Στράτων tenet quidem codex; ſed Στράττις ſcriptum oportuiſſe non modo ex collato hoc loco, in quo verſamur, cum iſto intelligitur, verum etiam ex Epitoma libri I. p. 32. b. ubi verba iſta ab Epitomatore conſervata, καὶ Ἑρμῆς δ' εἶδος πόσεως παρὰ Στράττιδι, manifeſte ad illos verſus ſpectant, qui lib. XI. pag. 473. c. adponuntur: quo poſteriori loco idem Epitomator verſus quidem adpoſuit, ſed non modo fabulae titulum ſuo more, verum etiam poëtae nomen (puto, quod corruptum intellexiſſet) praetermiſit. Pro Λιμνομέδων, quod apud Suidam vulgatur, Λημνομέδων legi apud Eudociam, adnotavit diligentiſſimus *Harles* ad Fabric.]

»Μακεδόνες. Athenaeus libro ſeptimo, duobus locis. [Equidem non niſi unum locum ex hoc libro reperio, pag. 302. d. e.] & ex Athenaeo Suidas. Iterum Harpocration, in Τοπεῖα: & Etymologus, in eadem voce. At in nono Athenaei [IX. 396. a.] ſcriptum eſt, ὁ Στράττις εἶπεν ἐν Μακεδόσιν ἢ Κυνησίᾳ: quod ſi mendum non continet, de *diverſis titulis duarum comoediarum* accipi debet, non de *una binomine.* Sed fortaſſe locus eſt corruptus: nam libro XIII. [pag. 589. a.] ita legitur, Στράττις ἐν Μακεδόσιν ἢ Παυσανίᾳ Κορινθίαν αὐτὴν φησί. *Cineſias, Macedones,* & *Pauſanias,* trium diverſarum comoediarum nomina

e ſunt, auctore Suida atque ipſo Athenaeo. « — [Lib. XIII. 589. a. de longe alio argumento agitur atque IX. 396. a. Quare non ex altero loco alterius ſcriptura ſolicitanda fuerit, ſed intelligi par eſt, ipſas fabulas non ob oculos habuiſſe, verum in commentariolis ſuis verſus habuiſſe ex illis excerptos, incertumque ipſum Deipnoſophiſtam fuiſſe, ex utra duarum fabularum, quas utroque loco nominavit, ducti eſſent verſus quos adpoſuit.]

» Μήδεια. Athenaeus lib. XI. [pag. 467. e.] & XV. [pag. 690. e. ubi quidem mendoſe vulgo, ἐν Μήδῳ.] Meminere Grammatici in explicatione proverbii, Μυσῶν λείαν. Nemo autem exiſtimet, quia *Medeam* ſcripſere plures Tragici, & quia tragoediae conveniunt quae de illa narrantur, alienum penitus a comoedia id argumentum eſſe, ac propterea fabulam hanc Strattidis non *comoediam*, ſed *tragoediam* fuiſſe. Sane videtur *Suidas* non alia ratione ductus, ut STRATTIDEM faceret de Comico *Tragicum*, quam conſideratione huius in ſpeciem tragici lemmatis, & aliquot aliorum: ſed nihili hoc argumentum eſt, atque omnino fallax; cum certum ſit, plurimos antiquorum Comicorum tragicis argumentis comicos ſoccos adaptaſſe. Quid τραγικώτερον *Oreſte?* Hoc tamen titulo fabulam docuerat Alexis comicus, non minus quam Euripides tragicus. *Cyclopem* ſcripſit Epicharmus. *Athamantem* Sophocles, tragoediarum poëta; ſed & Amphis, comoediarum. *Septem* ἐπὶ Θήβας, Aeſchyleam legimus etiam hodie: Amphidis *Septemthebanam* laudant veteres. *Perſas* Aeſchylus docuit: *Perſas* item Pherecrates. *Nioben*, Sophocles & Ariſtophanes: *Lemnias* incertum eſt plures Tragici docuerint an Comici. *Medeam* quoque Tragici diverſi, & Comici pariter diverſi; in his Strattis & Eubulus. Poſſem, ſi operae eſſet, alia hoc genus innumera exempla in medium afferre. «

» Παυσανίας. Athenaeus lib. XIV. [pag. 654. f.] & inde Suidas. Vide etiam in Μακεδόνες. «

» Μυρμιδόνες. Pollux lib. IX. [ſect. 78.] ὅθεν καὶ ἐν τοῖς Στράττιδος Μυρμιδόσιν εἴρηται. «

» Πίτυσος. Ariſtophanis interpres, Veſparum commentario, poſtquam recitaſſet quosdam verſus e *Troilo* STRATTIDIS, ſubiicit: ἀλλὰ καὶ ἐν Πιτύσῳ. - - - Forte ἐν Πιτύλῳ. Saltem Graeca vox ea fuerit. Nauticae turbae ἀταξίαν videtur exagitaſſe: vel fuit ſimilis argumenti *Mo-*

notropo Anaxilae; nam πίτυλον interpretantur veteres etiam φανταστικόπον. «

[Inferenda hîc fabula Ποτάμιοι, cuius meminit Nofter, VII. 299. b. ad quem locum vide notata.]

»Τρωΐλος. Athenaeus lib. III. [pag. 76. e.] Suidas, & Comici interpres ad Veſpas. «

»Φιλοκτήτης. Athenaeus hoc loco, & Suidas. «

»Φοίνισσαι. Athenaeus lib. IV. [pag. 160. b.] κατὰ τὴν Στράττιδος τοῦ κωμῳδοποιοῦ [κωμῳδιοποιοῦ] Ἰοκάστην, ἥτις ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Φοινίσσαις φησὶ, &c. Etiam in hac fabula Euripidem ridendum propinaverat. Ariſtoteles, De Senſu & Senſili: Ἀληθὲς γὰρ ὅπερ Εὐριπίδην εἶπε σκώπτων Στράτις, Ὅταν φακῆν ἕψητε μὴ 'πιχεῖν μύρον. Iterum meminit Athenaeus libro XIV. [p. 621 f.] & poſt illum Suidas. Pollux lib. IX. ὅθεν καὶ Στράττις ἐν Φοινίσσαις, Εἶθ' ἥλιος &c. Meminit & libro X. cap. 47. & Erotianus explicans dictionem λεβηρὶς apud Hippocratem. Nec praeteriit Suidas, qui auctor eſt, *Stratonem* Comicum, de quo ante diximus, ſcripſiſſe fabulam, cui eſſet nomen Φοῖνιξ. Eius facit mentionem Athenaeus libro VIII. [pag. 382. b.] ſed Φοινικίδην nominans. « — [Hanc nullam eſſe aliam niſi *Strattidis* Φοινίσσας, ſtatuerunt doctiſſimi viri.]

»Φορτικός. Invenio in Gloſſis Heſychii citatum *Strattidem* ἐν Φορτικῷ δραματίῳ. Locus eſt in Κολακάνοι. «

»Χρύσιππος. Athenaeus lib. IV. [pag. 169. a. b.] nec non Suidas. Iulius Pollux lib. X. cap. 13. [ſect. 55.] ὁ γοῦν Στράτις [Στράττις] ἐν Χρυσίππῳ λέγει, Πρόσαγε &c. «

»Ψυχασταί. Athenaeus libro tertio, [p. 124. c. d.] nono, [pag. 373. f.] & undecimo: [pag. 502. e.] quo ex loco de ratione nominis licet facere coniecturam. Ibi namque agitur de vocabulo ψυκτήρ; quod eſt affine verbo ψυχάζειν, *frigus captare*, unde ψυχασταί. Meminere Suidas, & Pollux lib. X. cap. 24. Capite autem 28. ſcribit idem, Στράττις ἐν Ψυχασταῖς, προειπὼν ῥιπίδα, ἐπήγαγε σκιάδιον: quae etiam verba titulum nobis aperiunt. « — [Citatur denique etiam Στράττις ἐν Ψυχασταῖς apud Noſtrum lib. XII. p. 551. c. ſed temere omiſſa ſunt iſta verba in impreſſis libris, e vetuſtis noſtris membranis ſupplenda.]

AD CAP. CXXXIV.

f Χάνναι. »In libris antiquis conſtantiſſimâ inconſtantiâ, »modo χάνναι, modo χαῦναι.« CASAUBONUS. — At nil hîc variant editi: atque etiam conſtanter rectè χάνναι dant noſtri mssti. De *Channa* piſce, praeter alios, conſulendus SCHNEIDERUS in Hiſtoria Piſcium pag. 80 ſq.

EPICHARMI verſum iam citatum vidimus pag. 315. f. ubi videnda quae cum ab aliis tum a nobis adnotata ſunt. κηπταπελαγ. h. l. habet ms. *A.* pro κἠκτραπελ. In Epit. deeſt hoc teſtimonium.

Νουμήνιος &c. »De *NUMENII* verſu ante diximus.« CASAUB. — Vide ſupra, ad VII. 304. e. Animadv. pag. 259 ſq. Quod hîc vulgo legebatur τε πελίας τε manifeſte ex τ' ἐγχελιάς τε detortum erat, quod ſuperiore loco rectè dabant libri. Quod ibidem diximus, pro πίτυνον legendum videri πιτύϊνον, id intellexeram *nigrum:* & conferri id poterat cum eo quod eſt apud Ariſtotelem, Hiſt. Anim. V. 10. de ſmyro piſce, τὸ χρῶμα ὅμοιον ἔχει τῇ πίτυϊ: pro quo quidem τῇ ἰυγγι legi vidimus apud Noſtrum pag. 312. f.

Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ Ζωϊκῶν. Sic ms. *A.* cum ed. Ven. & Baſ. Caeterum, perinde utroque titulo, περὶ Ζωϊκῶν, & περὶ Ζώων, citari deperditum illud Ariſtotelis opus, monuimus ad VII. 281. f.

AD CAP. CXXXV.

a Χρόμις. De hoc piſce & diverſis eius nominibus, ſono tamen admodum ſimilibus, diximus ſupra, pag. 268. Animadv. ad VII. 305. d. Videntur omnino ad eumdem piſcem pertinere nomina χρόμις, χρέμυς, κρέμυς &c. Confer CAMUS ad Ariſtot. pag. 228. & SCHNEIDERI Hiſtor. Piſc. pag. 98 ſq.

μνημονεύει Ἐπίχαρμος &c. »*EPICHARMI* locum emen»davimus in capite ſexto.« CASAUB. — Nempe ad VII. 282. b. ubi vide Animadv. T. IV. p. 83. χρόμιάς τε habet h. l. ms. *A.* cum editis: & deinde κατὰ τὸν Ἀναν. ex communis Helleniſmi formâ, pro κατ τὸν Ἀν. quod ſuperiore loco rectè ex Doriſmo legebatur. Utrobique eclogam iſtam praetermiſit Breviator.

In *NUMENII verſu* nunc ὕκκην geminâ literâ κ cum

editis tenent mssti, contra quam pag. 327. a. & b. Sed id a quidem perinde eſt, ſi modo memineris vocalem *υ* etiam ante ſimplicem *κ* produci in hoc vocabulo. Rectius vero fortaſſe & hîc *ſimplex* adhibita fuiſſet *conſona*: quae ſcriptura latebat in mendoſo συκῆν, quod erat in libris pag. 295. b. ubi eumdem *Numenii* verſum iam adpoſitum vidimus.

In *ARCHESTRATI verſ.* 2. oratio ſic diſtincta erat in editis & mssts, ἂν ϑέρος, ἢ καὶ ἐν Ἀμβρ. Paulo etiam magis vitioſe in ms. *Epit.* ſcribitur in hunc modum, ἔστι δὲ πίων ἀνθερὸς. ἢ καὶ ἐν Ἀμβρ. Perſpecte vero CASAUBONUS monuit: »Distingue verba *Archeſtrati*, & ſcribe:

»Τὸν χρόμιν ἐν Πέλλῃ λήψῃ μέγαν (ἔστι δὲ πίων
»ἂν ϑέρος ἢ) καὶ ἐν Ἀμβρακίᾳ.« —

AD CAP. CXXXVI.

Χρύσοφρυς. In *ARCHIPPI* ſenario, Ἱερὸς Ἀφροδίτης χρύσοφρυς Κυθηρίας, tenuimus ſcripturam ἱερὸς, quam ex ms. *Ep.* tacite receperat Caſaubonus, & ante hunc iam in verſione expreſſerat Dalecamp. *Veneri ſacer.* Sed eumdem Dalecampium, cum deinde poſuiſſet, *Cytherias Chryſophrys*, reprehendit idem CASAUBONUS: »Sine cauſſa »docti corrigunt Κυθηρίας: & *Veneris* cognomen omnibus »notiſſimum mutant in *piſcis* appellationem ineptam & »parum analogam.« — Non improbandum per ſe erat Κυθερείας, quod in contextu habet ms. *Ep.* & principis poëtarum auctoritate poterat ſe tueri, ex Odyſſ. θ'. 288. & σ'. 192. ſed metro nunc non erat aptum: & vulgatum firmat ms. *A.* Caeterum *ſacrum piſcem* dictum a Callimacho *chryſophryn* ſupra vidimus, pag. 284. c.

— χρύσειον ἐν ὄφρυσιν ἱερὸν ἰχθύν:

ſed, cui Deorum Divarumve ſacer eſſet, non declaraverat Cyrenaeus poëta.

Τίκτουσι δὲ, ὡς φησιν Ἀριστοτέλης — — οὗ ἂν ποταμοὶ b ῥέωσιν. &c. Vide Hiſtor. Anim. V. 10 extr. Quod vero doctiſſimus SCHNEIDER Hiſtor. Piſc. pag. 100. ait: »Athe»naeum lib. VII. pag. 328. ex Ariſtotele tradere, *chryſo»phryn hieme & bis parere*, contra quam ipſe Ariſtoteles »Hiſt. Anim. VI. 17. ſcripſiſſet:« neſcio quid miſcuit Vir alioquin exactiſſimae diligentiae. Nihil certe equidem tale apud Athenaeum reperio.

EUPOLIDIS teſtimonium ex *Aſſentatoribus* omiſit Epi-

b tomator: nec id inconsulto, ut videtur: corruptum enim esse intellexerat. Nulla metri habitâ ratione vulgo adposita leguntur verba, sic scripta in editis: δραχμῶν ἑκατὸν ἰχθῦς ἐωνημένος, μόνον ὀκτὼ λάβρακας, χρύσοφρυς δώδεκα. Quae verba si in legitimos senarios reductos velis, debebit utique ὀκτὼ in fine prioris, μόνον vero initio posterioris reponi: nisi in verbo ἐωνημένος brevem vocalem ε cum sequenti ω in unam syllabam coire posse statueris. Tum in *posteriore versu*, quod est in ms. *A.* δέδωκα, id paulo aptius videri poterat esse ad metrum; sed sensus (qui tamen, quidquid statuas, perinde atque versus, imperfectus manebit) desiderare utique δώδεκα videtur, quod habent edd. At χρύσοφρυς antepenacute scriptum, quod erat in editis, (nescio an & in ms. *A.*) ferri non poterat; sed χρυσόφρυς penacute scriptum oportuit, cum sit accusativus pluralis, ultimam per crasin productam habens.

c In *ARCHESTRATI vers.* 2. ὃν κεῖνοι καλέουσιν ἰωνίσκον. »*Chrysophryn* Ephesi appellatum *ioniscum*, clare testatur »Archestratus. Sed poëta, ut metro consuleret, diminu»tiva forma usus est; cum vulgo ἴωνος ille piscis diceretur, »auctore Hesychio. In Excerptis οἰωνίσκον, non recte.« CASAUBONUS. — Recte ἰωνίσκον scriptum in nostro cod. *Epit.* sicut in edd. & in ms. *A.*

AD CAP. CXXXVII.

De *Chalcidibus* testimonium *EPICHARMI* haud multo ante, pag. 326. e. iam prolatum vidimus. Eorumdem piscium alio versu mentionem fecit idem poëta in *Musis*, pag. 323. a.

d *NUMENII versiculus* 2. cum sic esset editus consentiente ms. *A.*

αὕτως ἂν πείραιο καὶ ὀλίγην μαινίδα.

monuit CASAUBONUS: »Scribendum αὕτως ἀμπείραις καὶ »ὀλ. μαιν. *Chalcidem*, inquit poëta, *tam facile transfixeris* »*atque maenidem parvam.* Ex ipso libri titulo divinare licet, »locutum Numenium de variis piscandi generibus. Cum »igitur alii pisces aliter capiantur, *negat fuscina posse capi* »*parvos pisciculos, ut sunt maenis & chalcis.* Sic apud Stra»bonem lib. IV. κεστρεῖς τριόδοντι περιπείρειν.« — Debebat simul monere vir doctus, suam illam emendatio-

nem ex Epit. esse ductam: sic quidem plane noster cod. d
Epit. αὔτως ἀμπείρως. Nec vero displicet interpretatio: quamquam fuerint qui vocem αὔτως per *frustra* exponi debuisse censeant, quemadmodum passim monent Grammatici. Sed rationem hexametri non expedio: nec enim in fine solum mancus est versus, sed & in medio etiamnum minime persanatus. Nam si ratio constare metro debet, producenda fuerit penultima vocis ὀλίγην: quod vetat, quantum scio, constans Graecorum usus.

Διαφέρει δὲ τῆς χαλκίδος ὁ χαλκεύς. De χαλκεῖ, seu *fabro* pisce, cuius etiam Aristoteles meminit, Hist. An. IV. 9. consule SCHNEIDERUM ad Aelian. Nat. An. X. 11. & in Historia Pisc. pag. 117.

Θρισσῶν δὲ &c. »Τριχίδας & Θρίσσας diversi generis »pisces quidam faciunt, quidam eosdem. Aristophanes au»ctor est, trichidas si maiore copia edantur, tussim ciere; »in Concionantib. [vs. 55 sq.]

»— ὁ γὰρ ἀνὴρ τὴν νύχθ' ὅλην
»ἔβηττε, τριχίδων ἐσπέρας ἐμπεπλησμένος.

»Enarrator: τριχίδων. λέγει νῦν τῶν καλουμένων Θρισσῶν. »αὗται ἐσθιόμεναι βῆχα ἀνεγείρουσι. At auctor idem, com»mentario in Acharnenses, [550.] de eodem solum du»bitat, nec quidquam statuit.« [Τριχίδες, inquit, εἶδος ἰχθύων, καὶ ἴσως οὓς ἡμεῖς καλοῦμεν Θρίσσας, ἐπεὶ Θριξὶν ὅμοια ὀστᾶ.] »Aristoteles, Athenaeus, Eustathius diver»sos pisces pronuntiant. Uterque piscis a tenuitate arista»rum nomen invenit.« CASAUBONUS. — Confer Schneideri Histor. Pisc. pag. 14.

Ἀριστοτέλης - - Μόνιμα· Θρίσσα &c. Θρίσσαν vulgo intelligunt *alausam* piscem, quem Gallice *alose*, Germanice *May-Fisch* vocamus; quem novimus esse, si quis alius, maxime peregrinatorem. Quare si, ut tradit Athenaeus, Aristoteles Θρίσσαν in numero τῶν μονίμων, id est, *stabilium, locum parum mutantium*, posuit; consequens est, ut fateamur, aut errasse Philosophum, aut Θρίσσαν non esse nostram *alausam*. Pro Θρίσσα perinde & Θρίττα dici potuit. cf. pag. 322. e.

Τριχίδων δὲ Εὔπολις. Sic tacite in sua editione cor- e
rexit Casaub. Habet vero id ipsum Τριχίδων noster ms. *Ep.* Recte: nam licet idem piscículus & τριχὶς & τριχίας a nonnullis fuerit nominatus, ut mox ipse auctor noster docet; tamen in *Eupolidis* testimonio τριχίδας legi-

e tur, non τριχίας, quod ibi ne metrum quidem ferebat ob ultimam productam. In *Eupolidis verſ.* 3. cum poſt δ' ἦν non distingueretur oratio in editis libris, Dalecampius illum verſum ſic reddiderat: *cum ſemiobolo veniret caro Sami.* Commode vero monuit Casaubonus: » Omnes » codices distinguunt poſt ἦν, poſitâ ὑποστιγμῇ. Quare » ita poſſumus interpretari: *ſemel in vita ante bellum contra* » *Samios piſces emit, & quidem trichidas*, non magni pretii. » *At quamdiu res Samiorum ſteterunt*, qui rebellione ſuâ ut » eſſet Athenis annona arctior fecerunt, *iſte ſolitus in ob-* » *ſonium carnes emere ſemiobolo.* Samiorum ἀπόστασιν ab » imperio Athenienſium narrant Thucydides & alii hiſto- » rici.« — Τὰ ἐν Σάμῳ mihi videbatur idem ſonare ac τὰ Σαμικὰ, id eſt, *bellum Samicum;* quemadmodum τὰ ἐν Τροίᾳ vel τὰ Τρωϊκὰ, *bellum Troianum;* τὰ Μηδικὰ, *bellum Medicum;* τὰ Μιθριδατικὰ, *bellum Mithridaticum*, & ſimilia. Porro & ἅπαξ, & ἡμιωβολίου, ad utrumque membrum orationis referenda videntur, ut hoc dicat poëta, *hominem illum ſemel in vita trichidas pro obſonio emiſſe, in easque impendiſſe ſemiobolum; itemque ſemel in vita carnem, ſemioboli pretio.* Pro ἡμιωβολίου, quod dedit Caſaubonus, eſt ἡμιοβολίου in ed. Ven. & Baſ. ſed ἡμιωβελίου in utroque cod. msto; quemadmodum apud Ariſtot. Rhet. I. 14.

Aristophanis verſus ex Equitib. eſt num. 662. ed. Br. Δωρίων - - - τὴν τριχίδα τριχίαν ὀνομάζει. Moeris in Dictionibus Atticis pag. 366. Τριχίδες, ait, Ἀττικῶς· τριχίαι, ἑλληνικῶς. Ibi vide quae notavit Pierson. Ariſtotelem quidem utrâque uſum eſſe formâ, mox docet ipſe Auctor noſter.

Νικοχάρης Λημνίαις. » *Lemnias Nicocharis* & Noſter » laudat alibi, [X. 426. f.] & Pollux lib. X. cap. 24. [ſect. » 107.] Minus recte apud Etymologum in Κώδιον, Νικόχα- » ρις Λημνίᾳ.« Casaubonus. — Conf. Hemſterhuſ. ad Comici Plut. pag. 57. & Porſon ad Eurip. Med. vs. 6.

Iam ſic vulgo in editis continuabatur oratio: Νικοχάρης Λημνίαις, τριχιάδας δὲ καὶ τὰς πρημάδας τὰς ξυννίδας ἔλεγον. » Quae verba (inquit Casaubonus) ſi re- » cte capiunt qui hinc colligunt, & ξυννίδας & τριχιάδας » appellatas fuiſſe πρημάδας, ponenda eſt τελεία στιγμὴ » poſt vocem Λημνίαις: & vacuum ſpatium relinquendum, » ut deeſſe appareat Nicocharis locum integrum. Sed nos,

» *thunnidas* vocatas fuiſſe *trichiadas*, non aſſentimur doctiſ- e
» ſimis viris. Quare totum locum ita concipiendum cen-
» ſemus: Νικοχάρης Λημνίαις· τριχιάδας δὲ καὶ πρημάδας.
» πρημάδας δὲ τὰς θυννίδας ἔλεγον. Nicocharem lau-
» dat auctor προηγουμένως, quia τριχιάδας nominaverat,
» quibus de ſermo erat inſtitutus: ſed cum feciſſet Nico-
» chares πρημάδων ſimul mentionem, inde occaſione ſum-
» tâ eam vocem exponit hîc Athenaeus. Quare ita legen-
» dum ut ſcripſimus, repetitâ dictione πρημάδας, quae
» incuriâ librariorum ſemel tantum poſita eſt. Favet huic
» emendationi auctor Excerptorum, qui ex hoc loco re-
» tulit in σημειώσεις ſuas, Ὅτι πρημάδας τὰς θυννίδας ἔλε-
» γον. Quod ſi aliorum vera eſſet ſententia, ſcribendum ei
» fuerat, Ὅτι τριχιάδας καὶ πρημάδας τὰς θυννίδας ἔλε-
» γον. Sunt qui *trichiadas* aliud interpretentur quam *tri-*
» *chidas*: quod ex Athenaei verbis non poteſt colligi: &,
» promiſcue uſurpari eas formationes, ex aliis multis no-
» minibus conſtat. Aliter tamen nonnullis viſum; ut He-
» racleoni, qui τριχιάδας putavit eſſe *membradas*: nam
» quod in Heſychio ſcribitur, Τριχθάδες, mendoſum pu-
» to, ac lego, Τριχιάδες, αἱ χαλκίδες. Ἡρακλέων δὲ,
» μεμβράδες. Vocem πρημάδες alii ſcripſerunt cum lite-
» ra una amplius, πρημνάδες: neque aliter Vindelicia-
» na Excerpta. Heſychius: Πρημάδες καὶ Πρῆμναι, εἶδος
» θυννώδους ἰχθύος. « — Veriſſime divinaverat vir doctus.
Interciderat utique vox πρημάδας vel πρημνάδας: ſed &
aliae nonnullae voces eâdem incuriâ omiſſae erant, quas
opportune nobis conſervavit optimus cod. *A.* in quo ſic
ſcriptum: Νικοχάρης Λημνίαις· τριχιάδας δὲ καὶ τὰς
πρημάδας τὰς θυννίδας ἐπιδεῖπνον (rectius, ἐπί-
δειπνον) ἢ κούσας ὑπερπλη θεῖς. πρημνάδας δὲ
τὰς θυννίδας ἔλεγον. Quibus e verbis priora haud du-
bie Nicocharis ſunt; citata fortaſſe ab ipſo Dorione, in
libro de Piſcibus, ubi ille de τριχίᾳ piſce agebat. Sed ſive
Dorion ea verba citaverat, ſive ipſe per ſe Athenaeus,
manifeſte citata videntur tamquam teſtimonium pro uſu
nominis ὁ τριχίας loco alterius ἡ τριχίς. Unde probabile
fiebat, non Τριχιάδας, ſed Τριχίας ſcripſiſſe & poëtam
ipſum, & Athenaeum cum illius verba adponeret. Cui
accedit, quod paulo poſt ait auctor, Ὁμοίως δὲ καὶ Ἀριστ.
ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων· ἐν δὲ τῷ ἐπιγρ. Ζωϊκῷ, τριχίδα.
Quorum verborum non alia poteſt eſſe ſententia, niſi

e haec: *Ariſtoteles, quem piſcem in libro* [hodie deperdito] *De Animantibus* τριχίδα *nominavit, eumdem in libro De Partibus* [in eo quem *quintum Hiſtoriae Anim.* hodie numeramus] *eodem modo nominat, ut paulo ante dictum;* nempe eodem modo quo Nicochares & Dorion. Atqui apud Ariſtot. in Hiſt. Anim. cum alibi legitur nomen ὁ τριχίας, (in plur. οἱ τριχίαι) tum libro V. cap. 9. Conſequens eſt, in Nicocharis verbis Τριχίας ſcriptum oportuiſſe, non τριχιάδας. Inde, nullâ alia facta mutatione, prodibant duo verſus fere integri:

Τριχίας δὲ καὶ τὰς πρημάδας τὰς θυννίδας
ἐπίδειπνον ἡκούσας ὑπερπλησθεῖς. —

In his ἐπίδειπνον antepenacute ſcribendum exiſtimavi, ut apud Noſtrum lib. XIV extr. Nam quod ibi ait auctor, *ſecundas menſas ab Atticis* ἐπιδόρπισμα *vocari, ab aliis vero plerisque Graecis* ἐπίδειπνον: non id ita accipiendum, quaſi Atticis non licuerit altero hoc nomine perinde uti. Notandum porro nomen adiectivum ὑπερπλησθὴς, quod in Lexicis non video adnotatum: eſt autem legitime formatum ut παμπλησθὴς, περιπλησθὴς, πολυπλησθὴς, & id genus alia. Ad vocem πρημάδας nullus ex ms. *A.* diſſenſus adnotatus eſt. Quare, licet ex eo quod mox perſpicue ſcribitur, πρημνάδας δὲ τὰς θυννίδας ἔλεγον, colligi videatur, debuiſſe etiam in poëtae verbis πρημνάδας inſertâ ν literâ ſcribi, tamen mutare iſtud non ſum auſus, quia πρημάδες absque ν non modo Heſychius habet, ſed ad eamdem ſcripturam proxime etiam accedit ea quae eſt apud Ariſtotelem Hiſt. Anim. VIII. 15. ubi vulgo quidem αἱ πριμαδίαι editur, ſed vetuſtus codex Med. apud Camus αἱ πριμάδες exhibet. Quod ſi vero in Nicocharis verbis πρημάδας absque ν ſcripſit Athenaeus, commode facturus erat, ſi
f deinde ſic perrexiſſet: πρημάδας δὲ, ἢ (vel καὶ) πρημνάδας, τὰς θυνν. ἔλ. Scripturam πρημνάδας tuetur codex *Epit.* qui, omiſſo quidem Nicocharis teſtimonio, ſic habet: Ὅτι πρημνάδας τὰς θυννίδας ἔλεγον: & deinde rurſus in Platonis teſtimonio perſpicue μετὰ πρημνάδων ſcribit. Acceditque quod apud Oppianum Hal. I. 183. pro πρηνάδες aut πριάδες, quod ibi vulgatum eſt, πρημνάδες habet vetus codex Vat. teſte Gesnero p. 757 med. Conf. Schneideri Hiſtor. Piſc. pag. 64. Caeterum de *thynnide* vide pag. 303. b. c. d. De uſu vero nominum τριχὶς & τριχίας apud Ariſtotelem conſulendus CAMUS in Notis ad

Hiſt. Anim. cum eoque conferendus SCHNEIDER in Hiſtor. f Piſc. pag. 14.

Quae ſequuntur *PLATONIS* comici verba, pertinent ea ad teſtificandum uſum nominis πρημνάδες: quare, quoniam deinde ad uſum nominum τριχίας & τριχὶς redit auctor, iſta *parentheſeos ſignis* circumdedi perſpicuitatis cauſſa. Ea, veluti pedeſtri ſermone concepta, ſic vulgo edita legebantur: Ἁλιευόμενος ποτ' αὐτὸν εἶδον Ἀνδράχμη μετὰ πρημάδων, (ſic ed. Caſ. ſed πρημνάδων ed. Ven. & Baſ. cum ms. *Ep.* neſcio an & cum ms. *A.*) κἄπειτ' ἀφῆκεν ὅτι ἦν βόαξ. Ad quae CASAUBONUS: »Laudo (inquit) quod in Excerptis offendi, αὐτὸν εἶδεν ἀνδραχθῆ. Quantum divinare poſſum, loquitur de praecone aut alio qui Mercurium impenſius colebat. Hunc autem piſcantem aliquando vidiſſe & captum intra retia [habuiſſe] boacem, piſcem Mercurio ſacrum; (ut dictum eſt paullo ante) quem ſtatim ſuperſtitioſus ille diſmiſerit. ἀνδραχθὴς, *magnus, & qui hominis iuſtum ſit onus.*« — Vulgatum εἶδον & ἀνδράχμη tenet cod. *A.* ſed εἶδεν ἀνδραχθῆ cum Hoeſchelianis Excerptis habet etiam noſter codex *Epit.* Pro ἁλιεύμενος, quod eſt in utroque msto, ἁλιευμένος habent ed. Ven. & Baſ. Recte vero ἁλιευόμενος ed. Caſ. Sic ἁλιευομένη (id eſt, *Piſcatrix*) inſcribitur fabula Antiphanis, VIII. 338. e. Recte item Πλάτων mssti noſtri cum ed. Caſ. pro quo corrupte Πλείτων ed. Ven. & Baſ. In *verſ.* 2. ut ἀφῆκ' ſcriberetur pro ἀφῆκεν, flagitabat metrum. Caeterum ſententia eclogae haud ſatis mihi etiamnum ad liquidum perducta.

Sequentia verba in hunc modum edita legebantur: Ὁμοίως δὲ καὶ Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων. ἐν δὲ τῷ ἐπιγραφομένῳ ζωϊκῷ τριχίδα τὸν λεγόμενον, ὅτι ᾄδεται ὀρχήσει καὶ ᾠδῇ &c. Ubi CASAUBONUS: »De *trichide* (ait) narratur ex Ariſtotele, ὅτι ᾄδεται ὀρχήσει καὶ »ᾠδῇ: quod Euſtathius confirmat, addens, ſolitos ſuae »aetatis piſcatores modulatis ſaltationibus (κρότους ipſe »vocat) hunc piſcem capere.« — Pari modo hiſtoriolam illam, veluti Ariſtotelis verbis, ex Athenaeo citavit Schneiderus ad Aelian. Nat. An. VI. 32. ubi eadem res de Θρίσσαις perhibetur, quemadmodum & apud Porphyr. DE Abſtin. lib. III. cap. 22. Unde colligebat Vir doctiſſimus, (quod & Suidas in Τριχίδες tradidit) easdem eſſe τριχίδας atque Θρίσσας, nempe *Aloſam* quam vulgo dicimus,

f *Clupeam aloſam* Linn. Quod utcumque ſit; illud mireris, non obſervaſſe viros doctiſſimos in vulgata apud Athenaeum ſcriptura cum reliquam inconſequentiam orationis, tum eam, quod ad τριχίδα nomen foeminini generis, adiicitur τὸν λεγόμενον in genere masculino. Haud dubie verum erat id, quod praeeunte cod. *A.* edidimus, ut interpoſito puncto poſt τριχίδα, (quo indicabatur, praecedentia verba ita accipienda eſſe, ut paulo ante expoſuimus) ſic pergeret oratio: Τῶν δὲ λεγομένων ἐστὶν, ὅτι ἥδεται &c. In quo nihil a codicis praeſcripto receſſimus, niſi quod pro manifeſte corrupto ἐσότι ἥδεται, ſic ſcripſimus ἐστὶν, ὅτι ἥδεται &c. Neque aliter in ſuo exemplari legerat Epitomae auctor, unde ille hanc σημείωσιν (id eſt, hanc obſervationem) excerpſit: Ὅτι λέγεται, τὴν τριχίδα ἥδεσθαι &c. Ex Epitoma, ut ſolet, ſua hauſit Euſtathius ad Iliad. χ'. pag. 1380. l. 24. apud quem quum proxime ante legatur, ἡ δ' αὐτὴ (nempe τριχὶς) καὶ τριχία ἐλέγετο, erravit vel ipſe Euſtathius vel librarius; cum καὶ τριχίας ſcriptum oportuiſſet.

Τῶν δ' ἐριτίμων μεμν. Δωρ. λέγων κατὰ τὸ αὐτὸ ποιεῖν ταῖς χαλκίσιν. Paria adferuntur ex Diphilo Siphnio, VIII. 355. f. Κατὰ τὸ αὐτὸ ποιεῖν, non, *eosdem eſſe*, ut interpretatus eſt DALEC. ſed, *idem efficere*, nempe *in cibo, easdem vires vel facultates* (ut aiunt Medici) *habere*. *Ibid.* ἥδεῖς δὲ εἶναι τὰς ἐν ὑποτρίμματι. » Scribe, ἥδεῖς δὲ εἶναι καὶ » ἐν ὑποτρίμματι. « CASAUB. — Cuius novationis nec neceſſitatem, nec utilitatem perſpicere mihi licuit. ὑπότριμμα, proprie *intritum*, tum & *embamma*, *ſorbitio*, vel *intinctus*, condimenti cauſſâ ſolidiori cibo circumfuſus.

Epaeneti verba cum ſic eſſent edita: Γαλῆν σμυρίδα, ἣν ἔνιοι καλοῦσιν κυνὸς εὐνὰ &c. monuit CASAUBONUS: » Corrige, γαλῆν, σμαρίδα, ἣν ἔνιοι καλοῦσι κυνὸς εὐνάν. Quam» quam vide cap. XVIII. « — Nempe caput XVIII. Animadverſionum, quod refertur ad pag. 313. b. ubi vide. Ex ms. *A.* pro εὐνὰ h. l. enotatum εὐναι, quod quid ſit non magis liquet quam id quod editum eſt. Epitoma h. l. non niſi haec verba habet: χαλκίδας τὰς καλοῦσι καὶ σαρδίνους· ἐριτίμους. Idem *Epaeneti* teſtimonium, quod hîc ex libro περὶ Ἰχθύων citatur, ſuperiori loco ex eiusdem Ὀψαρτυτικῷ adduxerat deipnoſophiſta: unde colligitur, librum *De Piſcibus* fuiſſe partem maioris illius operis, quod *De parandis Obſoniis* inſcriptum erat, ſaepius Noſtro laudatum.

Eiusdem operis pars videtur fuisse liber Περὶ Λαχάνων, *De Oleribus:* quem commemorari a Nicandri vetere Interprete adnotavit Fabricius, Bibl. Graec. T. XIII. p. 149. Ex usu pronominis τὰς, quo utitur hîc pro ἃς, & ex forma verbi καλέουσι, quae legebatur pag. 313. b. probabile fiebat, Ionico idiomate scripsisse hunc auctorem: sed cum ibi, tum hîc, καλοῦσι dant mssti libri, non καλέουσι; & ἣν, non τὴν, utrobique habent libri omnes: & in aliis locis, ubi eiusdem auctoris testimonium invocatur, e quibus unus est paulo longior, XV. 662. d. e. nullum Ionismi apparet vestigium. »Ex testimonio hîc citato constare videri, ait »SCHNEIDERUS in Histor. Pisc. pag. 235. metrice scriptum »fuisse Epaeneti librum.« Nec tamen id utique satis adparet: &, quae ex eodem libro p. 662. adferuntur, nihil profecto poëtici coloris habent. *Poëtam Samium* fuisse hunc *Epaenetum* scribitur in Dalecampii Indice Authorum ab Athenaeo laudatorum: sed imprudenti id exciderat docto viro, & ad Nicaenetum pertinebat. Caeterum nonnisi ex Pamphili & Artemidori Aristophanei Glossis notum fuisse Athenaeo Epaeneti opus illud videtur. conf. IX. 387. e. & XV. 662. d.

Ἀριστοτέλης δ' ἐν πέμπτῳ Ζώων Ἱστορίας. »Scribendum ἐν πέμπτῳ Μορίων: fide membranarum.« CASAUB. — Immo vero hic unus, atque unicus, quod meminerim, locus est, ubi vetustae nostrae membr. *A.* istam ipsam libri inscriptionem, ἐν πέμπτῳ Ζώων Ἱστορίας plane tenent tuenturque. Doleo vero, hoc maxime loco non simul invocari posse testimonium Epitomae; cuius auctor nunc hoc ipsum omne, quod de *Aristotele* hîc commemoratur, silentio praeteriit. Illud tamen rursus eodem hoc loco mirum maxime accidit, quod, cum dicat auctor noster, Ἀριστ. δ' ἐν πέμπτῳ Ζώων Ἱστορίας σαρδίνους αὐτὰς (nempe τὰς χαλκίδας: sive αὐτοὺς, scilicet τοὺς ἐριτίμους) καλεῖ: nusquam in illo libro reperiatur mentio facta *sardinorum.* De quo & CASAUBONUS monuit: »Quod tamen meminerim, (inquit) Philosophus neque in illo libro, neque in ullo alio [hodie superstite] *sardini* fecit »mentionem.« — Unde colligas fortasse, isto titulo alium (nescio quem) librum hodie deperditum designasse Athenaeum. Nisi forte erraverit ipse noster Deipnosophista, aut mendosâ codicis sui scripturâ fuerit deceptus, ut σαργῖνον, qui (ut viris doctis videtur) Histor. Anim. V. 11.

a commemoratus ab Ariſtotele fuerat, (vide Gesner. pag. 827. & Camus in Var. Lect. ad Ariſtot. Hiſt. Anim. V. 11.) pro σαρδίνῳ acciperet.

Καλλίμαχος δ' ἐν Ἐθνικαῖς Ὀνομασίαις, &c. Vide *CALLIMACHI* Fragm. XXXVIII. Tom. I. edit. Erneſt. pag. 428. *Ibid.* Ἴκταρ, ἀθερίνη. Sic ms. uterque cum editis, itemque ex Epitoma Euſtathius ad Od. Ψ. p. 799. l. 1. Sed quoniam apud Heſychium legitur, Ἰκτάρα· ἐθνικῶς, ἰχθύς: facile credas, in noſtris Athenaei codicibus extremam vocalem α, ob ſimilem initio ſequentis vocis, intercidiſſe. Quod mox ait: Ὄζαινα, ὀσμύλιον: conf. pag. 318. e. & ad eum locum notata in Animadv. pag. 384.

In *NICANDRI verſ.* 1. recte ἀγέλῃσι νεηγενέσσιν dedere mssti ambo. *Verſ.* 2. Per ſe minime improbandum erat ὀρφὼς, quod habebant editi: ſed nil neceſſe fuerat a veteris exemplaris ſcripturâ recedere. Quare ex ms. *A.* revocavi ὀρφός. In *Epit.* quidem deeſt poſterior verſus.

b In *ARISTOPHANIS* tetrametro anapaeſtico, *male vulgo* κακόδαιμον *ſcribi*, ait BRUNCK in Fragm. Ariſtoph. p. 259. 4. ὦ κακοδαίμων corrigens. Quod ut ego non improbo, quoniam ſaepe vocativum nominativo ſimilem faciunt Attici, ſic ne in vulgata quidem ſcriptura, quam tenet uterque codex mstus, deſiderari quidquam putavi; quoniam ad producendam poſtremam ſyllabam, in conſonam deſinentem, ſufficere videbatur aſper ſpiritus initio vocis ſequentis.

» Quod ait, τοὺς γὰρ εἰς τὸ ἀπανθρακίζειν ἐπιτηδείους » ἰχθῦς εἰς ἅλμην ἀπέβαπτον, de ea re lege quae ſcribit » eruditiſſimus interpres Ariſtophanis ad hos verſus Achar- » nenſibus, [num. 670 ſq.]

» ἤνίκ' ἐπανθρακίδες ὦσι παρακείμεναι,
» οἱ δὲ Θασίαν ἀνακυκλῶσι λιπαράμπυκα. « CASAUB. — Confer Suidam in Θασίαν. Quem verſum mox e Comici *Veſpis* citat, is num. 1122. (vs. 1127. ed. Brunck) paulo aliter conceptus hodie legitur. De cuius verſus vera ſcriptura conſulendus LENNEP ad Coluth. p. 18. Confer quae notavimus ad III. 110. a. b.

AD CAP. CXXXVIII.

Θρᾷττα. Titulus, quem initio huius disputationis nullum habent editi, nec Epitoma, adpoſitus eſt hoc loco in

ms. *A.* & quidem cum *iota* ad *α* in priori ſyllaba adſcripto: b
quare & nos *iota* hîc *adſcripſimus*, & deinde in eodem nomine *ſubſcripſimus*, cum *absque iota* ſcriptum eſſet in edd. & in ms. *Ep.*

Ἐπεὶ δ' ἐνταῦθα &c. »Quaeſtio tractatur ab Athenaeo »haec: *Quinam piſces illi ſunt qui in Archippi dramate Pi-*»*ſces inſcripto, nominantur thrattae?* Varie agitatam hanc »quaeſtionem fuiſſe ab antiquis criticis & philologis, ex »iis quae Athenaeus narrat, ſatis liquet: maxime cum ſcri-»bit, *librum* integrum *a ſe editum* hoc argumento. Hîc vero »eius commentarii ſolum τὰ καιριώτατα recitantur. In »quo ſermone ait, κατὰ τὰς συγγραφὰς γὰρ τῶν ἰχθύων »καὶ τῶν Ἀθηναίων: hoc eſt, *in ea fabulae parte, qua conti-*»*nentur foedera inter piſces & Athenienſes:* vel, *inter piſces &* »*homines:* nam pro Ἀθηναίων ſuadent ſcribi ἀνθρώπων ſe-»quentia iſta, ἀποδοῦναι τοῖς ἀνθρώποις συντίθενται, niſi »ibi legendum τοῖς Ἀθηναίοις. Vocem autem συγγραφὰς »ita accipiendam eſſe ut expoſuimus, manifeſto arguit pro-»ximum συντίθενται. De eo foedere recitantur verba *Ar-*»*chippi*: Ἀποδοῦναι δ' ὅσα ἔχομεν ἀλλήλων. ἡμᾶς μὲν c »τὰς Θράττας καὶ ἀθερίνην τὴν αὐλητρίδα, καὶ σηπίαν τὴν »Σύρτου, καὶ τοὺς τριγλίας, καὶ Εὐκλείδην τὸν ἄρξαντα, »καὶ Ἀναγυρουντόθεν τοὺς κορακιῶνας, καὶ κωβίου τοῦ Σα-»λαμινίου τόκον. Comici poëtae figmentum ex tam paucis »verbis ſuperſtitibus augurari velle, nimia fuerit temeri-»tas. Apparet attendenti, ludere poëtam in appellationi-»bus quarundam Athenis notarum perſonarum, quae com-»munia cum piſcibus nonnullis nomina habebant. *Lex initi* »*foederis* proponitur haec: *ut redderent piſcibus homines quic-*»*quid ab iis accepiſſent: & ſimiliter piſces hominibus.* Deinde »quaedam nominantur, quae reſtituturi erant piſces mor-»talibus. Θράτται in his primo loco recenſentur. Piſces ni-»mirum eo nomine quosdam Archippus noverat: ſed vi-»les & parum in vulgus notos. Hinc illae antiquiſſimorum »*Criticorum variae de loco Archippi ſententiae:* aliis *corruptos eius* »*codices* affirmantibus, aliis aliud pronuntiantibus. Mirum »eſt fuiſſe qui aliud hîc legi vellent quam Θράττας. *Thrat-*»*tis* autem *piſcibus* commune nomen inter homines habe-»bant *mulieres Threſſae*, vel *oriundae e Thracia;* quales mul-»tas ſemper fuiſſe Athenis ſcimus ex veterum ſcriptis. Ἀθε-»ρίνη, notum eſt piſcis nomen: ſed fuit Athenis, cum do-»ceretur ea fabula, *Atherina* quaedam *tibicen.* *Sepia* item

c »aliqua tum vixit, cuius *patri* nomen fuit *Thyrſo*. Erant »& *Trigliae* quidam, ἀπὸ τῆς τρίγλης ita dicti. In *Euclide* haeremus: nam *praetorem* quidem *Euclidem* ſatis no»tum habemus, ut libro primo dicebamus, capite ſecun»do: [ad l. 3. a. conf. XIII. 577. b.] ſed inter piſcium no»mina nullum novimus huic adfine; niſi fortaſſe alluſum »eſt ad illas quas vocabant κλείδας inter ſalſamenta. [VII. »303. a.] Frigidiusculum hoc, fateor, & longius arceſſi»tum: ſed meminerimus, hunc eſſe *ARCHIPPUM*, quem »veteres Critici pronunciant omnium Comicorum φορ»τικώτατον, & cuius facetias ſaepe inficetas fuiſſe teſtan»tur Ariſtophanes & eius antiqui interpretes. *Coracione*s, »fratres videntur fuiſſe aut ſodales ex *Anagyrunte* pago, »quibus nomen a piſcatione aut venditione κορακίνων. Le»go enim cum Excerptis, καὶ τοὺς Ἀναγυρουντόθεν Κο»ρακιῶνας [ſic & noſter cod. *Epit.*] non κορακιῶν»τας. Κωβίου τόκον, [rectius, Κωβιοῦ τόκον, ms. *Ep.*] »interpretor filium cuiusdam vel piſcarii vel ſalſamenta»rii, qui vulgo dicebatur *Gobio*, [cf. VIII. 329. a. & f. »IV. 134. d. VI. 242. d.] & filii eius, *Gobionis filii*, aut »fortaſſe Κωβίωνες, uſitatâ in nonnullis patronymicâ for»mâ. Βάτραχος, & *ranam* ſignificat, & nomen eſt ali»cuius, qui cum odio multorum Athenis tum *paredri* vi»ces fungebatur; vel eo minus vulgo gratus, quod non »Athenis natus erat, ſed in Hiſtiaea ſive *Oreo* Euboeae: »ideo ait poëta, τὸν ἐξ Ὠρεοῦ.« CASAUB. — ARCHIPPI verba, ſi minus per legitimos verſus, (quod praeſtare nobis non licuit) at per certa quaedam commata diſtribuimus. Ad iuſtam quidem metri menſuram reſtituendam plura paſſim vel mutanda vel ſupplenda forent. In vulgata ſcriptura, Ἀθηναίων, ante Archippi verba, & deinde in ἀποδοῦναι τοῖς ἀνθρώποις, nil mutant mssti: & neutra lectio ſolicitanda videtur. In ipſis poëtae verbis (*verſ.* 4.) videtur d τὰς τριγλίδας aut τὰς τρίγλας legendum. Cf. VIII. 338. f. & ibi not.

Μνησίμαχος ἐν Ἱπποτρόφῳ &c. Longiorem ex eadem fabulâ eclogam adpoſuit Noſter, IX. 402 extr. & ſq. cuius pars ſunt duo anapaeſtici dimetri hîc citati, qui ibi leguntur p. 403. b. c. Alius vero poëta, *Ephippus*, qui nonnullos ex *MNESIMACHI* verſibus, ſuos fecit, pro eo quod Ῥᾷττα eſt apud *Mneſimachum*, Ῥίττα poſuit, pag. 322. e.

Δωρόθεος . . ἐν τῷ ὀγδόῳ πρὸς τοῖς ἑκατὸν τῆς Λέξεως

συναγωγῆς. Idem opus eiusdem Grammatici hoc titulo ci- d
tatur in Schol. Villoiſoni ad Iliad. ν'. 252. Δωρόθεος ἐν τριακοστῷ πρώτῳ τῆς Ἀττικῆς λέξεως. Quod dein legitur apud Noſtrum Ἑέτταν γράφει: dubitari poteſt quid ſit quod *Dorotheus* ſcripſerit, ac fortaſſe in repraeſentanda illius ſcripturâ denuo hîc errarunt noſtri librarii: illud dubitari non poteſt, cum mox vulgo (conſentiente utroque noſtro codice cum editis) ſcriberetur, οὐδ' ἔστιν τὸ τῆς Ἰράττης ὄνομα παρ' οὐδενὶ τῶν Ἀττικῶν, perperam ibi poſitam vocem Ἰράττης fuiſſe; quandoquidem continuo deinde, eam vocem & apud Anaxandridem & apud Antiphanem reperiri, dicat ipſe auctor noſter, qui modo eamdem ex Mneſimacho adtulerat. Quod ſi recte paulo ante legitur, Ἑέτταν *ſcripſiſſe Dorotheum*, nunc hîc τὸ τῆς Ἑέττης neceſſario ſcriptum oportebat: ſin ibi pro Ἑέτταν aliud quid debuere noſtri librarii, eadem vox, quam ibi ponere debuerant, hîc quoque repeti debuit. Vocabulo Ἰρᾶττα autem Ephippum quoque uſum eſſe paulo ante monuimus. Adnotavitque etiam Stephanus Byz. in Θράκη: Τὸ ἐθνικὸν - - Θρᾶττα, Ἀττικῶς· καὶ ἡ ἀπὸ Θράκης δούλη, καὶ εἶδος ἰχθύος, καὶ ὀρνέου. Denique apud Ariſtotelem etiam, De Generat. Animal. V. 6. *piſces* commemorantur αἱ καλούμεναι Ἰράτται: ut ibi quidem vulgo ſcriptum nomen.

In *ANAXANDRIDAE verſ.* 1. cum Καὶ συμπλησιάζειν in ed. Caſ. legeretur, monuit dein idem CASAUBONUS in Animadv. »Scribe καὶ συμπαίζειν: ſic enim »alibi in his libris, melius quam ut hîc συμπλησιάζειν. « — Diceres, iſtud συμπλησιάζειν e ſuperioribus editionibus in Caſaubonianam fuiſſe propagatum: at ſuo iudicio id poſuerat vir doctus, pro συμπλιάζειν, quod erat & in ed. Ven. & Baſ. & in ipſo ms. *A.* qua ſub ſcriptura haud obſcure latebat συμπαίζειν, quod dedere libri omnes, III. p. 105. f. In *Epit.* h. l. deſunt ipſa duo priora eclogae verba. Pro κορακινιδίοις vero, quod hîc agnoſcunt ambo codd. mssti cum editis, ſuperiori loco καριδαρίοις dabat ms. *A.* cum edd. (In *Epit.* autem deeſt ibi tota ecloga.) Conf. p. 309. a. Pariter in Ἰραττιδίων h. l. conſentiunt libri omnes, pro quo Ἰριττιδίων p. 105. f. vulgo legebatur.

In *ANTIPHANIS verſ.* 1. ex *Tyrrheniço*, cum ſic ſcriptum eſſet in ed. Baſ. & Caſ. Δήμου δ' ἁλιεύς ἐστιν, adnotavit CASAUBONUS: »Quis ille Δήμου ἁλιεὺς, *populi* »*piſcator?* Ego vero ſuſpicor, iſtud Δήμου aliter exponen-

e »dum esse: sic nempe, ut cum ait Diogenes, *Socratem »fuisse* τῶν δήμων Ἀλωπεκῆθεν, *Xenophontem* τῶν δήμων *Ar»chiensem.* Quare scribo Δήμου Δεκελειεύς ἐστιν: *est e pago »Decelia.*« — Haec scripserat vir doctus in Animadversionibus: deinde vero, postquam interim codicis msti usuram nactus esset, in *Addendis ad Animadv.* sic ista corrigi iussit: »Quare scribo e libro praestantissimo Messaei, Δή»μου δ' Ἁλαιεύς ἐστιν: *est e pago qui dicitur Halae.* Duo »fuerunt in Attica δῆμοι nominati *Halae;* sed cognomi»nibus distincti & tribubus: Halae Araphenides, tribus »erant Aegeidis; Halae Aexonides, tribus Cecropiae. »Utriusque gentile nomen erat Ἁλαιεύς, ut legitur hic in »illo msto, vel Ἁλαεὺς absque *iota*, ut diserte docemur »a Stephano.« — Quod si Venetam editionem adhibuisset Casaubonus, reperturus ibi fuerat scripturam Ἁλαιεὺς, quae a vera nonnisi spiritu differebat. In ms. *Ep.* plurima pars huius eclogae deest. In ms. *A.* vero αλαιεὺς scribitur; quo spiritu nescio. Apud Suidam quidem (fortasse ex hoc ipso Athenaei loco) adnotatur: Ἁλαιεὺς, ὄνομα δήμου: ubi cum leni spiritu, & deinde pariter cum αι diphthongo scriptum id nomen.

AD CAP. CXXXIX.

Ψῆτται. Ταύτας Διοκλῆς ἐν τοῖς ξηροτέροις καταριθμεῖται. Verba *Diocles* supra adlata sunt, pag. 320. d.

f Σπεύσιππος δ' ἐν δευτ. Ὁμ. Coniunctionem, quae deerat editis, commode dedit uterque liber mstus. *Mox*, cum ederetur, παραπλησίαν φησὶν εἶναι ψῆτταν, βούγλωσσον, ταινίαν: monuit Casaubonus: »Melius scri»bas παραπλήσια.« — Recte: & sic uterque cod. ms. Caeterum supra, p. 288. b. non nisi *nomine diversos* pisces statuerat ψήττας & βουγλώσσους: quod quo pacto accipiendum, ibi exposuimus.

Ἀριστοτέλης δ' ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων γράφει· Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἰχθυδίων οἱ πλεῖστοι &c. Sic nunc rursus ambo mssti cum ed. Ven. ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων. Sic & Casaubonus (cum in contextu vocem Ζώων omisisset) in Animadversionibus scripsit: »Locum Philosophi, qui di»citur esse ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων, lege quinto Historiar. »cap. nono. Ibi rectius scriptum τῶν ἰχθύων, quam »ἰχθυδίων ut hîc. Nam *thunnus* certe & *mugil piscículis* an»numerari non debent.«

οἱ πλεῖστοι ἅπαξ τίκτουσιν, οἷον οἱ χυτοὶ &c. » De *chytis* f
» *piscibus* Aristotelis verba sunt: [loc. cit.] Καλοῦνται δὲ
» χυτοὶ οἱ τῷ δικτύῳ περιεχόμενοι, θύννος, πηλαμὺς, κε-
» στρεὺς, χαλκίδες, κοχλίαι, [rectius κολίαι edit. Camus
» ex ms. Med.] χρομὶς, ψῆτται, καὶ τὰ τοιαῦτα. Non
» multum differunt apud Philosophum χυτοὶ, ῥυάδες, &
» ἀγελαῖοι. In superioribus verbis Aristotelis, quidam no-
» men χαλκίδες censuerunt inducendum; quos refellit A-
» thenaeus hoc loco: etsi miramur nos quoque summi viri
» inconstantiam, qui in sexto Historiarum [cap. 14.] scri-
» bat, χαλκὶς δὲ τίκτει τρίς: quod ex ipso refert & Plinius.
» Adeo nemo homo est, cui non aliquando somnus ob-
» repat. « CASAUBONUS. — Hîc de marina chalcide lo-
qui Aristotelem, altero vero loco de fluviatili vel palu-
stri, statuit HARDUIN. ad Plin. IX. 51, 74. quo ipsum
secum conciliet Philosophum. Pisces χυτοὺς dicere consue-
vit, qui χύδην i. e. *fusim & copiose* capiuntur. cf. Gesner,
pag. 218. Probum verbum περιεχόμενοι: quod solicitarunt
viri docti apud Aristotelem, sed tuentur apud Athenaeum
mssti cum editis. πηλαμὶς rursus, ut plerumque aliâs,
scribebatur in editis per iota in postrema syllaba: neque
dissensio hîc diserte ex ms. *A.* adnotata: in ms. *Ep.* vero
prorsus non expressa est ultima syllaba. At quoniam con-
stanter aliâs, & recte quidem, per υς in fine efferunt hoc
vocabulum ambo mssti, eamdem hîc scripturam restituen-
dam auctori putavi. Vide, praeter alia loca, III. 116. e.
& 118. a. & VII. 303. b. ibique not. Adde Var. Lect.
apud Camus ad Arist. Hist. Anim. pag. 252. lin. 23. ubi
docet, in optimo cod. Med. apud Aristot. constanter πη-
λαμὺς per υ scribi. Pro καὶ τοιαῦτα, quod apud Nostrum edi- a
tum erat, recte καὶ τὰ τοιαῦτα dedere ambo codices mssti.

Ἐν δὲ τῷ περὶ Ζωϊκῶν· Σελάχη, φησί· βοῦς, τρυγὼν, —
— βούγλωττα, ψῆττα, μῦς. Non unam difficultatem
habet hic locus. Primum, pro βούγλωττα fortasse βούγλωτ-
τος scriptum oportuerat: nam & ἡ βούγλωττος & τὸ βού-
γλωττον vocatur ille piscis: (vide Animadv. ad p. 288. a.)
ista autem forma, ἡ βούγλωττα nusquam alibi occurrit.
Nisi forte βούγλωττα in neutro plurali accipiendum: cum
quo tamen minus convenit quod reliqua omnia piscium
nomina in singulari numero hic posita sunt. Deinde *lin-
gulaca* sive *solea*, & *passer* piscis, perperam utique in *car-
tilaginum* numero (τῶν σελαχῶν) referuntur. Denique

a de vocab. μῦς dubitarunt doctiſſimi viri. Sane, cum *porcum* in verſione poſuiſſet DALECAMPIUS, notaſſetque vel *orthragoriſcum* vel *capriſcum* intelligi; adſentiens huic CORAY ad Xenocrat. pag. 142. adnotavit: »σῦς legendum »cum interprete, pro μῦς: & ſic rurſus, VIII. 355. f. « ubi ſcilicet idem & καπρίσκος & μῦς ex vulgata ſcriptura vocatur, qui putatur idem eſſe piſcis, quem χοῖρον Strabo nominavit, lib. XV. pag. 823. b. c. & 824. b. Nec tamen opus fuiſſe ſolicitare conſentientem librorum ſcripturam evincit haud infrequens cum apud Noſtrum, tum apud alios auctores eiusdem piſcis, cui ὁ μῦς (μῦς θαλάττιος) nomen erat, commemoratio: de quo vide Animadv. ad VII. 308. e. Conf. SCHNEIDERUM ad Aelian. Nat. Anim. IX. 41. qui tamen idem vir doctiſſimus (in Hiſtor. Piſcium, pag. 323.) *haud adparere*, ait, *quis apud Athenaeum h. l. mus piſcis intelligatur, qui cum buglotta & pſetta (errore librarii, ut videtur) ad cartilagineos piſces refertur.* At quidni intelligeretur ille ὁ μῦς τὸ κῆτος, (id eſt, *mus balaena*) quem ipſe rurſus idem Vir doctus certiſſimâ coniecturâ, mſstis libris firmatâ, Ariſtoteli (Hiſt. Anim. III. 12.) reſtituit in eadem Hiſtoria Piſcium, pag. 158. Confer CAMUS, in *Notices des Manuſcrits* T. V. pag. 460. & in *Notes ſur l'Hiſt. des Anim. d'Ariſtote*, Art. *Myſticetus.*

Δωρίων δὲ - - - ἔσχαρον, ὃν καλοῦσι καὶ κόριν. »Heſy»chius: ἔσχαρος, ἰχθύς. Libro III. [pag. 86. c.] in Ar»chippi verſu ἐσχάραι recenſentur inter conchylia. An »autem ſint idem *eſcharus* & *eſchara*, non facile dictu eſt. »Alterius appellationis κόρις, alibi fieri mentionem non me»mini. Eruditiſſimus GESNERUS [pag. 369.] horſum tra»hebat verba Heſychii, Κωριδεστράες, ζῶον θαλάσσιον: »emendabatque, Κόρις, ἔσχαρος; probabili nimis coniectu»râ, niſi literarum ſeries repugnaret.« CASAUBONUS. — Vide notata ad III. 86. c. Ad Heſychianam gloſſam Κωριδεστράες longe diverſa emendatio adhibita ab aliis doctis viris eſt, de qua dixi ad pag. 318. e.

Βουγλώσσους δ' ὀνομάζει καὶ Ἐπίχαρμος. &c. »Non vi»deo quid hîc faciant illa verba, cum totidem verbis ea»dem ſuo loco ſint ſcripta.« CASAUB. — Immo, non uno loco, ſed iam ſaepius citata. Vide p. 288. a. 306. a. 326. e. Repetuntur, puto, hîc eo conſilio, quo moneret Deipnoſophiſta, Epicharmum, cum ψῆτταν nusquam nominaverit, βούγλωττον pro ψήττᾳ dixiſſe.

In *ARCHESTRATI verſ.* 2. quid ſit quod βούγλωσσα ha- b
beat ms. *A.* neſcio. Mendoſum eſſe, cum per ſe adpare-
bat, tum ex pag. 288. b. Recte etiam h. l. βούγλωσσον
tenet ms. *Ep.* cum edd. Caeterum, cum mancus ſit ver-
ſus, monuit CASAUBONUS: » Archeſtrati verſum ſcribe,
» ut ante, [nempe pag. 288. b.]

» βούγλωσσον. ταύτην Θήρα περὶ Χαλκίδα κεδνήν.

» *Chalcis* non eſt Euboea, [quod ad oram notaverat Da-
» lec.] ut temere ſcribunt: ſed urbs Euboeae ad Euripum
» ſita.« — Quo minus in conſtituendo verſu obtempe-
rarem Caſaubono, prohibuit me, quod, quoniam ſupra
integer verſus erat adpoſitus, hîc ſatis habere potuerat
Athenaeus, partem eius repetere. Praeterea de ſcripturâ
integri verſus ne ſatis quidem conſtat; cum ſuperiori loco
κατὰ Χαλκ. ſcripſiſſe videatur Athenaeus, pro eo quod hîc
eſt περὶ Χαλκ. Porro (de quo ibi in Animadv. pag. 140.
monere oblitus eram) pro Θήρα, quod habent ibi editi,
multo commodius Θέρεος nobis dedit ms. *A.* In ms. *Ep.*
vero plane deeſt ibi maior pars illius verſus.

Ῥωμαῖοι δὲ καλοῦσι τὴν ϕῆτταν ῥόμβον, καὶ ἔστι τὸ
ὄνομα Ἑλληνικόν. Ναυσικράτης, - - - -

Τρίγλαν λέγεις, γαλακτοχρῶτα Σικελὸς
ὃν πήγνυσ' ὄχλος ῥόμβος.

» *NAUSICRATIS* verſiculi iam ante eodem hoc libro [pag.
» 325. e. f.] deſcripti habentur: hîc autem ea ſolum fine
» recitantur, ut probetur, ϕῆτταν *piſcem etiam* ῥόμβον *fuiſ-*
»*ſe vocatum Graecis, non Romanis tantum.* Hoc igitur ex
» poſtremis huius ῥήσεως verbis neceſſario nobis elicien-
» dum eſt. Quare, niſi paratum habemus credere Athe-
» naeum nugatorem hîc egiſſe inſigniter, corruptiſſima ver-
» ba hoc ſimilive modo emendabimus:

» — γαλακτοχρῶτα Σικελὸς ὃν
» ὄχλος ὀνομάζει ῥόμβον. ἣ ϕῆτταν λέγεις;

» Ex hac lectione diſcimus, quam ϕῆτταν interior (ut ita
» dicam) Graecia appellabat, Siculos (quorum idioma fuit
» ab antiquo depravatum, vel Plauto teſte) vocaſſe ῥόμ-
» βον. A Siculis Romani & hoc & alia multa vocabula acce-
» perunt.« CASAUBONUS. — At non dixerat Athenaeus,
ϕῆτταν *piſcem Graecis etiam* ῥόμβον *fuiſſe vocatum:* hoc unum
dixerat, *latinum vocabulum rhombum ſua origine Graecum
eſſe;* quod ſane veriſſimum eſt. Et potuerat Deipnoſophi-
ſta uſum illius vocabuli apud Graecos ex Theocrito, Idyll.

b II. 30. ac pluribus fortaſſe ex aliis veterum poëtarum locis probare; ſed, ut amat ille Comicorum praeſertim teſtimoniis uti, ſic nunc ei placuit ad eumdem *Nauſicratem* provocare, cuius verſiculos nonnullos ſuperius iam adpoſuerat. Illud dubitari disceptarique ab interpretibus potuerat, quaenam eſſet nativa illius Graeci vocabuli ſignificatio, & quanam potiſſimum notione in Nauſicratis loco adpoſito accipiendum illud eſſet. Ex veterum Grammaticorum obſervationibus ſatis tuto colligi videtur, ῥόμβον (itemque ῥύμβον) Graecos dixiſſe partim *rotam, cylindrum*, aut *inſtrumentum quodvis quod in gyrum agitur*, partim *gyrationem* vel *rotationem ipſam*. (Vide Schol. Theocr. l. c. Schol. Apollon. Rhod. ad IV. 144. Suidam & Heſychium, in voce; ibique Interpp. Timaei Lexic. Platon. in Ῥυμβεῖν, ibique Ruhnken. denique Valckenaer Diatrib. Euripid. p. 39.) Supereſt ut quaeramus, qua notione apud Comicum noſtrum accipi illud vocabulum debeat. Comico ioco imitari poëtam in levi argumento Tragicorum gravitatem ſatis adparet. *Mullum* piſcem, quem ξανθοχρῶτα, id eſt, *fulvo* vel *luteo colore* initio dixerat, nunc vocat γαλακτοχρῶτα, *lacteo colore:* ubi facile patet non id de *albo lactis colore* accipiendum, ſed de *flavo ac fere aureo colore* quem habeat *lac pingue* per eam praeſertim anni tempeſtatem, qua pinguiſſima ſunt paſcua. Id ipſum vero poëta proximis verbis planius indicare voluiſſe videtur, ita legendis: ὃ (ſcil. γάλα: nempe, Tragicorum more, refert pronomen relativum ad ſubſtantivum γάλα, quod in adiectivo γαλακτοχρῶτα ineſſe intelligitur) ὄχλος Σικελὸς πήγνυσι ῥόμβῳ: id eſt, *quod lac vulgus Siculum ſpiſſat* (in butyrum cogit) *rotando;* ſive *piſtillo quod in gyrum agitur;* ſive (ut paſtores in Vogeſo noſtro) *in vaſe quod rotae formam habet & in gyrum agitur.* Quae interpretatio ſi cui non facit ſatis, ei vereor nihilo magis probatum iri VILLEBRUNII inventum, qui duos poſteriores verſus in hanc ſententiam interpretatus eſt:

B. *Mullum dicis?* A. *Immo vero lacteo-colore piſcem dico, quem Siculum vulgus furcâ capit; nempe ſoleam.*

Caeterum de vi & uſu vocabuli *rhombus*, cum apud Graecos, tum apud Latinos, conſuluiſſe praeſertim iuvabit Martini Lexicon Philologicum, ſub hac ipſa voce.

AD CAP. CXL.

παραθήσομέν σοι, pro eo quod erat editum παρα- c
θήσομαί σοι, commode dedit ms. *A.*

Eubuli verba, cum veluti pedestri sermone concepta vulgo adposita essent, per dimetros anapaesticos (quemadmodum nos edidimus) distribuenda esse, adnotavit Küsterus ad oram exempli editionis Casaubonianae, quo ipse olim usus erat. Pro Πρὸς τούτοις, (*vers.* 1.) metri caussa Πρὸς τούτουσιν scribendum idem Küsterus monuerat. *Eodem versu*, manifestum sphalma παρέσταισι ex ed. Bas. in tres Casaubonianas propagatum erat. Eclogam Breviator terminavit in verbis νῆστίς τ' ἐρίφου. Ad mendosum ἄλλας τε (*postremo versu*) nil adnotatum ex ms. *A.* ἀλλᾶς τε correxit Küsterus. ἄλλα τε legendum coniectaverat Stoeberus, olim noster, ad Thomam Mag. pag. 36.

Pro ἐμφορηθεὶς δὲ, commodius ἐμφορηθ. οὖν dedit ms. *A.* Coniunctionem omisit Epitomator.

ANIMADVERSIONES IN ATHENAEUM.

IN LIBRUM OCTAVUM.

p. 330 a. De distributione univerſi Operis Deipnoſophiſtarum in *XXX. Libros:* cuius distributionis initio librorum nonnullorum in vetuſto noſtro cod. *A.* fit mentio, diximus in Praefat. p. XV ſqq. De huius *Libri Argumento* haec notavit CASAUBONUS: »Expoſita ſunt libro ſuperiore plera»que genera piſcium, quorum praeſertim veteres Comici »& poëtae alii feciſſent mentionem. *Octavo* iſto referuntur »*varii ſermones a Deipnoſophiſtis habiti ſuper Piſcibus, aut* »*occaſione piſcium.*«

AD CAP. I.

Τὴν κατὰ τὴν Λυσιτ. Sic ms. *A.* »Initio libri *dilauda*»*tur convivator Larenſius: qui nullis parcens ſumtibus, eam* »dicitur *Romae ſuis convivis felicitatem & mirabilem omnium* »*rerum copiam praeſtitiſſe, quam in Luſitania praedicaverat* »*Polybius.* Multa de fertilitate eius regionis, & aliarum »aliquot Hiſpaniae partium, varii ſcriptores iam olim me»moriae prodiderunt: ſed nemo aut uberius aut maiore »fide, quam ille nobilis Hiſtoriarum conditor Megalopo»litanus: quod ex Strabone, Diodoro Siculo, Plinio & »Athenaeo hodie cognoſcimus.« CASAUBONUS. — Quae hoc capite ex *POLYBII Hiſtoriis* exhibet Athenaeus, ea in noſtra Polybii editione retulimus in *Reliquiis libri XXXIV. cap. 8.*

ἣν νῦν Ῥωμαῖοι Σπανίαν ὀνομάζουσι. »Ἱσπανία quae »dicitur in vulgatis libris, Σπανία eſt in antiquis mem-

» branis Athenaei; ſicut apud Paulum Apoſtolum in ea » ad Romanos, & apud alios quoque. « CASAUBONUS. — Sic, Σπανίαν, non Ἱσπανίαν dedit uterque noſter codex mſtus: quod cur non revocarem nulla cauſſa fuit. Vide Interpretes Stephani Byz. ad voc. Ἱσπανίαι: & Wetſten. ad Rom. XV. 24. ſed praeſertim Bochartum, in Chanaan, lib. I. cap. 35. Intelligi autem par eſt, Athenaei haec verba eſſe, non Polybii.

Recte καὶ οἱ ἄνθρωποι dedere mssti, cum *articulo*: de a quo adiiciendo monuerat REISKIUS in Notis ad Polybium.

τὸ δὲ θαλάττιον ὄψον - - - μεγάλην ἔχει διαφορὰν πρὸς τὸ γινόμενον ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάττῃ. Conf. HERMANNI Adnot. ad noſtrum Polyb. T. VIII. pag. 117 ſq.

ὁ μὲν τῶν κριθῶν σίκλος (μέδιμνος) ἐστὶ δραχμῆς. » Non eſt vox Graeca σίκλος, ſed Graecis barbara. Poly- » bius, qui in rebus *Hiſpanorum* explicandis eâ utitur, do- » cet nos in communi uſu eam fuiſſe apud illos. Ait enim: » Καὶ ὁ τῶν κριθῶν σίκλος, (μέδιμνός ἐστι) δραχμῆς. *Si-* » *clum* interpretatur *medimnum*, ſive *modium*, ut puto, *At-* » *ticum*. Ita videntur Carthaginienſes eam dictionem uſur- » paſſe: unde Hiſpani multa ſumſerunt & locorum & alia- » rum rerum vocabula. Hebraeis, a quibus caeteri omnes » acceperunt, *ſchakàl* (ſive, mollius pronunciando, *ſakàl*) » eſt *menſuram pondere examinare*; & *ſékel*, *pondus*. Ab ea- » dem origine, σίγλος in Perſide genus nummi eſt appella- » tum, teſte Xenophonte. « CASAUBONUS. — Bene haec habent; at fortaſſe Polybius valorem τοῦ σίκλου pluribus quibusdam verbis expoſuerat; Athenaeus autem, niſi quid librariorum culpâ intercidit, nonniſi unum vocabulum μέδιμνος explicandi cauſſa, in parentheſi poſitum, adiecit. Nam verbum ἐστὶ quidem hoc loco ad reliquam ſententiam, ſi quid video, prorſus erat neceſſarium; ſignificans, *valet*, *conſtat*, *venale eſt*, *venditur*, intellecto vocabulo ὤνιος. Sic apud Lucian. in Vitarum Auctione, cap. 26. Πόσου δ' ἔστιν; Εἴκοσι μνῶν. — *Mox*, τριώβολον & τετρώβολον b recte ſcriptum in mss. *A.* & *Ep.* itemque in ed. Ven. niſi quod in hac, τετράβολον, operarum errore.

ὗς δὲ πίων ἑκατὸν μνᾶς ἄγων. Vulgatum ὗς δείπνων Dalecampius intellexerat de *ſue coenis iam apta*. Perſpecte vero CASAUBONUS: » Ne errent, (inquit) hîc tirones, do- » ctorum virorum interpretatione decepti: negamus Grae- » cum loquendi genus eſſe ὗς δείπνων. Scribendum eſt, ὗς

b »δὲ πίων: quamvis reclamantibus antiquis exemplaribus & »Excerptis.« — Certiſſimam adoptavi emendationem, quâ & noſtri indigebant mssti.

»Verte iſta, Τὰ δὲ τῶν ἀγρίων ζώων κρέα σχεδὸν οὐδὲ »καταξιοῦται τιμῆς, ἀλλ' ἐν ἐπιδόσει καὶ χάριτι τὴν »ἀλλαγὴν ποιοῦνται τούτων: *Ferina pretio fere nullo habetur: »ſed vel auctarii loco eam tradunt, vel gratis largiuntur.* ἀλλα»γὴν ποιεῖσθαι dicuntur & *qui emtiones & venditiones contra»hunt*, ut fit in foro & macello; hîc vero etiam, *qui do»nant aliquid.* In univerſum omnis *contractus* eſt ἀλλαγὴ, »ex antiqua *permutandi* conſuetudine.« CASAUBONUS. — Bene haberet καταξιοῦται, ſi dediſſent veteres libri. Sed mendoſe quidem καταξιοῦτο ſcriptum in ed. Ven. & Baſ. κατηξιοῦτο vero in utroque cod. msto.

»Corrupta ſunt grati convivae de ſplendido conviva»tore verba: ἐμπίπλησι παντοίων ἀγαθῶν ὁσημέραι, τοῦ »δεδς καὶ μεγαλόφρονος φιλοτιμούμενος οὐδὲν φερο»μένοις οἴκοθεν, ἢ λογάρια. Manuales Athenaei codices »nihil nos adiuvant: at iuvant Excerpta, ex quorum fi»de ſcribendum, ἐμπίπλησι παντοίων ἀγαθῶν ὁσημέραι με»τὰ τοῦ ἡδέος καὶ μεγαλοφρόνως φιλοτιμούμενος »οὐδὲν φερομένους οἴκοθεν ἢ λογάρια. Id eſt, *non ſo»lum ſuavem nobis ſe praebens, ſed etiam magnifice liberalem »ac munificum, quotidie omne genus bonis nos replet, qui do»mo nihil afferimus niſi diſſertatiunculas.* Appellat λογάρια, »*recitatiunculas ex vetere lectione*, quas libro primo [p. 4. b.] »vocabat τὰ ἀπὸ τῶν στρωματοδέσμων γράμματα: & li»bro VII. [pag. 277. b.] τὰς ἐκ τῶν βιβλίων συμβολάς. »Λογάρια hîc *oratiunculas* interpretari nolim. In Gloſſis »legitur: λογάδιον, *ratiuncula*: malim λογάριον aut λογί»διον; nam λογὰς eſt aliud.« CASAUBONUS. — Perperam utique ὁσημέραι τοῦ ἡδέος erat in ed. Ven. & Baſ. abſque praepoſitione; tum ὁσημέραι τοῦ δέος in ed. Caſ. 1. & 2. (rurſus vero τοῦ ἡδέος in ed. Caſ. 3.) Recte vero μετὰ τοῦ ἡδέος in ms. *A.* & *Ep.* Dein μεγαλοφρόνως habet etiam uterque cod. ms. Denique φερομένοις quidem cum editis tenet ms. *A.* ſed φερομένους tuetur ms. *Ep.* Ad φερομένους intelligendum eſſe pronomen perſonale ἡμᾶς, facile per ſe patet: poteſt autem hic accuſativus (quemadmodum accepiſſe videtur Caſaub.) a verbo ἐμπίπλησι pendere; ſed videtur proxime ad verbum φιλοτιμούμενος referendus, ut ſtructura orationis in hunc modum con-

cipiatur, φιλοτιμούμενος ἡμᾶς μετὰ τοῦ ἡδέος καὶ μεγαλοφρόνως, id eſt, *non modo* ἡδέως, *ſed &* μεγαλοφρόνως, *non modo iucunde, verum etiam magnifice nos accipiens.* Sic verbum φιλοτιμεῖσθαι & eâdem fere notione uſurpatum fuerit, & eâdem ratione conſtructum, atque φιλοφρονεῖσθαι aut δωρεῖσθαι: cuius quidem uſus non aliud mihi exemplum innotuit praeter illud quod ex Theophylacto a Budaeo in Commentar. Ling. Gr. pag. 853. citatum H. Stephanus in Theſ. repetiit, δυστυχεστάτῳ φιλοτιμούμενος δώρῳ τὸν Πρίαμον.

AD CAP. II.

Ἀλλὰ μήν, ἄνδρες ἰχθύες, κατὰ τὸν Ἄρχιππον. Sic rurſus ἄνδρες ἰχθύες ait p. 334. ridiculâ adpellatione ex *ARCHIPPI* fabula *Piſcibus* deſumtâ, de qua paulo ante (VII. 329. c.) dictum. Alibi, ubi Cynici compellantur, ἄνδρες κύνες dicere amat Deipnoſophiſta. Nunc hos qui nil niſi *piſces* loquebantur cogitabantque, quaſi ipſi in piſces mutati fuiſſent, *viros piſces* adpellat.

παρελίπετε - - - τούς τε ὀρυκτοὺς ἰχθύας καλουμένους. Cum olim, omiſſis parentheſeos ſignis, ſic ſcriberetur, παρελίπετε. Δεῖ γὰρ &c. monuit CASAUBONUS: »Scribe »παρελίπετέ τι: *aliquid eſt a vobis praetermiſſum.*« — At quisquis ad totius orationis greſſum adtenderit animum, nobiscum (puto) intelliget, inſerto pronomine τι minime opus eſſe, ſed ita, uti adhibitis parentheſeos ſignis indicavimus, continuari orationem, ut cohaereant iſta verba παρελίπετε τούς τε ὀρυκτοὺς ἰχθ. καλουμ. De quo etiam eruditiſſimus CORAY monuit in *Notis msstis*, adiectâ totius loci verſione latinâ huiusmodi: »*At enim, o Viri piſces,* »*ut eſt apud Archippum, praetermiſiſtis* (*aequum eſt enim, ut* »*nos quoque iis quae dicta ſunt de piſcibus pauca addamus*) *pi-*»*ſcesque foſſiles &c.*« — Illud quaeri poterit, quo ſpectet τε particula, cum in ſequenti oratione nihil reperiri videatur, quod iſti coniunctivae voculae reſpondeat. Nempe id haud dubie, licet ratione minus apertâ, in illis verbis continetur, Ὁ δ' αὐτὸς οὗτος φιλόσοφος καὶ περὶ τῶν πηγνυμένων διὰ χειμῶνος τῷ κρυστάλλῳ ἱστόρησεν: quae ad illa ſuperiora verba τούς τε ὀρυκτοὺς ἰχθύας eâdem prorſus ratione referuntur, ac ſi dixiſſet, καὶ τοὺς πηγνυμένους διὰ χειμ. τῷ κρυστ. περὶ ὧν ὁ αὐτὸς οὗτος φι-

c λόσοφος ἱστόρησεν. At CASAUBONUS sibi persuaserat, recte cohaerere ista verba, προσοφωνῆσαι τοὺς ὀρυκτοὺς ἰχθ. quae vulgo nullâ post προσοφωνῆσαι interpositâ distinctione iuncta erant. »Narrantur [inquit] aliquot piscium miracula. Ac »primum de *piscibus terrenis* agit. Δεῖ γὰρ, inquit, καὶ ἡμᾶς »προσοφωνῆσαι τοὺς ὀρυκτοὺς ἰχθύας.« [Particulam τε consulto nunc omisisse vir doctus videtur.] »Interpretes ὑμᾶς: »libri, ut est editum. De *piscibus fossilibus* Aristoteles in »libello DE Miraculis auditis, & Strabo libro IV. [p. 182.] »ac XII. [p. 562 sq.] Aetatis quoque nostrae viri docti ad »Albim in Germania atque alios fluvios pisces effodi ob»servarunt, ac monumentis suis prodiderunt.« — De *Piscibus fossilibus* seu *subterraneis* (quos *terrenos* Plinius vocavit lib. IX. cap. 57. sect. 73.) plurima cum veterum scriptorum tum recentiorum testimonia collegerunt viri doctissimi, *Ioh.* BECKMANN, in Notis ad Aristot. libellum DE Mirabilibus Auscult. cap. 74 sq. & *Ioh.* HERMANN, in Notis ad Polybii Historiar. lib. XXXIV. cap. 10, 4. Tomo VIII. Part. 1. nostrae edit. pag. 118. Sicut hîc dicit Democritus conviva, δεῖ γὰρ καὶ ἡμᾶς μικρὰ προσοφωνῆσαι, sic deinde rursus p. 346. c. τοσαῦτα ὑμῖν προσοφωνήσας παρῆλθον. οἳ ἐν Ἡρακλείᾳ γίγνονται, καὶ περὶ Τίον τοῦ Πόντου, — — ἱστοροῦντος περὶ αὐτῶν Θεοφράστου. Cum περὶ αὐτοῦ esset editum, adnotavit ad hunc locum CASAUBONUS: »Ait, »*narrante id Theophrasto*: sed malo περὶ αὐτῶν, *commemo»rante eos Theophr.* In fragmento libelli Theophrastei, de »Piscibus inscripto, Τίος non nominatur, sed simpliciter »*regiones Ponticae.* Plinius ex eodem, pro *Tio, Cromnam* ha»bet. Fuit is pagus *Tio* vicinus. Ex his, & aliis item duo»bus, Amastris urbs in Ponto nobilis fuit composita.« — περὶ αὐτῶν perspicue dedit vetus noster cod. *A.* De Tio, Cromna & Amastri quae adnotavit Casaubonus, ea leguntur apud Strab. lib. XII. p. 544. ubi Τήϊον vulgo pro Τίον editur. Quae Plinius l. c. de fossilibus piscibus habet, eorum auctorem *Theophrastum* diserte ipse laudavit. Iam in Theophrasti Fragmento de Piscibus, quod hodie supereſt, (pag. 469. ed. Heinſ.) potuit, sicut *Cromnae* mentio, quod oppidum nominavit Plinius, sic & *Tii*, cuius nomen apud Athenaeum servatum, sive librariorum incuria invercidere, sive per Excerptoris studium brevitatis omitti. At *Tii* tamen, cuius nomen apud Nostrum haud multo etiam ante, (lib. VII. pag. 325. e.) cum obliteratum esset per li-

brariorum imperitiam, reſtitutum a nobis auctori eſt, in eodem Theophraſti loco, de quo quaerimus, ſupereſſe etiamnum veſtigium haud obſcurum videtur. Nam, cum ibi hodie ſic legatur: Οἱ δ' ὀρυκτοὶ τῶν ἰχθύων (εἰσὶ γὰρ ἐνιαχοῦ καὶ τοιοῦτοι, καθάπερ τῶν περὶ Ἡράκλειαν καὶ ἄλλοθι τῶν ἐν τῷ Πόντῳ) γίνονται μὲν καὶ παρὰ τοὺς ποταμοὺς &c. velim ſcire quid ſit illud, καθάπερ τῶν περὶ Ἡράκλειαν, aut ille genitivus τῶν quo ſpectet? Quin perquam probabile videri debet, ſic ſcriptum olim fuiſſe, καθάπερ περὶ Τίον, περὶ Ἡράκλ. (ac fortaſſe hîc inſertum erat, περὶ Κρώμναν) καὶ ἄλλοθι &c.

περὶ τῶν πηγνυμένων διὰ χειμῶνος τῷ κρυστάλλῳ. Rectius hoc, διὰ χειμῶνος, quod dedit ms. *Ep.* id eſt, *per hyemem*, quam διὰ χειμῶνα, quod hîc legebatur, ſonabatque *propter hiemem.*

» Ait, ὀρύττεσθαι γὰρ κατὰ βάθος πλέον ἐς τοὺς τό- d
»πους. Lege κατὰ βάθους πλέονος τοὺς τοπ. Plinius »[loco ſupra cit.] idem tradit: *In Paphlagonia effodi piſces* »*gratiſſimos cibis terrenos, altis ſcrobibus in his locis ubi nul-* »*lae reſtagnant aquae. Miraturque & ipſe* [Theophraſtus,] *gi-* »*gni ſine coitu.* Videamus quid ſibi illa velint, οὔτε θερ- »μῶν ναμάτων. Nam quorſum *aquae Herculaneae* ad piſcium »generationem? Sed neque Plinius harum meminit, Theo- »phraſti hunc locum interpretans; neque illarum ulla in »Theophraſti codicibus mentio: ubi ſcribitur, τὸν δὲ τό- »πον οὔτ' ἐπίκλυσιν ποταμοῦ λαμβάνειν, οὔθ' ὕδατος σύστα- »σιν. Sine dubio ſcripſerat hîc Athenaeus, ὀρύττεσθαι γὰρ »κατὰ βάθους πλέονος τόπους« [quin teneri poterat, τοὺς τόπους: *loca iſta, loca iſtius regionis.*] »οὔτε ποτα- »μῶν ἐπιχύσεις ἔχοντας, οὔθ' ἑτέρων ναμάτων. Eam- »dem ſententiam magnus praeceptor [Ariſtot. De Mirab. »Auſcult. cap. 75.] iam ante aliis verbis ita expreſſerat: »οὔθ' ὑδάτων φανερῶν πλησίον ὄντων, οὔτε ποταμῶν ἐπιῤ- »ῥεόντων. Inveni in optimis Excerptis ſic: οὔτε ποτ. ἐπιχ. »ἐχ. οὔτε θερμῶν ναμάτων τὸ καινότατον. Sed poſtrema »verba neque Theophraſti ſunt, neque Athenaei: quam- »quam illa habet etiam Euſtathius [ad Odyſſ. μ'. p. 486, »13.] quem ſaepius lapſum hoc duce oſtendimus.« Ca- SAUBONUS. — Ubi κατὰ βάθος πλέον ἐς τοὺς τόπους habebant editi, ibi eodem errore tenetur noſter ms. *A.* Epitomae auctor vero, abiectis verbis quae corrupta eſſe intellexerat, nude κατὰ τόπους ſcripſit. Nobis ita proba-

d bilis visa est Casauboni emendatio, ut in contextum recipere non dubitaremus. Etiam οὔθ' ἑτέρων, pro mendoso οὔτε θερμῶν, adoptavimus; quamquam fieri potest, ut θερμῶν illud ex φανερῶν corruptum sit, quod legitur apud Aristotelem. Sane & alibi subinde literae Θ & Φ per librariorum errorem permutatae inter se reperiuntur. Quae ex Hoeschelianis Excerptis retulit Casaubonus, eadem in nostro ms. *Epit.* leguntur: nec vero erravit ibi Epitomae auctor, nec in errorem induxit Eustathium: sed pro instituto suo, quae pluribus verbis dixerat Athenaeus, in pauciora contraxit, verba nonnihil etiam mutans, servatâ sententiâ. Nempe initio huius periodi, quae fere cum Theophrasto in hunc modum scripserat Athenaeus, Ἴδιον δὲ παρὰ τούτους συμβαίνει, τὸ περὶ τοὺς &c. ea ille sic contraxit: Εὑρίσκονται δὲ καὶ ἐν Παφλ. ὀρυκτοὶ ἰχθῦς ζῶντες, κατὰ τόπους - - - ναμάτων, τὸ καινότατον: interpositâ post ναμάτων distinctione, ut verbis τὸ καινότατον *novitatem rei*, id est *mirabilitatem* indicaret, quam Theophrastus istis verbis initio positis Ἴδιον δὲ &c. indicaverat. In pleniore opere ad infinitivum ὀρύττεσθαι γὰρ intelligendum verbum φασὶν, quod exserte adiectum legitur apud Theophrastum.

AD CAP. III.

Μνασέας δὲ ὁ Πατρεὺς &c. »Sequitur iam aliud miraculum, »de *Piscibus vocalibus*. Ait: Μνασέας ὁ Πατρεὺς, ἐν τῷ Πε»ρίπλῳ, τοὺς ἐν τῷ Κλείτορι φησὶν ἰχθῦς φθέγγεσθαι. In »eodem *Arcadiae* tractu tres vicini fluvii sunt, *Ladon*, *Cli»tor*, & *Aroanius*. In quo ex istis tribus amnibus *pisces vo»cales* fuerint, magna inter veteres dissensio. *Mnaseas* »ait, in *Clitore*: *Philostephanus* mox, in *Aroanio*: »*Clearchus* paulo post, [pag. 332. f.] in *Ladone*. Eusta»thius, [ad Od. μ'. pag. 486, 24.] ut Mnaseam & Clear»chum conciliaret, scribit, τοὺς ἐν τῷ Κλείτορι ποταμῷ »Ἀρκαδίας περὶ τὸν Λάδωνα ἰχθύας. Melius paulo post »Athenaeus: περὶ Κλείτορα τῆς Ἀρκαδίας, ἐν τῷ Λάδωνι »καλουμένῳ ποταμῷ, id est, *in Ladone fluvio Arcadiae, cir»ca urbem Clitorem*. Errat auctor Epitomae, si modo ille »ita scripsit, ut noster liber habet, ἐν τῷ Κλείτορι ποτα»μῷ Ἀρκαδίας, ἐν τῷ Λάδωνι ποταμῷ.« Casaubonus. — Eodem modo scribitur in nostro ms. *Ep.* sed videtur

librarii is error esse, non Breviatoris. Hic enim, ut erat & non modo brevitatis studiosus, sed & doctus homo minimeque absurdus, sic nonnumquam paulo commodiore ordine, quam quo ipse Athenaeus usus erat, res digessit. Itaque, quae Athenaeus ex *Clearcho* pag. 332. f. adposuit, quibus multo commodior hîc locus erat, ea ibi omisit Breviator, & huc transtulit, ubi tali quodam modo scripsisse videtur: Ὅτι Μνασέας ὁ Πατρεὺς φησὶ τοὺς ἐν τῷ Κλείτορι ποταμῷ, ὁ δὲ Κλέαρχος περὶ Κλείτορα τῆς Ἀρκαδίας ἐν τῷ Λάδωνι ποταμῷ, ἰχθῦς φθέγγεσθαι: librarius vero a verbis ἐν τῷ Κλείτορι ad ista περὶ Κλείτορα aberrans, partim mutilavit istam scripturam, partim turbavit.

καί τοι μόνους εἰρηκότος Ἀριστοτέλους φθέγγεσθαι σκάρον καὶ τὸν ποτάμιον χοῖρον. Recte μόνους edd. cum ms. *Ep.* Perperam μόνου ms. *A.* Porro, cum κάπρον in ed. Cas. legeretur, monuit idem CASAUB. in *Animadversionibus*: »Editum voluimus σκάρον, non κάπρον. Edebatur ante »σκάφρον. Eustathius ad Ὀδυσσ. μ'. diserte scribit σκάρον: »[p. 486, 8. Σιγηλὸν γὰρ ὁ ἰχθὺς, δίχα γε τοῦ σκάρου.] »quam lectionem confirmat, quod de lingua scari ex eo»dem Aristotele superiore libro narrabatur. Vide cap. XX. « [nempe caput XX. Animadversionum Casauboni, quod spectat ad VII. 319. e.] » Ex quo autem philosophi opere »haec describat auctor, nescio: in quarto certe Historia»rum, capite nono, ubi hoc argumentum accurate tra»ctatur, longe docemur aliter.« CASAUBONUS. — Recte σκάρον tuetur uterque noster codex mstus. Consentit Oppianus, Hal. I. 134. τὸν σκάρον, dicens, ὃς δὴ μοῦνος ἐν ἰχθύσι πᾶσιν ἀναύδοις φθέγγεται. Desumsit autem ista Athenaeus ex deperdito Aristotelis opere. Nusquam enim in libris superstitibus *vocalem* esse σκάρον tradit Philosophus: neque huc spectat (quod huc retulit Casaubonus) id quod de *lingua scari* ex Aristotele tradidit Athenaeus lib. VII. p. 319. e. Nec enim linguae maxime motu efficitur ille sonus, qui non tam *vox* est proprie dicta, quam strepitus, quem efficit aqua cum impetu ex ore propulsa; ut ait Philoponus in Commentar. in lib. II. Aristotelis de Anima, apud Suidam, voce Πνεύμων: quod ipsum etiam Oppianus significat, cum ait φθέγγεται ἰκμαλέην λαλαγήν. Neque alia ratio illius soni est, quem efficit *fluviatilis* ille *porcus* (ποτάμιος χοῖρος) ex eodem Aristotele hîc commemoratus; qui non esse alius utique videtur atque

ille κάπρος ὁ ἐν τῷ Ἀχελῴῳ, quem nominat Philosophus Histor. Anim. IV. 9. de quo Plinius lib. XI. c. 51. sect. 112. ex eodem Aristot. ait: *is qui caper vocatur* [nisi *aper* scripsit] *in Acheloo amne, grunnitum habet.* Et ex Apione, idem Plinius, XXXII. 2, 9. *Apion maximum piscium esse tradit porcum, quem Lacedaemonii orthragoriscum vocant: grunnire eum cum capiatur.* Confer Gesnerum de Aquat. pag. 755. & 835.

Φιλοστέφανος - - ἐν τῷ Περὶ τῶν παραδόξων Ποταμῶν. Nescio quo fundamento Vossius, lib. I. de Historicis Graec. cap. 15. hunc locum ita citarit, quasi scriptum sit, ἐν τῷ γ'. περὶ τῶν &c. id est, ut ipse interpretatur, *in tertio De Fluminibus admirabilibus.* Sane nec in editione ulla Athenaei numeralis nota comparet, nec e msto libro enotatum tale quid usquam reperio.

e *Ibid.* ἐν Ἀροανίῳ. »In verbis PHILOSTEPHANI, pro »ἐν Ἀόρνῳ τῷ ποταμῷ, scribendum est ἐν Ἀροανίῳ τῷ »ποτ. quod & Dalecampio venisse in mentem video. PHI»LOSTEPHANI & MNASEAE sententias non difficile com»posueris. *Clitor* enim & *Aroanius* fluvii, e diversis locis »orti, in unum postea conveniunt, illo in hunc influen»te. Itaque ex duobus fit unus binominis. Pausanias au»ctor: [lib. VIII. cap. 21.] qui istos pisces nominat *poe»cilias*, & addit, *se captos quidem poecilias vidisse, at sonum »illorum non audisse; cum tamen capiendi experimenti caussa ad »amnem hunc accessisset, atque in ripa ad vesperam usque esset »praestolatus, quod eo maxime tempore dicerentur audiri.* Pli»nium, qui *vocalem* facit *exocoetum*, *Clitoris fluvii piscem*, »[lib. IX. cap. 19. sect. 34.] non dubito *poecilias* cum *exo»coeto* confudisse, ut dicemus sequente capite.« CASAUBONUS. — Vide ad pag. 332. c. Vulgatum ἐν τῷ Ἀόρνῳ tenet uterque noster codex mstus: quam scripturam mendosam cum Casaubono iudicavi, fide librorum Pausaniae, locupletis & oculati testis, qui Ἀροάνιον *Arcadiae fluvium* plus semel nominavit. *Aornus* oppidum erat Thesprotiae.

Νυμφόδωρος δ' ὁ Συρακόσιος. Sic ms. *A.* Gentile nomen deest *Epit.* *Mox*, τιθάσους simplici σ scriptum habet codex ms. uterque; penacute vero τιθάσους ms. *A.* De argumento haec adnotavit CASAUBONUS: »Tertii mi»raculi loco sunt *pisces mansueti*, quorum nonnulla pro»feruntur exempla. Possunt iis addi quae de aliis mansue-

» factis piſcibus ſcribit Lucianus in libello de Syria Dea, » [cap. 45.] quorum & Plinius meminit. [XXXII. 2, 8.] » Varro Rei Ruſticae libro III. [cap. 17.] *Hi loculatas ha-* » *bent piſcinas, ubi dispares discluſos habent piſces, quos proin-* » *de ut ſacri ſint, ac ſanctiores quam illi in Lydia, quos ſacri-* » *ficanti tibi, Varro, ad tibicinem Graecum gregatim veniſſe di-* » *cebas ad extremum litus atque aram, quod eos capere auderet* » *nemo, &c.* Poſſent etiam veteribus exemplis recentia ad- » di non minus mirabilia.«

ἐν τῷ Ἑλώρῳ ποταμῷ λάβρακας εἶναι. Horum & Plinius meminit, IX. 2, 7. & alii quos ibi laudavit Harduinus.

τά τε ἀπὸ τῶν ἱερείων σπλάγχνα. Dalecampius: *& a ſa-* f *cerdotibus victimarum exta.* Quo ſpectans Casaubonus: »Recta (inquit) ſcriptura eſt ἱερείων: neque audiendi qui » faciunt ἱερέων.« — *Ibid.* εἰπεῖν οὖν αὐτοῖς τοὺς τῶν Δη- λίων μάντεις &c. »*Portento* illi, quo *maris imperium Athe-* » *nienſibus promiſſum*, ſimile illud quod bello Siculo Augu- » ſtum erexit in ſpem potiundi maris, ut narrant hiſtorici » & Plinius lib. IX. cap. XVI.« Casaubonus. — Vide Sueton. Aug. c. 96.

AD CAP. IV.

» Iterum de *terrenis piſcibus*, ex *Polybio*. Narrat, *a* a » *Pyrenaeis ad Narbonem fluvium planitiem quandam porrigi*, » *perque eam* φέρεσθαι ποταμοὺς Ἰλέβερνιν καὶ Ῥόσκυνον: *in* » *huius tractus campis paſſim effodi piſces.* De hoc plura olim » ad quartum librum Strabonis, qui magnus auctor rem » eandem ex eodem Polybio ibi commemorat. [pag. 182. » ed. Caſaub.] Itaque ſcribe hîc ex illo loco ποταμοὺς Ἰλύ- » βιρρῖν καὶ Ῥουσκίνωνα.« Casaubonus. — Vide Polybium noſtrum, in Reliq. libri XXXIV. cap. 10. & ibi Notata. Ἰλλέβερινν h. l. dedit ms. *A*. quod ſatis probum erat: in Ῥόσκυνον nil mutat; & tenendum hoc putavi. Utriusque fluminis nomen praetermiſit Breviator: ſed initio, ubi eſt ἕως τοῦ Νάρβωνος, ſic ille ſcripſit, ἐν τῷ κατὰ Νάρβον ποταμὸν Κελτικῷ πεδίῳ. De re ipſa conſule doctos viros ſupra laudatos, Beckmannum & Hermannum locis citatis, itemque Schneiderum in Hiſtor. Piſc. pag. 327.

διάμμου τῆς γῆς οὔσης ἐπὶ δύο καὶ τρεῖς πήχεις. Invitis libris omnibus, neceſſario ἐπὶ pro ὑπὸ fuit ſcri-

bendum, *AD duorum vel trium cubitorum altitudinem.* Quod miror non animadverſum doctiſſimo CASAUBONO; qui mox ad ſequentia verba, cum ſic edita legerentur, ὑποῤῥεῖν τὸ πλαζόμενον ὑπὸ τῶν ποταμῶν ὕδωρ, recte monuit: »Scribe ἀπὸ τῶν ποτ. Non ὑπὸ, ſed ἀπὸ, & ſenſus poſtulat »& Hellenismus. Nam aqua illa, quae per obſcuros terrae meatus penetrat, dicitur πλάζεσθαι ἀπὸ τῶν ποταμῶν, id eſt, *fluviis relictis errare.* In Excerptis non male, »πλαζόμενον τὸ ποτάμιον ὕδωρ. [Sic & noſter ms. *Ep.*] »At interpres [Dalecampius, *quam admovent aquam fluvii,*] »τὸ πελαζόμενον ὑπὸ τῶν ποτ. ſane quam abſurde.« — Recte vero πλαζομ. ἀπὸ τῶν ποτ. dedit noſter ms. *A.*

b Ἐν Ἰνδοῖς δὲ &c. »Inter *miraculoſos piſces* referuntur non »iniuriâ *Indici illi, quos*, auctor eſt THEOPHRASTUS, *rana»rum inſtar in ſiccum ſalire ſolitos.* Ἐν Ἰνδοῖς δὲ, inquit, »φησὶ Θεόφραστος, τοὺς ἰχθῦς ἐκ τῶν ποταμῶν ἐξιόντας »καὶ πηδῶντας πάλιν ἐς τὸ ὕδωρ ἀπιέναι. Ut ſunt Athe»naei verba, credas *omnibus piſcibus* omnium Indiae flu»viorum hanc eſſe naturam communem. Theophraſtus »ait, *eſſe quosdam in India piſciculos hoc ingenio.* Aſtrin»gamus igitur laxam nimis orationem, & ſcribamus τι»νὰς ἰχθῦς. Plinius vertit: [IX. 19, 35.] *Quin & in In»diae fluminibus certum genus piſcium exit in terram*, ac »deinde reſilit.« CASAUBONUS. — τοὺς ἰχθῦς tenent mssti cum editis: & potuit ſic ſcribere Athenaeus, quamquam rectius τινὰς dicturus fuiſſet. Ac ne apud Theophraſtum quidem τινὰς legitur, pag. 467. ed. Heinſ. ſed τὰ δὲ ἐν Ἰνδοῖς ἰχθύδια: quod quidem haud dubie nonniſi de *certo quodam genere* intelligendum cum Plinio.

ὁμοίους ὄντας τὴν ἰδέαν τοῖς μαξεινοῖς καλουμένοις ἰχθῦσιν. »Iſti de ſaliorum proſapia piſces *ſimiles* dicuntur »eſſe τοῖς μαξεινοῖς. In Theophraſti codicibus hodie, τοῖς »μαζίναις καλουμένοις: & quaerunt docti, quinam ſint iſti »*mazinae*, quorum alius nemo fecerit mentionem. Libro »tamen VII. [pag. 322. b.] in Epicharmi verſu nominan»tur μαζοὶ piſces: ſed μαξεινοὶ diſerte libro eodem [pag. »315. f.] ex Dorione DE PISCIBUS, ὃν καλέουσί τινες ὀνί»σκον τε καὶ μαξεινόν. Et fortaſſe vera ubique ſcriptura »μαξεινὸς aut μάξεινος: vel certe μυξινὸς [aut μυξῖνος] »ex Ariſtotele & membranis, ut dicebamus libro ſuperio»re, cap. XVIII. [Animadv. ad pag. 315. f.]« CASAUBONUS. — Apud Theophraſtum hodie (in editione qui-

dem Heinſiana, Lugd. Batav. 1613. pag. 467 extr.) legitur τοῖς μυξίνοις καλουμένοις, non μαζίναις. Caeterum confer quae ad citata loca notavimus.

AD CAP. V.

περὶ τοῦ ἐξωκοίτου. »Exilientium nobiliſſimus piſcis eſt c »*exocoetus*, qui & *adonis*. Plinius hunc facit *Arcadiae* pro»prium, libro IX. cap. 19. [ſect. 34.] Fluvialis igitur: »Arcadia enim in Peloponneſi meditullio ſita, nulla ex »parte mare contingit, &, ut cum Plinio dicam, undi»que a mari eſt remota. Quin manifeſto *fluvialem* eſſe »*exocoetum* indicat, ſcribens: *Miratur & Arcadia ſuum exo»coetum, appellatum ab eo quod in ſiccum ſomni cauſſa exeat. »Circa Clitorim vocalis hic traditur, & ſine branchiis: idem »aliquibus adonis dictus.* Graeci ſcriptores conſentiunt *ma»rinum* eſſe hunc *piſcem.* CLEARCHI clariſſima hîc verba, »quibus nihil poteſt opponi. Similiter Oppianus: [Hal. I. 158.]

»Ἄλλοι δ' ἐξώκοιτον ἐφήμισαν, οὕνεκα κοίτας
»ἐκτὸς ἁλὸς τίθεται. —

»Fallitur igitur Plinius in hac hiſtoria; & duo genera pi»ſcium, *poeciliarum* [vide ſupra pag. 331. e. & ibi not.] & »*exocoetorum*, unius loco accepit, non ſimplici errore.« CASAUBONUS. — Conf. Schneiderum ad Aeliani DE Nat. Anim. lib. IX. cap. 36. & in Hiſtor. Piſc. p. 23. Caeterum ἐξωκοίτου meminit etiam Theophraſtus pag. 467. ſub ipſum initium libelli DE Piſcibus.

τὸ δὲ σύνολον ὁμοιότατός ἐστι τῷ καλουμένῳ τράγῳ d ἰχθυδίῳ. »Maenam marem dici τράγον quo tempore dat »operam ſoboli, auctor eſt Ariſtoteles libro VIII. Hiſto»riar. [cap. 30.] An eundem piſcem CLEARCHUS *Solenſis* »intellexerit, quaeri poteſt. Placet enim doctis viris, τρά»γον hîc eſſe *gobionem nigrum*, non Ariſtotelicum tragum. »[Rondelet apud Gesn. pag. 395.] Sed cum ἰχθύδιον hir»cum iſtum Clearchus appellet, maenam potius quam go»bionem, niſi fallor, deſignat: eſt enim maena revera pi»ſciculus gobione minor. Accedit quod Clearchus Ariſto»telis fuit diſcipulus inter primos & γνησιώτατος: a quo »didicerat & res & proprias rerum appellationes.« CA»SAUBONUS. — Cf. Schneiderum ad Aelian. l. c. *Ibid.* ὑπολαβὸν αὐτὸν τὸ κῦμα. Sic recte ms. uterque.

e φυλάττεται τῶν ὀρνίθων τοὺς παρευδιαστὰς καλουμένους. » *Aves quae placido mari circa littora paſcuntur.* Qui» dam *pareudiaſtas* legunt.« DALECAMPIUS. — » Probo ſcri» bi τοὺς παρευδιαστὰς potius quam παρευδιστάς. » Nam παρευδιάζειν dicitur, non παρευδίζειν. Eleganter » autem παρευδιάζειν illae aves dicuntur, quae alcyonia » ſtudioſe captant, ut per litora vagantes aliae piſciculis, » alga aliae ſe ſatient, aut ſimilibus quisquiliis, quae inter » maris ejectamenta habentur.« CASAUBONUS. — Vulgatum tenet codex ms. uterque. Iidem dein κηρύλος penacute ſcriptum dedere; non κήρυλος, ut erat editum. Tum pro vulgato ἑλώριος, ἑλώριος adoptavi ex ms. *Ep.* quam ſcripturam merito (ut videtur) praetulerat GESNERUS, DE Avib. pag. 546. avem aquarum amantem ratus παρὰ τὰς ἕλη (a *paludibus*) nomen inveniſſe. *Mox*, ἀποκυβιστήσῃ, recte ed. Caſ. cum *Ep.* Perperam ἀποκυβήσῃ ms. *A.* & ἀποκυμβήσῃ ed. Ven. & Baſ.

AD CAP. VI.

· οὗ πρότερον ἐμνήσθην. Sic recte ms. *A.* In *Epit.* iſta non leguntur. De re vide pag. 331. e.

f Ἐπεί τινες &c. » Conſideremus verba CLEARCHI *de pi*» *ſcibus vocalibus:* ἐπεί τινες τῶν ἰχθύων οὐκ ἔχοντες βρόγχον φθέγγονται· τοιοῦτοι δ' εἰσὶν οἱ περὶ Κλείτορα τῆς » Ἀρκαδίας ἐν τῷ Λάδωνι καλουμένῳ ποταμῷ· φθέγγονται » γὰρ, καὶ πολὺν ἦχον ἀποτελοῦσιν. Ariſtotelis ſententia » eſt: *quaecunque animalia vocem edunt, aut* φθόγγον, *ea φω*» *νεῖν τῶν ἄλλων μορίων οὐδενὶ πλὴν τῷ φάρυγγι: vocem* » *edere non alia corporis parte quam gutture.* [Vide Hiſtor. » Animal. IV. 9.] Guttur autem piſcibus nullum eſt, qui » neque pulmonem habent, neque reſpirant: quare & vo» ce carent iidem, neque aut φωνεῖν aut φθέγγεσθαι poſ» ſunt. Ex his intelligimus, cur dicat hîc Clearchus οὐκ » ἔχοντες βρόγχον. Appellat βρόγχον, quem philoſophus » φάρυγγα & λάρυγγα: etſi aliud proprie φάρυγξ, aliud » βρόγχος. Tacite igitur Clearchus praeceptoris ſui placi» tum convellit, qui διαῤῥήδην negaverat, animalia guttu» re carentia poſſe edere aut vocem aut ſonum. Sed ex » Plinii verbis de exocoeto, quae paulo ante recitavimus, » ſuſpicio eſt ſcripſiſſe Clearchum, οὐκ ἔχοντες βράγχια. » Non habere *bronchum* ſive *guttur*, omnium prope piſcium

» commune πάθος eſt: at *branchiis* carere, & tamen ſonum f
» edere, plane rarum & miraculoſum. Nam quod aliis ani-
» mantibus in edenda voce eſt guttur, id piſcibus ſunt
» branchiae in formando eo ſtridore quem vocat philoſo-
» phus τρισμόν. Clearchum tamen puto falſum animi: &
» piſces iſtos vocales non penitus carere branchiis exiſti-
» mo, ſed ἔχειν μὲν, ἔχειν δὲ ἀμυδρῶς, ut de talibus lo-
» qui ſolet philoſophus. Habent, inquam, vel minus per-
» ſpicuas & quaſi imperfectas branchias, vel aliquid intus
» ἀκανθῶδες, cuius attritu fit ille qui dicitur *ſtridor*, quem
» nominat Clearchus ἦχον. « CASAUBONUS. — Immo, tantum abeſt ut βράγχια ſcripſiſſe Clearchum exiſtimare debeamus, ut haud dubie erraſſe cenſendus ſit Plinius, IX. 19, 34. cum βρόγχον, quem dixit Clearchus, pro *branchiis* accepit. Nec hoc dixit Clearchus, piſces illos, quos vocales perhibent, hoc differre ab aliis piſcibus quod βρόγχον non habent: ſed haec (puto) plane ſententia verbis Clearchi ſubiecta eſt: *piſces illos, licet non magis, quam alii piſces,* βρόγχον (id eſt, *guttur*) *habeant, tamen ſonum edere.* In quo nil opus eſt ut pugnare diſcipulum cum praeceptore ſtatuamus: nec enim φωνὴν (*vocem*) *edere* illos piſces ait Clearchus, ſed φθέγγεσθαι, & ἦχον ἀποτελεῖν; quae verba non alio ſenſu accepiſſe Clearchus videtur, atque Ariſtoteles ſuum ψοφεῖν & ψόφον ποιεῖν: nam & lyram, cum ſonum edit, & crepantem ianuam, φθέγγεσθαι graece dici reperias.

Νικόλαος δ' ὁ Δαμασκηνὸς &c. » Quod ſubiicitur mira-
» culum ex NICOLAO DAMASCENO, illuſtrari debet ex ſi-
» milium caſuum hiſtoriis quae apud Strabonem libro pri-
» mo. « CASAUBONUS. — Quod in ea hiſtoria ſcriptum edidimus πικρόν τε καὶ γλαυκὸν ὕδωρ, id cum editionibus Ven. & Baſ. unice agnoſcit ms. *A.* aliique duo Pariſienſes codices, Villebrunio teſte: nec aliud in contextu habet ms. *Ep.* Id autem tacite mutavit in ſua editione Caſaubonus, cum in Epitoma (ut videtur) Hoeſcheliana, ſcripturam γλυκὺ reperiſſet, quae in noſtro ms. *Ep.* geminâ literâ υ ſuper vocabulo γλαυκὸν inter lineas poſitâ indicabatur. Fuerat illa, puto, Breviatoris coniectura; cui cur tantum tribuerit Caſaubonus, ut veluti nulli dubitationi obnoxiam adoptarit, minime equidem video. Sane ex his, quae continuo adiiciuntur, ſatis adparet *aquam* dicere Nicolaum *marinae ſimillimam*: quare ſicut γλαυκὴν

θάλασσαν & γλαυκὸν πόντον poëtae dicunt, ſic percommode *aqua marina* πικρόν τε καὶ γλαυκὸν ὕδωρ nominata fuerit. *Mox*, verba τῶν τε ἄλλων, quae perperam deerant editis, opportune dedere ambo noſtri mssti.

a ὕσαντα τὸν θεὸν ἰχθύσι. »De *piſcium & ranarum pluviâ* »quaerendum alibi accuratius.« CASAUBONUS. — Quam calamitatem ex innumerabili ranarum copia *circa Pannoniam & Dardaniam* accidiſſe ait *HERACLIDES LEMBUS*, eam Autariatas maxime Illyricum populum adflixiſſe referunt alii auctores. Vide Appiani Hiſtor. Illyric. cap. 4. T. I. p. 833. noſtrae edit. & quos ad eum locum laudavimus ſcriptores. In his quae ſequuntur, pro Ἐρεσσίων quod erat in ed. Ven. & Baſ. aut Ἐρεσσιῶν, quod peius etiam in ed. Caſ. ſcribebatur, recte Ἐρεσίων dedit ms. *A.* Tum Χερρονήσῳ, pro Χερρονήσῳ, dedit ms. *Ep.* *Dein*, ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας recte codex mstus uterque. *Porro*, Φύλαρχος cum editis recte tenet ms. *A.* In ſcripturâ vocis ἰχθύσι inconſtantes ſunt libri, mox ἰχθύσι, mox ἰχθῦσι ſcribentes: neutrum quidem male: ac potuere alii auctores, e quibus ſua deſcripſit Athenaeus, hac uti ſcriptura, alii illâ. *Denique*, ὕσεν recte ms. *Ep.* ὗσεν edd. neſcio an & ms. *A.*

b Sub finem capitis, τοὺς πόδας ἐπὶ τὴν γῆν θεῖναι uterque rurſus codex ms. dedit.

AD CAP. VII.

Οἶδα δὲ καὶ Ποσειδώνιον &c. »In ea hiſtoria, quae re-

c »fertur ex *POSIDONIO*, ſcribe ὡς ὁ Σαρπηδὼν λειφθεὶς, »*victus*: non ληφθείς. *Sarpedonem* & Strabo nominat, »paucis hanc hiſtoriam ex eodem Poſidonio deſcribens: »[lib. XVI. pag. 758.] ſed, cuius auſpiciis bellum gere»ret Sarpedon, non dicit Geographus. Ex hiſtoria illorum »temporum facile cognitu eſt, ducem egiſſe hunc copia»rum *Demetrii* regis, Seleuci fil. qui in expeditione con»tra Parthos periit. Errant qui *Demetrium* hunc putant eſ»ſe Demetrium Poliorcetem, cuius vitam ſcripſit Plutar»chus; errant, inquam, totâ viâ. Male etiam accipiunt »verba Strabonis qui ex iis eliciunt, Ptolemaeo Sarpedo»nem militaſſe. οἱ Πτολεμαεῖς, inquit Strabo loquens de »*Ptolemaide* Syriae, μάχην συνῆψαν πρὸς Σαρπηδόνα τὸν »στρατηγόν. Boni viri transformarunt Πτολεμαεῖς, qui »ſunt Ptolemaidis oppidi cives, in Ptolemaei regis duces.

» Multa iam incredibilis cuiusdam incogitantiae argumen- c
» ta habuimus: μετὰ καὶ τόδε τοῖσι γενέσθω. Victus igitur
» eo proelio *Sarpedon*, pro Demetrio pugnans, *a Ptole-*
» *maënsibus*, qui tum stabant a *Tryphonis* partibus. De his
» accipienda sunt haec, Οἱ δὲ τοῦ Τρύφωνος ὤδευον κατὰ
» τὸ πλησίαλον νικήσαντες τῇ μάχῃ. Restitue scripturam
» veterem, & Athenaei ipsius, νικήσαντες τὴν μάχην.
» Eustathius: [ad Od. α'. pag. 27, 11.] Ὁ δὲ ἀγχίαλος
» τόπος καὶ ἀμφιάλος δασύνουσι τὸ μέσον α κατὰ τοὺς πα-
» λαιούς. οὕτω δὲ καὶ ὁ πλησίαλος, οὗ χρῆσις κατὰ τὸν
» Ἀθήναιον παρὰ Ποσειδωνίῳ, ἐν τῷ, Ὤδευον &c. Cum au-
» tem repentina inundatio Ptolemaënses obruisset, & mor-
» tuos in littore destituisset, Sarpedonis milites reversi,
» τοῖς τῶν πολεμίων σώμασιν ἐφήσθησαν, *hostium strage* visa
» *laetati sunt*. Dalecampius emendat ἐφείσθησαν aut ἐφεί-
» σαντο, & vertit *pepercerunt:* nihil pote inconsultius; nisi
» hoc fortasse, quod mox pro ἔθυσαν Ποσειδῶνι Τροπαίῳ
» reperti sunt qui corrigerent scilicet, καὶ ἔστησαν Πο-
» σειδῶνι τρόπαιον. Posidonius hoc voluit: *Ad Ptolemaidis*
» *portas fuisse facta sacra Neptuno, Tropaeo* cognomine, qua-
» si dicas *Hostium aversori;* vel *Statori*, etsi aliud proprie
» vox sonat. Ac videtur ad memoriam eius casus fanum
» ibi a Sarpedone statutum Neptuno, eo cognomine post-
» hac colendo. « Casaubonus. — Mendosum ληφθεὶς te-
net ms. *A*. In Epitoma vero praetermissa est illa pars nar-
rationis. Fidenter vero a nobis recipi λειφθεὶς debuit: quo
de verbo consuli potest Lexicon Polybian. pag. 366. In
πλησίαλον, asper spiritus, quem Eustathius dixit, non ad-
pictus est in nostro ms. *Ep*. In ms. *A*. vero prorsus men-
dose πλυσίαλον scribitur. νικήσαντες vero τὴν μάχην
recte dedit codex uterque. Deinde, perperam ἐφείσθησαν d
habet ms. *A*. in miscendis vocalibus antiquum obtinens:
recte vero ἐφήσθησαν ms. *Ep*. cum edd. quam scripturam
iam olim contra imperitos correctores defendit Muretus,
Variar. Lect. xx. 3. Mox idem ms. *Ep*. ἰχθύων δὲ ἀφθ.
dedit, commodius quam τε, cum praesertim τοῖς μὲν
praecesserit.

AD CAP. VIII.

τοὺς ἐν Λυκίᾳ ἰχθυομάντεις ἄνδρας &c. » Assentior do-
» ctis qui sequentem historiam sane mirabilem, περὶ ἰχθυο-

d »μαντείας τῆς ἐν Λυκίᾳ, de divinatione illa accipiunt, quam »Myrenſis lacus piſces in Lycia ſoliti edere, Aeliano te»ſte lib. XII. [cap. 1.] De Animal. quamquam eius nar»ratio, ſi cum *Polycharmea* hac conferatur, non parum di»verſa invenietur. Verum is eſt mos auctorum, ut res »easdem non eodem modo narrent.« CASAUBONUS. — Confer eumdem Aelian. VIII. 5. & Plin. XXXII. 2, 8. & ibi Harduin.

Ὅταν γὰρ δι έλθωσι πρὸς τὴν θάλασσαν. Nil mutat ms. *A*. In ms. *Ep*. autem deſunt iſta verba, totâ narratione in arctum contractâ. CASAUBONUS vero: »Melius, »inquit, ὅταν γὰρ δὴ ἔλθωσι. Nulla hîc loci deſignatio: »ſed hoc ideo, quia ante nominatim indicatus locus fue»rat a Polycharmo; quod non erat Athenaeo praeter»mittendum.«

οὗ τὸ ἅλσος cum editione Ven. tenet ms. *A*. nec cur id mutaretur cauſſa ulla fuerat. *Ibid.* ἐν ᾧ ἐστιν ἡ δίνα ἐπὶ τῆς ἀμάθου. »Appellat δίναν, *vorticem*, quam Aelia»nus πηγὴν, *fontem;* Artemidorus [mox apud Noſtrum, »lit. f.] δινάζοντα τόπον. Fons fuit altus & vorticoſus.« CASAUBONUS.

e Cum ederetur ὀβελίσκους δύο ξυλίνους ἔχοντας ὑφ' ἑκατέρῳ σάρκας &c. nihil aliud adnotavit CASAUB. niſi: »Scri»be ἐφ' ἑκατέρῳ.« — Et ἑφ' ἑκατ. recte dedere ambo noſtri mssti. Sed miratus ſum, nec exputare potui quid iſtud eſſet, ὀβελίσκους ἔχοντας ἐφ' ἑκατέρῳ: niſi fortaſſe *verua* dixit *bicornua, quorum veruum utrumque in utroque cornu habuerit dena fruſta carnis infixa;* ſic intelligendum foret ἐφ' ἑκατέρῳ μέρει vel κέρατι. In Epitoma, ut dixi, in arctum iſta contracta ſunt: ex his tamen, quae ſervavit Breviator, ſatis intelligitur, in ſuo etiam exemplari legiſſe illum ὀβελίσκους ἔχοντας ἐφ' ἑκατέρῳ. Ille enim cum hoc loco omiſiſſet iſta verba, mox deinde ſic ſcripſit, ὀβελίσκων δύο ξυλίνων εἰς τὴν δίνην ἐμβαλλομένων, ἐχόντων ἐφ' ἑκατέρῳ σάρκας ὀπτὰς ἀριθμῷ δέκα. Neminem vero turbet quod in ed. Caſ. 2. & 3. in proxime praecedentibus verbis omiſſum ſit verbum ἔχοντες, quod temere prorſus in illis editionibus accidit: recte enim ſuperiores omnes editiones cum ms. *A*. tenent παραγίνονται ἔχοντες, quo participio non poteſt ibi carere oratio.

ὁ δὲ μαντευόμενος ἐμβάλλει τοὺς ὀβελίσκους εἰς τὴν δίναν &c. »Inepta res, niſi commode accipiatur: *qui conſultum*

» *venit piſces*, inquit, *verua aquae iniicit.* Cedo cur *verua* e » potius, quam *extractas verubus carnes?* Aut quomodo ve- » rubus carnes eximere piſces poterant? Quare arbitra- » bar, per ὀβελίσκους intelligi *fruſta carnium quae fuerant in* » *obeliſcis aſſatae.* Sed obſtant noſtrae ſententiae ARTEMI- » DORI mox verba de re eâdem, οἱ θυσιάζοντες ἐμβάλλου- » σιν ἀπαρχὰς τῶν θυσιαζομένων ἐπὶ ξυλίνων ὀβελίσκων. » Aelianus [XII. 1.] multo clarius: καὶ ὁ τοῦδε τοῦ θεοῦ » ἱερεὺς κρέα μόσχεια διασπείρει τῶν τῷ θεῷ τεθυμένων. » Plane dicit idem, ſed aliter. « CASAUBONUS. — Fortaſſe verubus illis in mare proiectis adliciebantur ſtatim piſces minores: qui quum carnes verubus infixas non poſſent devorare, conſentaneum erat ut paulatim maiores etiam maioresque adlicerentur.

ὥστ' ἐκπλήττεσθαι τὸ ὁρατὸν τοῦ πράγματος. » Brevia- » tor, ὥστ' ἐκπλήττεσθαι τὴν ὅρασιν. Et profecto inſolens » genus loquendi eſt, τὸ ὁρατὸν τοῦ πράγματος, pro τὸ » ὁρώμενον πρᾶγμα. « CASAUBONUS. — » Nonne melius, » τοὺς ὁρῶντας τῷ (vel ἐπὶ τῷ) πράγματι. Infra p. 342. f. » ὁρῶντες ἐπέθυησκον ἐπὶ τῷ πράγματι. Sed malim credere, » POLYCHARMUM hîc paullo licentius uſurpare vocabulum » ὁρατὸν, in ſenſu poëtico vocabuli ſynonymi θνητόν: ut τὸ » ὁρατὸν τοῦ πράγματος idem valeat ac τὸ παράδοξον τοῦ » πράγματος. « CORAY, in *Notis mſstis.* — Recte ὥστ' ἐκ- πλήττεσθαι ed. Caſ. cum mss. ὥστε πλητ. ed. Ven. & Baſ.

ὅταν δὲ ἀπαγγείλῃ τὰ εἴδη τῶν ἰχθύων ὁ προφήτης, οὕ- τως τὸν χρησμὸν λαμβάνει παρὰ τοῦ ἱερέως ὁ μαντευόμενος. Vox ἰχθύων temere omiſſa eſt in ed. Caſ. 2. typothetae er- rore. Verba praeſcripta ſic convertit DALEC. *Piſcium au- tem ſpecies vati cum renuntiarit qui oraculum petit, reſponſum tum dari a ſacerdote de iis quae rogaverat.* Ad quae nihil ad- notavit Caſaub. At ὁ προφήτης, non τῷ προφήτῃ habet ms. *A.* cum edd. Epitomator quidem, hîc etiam nimis brevis, nullam τοῦ προφήτου facit mentionem, quem auctor huius narrationis veluti *medium* & *internuncium* facit inter *ſacer- dotem* & *eum qui oraculum conſulit.* ὁ ἱερεὺς in intimo τοῦ ἄλσους receſſu ſedet: ὁ προφήτης unà cum τῷ μαντευομέ- νῳ ad gurgitem accedit, quae ibi gerantur obſervans; tum idem προφήτης ſolus, ut videtur, ad τὸν ἱερέα ſe con- fert, cui quid geſtum ſit renunciat, & reſponſum ab eo petit; quod reſponſum deinde ipſe nomine ſacerdotis & ipſius Dei (Apollini ſacrum fanum Aelianus ait) renunciat

τῷ μαντευομένῳ. Sic προφήτης hîc fuerit idem qui & ὑποφήτης aliâs dicebatur. Sic ὑποφῆται, μάντεις, προφῆται, ſynonyma ſunt Heſychio & Suidae: & perapte huc faciunt quae in brevibus Scholiis ad Iliad. π'. 235. leguntur: Ὑποφῆται, ἱερεῖς, χρησμῳδοὶ, θεολόγοι, προφῆται. ὑποφήτας γὰρ λέγουσι τοὺς περὶ τὰ χρηστήρια ἀσχολουμένους, καὶ τὰς μαντείας τὰς γενομένας ὑπὸ τῶν ἱερέων ἐκφέροντας.

f φαίνονται δὲ ὀρφοὶ, γλαῦκοι, ἐνίοτε δὲ φάλαιναι ἢ πρίστεις. De *orphis* ad huius oraculi famam reſpexiſſe videtur Archippus comicus in verſu illo, qui ſupra lib. VII. pag. 315. b. eſt adpoſitus; ad quem vide notata, ubi ad hunc Athenaei locum remittere lectores debueramus. γλαυκοὶ acute h. l. ſcribebatur in editis, contra conſtantem Graecorum uſum. Vide VII. 295. ubi de *glauco* piſce ex profeſſo agit Noſter. In ms. *Ep.* deeſt h. l. id ipſum vocabulum: ex ms. *A.* vero nil enotatum; nec tamen idcirco dubitare debui, quin γλαῦκοι corrigerem. Quod φάλαιναι (*balaenae*) in mari mediterraneo comparere perhibentur, id rarum utique eſſe, in Aſiae praeſertim oris, nec tamen incredibile, ſi *balaena phyſeter* intelligatur, docuit SCHNEIDER in Hiſt. Piſc. p. 156. De *priste* piſce poſt ea quae Gesnerus de Aquat. & Camus in Notis ad Ariſtot. collegerunt, conſulendus idem Schneiderus ibid. p. 129 ſq. qui tamen cuncti viri doctiſſimi incertos nos, quemnam piſcem eo nomine intellexerint veteres, dimittunt. Et cum promiſcue πρίστης, πρίστις & πρῆστις ſcriptum nomen reperiatur, de ipſo nomine etiamnum dubitare licet. Scripturam per ι in prima ſyllaba cum editis hoc loco tenet ms. *A.* qui tamen codex cum eisdem editis, VII. 286. b. in πρήστιες conſentiebat. Superiori loco omiſſum illud vocab. erat in Epitoma, quae hîc ſcripturam per η tenet, mutatâ quidem vocis terminatione; nam ſic habet, Ἱστορεῖ Πολύχαρμος - - - τὸν ἱερέα τοῖς μαντευομένοις χρησμοὺς διδόναι, ὀρφῶν φαινομένων ἢ φαλαινῶν ἢ πρηστίδων: quae verba, eodem modo ſcripta, repetiit Euſtathius in Iliad. μ'. pag. 486, 23. Ad ſupra ſcripta verba adnotavit CASAUBONUS: »Simplicius multo Aelianus, ὀρφοὶ δὲ οἱ ἰχθύες ἀθρόοι προσνέουσι.«

a ὀνομάζεται δὲ ὁ λιμὴν καὶ ὁ τόπος οὗτος, Δῖνος. Nulli alii auctori vox iſta, ut proprium nomen portus & loci alicuius, memoratur. Μυρέων τῶν ἐν Λυκίᾳ κόλπος ἐστὶ, ait Aelianus XII. 1.

AD CAP. IX.

ὡς Δαρείῳ Σκύθαι &c. Vide Herodot. IV. 131 ſq. ubi a
ait, *miſſa Dario a Scythis eſſe ὀρνίθια τε καὶ μῦν καὶ βάτραχον, καὶ ὀϊστοὺς πέντε.*

ἀλλ' ὅγε Πάτροκλος - - *πεμφθέντων τῶν προειρημένων σύκων καὶ ἰχθύων.* »Inſigne eſt *ἀνανταπόδοτον.* Nam iſta »verba, *ἀλλ' ὅγε Πάτροκλος*, nullam habent conſtructio»nis convenientiam neque cum praecedentibus, neque cum »ſequentibus: ſed ita accipi debent, quaſi auctor dice»ret, *Verum ut ad Patroclum redeam & miſſum ab illo mu»nus.* Amat has *βραχυλογίας καὶ ἀναντοποδότους λόγους* »unus omnium maxime Aelianus.« CASAUBONUS. — At non iſta per ſe verba, *ἀλλ' ὅγε Πάτροκλος*, non habent quo referantur; perfacile enim verbum *ἔπεμψε* e ſuperioribus poterat ſubintelligi: ſed illa ipſa ſimul cum his, *πεμφθέντων - - - ἰχθύων*, ita ſuſpenſam & abruptam efficiunt orationem, ut aegre mihi perſuadeam, iſto modo vel Phylarchum ſcriptum reliquiſſe vel Athenaeum. Si ſaltem eſſet *διὰ πεμφθέντων &c.* intelligi poſſet verbum *ἠνίττετο*: ſed vel ſic, absque *διὰ* praepoſitione, ſubintelligi fortaſſe hoc verbum potuerit.

ὁ Ἀντίγονος γελάσας - - ἔφη, *γινώσκειν τί βούλεται τὰ* b
ξένια. »Ait PHYLARCHUS, *Antigonum regem miſſum ad ſe* »*munus a Patroclo, quod conſtabat ex magnis piſcibus & fi»cis recentibus, ſic eſſe interpretatum, ἢ θαλαττοκρατεῖν φη»σὶν ἡμᾶς Πάτροκλος, ἢ τῶν σύκων τρώγειν.* Id eſt: *Ait* »*Patroclus, vel imperium maris obtinere nos* debere, *vel ficus* »*edere.* Videtur Patroclus de Ptolemaeo, cui militabat, »prodendo cogitaſſe, & tacite cum eius hoſte conſpiraſ»ſe: quem quidem tamquam aenigmate monet, ut rei »nauticae curam capeſſat, ac claſſem inſtruat; aut ſciat »paratam ſibi ignominiam quae victos ſequitur. *Ficus ede»re, παροιμιακῶς* de iis dici ſolitum, qui *mollius & delica»tius viverent.* Vide quae ſcribit Ariſtophanis enarrator ad »illa e Veſpis, *σὺ δὲ νῦν σῦκα μ' αἰτεῖς.*« CASAUBONUS. — Nempe ſic Schol. ad Veſp. 301. *Σῦκα μ' αἰτεῖς· ἤγουν, τρυφᾷν βούλει. ὅτι τρυφὴν φασι, τὸ ἐσθίειν ἰσχάδας.* Verba iſta, *ἢ τῶν σύκων τρώγειν*, haud abſurde VILLEBRUNIUS, ADAMUM puto ſecutus, in hanc ſententiam interpretatus eſt, *aut ad privatam redire vitam, ficosque comedere.*

AD CAP. X.

b κοινῶς πάντες οἱ ἰχθύες καμασῆνες ὑπὸ Ἐμπεδοκλέους ἐλέχθησαν. »Non ſolus *Empedocles* ea voce uſus, ſed »alii quoque poëtae Graeci antiquarii & κακόζηλοι. An»tipater: [in Anthol. T. II. ed. Brunck. p. 120. n. 45.]

»Φεύγεθ' ὅσοι λόκκας, ἢ λοφνίδας, ἢ καμασῆνας,
»ἄδετε, ποιητῶν φῦλον ἀκανθολόγων.« Casaubonus. — Καμασῖνες ſcribitur vulgo apud Heſych. ubi vide interpretes. Alium vero *Empedoclis* verſum, quo illo verbo uſus eſſet poëta, citavit Plutarchus, Sympoſiac. V. 10 extr.

ὅτι ὁ τὰ Κύπρια ποιήσας ἔπη, εἴτε Κύπριός τίς ἐστι, ἢ Στάσινος, ἢ ὅς τις δή ποτε χαίρει ὀνομαζόμενος. »Operis »huius antiquiſſimi, & in multos libros tributi (undeci»mus eorum ultimo libro laudatur) auctor iam olim in»certus. *Homerum* quidam putarunt, alii *Cyprium*, neſcio »quem, alii *Staſinum*, nonnulli *Hegeſiam*. Libro XV. [p. »682. d.] leguntur haec: Ἀνθῶν στεφανωματικῶν μέμνη»ται ὁ τὰ Κύπρια ἔπη πεποιηκὼς Ἡγησίας ἢ Στάσινος. Δη»μοδάμας γὰρ ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἢ Μιλήσιος, ἐν τῷ Περὶ Ἁλι»καρνασσοῦ, Κύπρια Ἁλικαρνασσέως δ' αὐτὰ εἶναί φησι »ποιήματα. Locus vitii ſuopte indicio manifeſtus: ſenſus »enim ex iſtis elici poteſt nullus. Videtur ſcribendum, »Δημοδάμας δ' ὁ Ἁλικαρν. ἢ Μιλ. ἐν τῷ Περὶ Ἁλικαρνασ»σοῦ, Κυπρία, τοῦ μὴ Κυπρίου γενομένου, Ἁλικαρ»νασσέως δὲ, αὐτὰ εἶναί φησι ποιήματα. *Cyprius* & *Cyprias* »idem: ut *Hegeſias*, & *Hegeſius*. Sic *Hegeſius* in Excerptis »Photii msstis, qui Athenaeo *Hegeſias*. Qui Homerum »faciebant auctorem τῶν Κυπρίων ἐπῶν, addebant, pium »parentem pro dote filiae poëma illud Staſino Cyprio ge»nero ſuo dediſſe, & de ipſius patria appellaſſe Κύπρια »ἔπη. Refellit horum ſententiam Photius in Eclogis ſuis. »Ratio Photii eſt, quia, ſi ab inſula Cypro eſſet illis no»men inditum, non Κύπρια, cum accentu in antepenulti»ma, ſed Κυπριακὰ fuerant inſcribenda. Hanc ſententiam »elicio ex iſtis Photii verbis, μηδὲ γὰρ Κύπρια προπαρο»ξυτόνως ἐπιγράφεσθαι τὰ ποιήματα: id eſt, *neque enim* »Κύπρια *cum accentu in antepenultima inſcripta fuiſſent ea poë»mata.* ἐπιγράφεσθαι interpretor, ἐπιγράφεσθαι ἄν. Niſi »voluit hoc Photius: non Κύπρια, ſed Κυπρία ἔπη, id eſt, »*Cypriae verſus*, pro *Cyprii*, ut ante diximus, veram eſſe

»tituli huius ſcripturam.« CASAUBONUS. — Cum his, quae hîc disputavit doctus Animadverſor, conferenda quae ad Pollucem adnotavit HEMSTERHUSIUS, p. 1255. Photii quae citata ſunt verba, leguntur in Excerptis ex Procli Chreſtomathia, cod. CCXXXIX. pag. 521. ed. Hoeſch. De tota vero quaeſtione conſulendus Fabricius, Bibl. Graec. T. I. pag. 282. & eiusdem operis inſtaurator Harleſius T. I. pag. 383. novae edit. Στάσινος antepenacute hîc habent edd. nec aliud ex ms. *A.* adnotatum. Σταsῖνος vero ſcribitur pag. 682. ut apud Photium l. c.

τὴν Νέμεσιν ποιεῖ διωκομένην ὑπὸ τοῦ Διὸς καὶ εἰς ἰχθῦν c
μεταμορφουμένην. »Poſt haec verba adiicit auctor Epito-
»mae, ἣ Διοσκούρους καὶ Ἑλένην ἔτεκε. De *Nemeſi*, *Helenae*
»*matre*, habes apud Lycophronis interpretes.« CASAUBONUS. — Adiecit verba iſta auctor Epitomae e proximis verſibus decerpta; quos verſus ipſos ſimul cum tota Athenaei disputatione, quae ſequente capite undecimo continetur, prorſus omiſit idem Breviator. Nam poſt ipſa illa verba continuo ſic pergit: φησί που Φερεκράτης & reliqua, quae ex pag. 335. a. excerpta ſunt. Lycophronis Interpretem vide ad Caſſandr. vs. 88. & confer Apollodori Biblioth. III. 10, 7. & Pauſaniam I. 33. p. 82.

Τοῖς δὲ μετὰ τριτάτην Ἑλένην τέκε &c. Verſus iſtos erudite tractavit interpretatusque eſt *Adr.* IUNIUS, Animadverſ. lib. I. cap. 15. in Gruteri Theſ. Crit. T. IV. pag. 337 ſqq. τέκε hîc, de mare; mox dein, de foemina.

Verſ. 5 *ſq.* Cum ſic vulgo legeretur: d

— ἐτείρετο γὰρ φρένας αἰδοῖ,
καὶ Νεμέσει κατὰ τήνδε καὶ ἀτρύγετον μέλαν ὕδωρ:

monuit CASAUBONUS: »Scribe:

» — ἐτείρετο γὰρ φρένας αἰδοῖ.
»Καὶ Νέμεσις κατὰ γῆν τε καὶ ἀτρυγ. &c.

»ita malo, quam ut diu placitum,

» — ἐτείρετο γὰρ φρένας αἰδοῖ,
»καὶ νεμέσει· καὶ τόνδε κατ' ἀτρυγ. &c.

»id eſt: *cruciabat illi animum pudor & vindictae metus. Itaque*
»*Iovem fugiens in mare irruit.* νέμεσις non male accipi po-
»teſt de metu ab indignatione Iunonis, cuius pellex eſſe
»iſta verebatur.« — Mendoſum Νεμέσει tenet ms. *A.* qui pro τήνδε paulo magis etiam mendoſe πηνδε habet. Sed Νέμεσις & γῆν τε ante Caſaubonum iam correxerat *Adr.* IUNIUS: veriſſime utrumque: niſi pro καὶ Νέμεσις,

d cum minus grata videatur nominis repetitio, καὶ ἡ μὲν malueris; quod equidem praeferam.

Verſ. 9. ἰχθύϊ εἰδομένην. Poterat accuſativus εἰδομένην videri pendere a verbo ἐδίωκε: ut verbum ἐξορόθυνεν, ſicut ἐδίωκε, ad *Iovem* referretur. Sed quum deinde verbum γίνετο haud dubie rurſus ad τὴν Νέμεσιν pertineat, verum utique videtur id quod *Adr. Iunio* placuit, ἰχθύϊ εἰδομένη, in nominativo caſu. Quam ſi ſequaris ſcripturam, fuerint verba Ζεὺς δ' ἐδίωκε ſimul cum illis, λαβεῖν δ' ἐλιλαίετο θυμῷ, in parentheſi intelligenda; aut prorſus abiicienda parentheſeos ſigna, & eadem illa verba Ζεὺς – – θυμῷ fortiori utrimque diſtinctione intercipienda.

Verſ. 10 *ſq.* Cum ἂν Ὠκεανὸν & ἀλλ' ὅτ' ἂν ἤπειρον ſcriptum eſſet in editis; recte monuit CASAUBONUS, ἀν' Ὠκεανὸν & ἄλλοτ' ἀν' ἤπειρον ſcribendum; quemadmodum etiam Iunius correxerat.

Verſ. 12. Haud cunctanter adoptaturus eram ſcripturam, quam veteres libri indicare videntur,

περὶ ὅσ' ἤπειρος αἰνὰ τρέφει, ὄφρα φύγοι νιν:

niſi ultima ſyllaba brevis in ἤπειρος verſui viſa fuiſſet minus opportuna. Sed vel ſic fortaſſe, quin adoptarem, non debueram dubitare; quia eadem ſyllaba, ut in caeſura verſus poſita, produci potuerit.

AD CAP. XI.

e Οἶδα δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν ἀπόπυριν καλουμένην. »Ut »ἕψητοὺς Graeci dixerunt piſciculos quosdam a genere »*coctura*e: item alios φρυκτοὺς, alios ἀπανθρακίδας: ſic & »ἀποπυρίδας appellarunt *minutos piſces ſuper pruna torreri* »*ſolitos*. Neque multum differunt ἀποπυρίδες & ἀπανθρα»κίδες: nam ἄνθρακες & πυριὰ ferme idem. Sic accipit »paullo poſt Athenaeus, [pag. 344. c.] cum ait, *ſuper tu»mulo tibicinis Charmi, qui vivus plurimum piſces amaverat,* »*alium tibicinem* ἐναγίσαι ἀποπυρίδας. Libro ſuperiore in »Epicharmi verſu [VII. 277 f.] legas ἀποπυρίζειν ἀφύας. Hic »vero ἀπόπυρις, aut ἀποπυρὶς, vox eſt *Apolloniatarum* pro»pria. Sic enim illi appellabant illam *piſciculorum ingentem* »*copiam, qui ſtatis temporibus in Olynthiaco flumine reperie»bantur.* « CASAUBONUS.

περὶ τὴν Βόλβην λίμνην. περὶ τὴν κόμβην λίμνην habent h. l. ed. Ven. & Baſ. ſed Βολύκην ed. Caſ. nec aliud

ex ms. *A.* adnotatum. Mox deinde vero εἰς τὴν Βολυκὴν e
λίμνην habent editiones omnes, Βολβὴν vero ms. *A.* Monuit autem ad hunc locum CASAUBONUS: »Scriptura ve»tus quorundam librorum, Βόλβην. Est autem *Bolbe la»cus* in Macedonia, ex Thucydide, Stephano aliisque no»tus. Sed an is sit de quo sentit Athenaeus, hoc vero »quaerendum.« — At nullam esse dubitandi causſam, quin de *Bolbe*, *Macedoniae lacu*, intelligamus, docuit PALMERIUS, Exercit. in Auct. Graec. pag. 508. *Mox*, quum nude Ἀπολλωνίαν τὴν Χαλκιδ. legeretur, monuit CASAUB. »Legendum Περὶ Ἀπολλωνίαν.« — Nec video equidem, quo pacto orationi absque illa praepositione, aut eius simili Κατὰ, ratio constet. Pergit CASAUB. »Multae olim »erant *Apolloniae*, quae cognominibus distinguuntur: *Chal»cidica* ista fuit in Macedonia.«

Ὀλύνθου τοῦ Ἡρακλέους καὶ Βόλβης υἱοῦ. *Olynthi*, *Herculis filii*, meminit etiam Stephanus Byzant. in Ὄλυνθος. Pro Βολύης, & mox pro Βολύη, quae hic erant edita, recte Βόλβης & Βόλβη dedit ms. *A.*

καὶ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον. Cum deesset editis καὶ particula, adnotavit CASAUBONUS: »Scribo καὶ κατὰ τὸν »καιρὸν τοῦτον: vel κατὰ γὰρ καιρὸν τοῦτον. Multa hoc »loco ex antiquis membranis adiecimus in nuperâ editio»ne, ante inedita. Verte autem: *Atque eo tempore infini»tam piscium multitudinem e lacu in Olynthiacum fluvium con-* f
»scendere. *Is parvus est, ut vix talum tegat. Nihilo tamen mi»nus tanta piscium copia venit, ut ex iis omnes qui circumia»cent populi salsamenta in usus suos abunde parent.*« — Nempe, cum post verba ista, ἀπέραντον πλῆθος ἰχθύων, mox duabus lineis interiectis recurrant verba πλῆθος ἰχθύων, ex superiori loco in inferiorem aberraverat iunior librarius aut saltem typotheta officinae Aldinae; quo factum est ut deessent in ed. Ven. & Bas. verba interiecta. De quibus adiiciendis, ex Italicis codicibus edoctus, monuerat etiam MURETUS, Variar. Lect. lib. XIX. cap. 1. (in Gruteri Thes. Crit. T. II. p. 1224.) qui quidem verba ista κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον etiamnum, quemadmodum in ed. Ven. & Bas. factum erat, omissâ coniunctivâ particulâ cum superioribus πέμπει ἡ Βόλβη τὴν Ἀπόπυριν Ὀλύνθῳ coniunxerat. Sed καὶ κατὰ τὸν καιρ. peropportune dedit noster ms. *A.* in quo & reliqua, olim omissa, recte suo loco leguntur.

AD CAP. XII.

ἄνδρες ἰχθύες. Vide ad pag. 331. c.

a τοσαῦτα εἰπόντες ἃ οὐδὲ Ἰχθύας ὁ Μεγαρικὸς φιλόσοφος. »Scribe τοσαῦτα εἰπόντες ὅσα οὐδ' Ἰχθ. & Μεγαρικὸν »cave [cum Dalecampio] interpreteris *Megarenſem*. Id enim »[Μεγαρικὸς] ſectae nomen eſt. Laërtius in hiſtoria Phi»loſophorum Megaricorum: [II. 112.] Τῶν δὲ ἀπὸ Εὐ»κλείδου ἐστὶ καὶ Ἰχθύας Μετάλλου, ἀνὴρ γενναῖος, πρὸς »ὃν καὶ Διογένης ὁ Κυνικὸς διάλογον πεποίηται.« Casaubonus. — Nempe gentile *Megarenſis*, Graece Μεγαρεὺς ſonat. In vulgata ſcript. ἃ οὐδὲ, nil mutat ms. *A*. In *Epit.* haec talia deſunt.

Δι' ὑμᾶς δὲ καὶ τῷ παιδὶ παρακελεύσομαι &c. »Signifi»cat, ſe, dum ſermones audit de piſcibus longos & pro»lixos, in eius obſonii veniſſe faſtidium, & eſſe factum »ἄπιχθυν. δι' ὑμᾶς, *propter vos*, aut *per vos*: non, [ut »Dalec.] *veſtra omnium gratia*.« Casaubonus. — Poterat iſtud δι' ὑμᾶς eo etiam ſpectare, quod piſces menſae illati tantam Deipnoſophiſtis garrulitatis materiam praebuiſſent, ut interim comedere non licuerit Cynulco.

Poſterius hemiſtichium verſiculi *Pherecratis* in hanc ſententiam accepit Dalecampius, *Numquam piſcem, etiamſi petam, mihi adpone*. Quae ſi placuerit interpretatio, Graeca verba ſic distingues, μήδ', ἂν αἰτῶ, παραθῇς μοι. Nullâ interſertâ distinctione adpoſita iſta verba ſunt in edd. & msstis.

ὅταν θύωσι τῇ Βριζοῖ· αὕτη δέ ἐστιν ἡ ἐν ὕπνῳ μάντις. »Ideo haec Dea aliis dicta *Brizomantis*. Heſychius: Βριζό»μαντις· ἡ ἐνυπνιόμαντις: neque cenſeo corruptum. Βρίζειν, »quod interpretatur Athenaeus καθεύδειν, proprie eſſe »volunt *meridiari*, & *a cibo dormire*: quaſi βορίζειν, hoc eſt, »ἀπὸ τῆς βορᾶς ἴζειν. Homero βρίζειν eſt, νυστάζειν, *ceſ»ſatorem agere inſtar dormitantium*: ut, [Iliad. δ'. 223.]

»ἔνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα ἴδοις Ἀγαμέμνονα δῖον.

»ubi tamen legunt alii, ἔνθ' οὐ καμβρίζοντα ἴδοις. Ita He»ſychius, pro καταβρίζειν.« Casaubonus. — Conf. Span-
b hem. ad Callim. Hymn. in Del. vs. 316. — Quem mox citat Noſter Poëtae verſum, is ductus ex Odyſſ. ι'. 151. aut μ'. 7.

Ad verba, quae mox adiiciuntur, πλὴν ἰχθύων, adnotavit Dalecampius: »Plutarchus in Sympoſ. Quaeſt. VIII. »8. *nullum Diis piſcem immolari* ſcribit.

AD CAP. XIII.

Χρύσιππον - - τὸν τῆς Στοᾶς ἡγεμόνα. »*Ab eo fulcirî* »*Stoicorum porticum* ſcribit Cicero, Acad. IV. [24.]« DALECAMP.

AESCHRIONIS Epigramma in *Philaenidem*, claudis qui dicuntur iambis comprehenſum, habes in Anthologia, T. I. Analector. Brunckii pag. 189. ad quod vide quae notavit IACOBS, in Animadv. T. I. P. 1. p. 385 ſq.

Verſ. 4. χλεύην τε ποιεῦ καὶ γέλωτα καὶ λάσθην. »Vox eſt Ionica λάσθη, *irriſio* & *contumelia*. Iungi amat »cum γέλως. Herodotus Eratone, [VI. 67.] πέμψας τὸν »θεράποντα ἐπὶ γέλωτι καὶ λάσθῃ, ἠρώτα τὸν Δημάρατον »ὁκοῖόν τι εἴη τὸ ἀρχειν μετὰ τὸ βασιλεύειν. Vetus ſcriptor »apud Suidam: Οἱ δὲ Μεσσήνιοι σὺν λάσθῃ καὶ γέλωτι, »ὥσπερ ἄθυρμα τῶν Σπαρτιατῶν, τὰ πρῶτα τοῦ Διὸς ἀνα»θήματα διέσπειραν.« CASAUBONUS. — An etiam λάσθμην, quod noſter ms. *A.* habet, dixerint veteres, neſcio: apud neminem quidem Grammaticorum adnotatam illam formam reperi. λάσθυνην ſcribitur in ed. Ven. & Baſ. ſed in ora ed. Baſ. adnotatum, λάσθην ex Heſychio corrigendum; idque recepit Caſaub.

Verſ. 5. Οὐ γὰρ μὰ τὸν Ζεῦν. »Rara vox, & quam »temere non legas alibi. Reſpiciebat hunc locum Euſta»thius commentario in Ulyxeam: [ad Od. α'. p. 14 extr. »& ſeq.] Ὅτι τοῦ Ζεὺς [Ζεὺς] ἐστὶ καὶ αἰτιατικὴ παρὰ »Πολυκράτει τῷ σοφιστῇ μονοσυλλάβως, τὸν Ζεῦν, περι»σπωμένη.« CASAUBONUS. — Eadem Euſtathii verba citans IACOBS l. c. ſubiicit: »Qui locus eſt memorabilis »propter auctoritatem Polycratis.« — Quaſi ad *Aeſchrionis* auctoritatem accedat *Polycratis* auctoritas, uſum accuſativi illius τὸν Ζεῦν confirmans. Nempe compertum habere Vir doctiſſimus non potuerat, quod Lectores ſuos docere Caſaubonus potuerat debueratque, *Polycratis* nomen falſo ibi pro *Aeſchrionis* nomine poſuiſſe *Euſtathium*, deceptum ab auctore Epitomae, a quo (ut iam ſaepius monui) omnia accepit ille, quae ex Athenaeo refert. Breviator igitur noſter, univerſam de *Philaenide* disputationem Athenaei, & totum Aeſchrionis Epigramma ſilentio praeteriens, hoc unum ex toto iſto loco enotavit: Σημείωσαι, ὅτι εὕρηται αἰτιατικὴ τὸν Ζεῦν, ἀπὸ εὐθείας τῆς Ζεὺς, παρὰ Πολυκράτει τῷ σοφιστῇ. Ubi diligenti alioqui,

nec inerudito homini accidit id, quod & aliàs ſubinde, praeſertim ubi nimis leviter aliquem Athenaei locum perſtringit, accidiſſe ei obſervavimus; ut, rebus magis aut dictionibus, quam nominibus Auctorum intentus, unius auctoris nomen pro alterius nomine poneret. Ad eumdem hunc locum haec adnotavit doctiſſimus CORAY: »Laudat τὸ »Ζεῦν Euſtathius, ut rarioris formae vocabulum, quod »tamen librariorum incuriae forſan debetur: nam auctor »aeque bene dixiſſet, Οὐ γὰρ, μὰ τὸν Ζῆν', οὐ μὰ &c. « — Et ſic ſane, μὰ τὸν Ζῆν', in Anthologia ante Brunckium legebatur: nec aliter in Anthologiae cod. Vat. niſi quod ibi Ζῆν absque apoſtropho ſcriptum. Quidquid ſit, Euſtathii teſtimonio nil aliud efficitur, niſi id quod ex noſtro etiam codice Epitomae intelligi par eſt; nempe, auctorem Epitomae in ſuo exemplari operis plenioris Athenaei hoc loco eamdem ſcripturam μὰ τὸν Ζεῦν reperiſſe, quam exhibet vetus codex *A*. cum editis: quae ſcriptura ſit-ne a poëtae manu profecta, an a veteris alicuius librarii incuriâ, dubitare quidem etiamnum licebit; ſed nobis idcirco, Athenaei opus ad veterum codicum fidem recognoſcentibus, abiicere eam, & cum altera permutare non licuit.

d Ἀλλ' οὖν γε ὁ θαυμασιώτατος. Inficeta utique iſta ſcriptura eſt: ad quam tamen nihil ex Msto adnotatum video. Omnino aut Ἀλλ' οὖν ὅ γε, aut nude Ἀλλ' ὅ γε ſcriptum reliquiſſe Athenaeum exiſtimo. Sed commode inferitur οὖν, quae particula refertur ad id quod initio huius capitis dicere inſtituerat.

δυνάμεις βρωτικὰς καὶ συνουσιαστικάς. »Lego ἐρωτικάς. Δυνάμεις ἐρωτικαὶ ſunt, quae & φίλτρα pecu»liari vocabulo vocantur, *medicamenta quae ad amorem il»liciunt.* δυνάμεις συνουσιαστικαὶ, *quae coëundi facultatem in »effoetis hominibus accendunt.* Infra, lib. IX. pag. 371. b. de »paſtinaca: διεργετικὸς πρὸς ἀφροδίσια· διὸ καὶ ὑπ' »ἐνίων φίλτρον καλεῖται. « CORAY, *in Notis msstis.* — Duas voces, καὶ συνουσιαστικαὶ, olim in ed. Ven. & Baſ. omiſſas, ex msstis auctori tacite reſtituit Caſaubonus; & adiiciendas notaverat quoque MURETUS, Variar. Lect. IX. 3. Vocab. συνουσιαστικὸς diverſo ſenſu uſurpatum Ariſtophani vidimus ſupra, IV. 179. b. Quae vero hîc συνουσιαστικαὶ dicuntur δυνάμεις, eaedem ὀχευτικαὶ & στυτικαὶ dictae lib. I. p. 18. d. e. Porro eximiam utique ſpeciem

habet ἐρωτικὰς, quod pro βρωτικὰς propoſuit eruditiſſimus CORAY: mireris tamen, vulgare & obvium ſatis vocabulum, quale ἐρωτικὰς, in rarius βρωτικὰς a librariis mutatum, contra illorum hominum morem. Ac poterunt δυνάμεις βρωτικαὶ intelligi varia condimentorum genera *excitandi adpetitus vim habentia*.

AD CAP. XIV.

Σαρδαναπάλλου. Licet ſupra alicubi editam ſcripturam per ſimplicem λ literam in iſto nomine tenuerim, tamen iſtam per λλ ex vetere cod. *A*. dehinc adoptare placuit, cum eamdem ſcripturam & alibi apud Noſtrum & apud alios auctores in vetuſtiſſimis probatiſſimisque codicibus fere conſtanter obtinere obſervaverim. Vide Var. Lect. & Adnot. Weſſelingii ad Herodot. II. 150. Ἀναξυνδαραξ. per vocalem υ non modo hoc loco tuentur ambo missti cum ed. Ven. ſed eamdem ſcripturam lib. XV. pag. 529 ſq. editiones omnes cum msstis tenuere.

ὃν ἀδιανοητότερον εἶναι κατὰ τὴν προσηγορίαν τοῦ πατρὸς Ἀριστοτέλης ἔφη. »*Quem obſcuriorem fieri cum de nomine patris appellatur, ſcribit Ariſtoteles.* ἀδιανόητος, *qui difficile* »*dignoſcitur.* Patrum nomina adiiciebant Graeci ad facilio»rem notitiam, atque ut facilius animo conciperetur is »quem deſignarent: quod vere dicebat Ariſtoteles non »habere locum, quando aliquis ad *Sardanapali* nomen pa»tris ipſius appellationem adiiciat. Sed erat & alia cauſſa, »cur de patris nomine aliquem vocarent Graeci: nam in »eo fuit aliquod honoris ſpecimen. Aelianus, Ποικίλης li»bro VI. cap. 2. φιλαῖς ταῖς χερσὶ πρὸς καθωπλισμένους »ἀγωνιζόμενος, εὐκλεῶς τὸν βίον ἐτελεύτα. πατρόθεν οὖν τὸν »νεανίαν προσεῖπον, κυδαίνων αὐτὸν Ὁμηρικῶς. At Sarda»napalo etiam aliud fuit nomen, paucis hodie notum, Κο»νοσκογκάλορος.« CASAUBONUS. — Eodem libro iſtud ſcripſiſſe *ARISTOTELES* videtur, quo id quod de epitaphio Sardanapalli eumdem philoſophum dixiſſe Cicero tradit, Tuſcul. Quaeſt. V. 35. *Quid aliud in bovis, non in regis ſepulcro inſcriberes?* Quonam autem in libro iſta de Sardanapallo ſcripſerit Ariſtoteles, non magis Tullius, quam Athenaeus declaravit.

ἐφ' οὗ τοῦ τάφου ἐπιγεγράφθαι φησὶ Χρύσιππος τάδε· Εὖ εἰδὼς &c. »Inſcriptio haec literis Aſſyriacis, quemadmo-

» dum & Strabo ſcribit, [lib. XIV. p. 672.] fuerat con-
» cepta. Graeci eam variis modis expreſſerunt, proſa alius,
» alius verſu; item alius totam, alius ex parte: prout nem-
» pe argumento ſuo quisque convenire iudicabat. Sic li-
» bro XII. [pag. 529 ſq.] ut probaret Athenaeus, non pe-
» nitus otioſum vixiſſe *Sardanapalum*, profert ex illa in-
» ſcriptione verba, quibus dicebatur *Tarſum & Anchialam*
» *die una condidiſſe*. CHRYSIPPUS vero, unde iſta nunc de-
» ſcribuntur, *de luxu illius* tantum agebat. Quare fallitur
» Dalecampius, qui ex Strabone & libro XII. ut ait, huc
» ſine ratione infercit quae ſunt prorſus aliena huic loco:
» ut taceam de libris antiquis, per quos illi non licet eſſe
» liberali.« CASAUBONUS. — Quod iam hîc ſubiicitur *Graecum Epigramma*, id ſub CHOERILI nomine (de quo conf. Athen. XII. 529. f. & Strab. XIV. 672. b.) in Analectis Poëtar. Graec. edidit Brunck, T. I. p. 185. doctisque Animadverſionibus illuſtravit IACOBS Tom. I. P. 1. pag. 375 ſqq. ad quas remittimus ſtudioſos. De eodem Epigrammate & de reliquis Inſcriptionibus, quae libro XII. referuntur, conſuluiſſe etiam iuvabit BRISSONIUM de Regno Perſar. lib. I. ſect. 253. POTTERUM, ad Clementis Alex. Stromat. lib. II. pag. 491. BOUHIER in *Diſſertation ſur Sardanapale*, in verſione Gallica Tuſculanar. Ciceronis, T. III. p. 373 ſqq. FOURMONT, in *Hiſt. de l'Acad. des Inſcript.* T. VII. pag. 225 ſqq. & FRERET, in *Mem. de l'Acad. des Inſcr.* T. V.

a *Verſ.* 1. τὸν θυμὸν ἄεξε. Perperam Dalecamp. *animoſus & iracundus ne eſto.* — »Θυμὸν ἀέξειν poëtica phraſis eſt, » pro *genio indulgere*, & *animo ſuo morem gerere*. Non aliter » debuit accipi in *epitaphio Sardanapali*. Familiare poëtis » verbum αὔξειν, ut libro quarto dicebamus. [Vide ad » IV. 158. b.] Paullo aliter in epigrammate Bacchidae, » [hac pag. lit. d.] πάντα τᾷ ψυχᾷ δόμεν: ſententiâ eâ- » dem. At diverſo ſenſu, συμφράδμονα θυμὸν ἀέξειν, alius » poëta, ut libro ſuperiore dicebamus capite ſeptimo.« [ad VII. 283. f.] CASAUBONUS.

Verſ. 2. θανόντι σοι οὔ τις ὄνησις. Sic ms. *A.* cum edd. Quod in ms. *Ep.* legitur θανόντι τοι, idem apud Strabonem vulgatur lib. XIV. p. 672. b.

Verſ. 5. »Scripſimus cum antiquis, τὰ δὲ πολλὰ καὶ » ὄλβια πάντα λέλυνται. Alii libri, λέλειπται: quod » videtur ab iis profectum, qui putabant fuiſſe dicendum

» λέλυται; cum tamen probissimum sit λέλυνται, ut apud » Poëtam καὶ σπάρτα λέλυνται: *corrupta sunt, perierunt.* » Tamen in parodia Chrysippi, [apud Nostr. pag. 337. a.] » est λέλειπται.« CASAUBONUS. — λέλειπται scribitur apud Strabonem, Clementem Alexandr. & alios: apud Athenaeum vero uterque codex noster & editiones omnes in λέλυνται consentiunt. Latinam versionem *versus quarti & quinti* ex Ciceronis Tusc. V. 35. nostram fecimus. De eisdem versibus confer quae ibi DAVISIUS adnotavit.

Καὶ ἐπὶ τῶν Φαιάκων δὲ &c. Vide Odyss. Θ'. 248 sq. & b confer Nostrum, lib. I. p. 16. d.

In anonymi poëtae *vers.* 2. τοὔφήμερον ζῆν ἡδέως. » Scribe τοὔφ' ἡμέραν.« CASAUBONUS. — Cuius emendationem, ut lubens accepturus eram, si veteres libri addicerent; sic per se minime necessariam, nec invitis libris inferendam iudicavi. ἐφήμερον Graecis dicitur *quod in hodiernum diem valet, quod unum diem durat.* Verbum autem ζῆν ita accipiendum videtur, quasi bis positum esset: primum, pro substantivo τὸ ζῆν, id est, ὁ βίος, τὸ *vivere*, ipsa *vita*; deinde pro infinitivo verbi, pendente a praecedentibus verbis βούλομαι παραινέσαι: ut sententia sit, *velim te hortari, ut vitam hanc diurnam*, (quae an in crastinum fit duratura nescis) *laetus vivas.* Poterit vero etiam, in eamdem sententiam, τὸ ἐφήμερον pro τὸν ἐφήμερον χρόνον dictum intelligi: *hodiernum diem, praesens tempus.*

Postremum versum, μικροῦ δὲ βιότου ζῶντ' ἐπαύρεσθαι c χρεών, quum obscurius reddidisset Dalecampius, *Vitae brevitate vivos oportet frui*; monuit CASAUBONUS: » Verte, » *Vitâ, quae sit tam brevis, dum vivimus, frui oportet.*«

AMPHIDIS *vers.* 3 *sq.* μάταιός ἐστιν ἔργῳ, ἐμοὶ καὶ τοῖς σοφοῖς κριταῖς ἅπασιν. Commodissimum videri poterat, quod erat editum, μάταιός ἐστιν, ὥς γ' ἐμοὶ &c. quemadmodum apud Aelianum, Var. Hist. II. 41 extr. ὥς γ' ἐμοὶ κριτῇ: supple δοκεῖν. Sed aliud haud obscure indicabat vetus noster cod. *A.* in quo sic scriptum, μάταιός ἐστιν ἔργ' (vel ἔργῳ) ἐμοὶ καὶ τοῖς &c. (In lectionibus codicis Aegiani, in ora exempli ed. Bas. quod olim Casauboni fuerat, notatam video scripturam, ἔργα μοι: quae haud dubie ex ἔργῳ μοι corrupta.) Particula autem ὡς nullo incommodo abesse poterat, quemadmodum perinde & ἐμοὶ δοκεῖν & ὡς ἐμοὶ δοκεῖν dici solet. *Ibid.* » ἐκ » θεῶν δυστυχὴς, dicitur homo *Diis exosus*, & *divinitus in-*

c »*felix*, ὥπερ συμβέβηκε συμφορὰ θεήλατος.« CASAUBONUS. — Simili ratione vocabulum θεοβλαβὴς usurpatur.

Καὶ ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ δὲ Γυναικοκρατίᾳ (ὁ Ἄμφις) τὰ ὅμοια λέγει. Fabula Γυναικοκρατία, id est, *Mulierum-imperium*, Alexidi tribuitur, III. 125. b. & apud Pollux. IX. 44. Sed Γυναικομανία perhibetur *AMPHIDIS* fabula, IX. 386. f. & XIV. 642. a. itemque apud Hesychium in Εὐκολεῖν (mendose scripto pro Εὐκυβεῖν) ex Emend. Toupii, in Emend. in Suid. P. II. pag. 267. Ex quo probabile videri poterat, cum nusquam alibi Γυναικοκρατία *AMPHIDI* tribuatur, hoc loco pariter Γυναικομανίᾳ, sicut locis modo citatis, scriptum oportuisse: nec tamen ita certa res, quin credere etiam liceat, fide veteris nostri codicis *A.* cum editis consentientis, edidisse quoque Amphidem fabulam eodem titulo cum Alexidis Γυναικοκρατίᾳ. Quod si vocabulum Γυναικομανία cum Dalecampio interpretari liceret *Mulierum furorem*, vel *Muliebrem furorem*, suspicari possemus eamdem Amphidis fabulam perinde & Γυναικοκρατίαν & Γυναικομανίαν inscriptam fuisse, aut utroque saltem titulo nonnumquam fuisse laudatam. Sed, verum si quaeris, γυναικομανία longe aliud sonat, nempe *insanum quemdam mulierum amorem*; (conf. ipsum Athenaeum nostrum, XI. 464. d.) ac vereor ut ea notione, quae Dalecampio placuerat, accipi illud vocabulum possit. Non debeo autem silentio praeterire, verba ex fabula Γυναικοκρατίᾳ hic ab Athenaeo citata *Alexidi*, non *Amphidi*, tribui a MURETO, Variar. Lect. XIX. c. 3. in Gruteri Thes. T. II. pag. 1224. Unde quoniam msstis codicibus Italicis usus erat Muretus, suspicari aliquis possit, in antiquis msstis libris *Alexidis* nomen hic reperiri. Quod quidem contra est: nam hoc ipso loco, ubi fabula Γυναικοκρατία nominatur, nullum auctoris nomen adiectum est, sed perspicue traditur, eiusdem auctoris esse hanc fabulam, qui supra nominatus erat, ubi libri omnes in illam scripturam consentiunt, καὶ Ἄμφις δὲ ὁ κωμῳδιοποιὸς ἐν Ἰαλέμῳ: neque alioqui usquam Ἰάλεμος fabula *Alexidi*, sed constanter *Amphidi* tribuitur. Quare superest, ut statuamus, imprudenti Mureto aut typothetae excidisse eo loco, quem dixi, *Alexidis* nomen, cum *Amphidem* nominare debuisset.

AMPHIDIS verba, quae ex istâ fabulâ hic citantur, vulgo ut pedestri sermone concepta, in hunc modum in edd. legebantur: Πῖνε καὶ παῖζε, θνητὸς ὁ βίος, ὀλίγος ὢ

ὑπὲρ γῆς χρόνος, θάνατος δ' ἀθάνατός ἐστιν, ἄπαξ ἄν τις ἀποθάνῃ. Ubi tamen iſtud, δ' ἀθάνατος ex tacita editoris Baſileenſis emendatione eſt: nam in ed. Ven. & in utroque noſtro codice msto ſic legitur: θάνατος δ' ὁ θάνατος ἐστίν. Porro iſtud, ὁ ὑπὲρ γῆς tacite correxit Caſaubonus, cum ὁ ὑπὸ γῆς legeretur in ed. Ven. & Baſ. Nihil vero nec ab editore Baſ. nec a Caſaub. ad hunc locum adnotatum. Sed in eum modum, quo a nobis factum, legenda diſtinguendaque eſſe illa verba, ut ſint duo verſus trochaici tetrametri catalectici, perſpecte docuit idem, quem modo laudavi, MURETUS loco citato. Ubi quidem nonnulla ex ingenii coniecturâ correcta ſunt; nempe quod abiecta eſt καὶ particula, quae inter πῖνε & παῖζε ſane languide interpoſita erat; tum quod pro θάνατος δ' ὁ θάνατος ἐστὶν, quod nec ſenſum commodum habebat, nec metro conveniebat, ὁ θάνατος δ' ἀθάνατός ἐστιν poſitum eſt, apte ad metrum, & acute expreſſâ ſententiâ, *mors immortalis, aeterna eſt, nullus ab ea reditus datur.* In aliis vero coniecturae ſuccurrebat librorum praeſidium, qui ὑπὲ pro ὑπὲρ vel ὑπὸ dabant, & ἂν ἅπαξ τις, pro ἅπαξ ἄν τις. Pro ἂν ἅπαξ, ἢν ἅπαξ cum MURETO ſcripſi: potuerat vero etiam ἂν teneri: qua in particulâ, ubi pro ἐὰν ponitur, productam vocalem ancipitem iam ſaepius obſervavimus; quod eo facilius hîc fieri potuerat, ubi aſper ſpiritus initio vocis ſequentis moratur pronunciationem. Tota autem iſta concinnatio horum verſiculorum haud paulo commodior videri debet, quam quae GROTIO placuit: qui, quo in ſenarios cogeret poëtae verba, miſere ea discerpere coactus fuit, in hunc modum ſcribens: (in Excerptis ex Tragoed. & Comoed. Graec. p. 519.)

Πίνε
καὶ παῖζε· θνητὸς ὁ βίος· ὀλίγος ὑπὲρ γῆς
χρόνος· θάνατος δ' ἀθάνατός ἐστιν ἂν ἅπαξ
τις ἀποθάνῃ.

Quae latine idem GROTIUS ſic expreſſit:

Lude ac bibe:
mortalis vita: exigua in terris aevitas:
mors immortalis autem, poſtquam evenerit
ſemel moriri.

De verbo Πίνε coactus erat vir egregius monere in Notis ob verſum *cum acuto accentu* ſcribendum eſſe, contra uſum

Graecorum, qui primam ſyllabam in hoc verbo conſtanter producunt.

d Πιὲν, φαγὲν &c. »Prior *Bacchidae* verſuum male »vulgo ſcribitur, Πῖεν, φάγεν. Reſtitue Doricam ſcriptu»ram, Πιὲν, φαγὲν, pro πιεῖν & φαγεῖν. « Casaubonus. — Πίεν, φάγεν ſcribitur in ms. *A.* ſed recte πιὲν, φαγὲν, ms. *Ep.*

AD CAP. XV.

φησὶν Σωτίων ὁ Ἀλεξανδρεὺς &c. Sic recte ms. *A.* neſciens illam ὡς particulam, quam h. l. intruſerant editores. *Mox* vero, poſt ἐγὼ γὰρ οὐκ ἀπήντησα, quum ſequatur aliud verbum οὐ περιέτυχον in eamdem ſententiam, deſideres utique coniunctionem quae iſta verba copulet: quare aut ἀλλὰ πλείονα aut πλείονα δὲ legendum videtur.

πλείονα [δὲ] τῆς μέσης καλουμένης κωμῳδίας ἀναγνοὺς δράματα τῶν ὀκτακοσίων, καὶ τούτων ἐκλογὰς ποιησάμενος. »Magnae diligentiae exemplum. Ait, *legiſſe & excerpſiſſe* »*ſe plures octingentas fabulas mediae Comoediae.* Non exiſti»mandum eſt, negligentius verſatum fuiſſe in aliis fabu»lis, quà novae, quà antiquae comoediae. Adde his Tra»gicorum dramata: item alios omnis generis poëtas, & »illorum interpretes veteres criticos. Taceo Hiſtoricos & »Philoſophos: quorum omnia ſcripta legiſſe, vel ſola, »improbus ſit labos. Athenaeus vero cum ex horum li»bris, tum ex aliis omnibus ſibi lectis, excerpta confe»cerat viatica, ut ſaepe dictum nobis. Caeterum in nu»mero hîc poſito haeremus: quia legere meminimus, *Me»diae Comoediae fabulas fuiſſe ſolum* DCXCVII. Auctor προ»λεγομένων in Ariſtophanem: [in Küſteri edit. Ariſtoph. »p. XII. col. 2.] Τῆς μὲν οὖν μέσης κωμῳδίας εἰσὶ ποιηταὶ »νζ'. καὶ τούτων δράματα χιζ'. « Casaubonus.

e οὔτε γὰρ Καλλίμαχος. Nempe ἐν τῷ Πίνακι καὶ ἀναγραφῇ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων Διδασκαλιῶν. Vide *Callimachi Fragmenta* pag. 470. ed. Ern. Confer *Caſauboni Animadv.* ad VI. 253. e. T. III. Animadv. noſtrar. p. 371 ſq.

ἀλλ' οὐδὲ οἱ τὰς ἐν Περγάμῳ Ἀναγραφὰς ποιησάμενοι. »Conciſe dictum τὰς ἐν Περγάμῳ ἀναγρ. pro τὰς ἀναγρα»φὰς τῶν ἐκ τῆς βιβλιοθήκης τῆς ἐν Περγάμῳ. Eos enim »intelligit, qui *Indices* collegerant & conſcripſerant *Libro-*

» *rum qui erant Pergami in bibliotheca* regum Attalicorum. « e CASAUBONUS. — Conf. *Fr. Aug.* WOLFFII Proleg. in Homer. pag. 276.

ὁ δὲ Σωτίων φησὶν, ἐν τῷ δράματι &c. Nempe ἐν τῷ δράματι Ἀλέξεως, de quo dicere inſtituerat. Poſt longiorem parentheſin redit ad inſtitutum ſermonem: & quo connecteret abruptum orationis filum, repetit eamdem coniunctivam particulam δὲ, quam initio poſuerat, ubi dixit, Ἄλεξις δ' ἐν Ἀσωτοδιδ. φησὶν Σωτίων. De quo uſu particulae δὲ conſuli poteſt Lexicon noſtrum Polybianum pag. 125.

ALEXIDIS Aſotodid. verſ. 1. Τί ταῦτα λῆρεῖς &c. » Ne» bulonis illius mens, qui in *Alexidis Aſotodidaſcalo* pro» nunciabat iſta,

» Τί ταῦτα λῆρεῖς φλυναφῶν ἄνω κάτω
» Λύκειον, Ἀκαδήμειαν, Ὠιδεῖον, πύλας,
» λήρους σοφιστῶν;

» fuit haec: *Sapientiam & ſapientium ſcholas omnes prae luxu* » *& voluptaria vita, meras nugas eſſe.* Itaque non poſſumus » πύλας [cum Dalec.] interpretari de Thermopylis & Am» phictyonum conſeſſu: quid enim illis cum ſapientiae ſtu» diis? Si vera ea ſcriptura, referam ad mendicabula phi» loſophorum & aretalogos, qui paſſim per urbium por» tas, per plateas, per angiportus, & publica omnia loca » oberrantes, de virtute multa declamitabant. Viderint ta» men eruditi, num ſit potius legendum,

» Λύκιον, Ἀκαδήμειαν, Ὠιδεῖον, Ποικίλην.

» Mssti, quod nunc primum obſervo, praeferunt ᾠδείου » πύλας. « CASAUBONUS. — Sic ſane & noſtri mssti, quod merito adoptavit Grotius, in Excerpt. pag. 560.

Verſ. 4. » Πίνωμεν, ἐκπίνωμεν . . . . . σικῶν. Male » affectus verſus in omnibus libris. In quibusdam ἐμπίνω» μεν, & in extremo συκῶν. Nihil excogito: niſi cui non » displiceat, ἐκ κυλίκων συχνῶν. « CASAUBONUS. — Tum IDEM, in *Addendis:* » Sed veram huius verſiculi lectionem » imputat nobis codex Huraldinus: ille quidem corruptus; » verum ita, ut ad veram ſcripturam nos quaſi ducat ma» nu. Ita ille: Πίνωμεν, ἐκπινωμένῳ σικῶν. Luce clarius, » ſcribendum eſſe,

» Πίνωμεν, ἐκπίνωμεν, ὦ Σίκων, Σίκων.

» Proprium viri nomen fuit apud Graecos, *Sicon*, ut ob» ſervabamus libro IX. cap. VI. [ad pag. 378. b.] Servile,

» opinor, nomen id erat, ut pleraque Graecorum duûm » syllabarum, aut unius. « — Aliud GROTIO placuit, nempe Πίνωμεν, ἐκπίνωμεν, ἢ δίστοις σίτοις χαίρωμεν: *epulis optimis gaudentes.* Merito vero emendationem Casauboni, ὦ Σίκων, Σίκων, adoptavit TOUP, ad Theocr. p. 333. Nos praeterea ex msstorum praescripto ἐμπίνωμεν, pro ἐκπίνωμεν, scripsimus. Haud dubie enim indicabatur illa scriptura in cod. *A.* in quo est ἐντινομενω σικῶν: & plane perspicue in cod. *Ep.* scribitur, πίωμεν, ἐμπίωμεν, χαίρωμεν, ἕως &c. Verbum ἐμπιεῖν, *potare, gnaviter bibere*, cum alibi passim occurrit, tum apud Nostrum in Archestrati versibus, III. 101. c.

f *Vers.* 6. » Τύρβαζε μανὴν, γαστρὸς οὐδὲν ἥδιον. Aio scri- » bendum, vel invitis libris, Τύρβαζε Μάνη. *O Manes! dede* » *te voluptati: ventre nihil suavius.* Manes, servile nomen; » ut sciunt omnes. Quod autem servos alloquatur iste, te- » stantur verba superiora, οἰκέτην πεποιῆσθαι προτρεπόμε- » νον τοὺς ὁμοδούλους. At, τυρβάζειν id esse quod expressi- » mus, non quod interpretes, ex Suida potest probari, qui » τύρβην interpretatur ἀπόλαυσιν, *vitam voluptuariorum* & » eorum quos vocat Philosophus ἀπολαυστικούς. Inde igi- » tur τυρβάζειν, *vivere eam vitam.* « CASAUBONUS. — Interpretatus erat Dalecampius, *Nullis eum* (animum) *turbis vexemus.* Mendosum μανὴν cum editis tenet ms. *A.* Duo priora huius versiculi verba praetermisit Epitomator. Μάνη legendum videri & pro servi nomine accipiendum, iam ante Casaubonum monuerat MURETUS, Variar. Lect. XIX. 3. Pro τύρβαζε autem idem φόρβαζε legebat; nisi hoc typothetae sphalma est in Gruteri Thes. Crit. T. II. pag. 1225. Τύρβαζε tenens TOUP, Emend. in Suid. P. III. p. 504. perperam acceptum id verbum, ait, a Casaubono esse, ipse sic interpretans: *Cura, Manes, ut sint omnia ad coenam parata.* GROTIUS, vage nimis, *Vivamus, Mane!* Equidem Casaubonum secutus sum: qui quod ad Suidae interpretationem vocabuli τύρβη provocavit, video quidem longe aliter iudicasse H. STEPHANUM, in Indice Thes. pag. 130. ubi » fieri non posse, ait, quin suspecta sit ea expositio. « At eodem modo habes apud Etymologum, p. 772. Τύρβη· ἀπόλαυσις, ἢ θόρυβος, ἢ τάραξις. Quod si discedere a Casaubono libuisset, interpretaturus eram, *Tumultuare, Manes!* & de *tumultuosa* quadam & *exsultante laetitia* accepissem. Probarem TOUPII interpretationem, si τυρβάζου le-

geretur in verbo medio, ſicut in Evang. S. Lucae, cap. x. f
vs. 41. & apud Ariſtoph. Pace, vs. 1007. ſed eam lectionem reſpuebat metrum.

Verſ. 8. Ἀρεταὶ δ' ἐ πρεσβ. Sic commodius edd. cum ms. *Ep.* quam ἀρεταί τε, quod eſt in ms. *A.*

Verſ. 9. κόμποι κενοὶ ψοφοῦσιν ἀντ' ὀνειράτων. Tam ſpecioſa utique, quam erudita eſt VALCKENARII emendatio, in Notis ad Eurip. Phoen. p. 144 ſq. ἀντ' ὀνειάτων, id eſt, *inanis ſtrepitus, ſed nihil quod iuvet.* Enimvero, quum in ſcripturam, quae & defendi poterat, & a multis doctis viris defenſa eſt, (quos laudat ibidem idem Valcken.) conſentiant cum editis ambo libri mssti, mutare eam non debuimus.

Verſ. 10. ψύξει σ' ὁ δαίμων. ψύξει σε δαίμων edd. & ms. *Ep.* neque aliud ex ms. *A.* enotatum. Facile tamen credidi, ſcriptum eſſe σ' ὁ δαίμων in eodem cod. *A.* eamque ſcripturam effugiſſe fortaſſe aciem noſtri exploratoris: certe multo commodior viſa nobis eſt haec ſcriptura, quam in aliis codicibus Italicis (quos e noſtro ms. *A.* propagatos eſſe conſtat) repererat MURETUS, notans eodem loco, quem paulo ante citavimus: »Ubi vulgo eſt, ψύξει σὲ δαίμων, »melius videtur quod in veteribus legitur ψύξει σ' ὁ δαί»μων.« Pro ψύξει, perperam in ed. Baſ. ψήξει ſcribitur.

Verſ. 12. Περικλέης, Κόδρος, Κίμων. Κόδροι edd. nec aliter (quod ſciam) ms. *A.* Sed quum & praecedens nomen & ſequens in ſing. numero eſſent poſita, nulla cauſſa erat cur hoc in plurali poneretur. Quare Κόδρος adoptavi ex ms. *Ep.* quod etiam ex coniecturâ praetulerat ediderat-que GROTIUS.

AD CAP. XVI.

In *CHRYSIPPI parodiâ epitaphii Sardanapalli, verſ.* 1. σὸν a
θυμὸν ἄεξε. ἄεξαι eſt in ms. *Ep.* eodemque modo in eodem cod. ſcriptum p. 336. a. in Sardanapalli epitaphio. Similiter, ut ibi θάνοντί τοι ſcribitur in eodem ms. *Ep.* ſic hîc φαγόντι τοι. *Verſ.* 3. ἐγὼ κακός εἰμι. »In vetere libro »eſt κενός. Ego autem legendum puto κόνις.« MURETUS l. c. — At κακός εἰμι tenet uterque noſter codex mstus: neque id mutandum viſum eſt.

In *TIMONIS verſiculo*, metri ratio πρώτιστα poſtulave-

rat, quod tenet ms. *A.* cum edd. Alioqui commodius utique fuerat πρώτιστον, aut πρωτίστη.

AD CAP. XVII.

b περὶ τῆς χελώνης τάδε· Ἡ χρὴ χελώνης ἢ φαγεῖν &c. Quatuor verba, quae deerant editis, dedit ms. *A.* Totum locum de *teſtudine* praetermiſit Breviator.

ἄλλοι δ' οὕτως λέγουσιν· Ἢ δεῖ χελώνης κρέα &c. Hoc modo enunciatum proverbium legitur apud Paroemiographos, & apud Suidam; ad quem vide quae adnotavit Küſterus. CASAUBONI ad hunc locum eſt Animadverſio haec: »Explicatur hoc proverbium a Zenobio, [Cent. IV. 19.] »& eius auctor Terpſion dicitur etiam illi. Apponam eius »verba, & ſimul emendabo. Ἢ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν, »ἢ μὴ φαγεῖν. Τῆς χελώνης ὀλίγα κρέα βρωθέντα στρόφους »ποιεῖ· πολλὰ δὲ καθαίρει. ὅθεν ἡ παροιμία. ἕτεροι δὲ, ἐπὶ »τῶν ἀρχομένων ὁρμᾶν ἐπί τι, στραγγευομένων δέ. φασὶ »δὲ αὐτὴν Τερψίωνος εἶναι. *Teſtudinis carnes, ſi intra modum »edantur, generant tormina: ſi maiore copiâ, purgant. Unde na»tum proverbium:* Teſtudinis carnes aut comedere oportet, »aut non comedere. *Alii putant dici de iis, qui magno im»petu rem aliquam inchoarunt, ſed poſtea languidos ſeſe prae»bent. Auctor dicitur eſſe Terpſio.* In Zenobii libris peſſime »ſcriptum, στρατευομένων δέ: atque idem error etiam apud »Suidam. Fecimus στραγγευομένων: quae emendatio fide»iuſſorem, credo, non deſiderat.« — In ed. 2. & 3. ex ſchedis CASAUBONI haec adiecta: »Utitur eleganter hoc »proverbio Actuarius, initio libri IV. Ἡ μὲν παροιμία φη»σὶν, ait, χελώνης κρέα ἢ φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν. ἐγὼ δὲ, »μικρόν τι τὴν παροιμίαν παρῳδήσας, φαίην ἄν· ταῖς ποι»κίλαις καὶ πολυειδέσι τῶν ὑποθέσεων ἢ μὴ ἐγχειρεῖν προσ»ῆκον, ἢ τοὺς ἐγχειροῦντας ἀνάγκη καὶ συμπληροῦν. In »editione Graecolatina Proverbiorum Zenobii & aliorum, »quam infeliciter ſuperior locus ſit expreſſus, intelligent »qui noſtra cum illa verſione contendent.« — Simile proverbium eſt Britannorum: *Drink deep, or taſte not.* Haeſeram vero paulisper in metro ſenarii Graeci,

ἢ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν:

ubi correpta videri poterat ultima vocis κρέα; quae tamen, ut per craſin ex κρέαα contracta, produci debet; ſicut VII. 277. f. Cui incommodo minime medetur ea ratio, qua

apud Diogenianum (Centur. V. 1.) effertur idem proverbium; ubi κρέας, pro κρέα, ſcribitur. Nempe, non tam fuerit α vocalis in κρέα corripienda, quam duae ſyllabae κρε & α pronunciando in unam contrahendae.

AD CAP. XVIII.

ὁ ὀψολόγος Δωρίων &c. » Libro ſuperiore ſaepiſſime uſus » eſt auctor teſtimoniis *Dorionis*, in explicanda Piſcium » hiſtoria. Is auctor obſcurus fuit, & paucis cognitus: » ideo miratur Democritus, inter ὀψολόγους & eos *qui de* » *Piſcibus ſcripſerunt* eum cenſeri; qui in eruditorum vul- » gus non aliter innotuerit quam ceu κρουματοποιὸς, id » eſt, *magiſter ſymphoniae*, aut neſcio quorum *muſicorum in-* » *ſtrumentorum pulſator.* Πόθεν δ' ὑμῖν, ὦ σοφώτατοι, in- » quit, ἐπῆλθε καὶ ὁ ὀψολόγος Δωρίων, ὡς καὶ συγγραφεύς » τις γενόμενος, ὃν ἐγὼ κρουματοποιὸν οἶδα ὀνομαζόμενον » καὶ φίλιχθυν, συγγραφέα δὲ οὔ; Clariſſima verba obſcu- » rant interpretes, dum ὀψολόγος aliter vertunt quam opor- » tebat; [*obſoniorum ſcriptorem* vertit Dalec.] ſed & cor- » rumpunt iidem, cum temere emendant cum hîc, tum » aliis etiam in locis, χρωματοποιὸν, pro κρουματοποιόν. » Meminerant videlicet, inter *modulationum* genera, quae » a Muſicis explicantur, *chromata* nominari: ceu vero non » & κρούματα ſint muſicorum; de quibus tam multa Pla- » to, Ariſtoteles, Plutarchus. Illud potius meminiſſent, in » Plutarchi commentario DE Muſica κρουμάτων ποιητὴν di- » ci, quem una dictione κρουματοποιὸν vocat auctor. Mi- » nus autem mirandum eſt, de hoc *Dorione* quaedam Athe- » naeo fuiſſe comperta, quae vulgo doctis eſſent incogni- » ta: nam & Athenaeus Aegyptius fuit, & Dorion quo- » que, aut in Aegypto certe vixit: quod docent nos *MA-* » *CHONIS* de Dorione verba, Ὁ κρουματοποιὸς Δωρίων ποτ' » εἰς Μύλων' ἐλθών. Nam *Mylon* Aegyptiaci oppidi nomen, » teſte Hermolao Byzantio. « CASAUBONUS. — Conſulto & facete voce ambigua ὀψολόγος uſus eſt auctor, quae & eum ſignificare poteſt qui *de obſoniis* (ac ſigillatim, *de piſcibus*) *diſſerit aut ſcribit*, & eum qui *obſonia legit*, id eſt, *ſectatur*. Igitur hoc dicentem ſuum Democritum facit Athenaeus: ὀψολόγον quidem fuiſſe *Dorionem* novimus; at, non *qui de obſoniis ſcripſerit*, ſed qui *obſonia ſectatus ſit*, *fueritque* (apertius ut dicam) φίλιχθυς & ὀψοφάγος. conf. in-

b fra, lit. f. & pag. 338. b. Iam quod hunc *Dorionem tibicinem piſciumque lurconem*, eumdem facere videtur Deipnoſophiſta cum *auctore libri De Piſcibus*, id ſic accepiſſe video doctiſſimum SCHNEIDERUM, in Hiſtoria Piſcium pag. 236. quaſi ſerio ac diſerte *eumdem hominem* ſtatuerit Athenaeus: quod equidem aliter interpretaturus eram. Nempe φιλολογώτατος noſter Auctor, quaecumque de Piſcibus & de piſcium lurconibus in commentariolos ſuos retulerat, profuſa manu expromturus, & nova ſemper cum ante dictis quacumque ratione connectere ſtudens, nil aliud hîc fortaſſe, niſi hoc, ſignificare voluit: haud ſatis alioquin in vulgus notum eſſe *Dorionem* eum qui *de Piſcibus* ſcripſit; multo magis notum *Muſicum Dorionem*, *eumdemque piſcium heluonem*, cuius *nonnulla etiam facete dicta* a pluribus auctoribus minime ignobilibus ſcripto conſignata legerentur. Nec vero inde tuto colligitur, ſtatuiſſe Athenaeum, eumdem eſſe hunc cum illo *Dorione*, qui & *de Piſcibus*, & de *Agricultura* (teſte eodem noſtro Athenaeo, III. 78. a.) ſcripſit: qui quidem (omnia ſi inter ſe conferas, quae ex eo Athenaeus paſſim citavit) non fere niſi grammaticâ quadam & philologicâ ratione argumenta iſta tractaſſe videtur; ut coniectare liceat, fuiſſe fortaſſe eumdem Δωρίωνα τὸν κριτικὸν, id eſt, *Grammaticum & Philologum*, quem Hadriani Imperatoris aetate Sardibus vixiſſe, ibique Dionyſium Mileſium ſophiſtam hoſpitio excepiſſe Philoſtratus teſtis eſt, in Vita Dionyſii Mileſii, p. 525. Quod ſi ita eſt, haud mirum magnopere debebit videri, a nemine alio veterum Scriptorum, praeter Athenaeum, commemorata ſcripta huius *DORIONIS* reperiri. Multo vero vetuſtiorem fuiſſe *muſicum Dorionem* eumdemque & *facetum hominem* & *piſcium heluonem*, ex teſtimoniis hîc ab Athenaeo prolatis, *Machonis* comici, tum praeſertim *Lyncei Samii*, qui fuit Theophraſti diſcipulus, & *Mneſimachi*, mediae comoediae poëtae, abunde conſtat. Caeterum de diverſis *Dorionibus* conſuli poſſunt quae disputavit BURETTE, in Notis ad Plutarchi libellum DE Muſica, in *Memoires de l'Acad. des Inſcript.* T. XIII. p. 295 ſq. Quod vero eâ cauſſâ notiorem Athenaeo Aegyptio, quam aliis, Dorionem fuiſſe Caſaubonus ſtatuit, quoniam & Dorion, teſte Machone, Aegyptum adierit; id & per ſe quam ſit infirmum, & quam nullius momenti ad id quod quaerebamus, non eſt quod moneam.

In *Machonis verſ.* 1. recte εἰς Μύλων' edidit Caſaub. c. εἰς Μύλων ed. Ven. & Baſ. cum ms. *Ep.* εἰς Μυλῶνα ms. *A.* Μύλων, πόλις Αἰγύπτου: Stephanus Byz. ex Hecataeo.

Verſ. 5. Cum vulgatam ſcripturam, ἰδών τ' ἐπιθύοντα, non ferret metri ratio, adnotavit Casaubonus: »Malim ita ſcribi, ἰδών τ' ἔπειτα θύοντα.« — Quod quoniam & ipſum, ob primam ſyllabam in θύοντα longam, metro adverſabatur, commodius hactenus Fiorillo, Animadv. pag. 107. ἰδών τ' ἐκεῖ θύοντα nuper correxit. At, ſi indigebat hic locus emendatione, haud dubie commodiſſimam iam olim Scaliger occupaverat, a Grotio adoptatam & in lucem productam, ἰδών τε πη θύοντα, nullâ fere literâ mutatâ. Sed, ut prorſus nihil mutandum cenſerem, perſuaſit mihi mentio hîc facta τοῦ νεωκόρου. Erat enim νεωκόρος, non *ſacerdos*, ſed *aedituus* & (ſuperioribus praeſertim illis temporibus) veluti quidam *famulus templi*; cuius non tam erat *ſacra facere*, quam *templum ſcopis verrere*, (unde etiam nominis origo) *ab immunditiisque* quibusvis *purgare*, & omnino *curam templi habere*. Quare pro eo quod Grotius, cuius reliquam verſionem latinam adpoſuimus, hunc verſum ſic erat interpretatus,

Ubi cum videret ſacra facientem popam:

verbum ἐπιθύειν eo ſenſu accipiendum nobis viſum eſt, quo idem ſonat ac ἐπ' εὐθείας ὁρμᾷν, ut exponitur in brevibus ſcholiis ad Iliad. σ'. 175. & in Apollonii Lexico Homerico, aut ὁρμᾶσθαι, ut eſt apud Heſychium: a qua notione derivatus etiam ille uſus verbi eſt, ubi pro *cupere* ponitur, ut apud Apollon. Rhod. I. 1238. II. 1158. III. 354. Atqui iſtâ notione conſtanter in hoc verbo (quemadmodum & in cognatis ἐπιθύνω, apud Oppian. De Venat. I. 383. & ἐπιθυνέσκω, apud Apollon. III. 1324.) ſyllaba πι producitur. (conf. Clark ad Odyſſ. π'. 297.) Unde & verſui, qualis vulgo ſcriptus legitur, exactiſſime conſtat ratio; nec minus commoda (ut nobis quidem videbatur) prodibat ſententia: *ubi ad ſe adcurrentem vidit aedituum*, ſcilicet cogniturum quisnam homo peregrinus eſſet, qui in templo conſediſſet.

Verſ. 8. »Facit poëta mentionem fani cuiusdam Ζηνοποσειδῶνος, id eſt, *Iovineptuni*. Nam interdum veteres »duo numina in uno ſigno coluerunt: unde illa nomina apud »M. Tullium, [ad Attic. Lib. I. Ep. 1. & 10.] *Hermathena*, »*Hermeracla*; & hîc *Zenopoſidon*.« Casaubonus.

d *Verſus* 10. quum ubique ſic ſcriptus legeretur,

δύναιτο καταγώγιον ἐξευρεῖν τις, οὔ:

miratus ſum, non modo emendationis nihil tentatum, ſed ne adnotatum quidem quidquam a viris doctis reperiri. Atqui, quo pacto illi verſui ineſſet ſenarii menſura, exputare equidem non potui. Ineſſet, ſi καταγώγειον ſcriberetur; ſed iſtam vocabuli formam, nec in libris noſtris, nec alibi usquam reperire mihi licuit. Quare aliud fulcrum adhibere tentavi, inſertâ καὶ particulâ: quam tamen non absque dubitationis ſignificatione auſus ſum adponere. Poterat etiam emendatio tentari in hunc modum:

δύναιτό τις καταγώγιον ἐξευρεῖν τι, οὔ.

Verſ. 11. σὺν δύο disiunctis vocibus ſcribebatur in ed. Ven. συνδύο unâ voce penacuta in ed. Baſ. & Caſ. & in ms. *Ep.* Rectius σύνδυο antepenacute ſcriptum dedit ms. *A*.

Λυγκεὺς δ' ὁ Σάμιος. De hoc confer initium libri quarti. Poſt verba vero, ἐν τοῖς Ἀποφθέγμασι, neceſſario deſiderari iſta, γράφει οὕτως, aut certe verbum φησὶ, aut aliud quidpiam in eamdem ſententiam, mihi videbatur.

e δεῖ μέν τοι γε ἐσθίειν αὐτὰ &c. »Egregium eſt Dorio»nis apophthegma, quod hîc commemoratur: Ἐπαινοῦν»τος ἄλλου τὰ τῶν θύννων ὑπογάστρια· καὶ μάλα ἔφη· δεῖ »μέντοι γε οὖν ἐσθίειν αὐτὰ ὥσπερ ἐγὼ ἐσθίω. εἰπόντος δὲ, »πῶς; ὁ δὲ, πῶς; ἡδέως, ἔφη. Omnia quibus veſcimur, at»que adeo quaecunque in longa vita mortalibus eveniunt, »vel per ſe & naturâ ſuâ nobis grata ſunt, vel poſſunt fie»ri. Nam qui ſapienter vitam inſtituunt, ſi non poſſunt quod »volunt, id volunt quod poſſunt. *Dorionis* haec mens fuit, »cum diceret, *probari ſibi thunnorum abdomina, & bonum »cibum videri*: non quod talis eſſet naturâ ſuâ, ſed *quia »ipſe talem efficiebat, aequitatem animi pro condimento adhi»bens, & moderationem*, per quam vel mali ſaporis cibi pa»lato comedentis ſapiant. Hoc voluit Dorion: neque ob»ſtat quod Archeſtratus & poëtae alii, quorum in his »libris verba recitantur, laudare hypogaſtria thunnorum »videntur. Nam ſi deterioribus comparentur, laudem me»reantur non iniuriâ: ſi cum aliis non contendantur, & illa »& omnia ſalſamentorum genera beatorum menſis parum »digna. Ideo dicebat Galenus in tertio De Facult. Aliment. »*piſces* τοὺς τεμαχιζομένους καὶ ταριχευομένους ἐδωδὴν εἶ»ναι ἀνθρώπων τῶν ἐπιτυχόντων.« Casaubonus. — Mihi nude hoc dicere viſus erat Dorion, quod in proverbio

uſurpare conſuevimus, *De guſtibus non eſſe diſputandum.* e *Sibi quidem mire iſtum cibum placere; cum ſint fortaſſe alii, quibus minus ſapiat.* Ad verba quod adtinet, nude μέν τοι γε habet uterque codex mstus, ignorans οὖν voculam, inutiliter adiectam ab editoribus. Sub iſtis, ὁ δὲ » Πῶς; ἥδέως: « vereor ne ex parte aliud quid lateat. Certe repetitam illam particulam πῶς ſuſpectam habere licebit; quam percommode omiſit Epitomator.

» Aiebat idem Dorion, τοὺς καράβους τρία ἔχειν, διατριβὴν, καὶ εὐωχίαν, καὶ θεωρίαν. *Locuſtas marinas tria habere*, (id eſt, ad haec tria eſſe commodas) *oblectationem*, » *eſcam, & contemplationem.* Non intellexerunt hunc locum » qui verterunt διατριβὴν, *exercitationem.* Iucundas occu- » pationes ad tempus fallendum & otium oblectandum, » διατριβὰς vocant Graeci. Locuſtae vero marinae ea com- » pages ac fabrica eſt, ut paegnii & ludicri cuiusdam loco » haberi queat. θεωρίαν appellat, opificii divini in natura » huius aquatilis ſedulam conſiderationem. « Casaubonus. — διατριβὴν, *exercitationem* interpretatus erat Dalecampius: nos, *gratam exercitationem*, eâdem fere notione quam in animo habuerat Caſaubonus. *Amuſement* Gallice dicimus.

Ἐν Κύπρῳ δὲ παρὰ Νικοκρέοντι δειπνῶν, &c. » Quando » vixerit *Dorion*, non eſt difficile cognitu ex iſtis verbis. » *Coenans in Cypro apud Nicocreontem, laudavit poculum quod-* » *dam: tum Nicocreon, Quod volueris cumque*, inquit, *idem ar-* » *tifex ſimile alterum tibi conficiet. At Dorion: Tibi quidem*, » *ait: mihi vero da tu* nunc *iſtud.* Nicocreon hic, Cypri ty- » rannus, vixit Iſocrati aequalis. Melius autem, & uberio- » re ſententia, mss. ὃ ἂν βούλῃ, quam interpretes ἐὰν βού- » λῃ. Quaſi dicat Nicocreon: *Ex omnibus generibus poculo-* » *rum, quae vides in cylicio appoſita, elige quod maxime pro-* » *baveris, & ſimile illi alterum conſiet tibi.* De more appo- » nendi cylicium, libri undecimi initio. « Casaubonus. — Lubens equidem ὅταν accepiſſem, ſi dediſſent libri: ſed ὃ ἂν tenent etiam noſtri mssti cum editis. *Nicocreontis* nomen cum recte ſtatim tenuiſſet ms. *Ep.* in illis verbis παρὰ Νικοκρέοντι, mox deinde idem ſic habet, καὶ ὁ Νικοκρὴς ἔφη. Fortaſſe Νικοκλῆς ſcripſerat auctor Epitomae, quod non contemnendum fuerat: nam idem rex utroque utebatur nomine. Vide Weſſeling. ad Diod. Sic. XX. 21. & Noſtrum pag. 352. d.

e Ἀνδρὶ μὲν αὐλητῆρι &c. »Non carent difficultate verſi»culi lepidiſſimi, quibus *negatur mens ineſſe tibicinibus*. Sunt »autem hi:

»Ἀνδρὶ μὲν αὐλητῆρι θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν.
»ἀλλ' ἅμα τῷ φυσᾶν χ' ὡ νόος ἐκπέταται.

»Poſteriore illorum verſuum dicuntur *tibicines, dum tibias »inflant, mentem amittere*. Si amittunt; ergo habent. Qua»re falſum illud in priore, θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν. Aut »igitur commoda interpretatione molliendum quod dictum »videtur eſſe duriuscule; & accipiendum quaſi diceret: »*datam quidem & tibicinibus mentem a Diis, ſed non firmam, »nec perpetuam; verum quae tunc illis adimatur, cum tibias in»flant.* Aut legendum,

»Ἀνδρὶ μὲν αὐλητῆρι θεοὶ νόον εἰσενέφυσαν.

»Stant ab hac emendatione, non codices quidem; in queis »vulgata lectio habetur: ſed particulae μὲν & ἀλλὰ, ſi »volumus earum vim rectâ ratione expendere.« Casaubonus. — Utique in eam ſententiam, quam prae alterâ probavit vir doctus, enunciatum illud proverbium fuiſſe videtur. Paulo preſſius vero veſtigiis inſiſtemus veteris ſcripturae, ſi οὖν ἐνέφυσαν, pro οὐκ ἐνέφυσαν legerimus. μὲν ſequente οὖν idem fere valet ac μὲν nude poſitum: commode vero hîc adiecta fuerit particula οὖν, ut vim addat praecedenti μὲν, quae paulo longius remota eſt a verbo ἐνέφυσαν, cum quo erat iungenda. In poſteriori verſu Ioſnicam formam φυσῆν, qua & Attici potuerunt uti, uterque noſter dedit liber mſtus.

AD CAP. XIX.

a Ἰχθύων σε, φησὶν, ἐκέλευον ὀνόματα λέγειν, οὐ θεῶν. »Iuſſerat Dorion puerum opſonatorem piſces emere: cum »ille non feciſſet, herus flagris eum caecidit, atque inter »vapulandum iuſſit optimorum piſcium nomina recitare. »Morem gerit miſellus, & orphum, glauciſcum, congrum »& ſimiles his alios nominat. Tum Dorion, *Ego te*, in»quit, *piſcium nomina iuſſi dicere, non Deorum*. Cur piſces »illos appellat *Deos?* An haec acciderunt cum adhuc in »Aegypto eſſet Dorion? Ibi enim plerosque piſces pro »numinibus fuiſſe cultos, teſtantur veteres comici, ut li»bro ſeptimo legere eſt. Verius cenſeo, Dorionem, cum »eſſet inſigniter piſcium amans, (unde illi *Philichthys* co-

»gnomen) & de eo genere hominum quibus venter Deus a »eſt, ut D. Paulus ait, piſcium illos qui palato ſuo ma»xime ſaperent, appellaſſe *Deos*. Notamus tale quid & »libro XIV. cap. XII.« CASAUBONUS. — Confer eumdem ad XIV. 642. b. Equidem ultro fateor, haud ſatis me percipere quidnam magnopere acuminis in iſto Dorionis dicto inſit.

καταγελῶν τοῦ ἐν τῷ Τιμοθέου Ναυτίλῳ χειμῶνος. »Lego Ναυπλίῳ. Non enim *Nautilum*, ſed *Nauplium* »fecerat poëta Timotheus. Suidas nominat Πέρσας ἢ Ναύ»πλιον. De *Nauplio* quod facit huc, leges in Apollodori »Bibliotheca lib. II.« CASAUBONUS. — Duo fuerunt *TIMOTHEI* poëtae; alter comicus, Athenienſis, cuius fabulam Κυνάριον laudavit auctor noſter, VI. 122. d. alter lyricus & dithyrambicus, idem inventis muſicis clarus, *Mileſius*, de quo hîc agitur; cuius etiam verſiculos nonnullos recitavit Noſter, III. 122. d. Eiusdem carmen, Νιόβη inſcriptum, paulo poſt commemoratur VIII. 341. d. & Ὠδὴν Σεμέλης, pag. 352. a. De utroque Suidas videndus: de hoc *Mileſio* confer Caſaubonum paulo inferius ad Athen. VIII. 352. a. & Voſſium, De Poët. Graec. T. III. Opp. p. 212. & Poëticar. Inſtit. lib. III. c. 13. ſect. 4. & cap. 16. ſect. 3. & 9. tum quae ad Suidam Küſterus adnotavit. Titulum poëmatis, de quo hîc agitur, mssti noſtri ambo conſentientes cum editis Ἐν τῷ Τιμοθέου Ναυτίλῳ tuentur. Quae ſcriptura eo ſpecioſior poterat videri, quod, cum ναυτίλος *hominem navicularium* ſive *nautam* ſignificet, probabile admodum ſit, in carmine ſic inſcripto locum fuiſſe deſcriptioni *tempeſtatis* quam in mari paſſus ſit nauta. Quod KÜSTERO etiam adeo probabile viſum erat, ut pro Ναύπλιον apud Suidam (in Τιμόθεος) ex hoc Athenaei loco Ναυτίλον corrigendum cenſeret. Sed qui, quae de *Nauplio*, Palamedis patre, calamitati Graecorum tempeſtate adflictorum inſultante, apud Strabonem, VIII. 368. d. & praeſertim apud Hyginum Fab. CXVI. leguntur, meminerit, (nam quae Apollodorus Biblioth. lib. II. cap. 1. habet, ea nec huc magnopere faciunt, & nimis brevia & obſcura ſunt:) quique cogitaverit, quanto facilius a ſcriptura Ναυπλίῳ in iſtam per ſe ſpecioſam & magis obviam Ναυτίλῳ aberrare ſcriba aliquis potuerit, quam vice verſa: is facile ſibi perſuaſerit, cum Caſaubono & Voſſio Athenaei libros ex Suida corrigendos, & Ναυπλίῳ hoc

loco pro Ναυτίλῳ legendum. Sed quod Suidae codices idem carmen Πέρσας ἢ Ναύπλιον inſcriptum faciunt, in eo quidem ibi erratum eſſe arbitror; quoniam, quid *Perſis* cum *Nauplio* adeo commune fuerit, ut idem carmen perinde ab utrisque nomen titulumque inveniret, vix ac ne vix quidem cogitari poteſt. Quare apud Suidam aut ἢ particula delenda fuerit, aut ſtatuendum inter ἢ & Ναύπλιον aliud aliquod nomen intercidiſſe.

ἐν κακκάβᾳ ζεούσᾳ. Nil mutant libri; niſi quod ζέουσα antepenacute ſcribitur in ms. *Ep.* vitio manifeſto. Cur autem *Doricâ formâ* pronunciaſſe iſta verba ſtatuatur Dorion, cum ἐν κακκάβῃ ζεούσῃ dictum oporteret, haud adparet.

b In *Mnesimachi verſ.* 1. pro Οὐ καλὰ, quod erat editum, perſpicue Οὐκ ἀλλὰ dedit ms. *A.* Veluti metro minime adſtricta vulgo adponebantur poëtae verba; quae ſi, ut mihi videbatur, ſenariis fuerunt comprehenſa, neceſſario prior verſus ſic ſcribendus erat:

Οὐκ ἀλλὰ καὶ τῆς νυκτὸς ἔνδον Δωρίων.

In *poſteriore verſu*, analogiae, quam in componendis nominibus ſervant Graeci, adverſabatur forma vocis λοπαδιφυσήτης: ad quam nihil quidem varietatis e ms. *A.* adnotatum; ſed recte λοπαδοφυσητὴς dedit ms. *Epit.* unde repetiit Euſtath. ad Iliad. σ'. 1205, 26. Totum quidem locum nonniſi uno fere illo verbo perſtrinxit Breviator: Τοῦτον, inquit, (nempe τὸν Δωρίωνα) ὁ κωμῳδιοποιὸς Μνησίμαχος, ὡς πάνυ ὀψοφάγον, λοπαδοφυσητὴν ἐκάλεσεν. Alia in eamdem ſententiam ex eodem vocabulo λοπὰς compoſita nomina habes apud Noſtrum, III. 113. f. & IV. 162. a. In ſuperioribus verbis, ubi legitur φανερὸν ἐξ ὧν λέγει Μνησίμαχος, malueram φανερὸν καὶ ἐξ ὧν.

AD CAP. XX.

Οἶδα δὲ καὶ ἃ ὁ Ἑρμιονεὺς Λάσος &c. »*Laſi Hermionen-*
»*ſis*, vetuſtiſſimi ſapientis, &, ut quidam arbitrati ſunt,
»unius e ſeptem, iocus, dicentis, τὸν ὠμὸν ἰχθῦν ὀπτὸν
»εἶναι, ſpecie analogiae ludit nos. Nam, ut dicimus νοη-
»τὸν, ὅ ἐστι νοῆσαι, & ἀκουστὸν, ὅ ἐστι ἀκοῦσαι: ſic pror-
»ſus, ὅ ἐστιν ὀπτεῖν, τοῦτό ἐστιν ὀπτόν. Athenaeus dum
c »ſcribit, καὶ ὅ ἐστιν ἰδεῖν, τοῦτό ἐστιν ὀπτὸν, manifeſtiſ-
»ſimam analogiam fecit obſcuriſſimam, corruptâ argu-
»mentatione quae ducitur a coniugatis. Sed vitavit ob-

» ſoletum verbum ὄπτειν, pro ἰδεῖν, *videre.* Exſtat in ve- c
» tere ſenatusconſulto Lacedaemoniorum de Timotheo,
» quod recitamus capite undecimo huius. [ad p. 352. a.]
» Niſi malumus, ex gloſſemate τὸ ἰδεῖν in contextum ir-
» repſiſſe. Verum eſt autem, ab ὦπται fieri ὀπτὸς, *viſi-*
» *bilis:* unde εὔοπτος, frequens verbum etiam optimis ſcri-
» ptoribus. At ὑπτὸς, *affus*, [proprie ὀπτητὸς,] contra-
» ctum eſt ex ὤπτηται.« CASAUBONUS. — Paucos fore lectores arbitror, quibus ſolicitanda videatur vulgata ſcriptura ἰδεῖν, quam libri omnes agnoſcunt.

ἰχθῦν παρά τινων ἁλιέων ὑφείλετο. Epitomator nude, ἰχθῦν ὑφείλετο: ſed idem deinde, ὁρκίζοντος δὲ τοῦ ἁλιέως. Atqui, cum ὁρκίζοντος in ſingulari teneat etiam ms. *A.* cum editis, mendoſum eſſe adparet quod ante ſcribitur παρά τινων ἁλιέων, oportuiſſeque ibi aut παρά τινος ἁλιέως aut παρά τινος τῶν ἁλιέων: quorum alterutrum ſi ibi reponatur, non opus utique fuerit ut deinde verba τοῦ ἁλιέως adiiciantur. *Mox*, διὸ τὸ λαβεῖν μὲν αὐτὸν tenui cum edd. quibuscum facit ms. *Ep.* Specie quidem non carebat λαβεῖν μὲν αὐτὸς, quod eſt in ms. *A.* quoniam ſimiliter paulo ante dicebatur μήτ' αὐτὸς ἔχειν. Sed diverſa ratio eſt: ibi iurabat Laſus, μήτ' αὐτὸς ἔχειν τὸν ἰχθῦν *&c.* in cuiusmodi locutione tenent Graeci nominativum cum infinitivo: ſed hîc loquitur ſcriptor, explicans cur ita iurare ille citra mendacium potuerit.

» Addit Deipnoſophiſta: Τοιαῦτα δὲ καὶ Ἐπίχαρμος παί- d
» ζει, ὥσπερ ἐν λόγῳ καὶ λόγον εἶναι. Haec ſunt cor-
» rupta ſine dubio: etſi conatus eſt eruditiſſimus Dale-
» campius ſenſum commodum reperire aliquem. Ego me-
» mini reperire laudatam Epicharmi fabulam, cuius titu-
» lus ſcriberetur Λόγος ἢ Λογίναι: quod etſi non ſatis af-
» ſequor, & ſuſpectum etiam habeo, tamen certus ſum
» eius comoediae indicem hoc loco reſtituendum eſſe. Plu-
» ra diximus de illius Epicharmeae fabulae titulo, lib. III.
» cap. XXXIII. [ad III. 106. e.] Caeterum de eo dramate
» & caeteris eius poëtae dicendum nobis alibi accuratius.«
CASAUBONUS. — Vulgatam hoc loco ſcripturam ſic interpretatus erat Dalecampius: *Non abſimiliter Epicharmus ita ludit, ut in eadem voce diverſus agnoſcatur ſenſus.* Caeterum vide notata ad III. 106. e. Mireris vero, hoc loco etiam auctorem Epitomae, qui nonniſi rariſſime titulos adponit fabularum, iſtum quidem ad verbum, ut eſt in editis &

d in ms. *A.* adpoſuiſſe, Τοιαῦτα δὲ καὶ Ἐπίχαρμος παίζει ὡς ἐν λόγῳ καὶ λόγον εἶναι: quaſi haec verba non magis ille, quam dein Dalecampius, pro fabulae titulo accepiſſet.

In *EPICHARMI verſ.* 3. cum in poſteriori hemiſtichio nude legeretur, ἀλλ' ἔραγόν τοι λέγω, claudicabat metrum: cui non commodius ſuccurri poſſe putavi, quam inſertâ γε particulâ. Sic non ſolum legitima verſui menſura accedebat, ſed luſus verborum emergebat paulo feſtivior: γ' ἔρανον: γέρανον: ἔρανόν γε.

AD CAP. XXI.

ALEXIDIS verſum 2. ſic interpretatus erat Dalecampius: *in mari nobiles comeſſe piſces nemini licebat.* Quo ſpectat animadverſio CASAUBONI: »Λαμπρὸν ἄνεμον Graeci »appellant *vehementem* & σφόδρα πνέοντα. Syneſius: »Ἔπειτα καὶ νότος συνεπιλαμβάνει λαμπρὸς, ὑφ' οὗ ταχὺ τὴν »γῆν ἀπεκρύπτομεν. Ita accipi debuit ea vox in his *ALEXIDIS*:

»Πρότερον μὲν, εἰ πνεύσειε βορρᾶς ἢ νότος
»ἐν τῇ θαλάττῃ λαμπρὸς, ἰχθῦς οὐκ ἐνῆν
»οὐδενὶ φαγεῖν.

»Nam qui aliter distinguunt, in errore verſantur. Caete»rum *Alexidis Demetrium*, unde erant ſuperiores verſus, »Turpilius verterat; barbare, ut ait Plautus. Nam inde »citat Nonius: *Antea ſi flabat aquilo aut auſter, inopia erat »piſcati*: quae eſt verborum Alexidis interpretatio paene »ad verbum, imo ad literam.« — Vocab. λαμπρὸς apud Polybium paſſim non modo de vento *vehemente*, ſed & de pugna, item de animo vel ingenio *acri & vehemente* uſurpatum reperitur. Vide Lexic. Polyb. pag. 363 ſq. Etiam apud Appianum, DE Bello Annib. cap. 33. λαμπρὸν ἄνεμον olim legebatur, ubi tamen vetuſtiores codices λάβρον dedere. Turpilii verba ex Nonio cum iſtis Alexidis iam contulerat *Petrus* VICTORIUS, Variar. Lect. VII. 16.

Verſ. 3. Νυνὶ δὲ, pro vulgato Νῦν δὲ, deſiderabat metrum. ταυῦν ſuadebat IACOBS, in *Notis msstis.* Sed iſtud videtur familiari ſermoni Atticorum convenientius.

e *Verſ.* 8. ἐν τοῖς λαχάνοις τὸ λοιπὸν ἡμῖν ἡ μάχη. Haud ſane incommode iſta ſic olim reddiderat VICTORIUS l. c. *Quare reſtat ut concertemus inter nos de oleribus.* Sed, ἐν τοῖς λαχάνοις ex Atticorum uſu proprie ſignificare, *in foro oli-*

torio, iam ſupra monuimus ad VI. 228. b. ubi ſimiliter e apud Diphilum comicum conqueritur aliquis:

Συνῆχας (ſive *συνῆκας*) ἡμῶν εἰς τὰ λάχανα τὴν πόλιν·
περὶ τῶν σελίνων μαχόμεθ', ὥσπερ Ἰσθμίοις.

Confer PIERSONUM ad Moerin pag. 351. b. & TOUP, in Curis Noviſſ. pag. 246.

Ἀντιφάνης δ' ἐν Ἁλιευομένῃ, &c. »*ANTIPHANIS* Ἁλιευο»μένην memorat Pollux libro nono. In ea fabula induceba»tur quidam piſces emens a piſcatore, vel a piſcario. »Ac primum *ſepias* dari ſibi poſtulat, ut more emturien»tium diſpiciat quam bonae ſint. Poëtae verba videamus; »quae quidem ita ſcribuntur:

»Τῆς σηπιάδος πρῶτον Ἡράκλεις ἄναξ,
»ἅπαντα τεθολώκασιν. οὐ βαλεῖς πάλιν
»εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ πλυνεῖς, μὴ φῶσί σε
»δωριὰς ἀλλ' οὐδὲ σηπίας εἰληφέναι.

»Primus verſus ſic emendandus,

»Τὰς σηπίας δὸς πρῶτον. Ἡρακ. ἄναξ.

»Similiter verſu ſexto *ἀπόδος*. Videntur fuiſſe vivae *ſe»piae*, de quibus hîc poëta: quas cum prehendit emtor, »illae *atramento ſuo* & illum & ſe *inquinant*; quod poëta »dixit, *ἅπαντα τεθολώκασι*. Ideo petit emtor a venditore, »ut *ipſas in mare proiiciat abluendas: ne*, inquit, *cepiſſe di»caris, non ſepias, ſed δωριάς*. Sed haec vox corrupta al»terius locum occupat: nam interpretum ſomnia vigilan»tibus non poſſunt placere. Sententia hanc aut ſimilem »huic ſcripturam flagitat,

»σκὼρ μιαρὸν, οὐχὶ σηπίας, εἰληφέναι:

»vel, *ἀποπατὸν, οὐχὶ σηπίας*.« CASAUBONUS. — Mirum in modum Dalecampius *δωριὰς* pro *δῶρα* acceperat, & *munera* interpretatus erat. De tota Ecloga Breviator nihil niſi haec verba ex *vs.* 10 ſq. adpoſuit: *φησὶν Ἀντιφάνης περί τινος Καλλισθένους ὀψοφαγοῦντος· ὅτι κατεσθίει γε ἐπὶ μιᾷ τρίγλῃ τὴν οὐσίαν.* Corruptum *primum verſum* recte haud dubie curavit Caſaubonus; poſtquam partem errorum iam in ipſo contextu ſuae editionis correxiſſet. Nam Τῆς *σαπιάδος* legebatur in ed. Ven. & Baſ. non Τῆς *σηπιάδος*, quod eſt in ed. Caſ. & in ms. *A*. At in conſtituendo ſtatim argumento mirum quantum a veritate aberraverat vir doctiſſimus. Nusquam profecto in totâ ſatis longâ eclogâ comparet emtoris alicuius veſtigium: ſed perſona, quae loquens inducitur, eſt ἡ Ἁλιευομένη, id eſt,

e *Piſcatrix*, (conf. pag. 328. f.) quae fabulae nomen dedit. Perſona, quacum illa colloquitur, eſt Δωριὰς, (*vers.* 4.) quod eſſe *ancillae nomen*, ex Terentii Eunucho ſatis notum, monuit TOUP, in Curis Noviſſ. in Suid. p. m. 283. Nempe idem, puto, nomen ac vulgatiſſimum Δῶρις. Iam ſervato, ut par erat, illo nomine Δωριὰς, corrupta eſſe proxima verba ἀλλ' οὐδὲ, cum ſententia clamabat, tum ipſum metrum: ſed mendam ultro etiam & palam profitebatur ſcriptura veteris noſtri codicis, ἀλλ' ὀυε. Cui procurando monſtro adhibui remedium eiusdem TOUPII eruditâ ſagacitate repertum, qui l. c. ἑώλους σηπίας legendum propoſuit, conferri iubens lib. VI. pag. 225. e. ubi ſimiliter ἕωλοι dicuntur, piſces *heſterni, non recentes, qui iam incipiunt in putredinem abire.* Quod mire convenire videtur menti poëtae: qui in tota hac ecloga, verum ſi quaeris, nil aliud agit niſi ut (quemadmodum fere ab Archippo factum vidimus, VII. 329. c.) ſub *piſcium* nominibus homines nonnullos ſuae aetatis, cum viros, tum mulierculas, luxuriâ laſciviâque inſignes, comico ſale perſtringat ridendosque auditoribus propinet. Sic igitur hîc ſtatim initio, cum *ſepias* dicit, meretriculam aliquam ſignificat, cui Σηπία nomen vel cognomen erat; quam eamdem Archippus etiam l. c. notaverat.

f *Verſ.* 5-7. »Sequentia ita concipi debent:

»Τὸν κάραβον δὲ τόνδε πρὸς τὰς μαινίδας
»ἀπόδος· παχύς γε νὴ Δί', ὦ Ζεῦ! τίς ποτε
»ὦ καλλιμέδων σὲ κατέδει ἄρτι τῶν φίλων.

»Scripſimus minusculâ literâ initiante nomen καλλιμέδων. »Nam ea vox hoc loco *locuſtam* ſignificat, eſtque plane »idem ac κάραβος. *Callimedon* orator fuit Athenis, ut to»ties dictum, cui cognomen Καράβῳ. Comicus alterum »nomen alterius loco uſurpavit μεταληπτικῶς. In quo »venuſtatem eſſe non translatitiam fatebuntur, qui erunt »harum rerum idonei iudices. Multa Poëtae interpretes »de hoc genere μεταλήψεως, & Strabo etiam aliquid. Ali»ter longe hîc docti: ſed non debuerant.« CASAUBONUS. — Prorſus utique ab auctoris mente aberraverat Dalecampius, vertens, *ex amicis quispiam nuper Callimedon te devoravit.* Ineſt ſane hîc in uſu illius nominis feſtiva metalepſis: nec dubitavi tamen equidem maiusculâ literâ Καλλιμέδων ſcribere; quia haud obſcure luxuriam huius hominis, quae ei iſtud nomen pepererat, notare voluerat.

poëta. Conf. III. 100. c. d. & 104. d. & mox pag. ſeq. lit. e. f. Ad verbum ἀπόδος (*verſ.* 6.) adnotavit eruditiſſimus CORAY, in *Notis msstis*: »Ἔπίδος ſcribe, hoc ſen»ſu, *maenidibus locuſtam auctarii loco adiice.* Ita ſupra, p. »331. b. ἐν ἐπιδόσει καὶ χάριτι τὴν ἀλλαγὴν ποιοῦνται.« — Ubi tamen illud me incertum reddiderat, quod *locuſta* iſta ut *magnitudine pinguedineque praeſtans* & *maximi aeſtimanda* laudatur; ut non videatur hoc dicere velle piſcatrix, *auctarii loco maenidibus adiiciendam eam eſſe*, ſed *ad maenides ſeponendam*, ſive *cum maenidibus reponendam*; nempe quo ſimul cum illis, quae per ſe vilioris erant pretii (conf. VII. 313. a.-c.) venderetur. Interiorem vero eorumdem verborum ſententiam ſi ſpectes, ſignificare videtur poëta, cum vili aliquo ſcorto, cui *Maenis* nomen, conſuetudinem habere Callimedontem. *Verſ.* 7. κατεδεῖτ' fuit ſcribendum, quod κατεδεῖται valet, id eſt, *comedet*: de quo etiam IACOBS, vir doctus, monuit in *Notulis msstis.* Idem verbum κατεδεῖται pag. 339. e. recte expreſſum in ed. Caſ. ubi pariter mendoſe κατέδεται habent edd. Ven. & Baſ. cum ms. *A.* ſicut hîc κατέδετ'.

Verſ. 10 *ſq. Pulcher Calliſthenes*, cuius luxuriam notat poëta, haud dubie diverſus eſt ab Ariſtotelis diſcipulo & Alexandri comite: fortaſſe mutato paululum nomine *Calliam* illum dicere voluit, de quo agitur apud Noſtrum lib. XII. pag. 537. b. c. & VIII. pag. 342. b. De hoc homine igitur, quisquis fuerit, cum ait poëta,

κατεσθίει γοῦν ἐπὶ μιᾷ τὴν οὐσίαν:

quo in latina verſione ſentire lector poſſet quid vellet poëta, tenendum ſuperiori verſu erat graecum nomen *triglas.* Nam quod *unius* (triglae) *cauſſâ rem ſuam dilapidare* Calliſthenem ait, meretriculam ſignificat, cui *Trigla* vel *Triglis* nomen erat: quam eamdem Archippus pariter loco ſupra citato notaverat.

Verſ. 12 *ſqq.* Καὶ τὸν Σινώπης γόγγρον ἤδη παχυτέρας
ἔχοντ' ἀκάνθας, τουτονί τις λήψεται
πρῶτος προσελθών.

»Scribendum: (ait CASAUBONUS:)

»Καὶ τὸν Σινώπης γόγγρον, ἤδη τραχυτέρας
»ἔχοντ' ἀκάνθας.

»Petulantiâ comicâ *Calliſthenem* perſtringit, ut *vetulae Sino»pes amatorem*: quam ne in extremo quidem ſenio artem »deſiiſſe, Anaxilae verſus docent libro XIII. [p. 558. b.]

f »Οἱ Σινώπῃ δ' αὖ συνόντες οὐχ ὕδρᾳ σύνεισι νῦν;
»γραῦς μὲν γὰρ αὕτη. [ignorant γὰρ libri: recte.]
»In effoeta anu γόγγρον appellat eam partem, quam alii »poëtae κῆπον, λειμῶνα, χοῖρον.« — Qua in interpretatione emendationeque, ſi quid video, mire a vero aberravit doctus Animadverſor. Primum quidem, nihil haec ad *Calliſthenem* pertinent. De una *vetula Sinope* nunc agitur: de qua, praeter locum a Caſaubono citatum, conferendus Noſter lib. XIII. p. 586. a. & Harpocration in Σινώπη. Cum illis autem verbis, quae ex *Antiphanis verſ.* 12 & 13 adpoſuit Caſaubonus, neceſſario iungenda erant proxime ſequentia, quae mendoſe quidem vulgo ſic ſcribebantur:

— τοῦτον εἴ τις λήψεται
πρῶτος προσελθών. —

Et in editione Ven. quidem, nulla interpoſita diſtinctione ſcribebatur, quemadmodum etiam in cod. *A.* ſcriptum puto,

ἔχοντ' ἀκάνθας τοῦτον εἴ τις λήψεται,

poſita poſt λήψεται minore diſtinctione. In ed. Baſ. & Caſ. vero, interpoſito *poſt ἀκάνθας puncto*, ſequentia verba a ſuperioribus temere diremta. At nobis cum per ipſam verborum conſecutionem complexionemque, tum per veteris noſtri librarii morem, vocales ει & ι perpetuo permutare ſoliti, perſuaſum eſt, *deleto poſt* λήψεται *commate*, τουτονὶ τὶς (ſive τουτονί τις malueris) λήψεται ſcriptum oportuiſſe; eaque verba ita cum ſuperioribus iungenda eſſe, ut τουτονὶ ad τὸν γόγγρον referatur. Quam vero ſit ab hoc loco aliena interpretatio vocabuli γόγγρος, quae placuerat Caſaubono, mitto dicere. Dignior illa fuerat interpretis Gallici, feſtivi hominis, ingenio: cui tamen, praeter Caſaubonum, etiam Daleçampium video praeiviſſe; qui cum *Sinopes congrum* in latina verſione poſuiſſet, notaverat in orâ, *pudendum* fortaſſe innui. Nempe non intellexerant illi, quod nobis quidem perſpicuum viſum erat, naturalem verborum ſtructuram in hunc modum eſſe concipiendam: Καὶ τὸν γόγγρον, τὸν ἀκάνθας ἤδη παχυτέρας ἔχοντα Σινώπης, τοῦτον λήψεταί τις (i. q. πᾶς τις) πρῶτος προσελθών. Cum *vetere congro* vetulam *Sinopen* confert poëta. Laudatur quidem aliâs conger piſcis, ut cibus admodum delicatus: (vide VII. 293 extr. & ſeq.) ſed *nimis vetus* nullo in pretio habitus fuiſſe videtur.

a *Verſ.* 14 *ſqq.* — Μισγόλας γὰρ οὐ πάνυ

τούτων ἐδεστής. ἀλλὰ κίθαρος οὗτοσί·
ὃν ἂν ἴδῃ, τὰς χεῖρας οὐκ ἀφέξεται. &c.

» Corrige *verſum* 15. & ſcribe:

» — ἀλλὰ κίθαρον οὗτοσὶ
» ὃν ἂν ἴδῃ, τὰς χεῖρας οὐκ ἀφέξεται.

» *Smigolas hic*, inquit, *quemcunque citharum viderit, in eum ma-*
» *nus iniiciet.*« CASAUBONUS. — At nec praeſens aderat ille homo, nec nominatus ante erat: quare οὗτοσὶ non ad illum referri poteſt, ſed neceſſario ad piſcem referendum, tenendumque κίθαρος οὗτοσί: quod abrupte dictum, pro ἀλλὰ κίθαρος οὗτοσὶ ἔδεσμά ἐστι αὐτοῦ, quemadmodum verſ. 10. dixerat. Pro Σμιγόλας, quod & hîc & deinde conſtanter tenent editi, (uno loco excepto, ubi verum ſervavit ed. Ven.) conſtanter Μισγόλας ſcribitur in ms. *A.* atque etiam in ms. *Ep.* quoties aliquid ad hunc hominem ſpectans adpoſuit Breviator. Recte id vero: & ſic conſtanter apud Aeſchinem adv. Timarch. p. 66 ſq. ed. Reisk. Qua de ſcriptura paulo inferius etiam monuit Caſaubonus. Pro ὃν ἂν ἴδῃ (*verſ.* 16.) utique ὃν ἤν ἴδῃ malueram, quemadmodum PORSONUS ſcripſit in Notis ad Eurip. Med. vs. 734. At quoniam tamen iam ſaepius ἂν particulam, ubi pro ἐὰν ponitur, atque etiam in ipſa particula ἐὰν ultimam ſyllabam, productam obſervavimus, (vide VII. 289. a. & 292. c. & utrobique notata) ferendam librorum ſcripturam putavi. Ad eadem verba ibidem notavit IDEM *doctus Britannus* » pro ὃν non deterius fore οὗ ad ſenſum, » ſed deterius ad numeros.« Nempe, ſi οὗ legeretur, penderet ille genitivus a verbo ἀφέξεται, & ad verbum ἴδῃ ſubintelligi deberet accuſativus αὐτόν: nunc, cum ὃν ἴδῃ legitur, ad verbum ἀφέξεται ſubintelligitur genitivus αὐτοῦ.

Verſ. 19 *ſqq.* Ἀνδρῶν τ' ἄριστον &c. » Verſus XIX. cor-» ruptiſſimus eſt,

» Ἀνδρωτάριστον κωβιὸν πηδῶντ' ἔτι.

» Vel caecus, prope dixerim, videat ſcribendum,

» Ἀνδρῶν δ' ἄριστον Κωβιὸν πηδ.

» quanquam in codd. optimis invenimus ἀνδροτάριχον; quod » minus placet. Ludit poëta, & *gobionem* piſcem non ſuo » nomine appellat, ſed cuiusdam *Gobionis* viri Athenienſis, » de quo habes non multo poſt.« [hac pag. lit. e. conf. IV. 134. d. & VI. 242. d. & VII. 329. c.] » Hunc aliquando » *Pythionice* amatorem habuit; ideo addit iſte: *Gobionem* » *hunc*

a »πρὸς Πυθιονίκην τὴν καλὴν πέμψαι με δεῖ.
»Sed meretrix non diu *Gobionem* amavit: quin mox insu-
»per habuit, & ad divitis cuiusdam *salsamentarii* filios ani-
»mum convertit. Declarant ista manifestissime, si modo
»scribantur recte; hoc nempe modo:
» — ἀλλ' ὅμως οὐ γεύσεται.
»ἐπὶ τὸ τάριχός ἐστιν ὥρμηκυῖα γάρ.«
[Nec vero aliter ed. Ven. cum ms. *A*. At in ed. Bas. & Cas. 1. post τάριχός ἐστιν temere *interpuncta* erat oratio.]
»*Quamvis* (ait) *gobius, quem ad Pythionicen mittit, est pin-*
»*guis ac succulentus*, (errant qui illa mutant, ἁδρὸς γάρ
»ἐστι:) *illa tamen, scio, ipsum habebit despicatui: nam ad*
»*salsamentum suum iam animum & amorem transtulit.* Athe-
»naeus ipse explicat statim.« Casaubonus. — Quinam sint codices, in quibus ἀνδροτάριχον inveniri dixit Casaubonus, mihi non liquet: ac vereor, ne coniecturam, in ora alicuius libri adnotatam, pro veteris codicis scriptura acceperit vir doctus. Certe nec in editione ulla, nec in cod. *A*. nec in lectionibus Aegianis, scriptura illa reperitur: neque e duobus aliis Parisiensibus msstis tale quid enotatum a Villebrunio video; qui vulgatam scripturam in versione expressit, *cet honnête homme de Gobios*, nulla adiecta adnotatione. Eamdem tamen scripturam, ἀνδροτάριχον, unice probavit Palmerius, in Exercitat. in Auct. Graec. pag. 508 sq. quamquam nec per se admodum probabilem, & metro minime convenientem. Pro Ἀνδρωτάριστον, quod velut una vox editum erat, Ἄνδρωτ' ἄριστον duabus vocibus in cod. *A*. scribitur, in quo haud obscure Ἀνδρῶν τ' ἄριστον latebat. *Chaerephili salsamentarii filios amasse Pythionicen*, paulo post docet ipse Athenaeus, lit. d.

Vers. 23 *sq.* »Postremo ait poëta:

b »Ἀφύας δὲ λεπτὰς τάσδε καὶ τὴν τρυγόνα
»χωρὶς Θεανοῖ εἰ εὑρέθη κ' ἀντιῤῥόπους.
»Legendum, εἰ εὑρέθη γ' ἀντίῤῥοπος: *si invenietur pastinaca*
»*aequi ponderis*. Iocus videtur esse in *parvam Theanûs sta-*
»*turam*.« Casaubonus. — Pro eo quod postremo versu editum erat, χωρὶς Θεανοῖ εἰ εὑρέθη κ' ἀντιῤῥόπους, ex antiquo cod. *A*. scriptura enotata huiusmodi, χωρὶς θεὰν οι δ' εὑρέθη κ'αντιῤῥόπους: in qua, curarius si spectes, id ipsum inest quod ex perspicacissimâ coniecturâ hîc reponendum proposuerat doctissimus Iacobs, in *Notis msstis*:
»χωρὶς Θεανοῖ δεῦρ' ἔθηκ' ἀντιῤῥόπους.

»*Tenues has apuas & paſtinacam ſeparatim huc poſui, quas* b
»*Theano accipiat, piſces pondere ipſi aequales.*« — Caeterum vocabulum ἀντιῤῥόπους fortaſſe non tam ad *ſtaturam*, certe non ad *ſolam ſtaturam & pondus*, ſed & ad aliud genus *ſimilitudinis* poterit referri: & rectius fortaſſe fecerimus, ſi magis generatim *piſces illi convenientes, reſpondentes, congruentes, ſimiles*, interpretemur. *Apuae* & *minuti* ſunt & *viles* piſciculi: *paſtinaca*, raiae caeteroquin ſimilis, differt ab ea *aculeo venenato* ſuper caudam eminente. Quare videndum, ne hoc ſignificaverit poëta, eſſe *Theano* & *vile ſcortum* (aut etiam *minutae ſtaturae*) ſimul vero *peſtem* eorum qui cum illa conſuetudinem habent. Sed & meretrices quasdam, *Apuas* cognominatas, commemorat Noſter, XIII. 586. b.

AD CAP. XXII.

Πιθανώτατα ἐπὶ τούτοις ὁ Ἀντιφάνης καὶ τὸν Μισγόλαν κεκωμῴδηκεν. Cum rurſus Σμιγόλαν eſſet editum, monuit h. l. CASAUBONUS: »Paene praetermiſeram, *Smigolam*, »de quo hîc auctor, & Antiphanes etiam in praecedenti»bus verſibus, corrupto nomine ſic nuncupari. Nam »verum eſt Μισγόλας, ut ſemper in Aeſchinis libris. He»ſychius: Μισγόλας, Ξόρυβος: ſed hîc proprium eſt viri »nomen, aut, ut in Excerptis, Σμισγόλας, quod Ἀττι»κώτερον eſt. Simili errore σμίγεσθαι alio loco offendimus, »pro μίσγεσθαι aut σμίσγεσθαι.« — Σμικρὸς quidem Attici dicebant pro μικρὸς, & ſimiliter alia multa: nec tamen σμίσγεσθαι usquam, quod ſciam, pro μίσγεσθαι dictum reperitur. Et Μισγόλας certe, non Σμισγόλας, habet noſter cod. *Ep.* cum ms. *A.* & cum *AESCHINIS* libris, quemadmodum paulo ante profeſſi ſumus. In ſuperioribus verbis ſi teneamus vulgatam ſcripturam ἐπὶ τούτοις, ſententia erit, *harum rerum cauſſâ*. Quoniam vero nonniſi *una res* eſt, cuius cauſſâ *Misgolam* traduxerat Antiphanes; referenda ſimul ſunt haec verba ad ea, quae deinde ſubiicit Athenaeus de *Pythionica*, (lit. d. cap. 23.) tum de *Callimedonte*, cap. 24. ut hoc dicat: *Merito vero harum rerum cauſſâ Antiphanes & Misgolam traduxit, & Pythionicam, & Callimedontem.* Quo etiam ſpectare videtur καὶ particula, cum ait καὶ τὸν Μισγόλαν κεκωμῴδηκεν.

In *AESCHINIS* verbis, κιθαρῳδοὺς ἢ κιθαριστὰς tuetur c *ms. A.* cum edd. quemadmodum apud ipſum etiam Ae-

c ſchinem legitur, pag. 66. ed. Reisk. (pag. 6. ed. Tayl.) Neque id ego ſollicitandum putem: licet paulo ante ſuo nomine Athenaeus καὶ κιθαριστὰς dixerit. *Mox* deinde, pro γνωρίσητε, temere & invitis vetuſtis libris, γνωρίσηται ſcribitur in ed. Baſ. & Caſ.

Καὶ Τιμοκλῆς δ' ἐν Σαπφοῖ φησίν·
Ὁ Μισγόλας οὐ προσιέναι σοι φαίνεται,
ἀνθοῦσι τοῖς νέοισιν ἠρεθισμένος.

»Si poſtrema vox nihil aliud ſignificat, quam quod in»terpretes exprimunt, qui vertere *irritatus*, [ſic quidem »Natalis Comes] neſcias quo hic locus pertineat. Enim»vero ſi antecedentia legimus non ſomnolente, facile in»telligemus probatum iſſe auctorem, *Misgolam tibicinibus »& inſtrumentis muſicis fuiſſe deditiſſimum.* Vocem ergo ἠρε»θισμένος interpretemur opus eſt, non *ſtimulatus;* [ſic »Dalecamp.] ſed καταυλούμενος καὶ ψαλλόμενος ἢ κιθαρι»ζόμενος, *cantu oblectatus aut tibiarum flatu.* Nam & ἐρέθειν »ᾠδὰν pro *canere* obſervavimus dixiſſe Theocritum in Pi»ſcatoribus: [Id. XXI. 21.]

» — ἐκ βλεφάρων δὲ
»ὕπνον ἀπωσάμενοι σφετέραις φρεσὶν ἤρεθον ᾠδάν.

»Et ἐρεθίζειν pro *ſuſurro oblectare*, apud Anacreontem: [XXII. 5.]

»παρὰ δ' αὐτῷ ἐρεθίζει
»πηγὴ ῥέουσα πειθοῦς.

»Idem poëta, ut refert Athenaeus, [XIII. 600. d.] Muſi»cam dixit eſſe [immo, ipſum Anacreontem adpellat Critias]

»συμποσίων ἐρέθισμα, γυναικῶν ἠπερόπευμα:

»id eſt, *conviviorum oblectamentum, mulierum deceptionem.* »Proprie ita vocatur *aemulatio plurium muſicorum*, & *ex ea »manans voluptas.* Chorus apud Comicum in Nebulis [vs. »312.] laudans *Athenas*, ait, *vere ibi eſſe* εὐκελάδων χορῶν »ἐρεθίσματα. Scholiaſtes explicat, ἀμίλλας, ἢ ὄργανα μου»σικά.« Haec CASAUBONUS. — Quae quidem, quamvis erudite disputata, parum tamen valent ad firmandam eam huius loci interpretationem, quae docto Animadverſori placuit. ἀνθοῦσι τοῖς νέοισιν ἠρεθισμένος (ſi quid video) nihil aliud hîc ſignificare poteſt niſi id quod in verſione poſuimus, *florentium iuvenum amore flagrans.* Licet verbum ἐρεθίζειν a nomine ἔρις, *contentio, rixa*, derivatum videri poſſit; tamen non ſigillatim *ad iram concitare* ſignificat, ſed ineſt ei generalis *commovendi, excitandi, concitandi, irritan-*

di notio: quae & in ipſis illis poëtarum teſtimoniis locum c habet, quae a Caſaubono adlata ſunt. Generalem iſtum verbi ſignificatum haud dubie ſpectavit Grammaticus ille, e quo in Epitoma Athenaei noſtri lib. I. pag. 21. a. verba haec citantur: Ἕταττον γὰρ τὸ ὀρχεῖσθαι, ἐπὶ τοῦ κινεῖσθαι καὶ ἐρεθίζεσθαι. Itaque, ſicut ad *iram*, ſic & ad *quemvis alium animi* vel *corporis motum*, ad *deſiderium*, ad *voluptatem*, ad *amorem*, ac *cibi adpetitum*, (ut III. 120. f.) ad *libidinem* (ut hoc loco) referri poteſt. Ad verbum ἀνδοῦσι adnotavit CORAY: »Lego ᾄδουσι, *canentibus*. »Sermo enim eſt de *iuvenibus citharoedis* Smigolam comi»tantibus, ut patet cum ex praecedentibus, tum etiam ex »eis quae mox ſequuntur, οὐ γὰρ κιθαρῳδός εἰμ' ἐγώ.« — Nec tamen equidem, ut cum bonâ doctiſſimi viri amiciſſimique veniâ dicam quod ſentio, ſollicitandam vulgatam ſcripturam arbitror, quae & utriusque noſtri codicis auctoritate firmatur, & per ſe commodiſſima videtur: *non puellarum, ſed florentium puerorum amore Misgolas ardet.* Iſti νέοι ἀνθοῦντες, ſunt κιθαρῳδοὶ καὶ κιθαρισταὶ ὡραῖοι, quos paulo ante dixit Athenaeus.

Ἄλεξις δὲ, ἐν Ἀγώνιδι. Sic (non Ἀγῶνι) habet h. l. ms. *A*. quemadmodum XV. 678. e. In priore *ALEXIDIS verſu* ſuum morem ſecutus vetus noſter calligraphus vocales *ει* & *ι* permutavit: recte vero μὴ πίσειέ μοι ms. *Ep.* cum edd. Ex Euripidis Oreſt. 255. (249. ed. Porſ.) verſum illum mutuatum eſſe Alexidem, iam pridem a doctis viris obſervatum eſt.

AD CAP. XXIII.

Πυθιονίκην δέ φησι φιλησεῖν παρίχῳ. Vide modo recita- d tam *Antiphanis* Eclogam vs. 22.

ὡς Τιμοκλῆς ἐν Ἰκαρίοις φησίν. »*Pythionicen amaſ*»*ſe Chaerephili ſalſamentarii filios*, probatur duplici teſtimo»nio *NICOCLIS* comici, ex *Acariis*. Obſcurus hic poëta: »drama iſtud illud obſcuriſſimum: mendа codicis, opinor, »non obſcura. Suidas, qui diligentiſſime comicos veteres »ex Athenaeo commemoravit & plerasque eorum fabu»las, Ἀκαρίων non meminit, ac ne poëtae quidem huius »nomen poſuit. Athenaeus quoque neque poëtam hunc, »neque fabulam hanc laudat alibi. Quid multa? Scriben»dum cenſeo, ὡς Τιμοκλῆς ἐν Ἰκαρίοις φησί. *TI-*

d »MOCLES, ex hoc ſcriptore & Suida, notiſſimus. *Icarios* »autem illius & Noſter citat aliquanto poſt, [pag. 342. a. »rurſusque IX. 407. f.] & Suidas agnoſcit inter eius fa»bulas.« CASAUBONUS. — Totum locum praetermiſit Epitomator: vulgatum autem Νικοκλῆς ἐν Ἀχαρίοις tenet ms. *A*. Nec vero idcirco, quin adoptarem docti viri emendationem, dubitare debui. De poëtae nomine, ad eas rationes quae ſunt a Caſaubono prolatae, accedit, quod id ipſum in Chaerephili filios dicterium, quod in ſubiecto teſtimonio occurrit, cum δύο σκόμβροι nominantur, diſerte *Timocli* tribuitur apud Noſtrum, III. 120. a.

In *priori* TIMOCLIS *teſtimonio* ita luxatum ubique metrum, ut eius reſtituendi nulla certa ratio adpareret. Ἄνυτος ὁ παχὺς &c. »*Anytus*, cuius mentionem facit Nicocles, is »videtur eſſe quem accuſatio Socratis omnibus notum fe»cit.« [At parum congruere tempora videntur; praeſertim ſi Anyti illius exſilium fatumque poſt Socratis mortem cogites.] »*Hunc*, ait, *a Pythionica ſolitum invitari*, »ὁπόταν Χαιρεφίλου τοὺς δύο σκόμβρους ξενίσῃ μεγάλους »ἥδομένη. Non ſine cauſſa malit aliquis μεγάλως. Sed ſta»re poteſt quod editur: perpetuum *ſtolidorum* convitium, »ut vocentur *magni*. Tales erant iſti Pythionicae amato»res; ſtolidi, inquam, inſipidi, inſulſi: unde etiam *Scom»brorum* nomen invenerunt; quod virus ſalſamentorum re»dolerent, ſalſis muriaticis ſimiles, de quibus Plautus, »Poenulo: [I. 2, 32 ſqq.]

»*Soror cogita, amabo, item nos perhiberi*
»*quaſi ſalſa muriatica eſſe autumantur;*
»*ſine omni lepore, & ſine ſuavitate:*
»*niſi multa aqua & diu macerantur,*
»*olent, ſalſa ſunt, tangere ut non velis. Item nos ſumus*
»*eiusmodi. Mulieres ſunt inſulſae*
»*admodum atque invenuſtae ſine munditia & ſumtu.*

»Ex hoc elegantiſſimo loco intelligimus, cur σκόμβρους »poëta hic atque alii vulgo appellarint Pythionicae ama»tores: perinde enim eſt ac ſi eos vocarent ταρίχους vel »ἅλμην, quemadmodum alibi loquitur Athenaeus, & nos »ſuo loco expoſuimus.« [Reſpicit ad ea, quae ad III. 119. c. adnotaverat.] »Atque adeo hic ipſe poëta in ver»ſibus qui ſequuntur, [*in altero* TIMOCLIS *teſtimonio*] eos»dem illos fratres vocat ταρίχους καὶ ταῦτα ἀνάλτους καὶ »πλατυρύγχους, *ſalſamenta, & quidem inſulſa, ac deformia*

»*ob naſi latitudinem.* τὴν ἄλμην appellat ἀγρίαν Axionicus d »infra hoc libro: [pag. 342. b.] quia muria terrum virus »ſolet exhalare; unde etiam dicitur libro tertio τάριχος »βρωμώδης. In ſexto [VI. 242. d.] etiam Cerybion [Cy»rebion] quidam Σκόμβρος nominatur iſto verſu Alexidis,

»Ἔπειτα Κόρυδος, Κωβίων, Κηρυβίων [Κυρηβίων] ὁ σκόμβρος.

»Sed *Chaerephili* iſtius *filiis* maxime hoc cognomen adhaeſit. »Alexis, in Epidauro:

»Τοὺς Χαιρεφίλου δ' υἱεῖς Ἀθηναίους ὅτε
»εἰσήγαγεν τάριχος· οὓς καὶ Τιμοκλῆς
»ἰδὼν ἐπὶ τῶν ἵππων, δύω σκόμβρους, ἔφη,
»ἐν τοῖς σατύροις εἶναι.« — CASAUBONUS. Vide III. 120. a. & ibi notata. Quo loco rectius fortaſſe facturus eram, ſi, quae verba vulgo tamquam *continuati Alexidis verſus* ſcribebantur, eodem modo ſcripta exhibuiſſem: quemadmodum hic etiam a Caſaubono factum. Poterat enim *Alexis* eam ipſam *Timoclis* fabulam, de qua hic agitur, reſpicere; cuius fabulae titulus integer fuit Ἰκάριοι Σάτυροι, id eſt, *Icarii*, *fabula Satyrica*; ut docet Noſter, IX. 407. f.

In *priori ecloga*, pro ὥς φασιν, quod commode editum, perperam ὥς φησιν habet ms. *A.* (In *Ep.* deſunt iſta.) *Ibid.* Vulgatam ſcripturam μεγάλους mira ratione defendit Caſaub. Sententiam recte vidit PALMERIUS, Exercit. pag. 509. ſed de emendanda ſcriptura nil monuit. Nempe haud dubie μεγάλοις fuit corrigendum, ut a nobis factum, poſito *commate poſt* ξενίσῃ.

In *poſterioris eclogae* TIMOCLIS *verſu* 2. recte κατεδεῖται edidit Caſaub. Perperam κατέδεται ms. *A.* & ed. Ven. & Baſ. Confer not. ad pag. 238. f.

Ibid. verſ. 4. Cum σαργανίας vulgo legeretur, ad- e notavit CASAUBONUS: »Scribit Dalec. σαρδίνους. Ni»hil melius poſſum excogitare. Quamquam & σαργί»νους inter ſpecies mugilum invenies.« — Atqui hoc ipſum σαργίνους (*ſarginos*) poſuerat Dalec. & in ora monuerat: »Mugilum genus.« — Ea ratione, ταρίχους, quod ſequitur, foret adiectivum nomen, ad σαργίνους relatum; quemadmodum & Dalec. acceperat, *ſarginos ſalitos* vertens. At tale adiectivum non agnoſcit Graecorum ſermo: oportebat ταριχήρους, τεταριχευμένους aut ταριχευτούς. Nempe ταρίχους eſt genit. ſing. nominis ſubſtantivi, τὸ τάρι-

e χος. Quare levi mutatione σαργάνας fuit corrigendum. Conf. III. 119. b. ibique not. & praeſertim IX. 407. e. ubi idem nomen ab eodem poëta in eodem argumento poſitum habes. σαργάναι ταρίχους ſunt *ſportae ſalſamentis onuſtae*. Eamdem in ſententiam, locum iſtum ſic conſtituendum IACOBS cenſuerat in *Notis mſstis* :

»ὅμως δὲ δοῦναί σοι κέλευ' ἐν σαργανοῖς
»αὐτὴν ταρίχους.«

Nempe ſpectabat potiſſimum vir doctus vulgatam ſcripturam quae lib. III. 119. b. habetur.

Verſ. 6. »Sequuntur iſta : — εὐπόρως γὰρ τυγχάνει
»ἔχουσα, καὶ σύνεστιν ἅπερ † δ' εἰς δυσίν :

» Unde fecit Dalec. σύνεστι ταρίχοις δυσίν. « [Nempe ſic ille : *quoniam ei conſuetudo eſt cum duobus ſalſamentariis.*] » Quae vera lectio eſt : « [atqui *ſalſamentarius*, graece ταριχοπώλης ſonat, non τάριχος.] » aut iſta certe, quam » comminiſcebamur, καὶ σύνεστιν ἀπ' ἠοῦς εἰς δύσιν : *ab* » *aurora ad ſolis occaſum durat cum quibusdam ſalſamentis.* « CASAUBONUS. — Quanto ſimplicius certiusque erat, cum *Ioſ.* SCALIGERO & PALMERIO σαπέρδαις δυσὶν corrigere : quam emendationem merito »unice veram« IACOBS etiam iudicavit. Adnotavit PALMERIUS, Exercit. p. 509 ſq. »Per *ſaperdas* intelligit *viros nullius pretii & putidos.* »Nam Archeſtratus apud noſtrum Athen. lib. III. *ſaperdas* »ait *eſſe* φαῦλον ἔδεσμα καὶ ἀκιδνόν.« — Vide locum ipſum, III. 117. a. Verae ſcripturae veſtigium paulo clarius ſervavit ms. *A.* ubi ſic σύνεστις απερδεις. Ad *poſtremum verſum* nonnihil a CASAUB. adnotatum paulo ante adpoſuimus.

AD CAP. XXIV.

a Pro eo quod vulgo legebatur, Ἄλεξις δ' ἐν Κρατίᾳ, monuit CASAUBONUS : »Scribi malim ἐν Κρατεύᾳ : cauſ- »ſam ſupra expoſuimus. « — Cui obſequendum putavi. Vide Animadv. ad III. 95. a.

ἃς οὐδ' ὁ Μελάμπους &c. Sic commode ms. uterque, cum articulo, qui aberat editis. Temere *Melanthum* nominaverat Dalec. in verſione lat. Quod mirans CASAUBONUS : »Neſcio unde ſit, inquit, quod legitur in latino contex- »tu *Melanthus*. Taceo Graecorum de hoc teſtimonia. Ad- »eatur ad Servium, ſuper illo : [Virgil. Eclog. VI. 48.]

» *Proetides implerunt falsis mugitibus campum.*« — Vide Apollod. Biblioth. II. 2, 2.

εἰς τοῦ ὄψου - - καταιγίζοντα. »Notum est, solitos Athe- b
»nienses varia fora, aut fori partes, de nominibus rerum
»quae ibi venales prostarent, nominare. Sic passim acci-
»pi debent apud scriptores Atticos εἰς ταῦλαιον, εἰς τὰς
»χύτρας, εἰς τὰ σκόροδα, &, quod usitatissimum, εἰς τοὺς
»ἰχθύας, hoc est, *forum piscarium*: quod & ἰχθυόπωλις &
»ὀψόπωλις ἀγορὰ, aut simpliciter ὄψον. Nam omnino in-
»terpretari debes ὄψον *forum piscarium* in istis ALEXIDIS:

»Ἀγορανομήσεις ἂν θεοὶ θέλωσι σύ·
»ἵνα Καλλιμέδοντ' εἰς τοῦψον, εἰ φιλεῖς ἐμὲ,
»παύσῃς καταιγίζοντα δι' ὅλης ἡμέρας.

»Breviter poëta *Callimedontem*, magnum gluttonem pisces
»vorare, *procellae* comparat, quae *in forum piscarium in-*
»*cumbens* omnia everrat cum pulvisculo, nedum annonam
»excandefaciat. Ita accipiendum est verbum καταιγίζειν.
»Atque, ut καταιγίζειν εἰς τοῦψον Alexis hic dixit, pro
»*forum piscarium procellae instar turbare*: sic in Demetrio,
»καταιγίζειν εἰς τὴν ἀγορὰν, poëta idem, cuius verba cum
»superioribus conferenda.« — Vide pag. 338. e. & ibi notata ad vs. 8.

Postremo ALEXIDIS *versu* ex *Phaedone* vel *Phaedria*, cum μάχιμος γὰρ ἀνὴρ legeretur invito metro, perspecte IACOBS in *Notulis msstis* monuit, ὦ' νὴρ esse corrigendum: quod non versui modo satisfacit, sed & sermonis usui, qui articulum ad id nomen adiiciendum desiderabat.

De eiusdem *ALEXIDIS* fabula, Ἡ εἰς τὸ φρέαρ, di- c
ctum est nonnihil ad III. 109. b. In *vers.* 2. ex eiusdem *Mandragorizomena*, pro ἑτέρους, quod recte editum, suo more miscens vocales ms. *A.* ἑταίρους habet. De *anguilla*, *Callimedonti* desideratissimo cibo, conf. VIII. 364. e.

Ἀντιφάνης δ' ἐν Γοργύθῳ. REINESIUS, Variar. Lect. III. 3. pag. 382. ἐν Γεργιθίῳ legendum suspicans, nomen habuisse fabulam coniectabat a *Gergithio* illo, Alexandri M. adsentatore, cuius mentionem Athenaeus noster supra fecit, VI. 255. c. d. Denique, esse fortasse eamdem fabulam, suspicabatur, quam Alexandro recitasse Antiphanem ait Noster, initio libri decimi tertii. De *glauci capite*, maximi aestimato, vide VII. pag. 295. Quod ait πρόοιτ' ἄν, pro eo in ed. Cas. 3. πρίοιτ' ἄν scribitur per operarum errorem, qui tamen neminem facile turbaverit.

d In *Eubuli verſ.* 1. quum ſic vulgo legeretur,

Ἕτεροι δὲ θεοῖσι συμπεπλεγμένοι,

monuit Casaubonus: »Scribe Ἕτεροι δὲ τοῖς θεοῖσι: »vel Ἕτεροι δ' ἑταίροισι.« — Quorum cum poſterius metro adverſaretur, prius adoptavi: ſic tamen, ut, *ex conjecturâ* adiectum eſſe articulum, ſimul ſignificarem. Codex *A.* rurſus ſuo more Ἕταιροι pro ἕτεροι habet. Videtur autem tota illa ecloga, parodia quaedam eſſe verſuum quorumdam Euripideorum: ludere vero videtur poëta in ambiguo verbi συμπλέκεσθαι ſignificatu. *Verſ.* 2 *ſq.* Vocabulum μόνος in ms. *A.* bis ponitur, hoc modo, ὃς μόνος βροτῶν μόνος δύναται &c. ut propemodum ſuſpicari aliquis poſſit, primum verſum teneri debuiſſe, qualis vulgo legebatur, ſed vocem μετὰ eidem verſui fuiſſe adtribuendam, hoc modo,

Ἕτεροι δὲ θεοῖσι συμπεπλεγμένοι, μετὰ
καράβου σύνεισιν, ὃς μόνος βροτῶν, μόνος,
δύναται καταπιεῖν &c.

Sed non convenit ea ratio, ob primam ſyllabam vocis καράβου conſtanter productam. In *Epit.* ecloga iſta ab his verbis incipitur, ὃς μόνος βροτῶν δύναται &c. & nonniſi ſemel ponitur vox μόνος, ſicut in edd.

Verſ. 4. quum ἄθρους τεμαχήτας darent editi, monuit idem Casaubonus: »Scribe τεμαχίτας cum mss. »per ι, non per η.« — Et τεμαχήτας quidem tenet ms. *A.* ſed τεμαχίτας ms. *Ep.* recte. Scholiaſtes Ariſtoph. ad Eq. 283. Τεμαχίτας ἰχθῦς, τοὺς μεγάλους καὶ κατακοπτομένους. Ad poſtrema verba, ὥστ' ἐνεῖναι μηδὲ ἓν, adnotavit Coray: »Nonne melius ὥστε μεῖναι, *ſic ut nil in pa-* »*tinis reſtet?*« — Libri noſtri nil mutant, niſi quod, pro μηδὲ ἓν, una voce μηδεὲν habet ms. *Ep.*

Theophili eclogam, ex fabula *Medico*, cum metri rationem expedire non valerem, neglectis numeris adpoſui; quod & ſuperiores fecerant editores. Eamdem prorſus praetermiſit Breviator. Vocabulum πατρὸς, quod erat in editis, merito ſuſpectum habuerat Casaubonus: »τὸ, »πατρὸς, inquit, alterius vocis, ut videtur, locum oc»cupat.« — Veriſſimam ſcripturam eſſe πρὸς, quam ms. *A.* offerebat, ipſa verborum ſententia & orationis connexio mihi perſuaſit. Sed quod eſt in eodem ms. *A.* αὐτὸν τῶν νεανίσκων, non probavi; tenendamque duxi editam ſcripturam, αὐτὸν τὸν νεανίσκον. Pro ἐγχέ-

λυον, quod ſuo arbitratu (ut aliâs) invexere primi edi- d
tores, ἐγχέλιον ſuo more habet ms. *A.* quod in ἐγ-
χέλειον, ut iam ſaepius alibi, fuit mutandum. *Poſt*
παρατέθηκε *nulla* erat *diſtinctio* in editis; nec vero magis
poſt πατρὶ in editt. vett. distinguitur oratio, ubi *comma* in-
terpoſuit Caſaubonus. At perſpicuum mihi videbatur, poſt
παρατέθηκε *interpungendam* eſſe orationem, iungendaque iſta
verba, Τῷ πατρὶ τευθὶς ἦν. Iam ad metrum quod ſpectat,
trochaicos eſſe verſus tetrametros catalecticos, ſatis adpa-
rebat: qui etiam maiori ex parte, inde a poſteriori hemi-
ſtichio ſecundi tetrametri, iuſtam habent menſuram:

— — — —

παρατέθηκε. Τῷ πατρὶ
τευθὶς ἦν χρηστή. »Πατρίδιον,
»πῶς ἔχεις πρὸς κάραβον; «
»Ψυχρός ἐστιν, ἄπαγε, « φησί·
»ῥητόρων οὐ γεύομαι. «

Sed duobus praecedentibus hemiſtichiis non conſtat ratio.
Uno verbo monuit IACOBS, in *Notulis msstis*: »Theophili
»locus conſtat trochaicis. αὐτὸν delendum. « — Nempe in
editâ ſcripturâ, πατρὸς, nihil deſideraſſe videtur vir doctiſ-
ſimus. Et ſic quidem recte, quod ad numeros, procede-
bat primus verſiculus, qui eſt poſterius tetrametri hemi-
ſtichium,

Παῖς δὲ φιλοτίμως πατρός.

At, quaenam tunc verbis ſententia eſſet ſubiecta, minus
perſpicere equidem potui. Deinde ne ſequens quidem ver-
ſiculus (nempe, prius hemiſtichium ſecundi tetrametri)
legitimam menſuram erat habiturus,

τὸν νεανίσκον ἐγχέλειον:

ob vocalem α in νεανίσκον conſtanter longam: quae ſi mo-
do corripi poſſet, non me moraturus erat dactylus, pri-
mam ſedem pro trochaeo occupaturus. Caeterum quod
ad totius eclogae ſententiam pertinet, nonnihil etiam tur-
batum eſſe vel intercidiſſe videtur. Nam, quoniam ex pa-
tre quaerit filius, *quid de carabo ſentiat;* mireris, in ſuperio-
ribus nonniſi *anguillam & loliginem adpoſitas* commemorari.

In PHILEMONIS teſtimonio, pro Ἀργύριος, quod erat e
editum, Ἀγύῤῥιος ſcriptum oportuiſſe, (& ſic mox de-
inde Ἀγύῤῥιον) monuerat BENTLEI, in Emend. in Menandr.
pag. 113. Conf. BRUNCK, ad Ariſtoph. Concionat. 102.
Et veritati quidem proxime Ἀγύριος ſcribitur in noſtris

codd. *A.* & *Ep.* Sed plane Ἀγύρριος apud Euſtath. ad Iliad. χ'. pag. 1390. l. 16 ſq. ubi Philemonis verba ex ipſo hoc Athenaei loco citantur.

AD CAP. XXV.

» Enumerantur quidam ὀψοφάγοι, id eſt, *piſcivori.* Quo » in catalogo primus recenſetur *Antagoras.* Ἀνταγόρας, f » inquit, οὐκ εἴα τὸν παῖδα ἀλεῖψαι τὸν ἰχθῦν, ἀλλὰ λοῦ- » σαι. Dalecampius verba ἀλεῖψαι & λοῦσαι transtulit al- » terum in alterius locum. « [*Piſcem*, ait ille, *non eluere*, *ſed olivo inungere puerum ſivit.*] » Non video quid ea ratio- » ne vigoris afferatur languenti ſententiae. Quid ſi ita in- » terpretemur? Antagoram puero ſuo ſolitum praecipere, » *ut piſces*, quos ſibi pararet, *non oleo inungeret*, ut fie- » ri amat, *ſed oleo lavaret.* λούειν maius eſt aliquid, & » ſumtus certe maioris, quam ἀλείφειν. An eo modo gra- » tia aliqua piſci concilietur, viderint μαγείρων παῖδες. Si » ita eſt, ſcribendum, οὐκ εἴα τὸν παῖδα ἐλαίῳ ἀλεῖψαι τὸν » ἰχθῦν, ἀλλὰ λοῦσαι. « Sic CASAUBONUS. — Cuius interpretationem emendationemque adoptavit Gallicus interpres. Mihi longe expeditius ſimpliciusque videbatur, ad verba ἀλλὰ λοῦσαι ſubintelligi μόνον: quae vox ſatis frequenter omitti a Graecis ſolet, mente ſupplenda. Nempe tanti momenti negotium, quale erat *piſcem inungere & ad menſam parare*, famulo non committebat ille lurco, ſed ipſe rem peragebat: quod ex proxime ſequente narratione ſatis intelligitur. Nec tamen ſilentio praeterire debeo, ipſa illa verba ἀλλὰ λοῦσαι, emendationi deberi recentioris alicuius ſcribae aut primi editoris: nam in cod. *A.* quidem mendoſe ἀλλουσαι ſcribitur, in *Epit.* vero deeſt iſte locus.

Ἐν δὲ στρατοπέδῳ &c. » Quae ſubdita eſt de eodem *An-* » *tagora & Antigono rege* hiſtoria, extat in Apophthegmatis » & in Sympoſiacis Plutarchi. « CASAUBONUS. — Vide Plutarch. T. II. Opp. ed. Francof. pag. 182. f. & 668. c. In ea narratione, ὦ Ἀνταγόρα edidimus ex ms. *A.* & *Ep.* adiectâ ὦ particulâ, quae deerat ſuperioribus editt. Mox dein ſi placet edita olim ſcriptura, κἀκεῖνον οὐ φαύλως εἰπεῖν, ſubintelligendum fuerit verbum φασὶν, aut λόγος ἐστί. Ipſum vocabulum λόγος (ſubintellecto verbo ἐστὶ) adiectum nobis dedit ms. *Ep.* Deinde τὶς ἐν τῷ στρ. γόγγρους ἔψει dedit codex ms. uterque; rectius, & uſui Grae-

ci sermonis convenientius, quam ἕψοι, quod editum erat.

Ἔγω γ' οὖν, εἶπε &c. »Refertur eiusdem Antagorae a »dictum, quo negabat se vel matris fidei commissurum »iusculum ubi gallina coxisset. ἐγὼ οὖν, εἶπε, τῇ μητρὶ »ὀρνίθιον ζωμὸν πιστεύσω; id est, *Egone ut matri meae* »*gallinaceum iusculum credam?* Interpretes ὀρνίθιον putarunt »esse idem ac πτηνὸν, & *volucre iusculum* nobis exhibent. »O rem ridiculam & nimis facetam! « CASAUBONUS. — At mendosa erat ipsa illa edita scriptura ὀρνίθιον. Recte vero ὀρνίθειον dedit uterque codex mstus. Pro Ἐγὼ οὖν vero, Ἔγω γ' οὖν recepi ex ms. *Ep.*

Καὶ Ἀνδροκύδης δ' ὁ Κυζικηνὸς &c. »Secundus inter *pi-* »*scivoros* refertur *Androcydes pictor:* qui prae amore pi- »scium eximie ac γραφικώτατα pinxisse dicitur τοὺς περὶ »τὴν Σκύλλαν ἰχθῦς. Tabulam hic summo artificio elabo- »ravit, cuius argumentum sumserat ex his Poëtae versi- »bus de Scyllâ: [Odyss. μ'. 95 sqq.]

»Αὐτοῦ δ' ἰχθυάα σκοπελὸν περιμαιμώωσα
»δελφῖνάς τε κύνας τε, καὶ εἴ ποτε μεῖζον ἕλῃσι
»κῆτος, ἃ μυρία βόσκει ἀγάστονος ἀμφιτρίτη.

»Expresserat igitur in ea tabula Androcydes *Scyllam pi-* »*scantem*, & variorum piscium effigiem, colorem, & ἤθη, »quae quidem penicillo pote est indicare. Ac scribit etiam »Plutarchus, quod piscibus mirifice oblectaretur, eo fa- »ctum esse ut ἐμπαθέστατα καὶ ζωτικώτατα piscationem »hanc repraesentaret. Sed male accepit Androcydes poë- »tae verba: nam etsi usus est verbo ἰχθυᾷν, quod pro- »prie significat *pisces capere:* tamen apud Homerum Scyl- »la non *pisces* captat, sed solum delphinos, canes mari- »nos, & cetos alios, qui appellatione ἰχθύων non conti- »nentur. Haec quorundam ex antiquis criticis sententia »est. « CASAUBONUS. — Videsis Plutarch. Symposiac. IV. 2. & Eustath. ad Od. μ'. p. 479. l. 17 sq.

AD CAP. XXVI.

In *MACHONIS vers.* 3. quum πολύποδα esset edi- b tum, claudicabat metrum: cui sublevando GROTIUS in Excerpt. pag. 851. πουλύποδα scripsit: recte; & sic habet uterque noster codex. Recte vero rursus *vers. extr.* scripturam πολύποδος, simplici vocali, tenent libri omnes,

b quam ibi desiderabat metrum. Utrâque vocabuli formâ promiscue usos esse Atticos poëtas, maxime tamen priori, iam saepius observavimus. GROTII *latinam versionem* Graecis versibus subiecimus.

Rursus claudicabat *versus* 7. qualis vulgo scribebatur :

κακῶς σφόδρ' ἔχειν· εἶτ' ἰατροῦ τινος :

De quo etiam CASAUBONUS monens : » Stabit, (inquit) » si scribas plene σφόδρα & εἶτα. « — Et sic quidem plene σφόδρα scriptum habent ambo nostri codices, & εἶτα quoque ms. *Ep.* At multum abesse, quin ea ratione persanari potuerit versus, perspecte GROTIUS viderat, sic corrigens :

κακῶς ἔχειν σφόδρ'. εἶτα δ' ἰατροῦ τινος :

transpositis duabus vocibus, & insertâ necessario loco δ' particulâ. Cuius rationem secuti sumus, ab HERMANNO etiam adoptatam, DE Metris pag. 165.

Vers. 8. Pro edito ὡς, idem GROTIUS ex coniectura ὃς scripsit : id vero ipsum uterque noster codex mstus exhibet. *Vers.* 9. verba αὐτὸν φερόμενον fuerunt transponenda; quod rursus praeeunte GROTIO fecimus, suffragante pariter HERMANNO, ibid. p. 166.

c *Vers.* 13. δεδιοίκηται πάλαι. δεδιώκηται corrigit KÜSTERUS ad Hesych. voce Διοίκησις, interpretaturque, *iam pridem omnia absumta sunt.* Quam ut non improbo interpretationem : sic haud satis scio an opus sit, ut ab usitatiore verbi notione discedamus, *omnia administrata, curata sunt.* Ad formam verbi quod spectat : habent quidem praeterita perfecta compositorum, loco simplicis augmenti inter praepositionem & verbum positi, interdum *duplex augmentum, alterum intra, alterum extra*, ut ait Eustathius ad Iliad. Ψ'. pag. 1448, 22. veluti ἐκδεδιητημένη apud Athen. XIII. 556. c. & hoc ipsum δεδιώκημαι, cuius exemplum (teste Koppiers in Observ. Philolog. p. 9.) ex Antiphanis Agyrta citavit Lexicographus San-Germanensis. Nec sane rarus admodum idem usus est in aliis compositis verbis. Sed possunt eadem verba, ut ibidem monuit Eustathius, etiam *extrinsecus solum* augeri, neglecto interno augmento. Quod quidem praeceptum a Grammaticae Graecae doctoribus nonnisi ad ea composita verba solet restringi, quorum simplicia vel plane non sunt in usu, vel raro admodum occurrunt : sed, in verbo διοικέω id ipsum etiam obtinere, diserte idem Eustathius mo-

nuit; ubi quidem non eſt diſſimulandum, nonniſi unum hoc c exemplum, quod prae manibus habemus, ab illo adferri: unde pro ſtabiliendâ loci noſtri ſcripturâ nihil aliud efficitur, niſi ut intelligamus, illum in ſuo codice Epitomae Athenaei δεδιοίκηται ſcriptum reperiſſe, perinde atque noſter codex Epit. & vetus codex plenioris operis eamdem ſcripturam tuentur. Caeterum quum tam docto Grammatico, quam fuit Euſtathius, non ſuſpecta fuerit illa quamvis rarior verbi forma, ne nobis quidem admodum ſollicitanda viſa eſt.

Verſ. 16 *ſq.* Vulgatam ſcripturam ſi teneas,

οὓς ἀνατίθημι ταῖς ἐμαυτοῦ συντρόφοις
Μούσαις, Ἀφροδίτην καὶ Διόνυσον ἐπιτρόπους:

ſententia erit, quam Dalecampius his verbis expreſſit:

Hos Muſis coalumnis meis dedico:
curatores illorum eſſe volo Bacchum atque Venerem.

In quo nihil fuerit incommodi, niſi quod ad nomen ἐπιτρόπους ſubintelligendum ſit verbum τιθεὶς, vel ποιῶν.

Verſ. 19 *ſq.* »*Timothei Charon* ὁ ἐκ Νιόβης non eſt illud »quod docti volunt. πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Sed eſt alluſio ad »fabulam *Timothei*, *Niobe* inſcriptam, ubi erat *Charon* in»ter alias tragoediae perſonas. Poëta hic parum habitus »ingenioſus, & multum ψυχρός. Ideo certatim illum ur»bani ſcurrae irriſerunt. Eiusmodi eſt Dorionis crumato»poei illud non multo ante. [pag. 338. a.] Δωρίων, ait, »καταγελῶν τοῦ ἐν τῷ Τιμοθέου Ναυτίλῳ χειμῶνος, ἔφα»σκεν, ἐν κακκάβᾳ ζεούσᾳ μείζονα ἑωρακέναι χειμῶνα. Ta»le eſt etiam quod capite XI. [ad pag. 352. a.] ſumus di»cturi. Sed *Machonem* audiamus, qui morientem Philo»xenum ita facit alloqui medicum a quo interpellatus fuerat:

»Ὁ Τιμοθέου Χάρων σχολάζειν μ' οὐκ ἐᾷ,
»ὁ δ' οὐκ τῆς Νιόβης· χωρεῖν δὲ πορθμὸν ἀναβοᾷ,
»καλεῖ δὲ μοῖρα νύχιος, ἧς κλύειν χρεών.

»*Timothei*, inquit, *Charon*, *ex Niobe*, *otium mihi non con»cedit: ſed abire ſuam cymbam inclamat.* πορθμὸν nominat Ti»motheus quam alii πορθμίδα. Sed vereor ut hoc perſua»deri cuiquam poſſit graece docto. Itaque ſcribendum, »χωρεῖν δὲ πορθμίδ' ἀναβοᾷ.« Casaubonus. — *Timothei ac Niobes Charon*, in verſione poſuerat Dalecampius, & in ora miro quodam modo interpretatus erat: cuius ratio non magis morari nos debet, quam Weſtoni commentum, qui οὐ τῆς Νιόβης legendum cenſuit, (in Hermeſia-

nacte pag. 26.) intelligens *Timothei Charontem, non Niobae.* Cum σχολάζειν μ' οὐκ ἐᾷ editum esset; utriusque nostri codicis auctoritate delevi *pronomen personale*, quod ex interpretamento irrepserat, & languidum magis quam necessarium hoc loco esse videbatur. In ms. *A.* quidem mendose scribitur σχολάζει οὐκ ἐᾷ: in ms. *Ep.* vero plane recte, σχολάζειν οὐκ ἐᾷ. Vocabulum πορθμὸν solicitari nolim. πορθμὸς & *fretum* significat, & quemvis *traiectum.* Verbum χωρεῖν, aut *accedere* significare potest; unde χωρεῖν τὸν πορθμὸν, per ellipsin praepositionis ἐπὶ vel πρὸς, minime abhorrentem a Tragici stilo, (nam ipsius Timothei verbis ista loqui fingitur Philoxenus) significabit, *ad fretum* vel *ad traiectum esse accedendum:* aut etiam *eundi, abeundi, proficiscendi* notione accipi poterit; ut, quemadmodum χωρεῖν ὁδὸν idem valet ac διὰ ὁδοῦ, *hac vel illâ viâ proficisci*, sic χωρεῖν τὸν πορθμὸν valeat χωρεῖν διὰ πορθμοῦ, *abeundum esse per fretum;* vel, *proficiscendum esse traiectum;* id est, *traiiciendum fretum.*

d *Vers.* 25. Quum sic vulgo consentientibus libris scriberetur,

εὔξατο τριῶν ἔχειν τὸν λάρυγγα πήχεων,

monuit CASAUBONUS: »Tolle voculam τὸν, quae metrum corrumpit.« Cuius rationem GROTIUS secutus est, in Excerpt. pag. 853. At quum non de vano, sed ex sermonis usu praepositus hoc loco nomini articulus nobis videretur; alia ratione succurrendum versui censuimus, scilicet λάρυγα, penultimâ brevi, pro λάρυγγα, scribendo; quemadmodum alibi φάρυγα pro φάρυγγα scribendum observavimus. Vide ad II. 64. f. & ad VI. 268. c. Ac diserte sane docet Etymologus, pag. 788. sicut φάρυγξ, φάρυγος, sic & λάρυγξ, λάρυγος, Atticorum more declinari. Neque nos turbare, puto, debuit pes dactylus, eâ ratione quartam in senario iambico sedem occupaturus. De re, quae hîc agitur, confer lib. I. pag. 6. b. & ibi not.

e Καὶ Διογένης δὲ &c. »Elegantissime dictum est Athenaeo, Διογένης ὁ Κύων ὠμὸν πολύποδα καταφαγὼν, ἔτι »δεμένης αὐτῷ τῆς γαστρὸς, ἀπέθανε. Vult dicere quod »Sotades, cuius extat de obitu Diogenis Cynici versus, [apud Stobaeum, Serm. XCVI. p. 526. al. p. 528.]

»Πολύποδα φαγὼν ὁ Διογένης ὠμὸν τέθνηκεν:

»& Diogenes Laërtius in eâdem historiâ, [VI. 76.] *Dio»genem Cynicum* χολερικῶς ληφθῆναι: & Censorinus quo-

» que, *in choleram*, inquit, *ſolutus eſt.* Quod quid ſit, ſe- e
» mel experti ſcimus, ante annos aliquot beneficio ſupre-
» mi Numinis praeſentiſſimo vitae periculo perfuncti. Vim
» eius morbi appoſitiſſimo verbo auctor expreſſit, ἐπιθε-
» μένης τῆς γαστρός. Eſt vero ἐπιτίθεσθαι, *inſtare & perſe-*
» *qui aliquem atque urgere:* in idiotismo noſtro dicimus, *don-*
» *ner la chaſſe.* ἐπιτίθεσθαι ἡ γαστὴρ dicitur, *fluxa alvus*
» *quae quieſcere non ſinit.* Doctorum emendationes huius lo-
» ci cur ſimplici huic interpretationi anteponamus, cauſ-
» ſae non eſt.« CASAUBONUS. — ἐποιδουμένης, id eſt, *in-*
tumeſcente alvo, legendum coniectaverat GESNERUS, De Aquatil. p. 746. Vulgatam vero ſcripturam tuetur uter-que noſter codex mstus. Caeterum de Diogenis morbo obituque conſule quae ad Laërt. l. c. adnotavit Menagius.

SOPATRI de Philoxeno verſiculos, quibus haud ſatis adparet quaenam ſententia inſit, praetermiſit Breviator. Videtur hoc dicere poëta: *Ne Aetnae quidem ignem exhor-reſcere illum lurconem, dummodo, priusquam ab eo conſumatur, licuerit ei gulae ſatisfacere ſuae.*

AD CAP. XXVII.

In *TIMOCLIS verſ.* 3. pro eo quod edebatur Μητρο- f
κλῆς, legendum Μοιροκλῆς monuerat VALESIUS ad Harpocr. pag. 129. & RUHNKENIUS, in Hiſtor. crit. Oratorum Graecor. p. 157. (in Reiskii Oratorib. Graec. Vol. VIII.) Iſtam vero ipſam ſcripturam nobis exhibuit noſter cod. *A.* & prope a vero abeſt ms. *Ep.* in quo Μυροκλῆς. Quod *verſ.* 5. Εἶτ' εἴληφε habent ambo noſtri mssti, re-cte editores omiſerunt importunam verſui particulam, quae e gloſſa irrepſerat.

Verſ. 8 *ſq.* »Illud *Timoclis* elegantiſſimum eſt, nec recte a
» interpretibus acceptum, de *Hyperide* celeberrimi nominis
» oratore Athenienſium:

» Τοὺς ἰχθυοπώλας οὗτος ἡμῶν πλουτιεῖ.
» ὀψοφάγος γάρ. ὥστε τοὺς λάρους εἶναι Σύρους.

» *Hyperides*, ait, *piſcarios noſtros ditabit: tantus enim piſcium*
» *vorator eſt, ut illius cauſſa piſcium praedatrices aves*, ut ſunt
» *larus*, gavia, mergus, & aliae, *fiant Syrae:* hoc eſt, *pi-*
» *ſcibus abſtinere cogantur* vacuefactis maribus: adeo profun-
» da eſt Hyperidis τοῦ ὀψοφάγου gula. *Larum* avem eſſe,
» quae capturâ piſcium vivat, quis poteſt ignorare, qui

a » Homeri ſaltem illa legerit? [Odyſſ. ε'. 51 ſqq.]

» Σεύατ' ἔπειτ' ἐπὶ κῦμα, λάρῳ ὄρνιθι ἐοικὼς,
» ὅς τε κατὰ δεινοὺς κόλπους ἁλὸς ἀτρυγέτοιο
» ἰχθῦς ἀγρώσσων πυκινὰ πτερὰ δεύεται ἅλμῃ.

» Recte igitur exponi hic locus poteſt ut eum ſumus in» terpretati. Si cui tamen fidem veri excedere ſententia » haec videatur; (quale enim eſt, *ob unius helluonis ven*» *trem maria eſſe exhauſta piſcibus?*) poſſumus λάρους inter» pretari de lurconibus aliis Hyperidi ſimilibus: quos om» nes ait poëta factos Syros. Abstinuiſſe Syros piſcium » eſu, ſi non didicerunt interpretes, qui Hyperidem falſo » produnt nobis Syrum, ex Diodoro, Strabone, Hygino, » & Arati graecis latinisque Interpretibus; ſaltem ex Athe» naeo diſcerent, cuius ſunt verba hoc ipſo in libro non » longe hinc, [pag. 346. c.] Οὐλπιανὸς διὰ τὰ Σύρων πά» τρια καὶ ἡμᾶς τῶν ἰχθύων ἀπεστέρησε. « CASAUBONUS. — Plurimum ſane a vero aberraverat DALECAMPIUS, cum poſtrema poëtae verba ſic redderet, *ut lari ſunt omnes Syri;* adiectâ notâ: » *Hyperidem Syrum* natione fuiſſe, *non* » *Athenienſem*, comicus innuit. « — Nec tamen a doctiſſimo Caſaubono ſatis commode expreſſa mens poëtae. Quanto commodius GROTIUS reddidit! *lari ut Syri ſint, ſi ad eum compares.* (Excerpt. pag. 688.) Quem ad locum pertinet eiusdem adnotatio haec: » *Syri* quidam *piſcibus abstinebant.* » Itaque, ut oſtendat quantus ſit piſcium helluo Hyperides, » ait, *laros*, qui piſcibus veſcuntur, *prae illo Syros eſſe.* « — IDEM, quum verſum iſtum ſic ſcriptum edidiſſet,

ὀψοφάγος, ὥστε τοὺς λάρους εἶναι Σύρους:

de ſcripturâ adnotavit: » Male inter voces ὀψοφάγος & » ὥστε intercedebat γάρ. « — Et agnoſcit quidem illam particulam cum editis codex *A.* (in *Epit.* deeſt poſtremus verſus:) ſed temere fuiſſe illatam, metri ratio clamabat. Superiori verſu, perperam πλουτεῖ habet ms. *A.* ubi recte πλουτιεῖ ms. *Ep.* cum edd.

Quae ſequuntur, in hunc modum edita legebantur:

Καὶ ἐν Ἰκαρίοις δὲ ὁ αὐτὸς ποιητής φησιν·

Τόν τ' ἰχθυόρρον ποταμὸν Ὑπερείδην πέρα-
σον, σηπίαις φωναῖσιν ἔμφρονος λόγου,
κόμποις παφλάζων ἠπίοις (sic) πυκνώμασι
προσπανδύσας ἔχει *
μισθωτὸς ἀρδει πεδία τοῦ δεδωκότος.

Quae ſic interpretatus eſt DALECAMPIUS:

Affluentem piſcibus amnem Hyperiden traiice : a
ſepiis dictionibus orationis prudentis & callidae,
venuſtâque & blandâ verborum aeſtuans congerie,
cum inundat, agrum rigare poteſt
eius qui muneribus donavit.

Idemque interpres ad vocem *ſepiis*, *vs.* 2. adnotavit: »*Ob-*»*ſcuris :* tanquam *ſepiarum atramento infuſcatis.*« Et ad verbum *aeſtuans:* vs. 3. »Παφλάζων: *elatis verbis tumidus ac inſolen-*»*tibus :* allegoriâ ſumptâ ab aucti fluminis inundatione.« — Ad quae CASAUBONUS nihil aliud, niſi haec: »Prae-»feremus [Proferemus, *puto*, *voluerat*] quae ex iſto loco »ſcripta offendimus in Excerptis: nam aliud nihil poſſu-»mus amplius. Καὶ ἀλλαχοῦ, Τόν τε ἰχθυόῤῥουν ποταμὸν »Ὑπερείδην περάσας, ὃς μισθωτὸς ἄρδει τὰ πεδία τοῦ δε-»δωκότος. Caetera, quae in noſtris libris habentur, & il-»le vir pro conclamatis habuit, & nos emendare quiti »non ſumus.« — Priorem eclogae partem ſic conſtituen-dam cenſuit IACOBS, in Notis msstis:

»Τόν τ' ἰχθυόῤῥον ποταμὸν Ὑπερείδην πέρα,
»ὃς ἠπίαις φωναῖσιν ἔμφρονος λόγου
»κόμποις τε φλάζων. —

his adiectis Adnotationibus: »πέρα, *transi.* φλάζων, pro »παφλάζων. Conf. Galen. ad Hippocr. Criſ. 6. & Foeſ. »Oecon. Hipp. v. Φλάζουσιν. Eſt in his verſibus parodia »loci Aeſchylei, ubi Prometheus Io iter inſtituendum enar-»rat. Cf. Prometh. vs. 723 ſqq.« — Cuius ex docti Viri mo-nito, primum πέρα (*vs.* 1.) adoptavimus, quod verſus deſiderabat, & ad ſententiam idem valet ac πέραση, quod cum editis habet uterque noſter codex mstus: nam in noſtro ms. *Ep.* perinde atque in ms. *A.* perſpicue πέρα-σον legitur, non περάσας, ut in Hoeſcheliano Caſaubonus repererat. In ἰχθυόῤῥουν vero cum Hoeſch. conſentit & noſter cod. *Ep.* & cod. *A.* quae haud dubie vera ſcri-ptura erat. Item *verſ.* 2. ὃς ἠπίαις fidenter recipiendum putavi: cum praeſertim & vocem ὃς noſter ms. *Ep.* ſicut Hoeſchelianus daret, & in σπίαις φωναῖσιν nihil aliud, niſi ἠπίαις φωναῖσιν latere poſſe videretur. *Verſ.* 3. vero παφλάζων in τε φλάζων mutare dubitavi; quoniam, cum de ſequentium lectione non conſtaret, incertum erat an neceſſe eſſet, ut mutaretur verbum παφλάζων. Ad pro-ximum verbum, quod ἤπίοις aſpero ſpiritu notatum ſcribitur in editis libris, nihil ex ms. *A.* adnotatum eſt: nec

a vero aliud quid, nisi ἠπίοις, valere illud poterat. Sed eo ipso suspectum nobis hoc vocabulum esse debet, quoniam modo praecessit ἠπίαις φωναῖσιν. Itaque hîc quidem vox ἠπίοις ex scholio nata, & alterius cuiusdam, forsan μαλθακοῖς, aut similis cuiuspiam locum invasisse videtur; nisi fortasse suspicari liceat, ista ipsa verba ἠπίαις φωναῖσι versu superiore temere inserta esse ex interpretamento horum verborum ἠπίοις πυκνώμασι; nam πυκνώματα videri possunt esse φωναὶ *saepius repetitae:* sed rectius tamen fortasse *astutias*, *astutos sermones*, intellexeris; & adiectivum ἤπιος, videndum, ne ex ἤμέροις fortasse detortum sit. Iam istud προσπανδύσας (*vers.* 4.) satis adparebat valere πρὸς πᾶν δύσας, *ad omnia descendens, omnia in se recipiens;* scilicet, dummodo satis mercedis ei offeras. Sed, quo pertineat deinde verbum ἔχει, & quid sit quod ibi vel ab Athenaeo omissum sit, vel per librariorum interciderit culpam, id vero ne coniecturâ quidem hariolari equidem ausus eram. Fidentior Fiorillo, in Observationibus Criticis in Athenaeum nuperrime editis, pag. 5 sq. postquam & vulgatam huius eclogae scripturam, & quae ad hunc locum Casaubonus adnotaverat, adposuit, in hunc modum pergit: »Levi opera sic reficias:

»Τόν τ' ἰχθυόῤῥουν ποταμὸν Ὑπερείδην περᾷς,
»ὃς, σπιαῖς φωναῖσιν ἔμφρονος, λόγου
»κόμποις παφλάζων, σπίοις πυκνώμασι
»πρὸς . . . . . , πᾶν δύσας ἔχει.
»μισθωτὸς ἄρδει πεδία τοῦ δεδωκότος.«

Tum: »*Versus quartus*, inquit, forte sic explendus:

»πρὸς πᾶν ῥύει, ῥοῇ τε πᾶν δύσας ἔχει.«

Ubi, alia ut taceam, valde equidem dolui, non aperuisse nobis virum doctissimum, *quasnam* σπιας φωνὰς, & σπια *quaenam* πυκνώματα intelligere debeamus: nec enim persuadere nobis, puto, voluerit, ut in Dalecampii interpretatione adquiescamus. Gallicus interpres, *vers.* 2. σὺν ἠπίαις φωναῖσιν legens, totam eclogam in hunc modum interpretatus est: *Tâche de gagner Hyperide, (ce fleuve qui roule de nombreux poissons) en t'y prenant d'un ton mielleux, mais avec réflexion. C'est un homme dont la bouche fait entendre de grands mots entassés comme un flot qui bouillonne sur l'autre, mais il est séduisant. Les conditions qu'il a eu soin de faire d'avance, lui ont procuré une récompense: aussi, devenu mercénaire d'Harpalus, est-il forcé d'en arroser le jardin.*

Φιλέταιρος – – τὸν Ὑπερείδην πρὸς τῷ ὀψοφαγεῖν καὶ b κυβεύειν αὐτὸν φησί. Videri poterat abundare pronomen αὐτὸν, abiiciendumque esse; nisi supra τὸν Ὑπερείδην σκώπτων aut aliquid tale scripsisse statueres auctorem.

Axionici eclogam ex *Phileuripide* »versibus constare »anapaesticis, sed passim depravatis« monuit Iacobs, in *Notis msstis*. Quos versus quum expedire equidem non valerem, totam eclogam, sicut a superioribus editoribus factum erat, continuato tenore veluti pedestri sermone descriptam exhibui: quumque in ipsis verbis plurima mihi obscura essent, nihil mutare sum ausus, nisi perpauca, ubi veteres libri praeibant. Totius eclogae nonnisi postrema verba adposuit Epitomator: nomen vero poëtae recte Ἀξιόνικος scripsit cum editis; pro quo mendose Ἀξιόνεικος ms. *A*.

Ἄλλον δὲ ἰχθὺν μέγεθει πίσυνόν τινα. »*Alium piscem* »*magnitudine sua fretum*; id est, *permagnum* & *validum*. Di»ctio poëtica & Ionica, πίσυνος. At interpres δίπη»χυαῖον.« Casaubonus. — *Bicubitalem* reddiderat Dalec.

Porro cum in ed. Cas. sic legeretur, ἥκει κομίξας γλαυκός τις ἐν πόντῳ γαλεὸς, adnotavit Casaubonus: »Probabiliter Dalec. ἐκ πόντου γαλεόν. Illud κομί»ξας, Doricum, ut multa apud Theocritum.« — At quid Axionico cum Theocrito? Et quid omnino hîc loci est Doricae verbi formae? Quin immo (quod magis etiam mireris) κομίξας illud, quod hîc defendit Casaubonus, nonnisi per operarum sphalma temere in editionem ipsius irrepserat: recte κομίσας legebatur in ed. Ven. & Bas. quemadmodum in Msto nostro. γαλεοὺς vero dedit idem noster codex; sed in istis ἐν πόντῳ nil mutat.

Quod ait λίχνων ἀνδρῶν ἀγάπημα, adludit ad illud Cratetis, ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἀγάπημα, in Anthol. T. I. ed. Br. p. 186. IV. quem ad locum Iacobs in Animadv. hunc nostrum laudare non neglexit. Conf. Toup, in Cur. Noviss. pag. 267. — *Mox*: »Pro φέρω, ait Iacobs, in *Notis msstis*, »φέρων legerim, quod ad ἥκει referendum.« — *Dein*, quum in ed. Ven. & Bas. nullâ interpositâ distinctione legeretur, φέρω κατ' ὤμων τινὰ τῷδ' ἑνέπω &c. post τινὰ *comma* interseruit in suâ editione Casaubonus; tum vero in Animadv. ait: »Fortasse κατ' ὤμων νιν.« At pronomine νιν nil erat opus: pro τινὰ vero, τίνα interrogative scriptum oportebat, ad sequens σκευασίαν referendum; quod iam Dalec. recte viderat.

b. ἢ τῆς ἀγρίας ἅλμης λιάσμασι σῶμα λιπάνας. »Lego »λιπάσμασιν. Quid enim est λιάσμασι? Nam quae »de illâ scripturâ docti viri scripserunt, non probo. ἅλ»μην ἀγρίαν exposuimus superiore capite.« [ad pag. 339. d. e.] CASAUBONUS. — Qui quod a doctis viris scriptum sibi non probari ait, respexit ad id quod super hoc loco H. STEPHANUS disputaverat in Thes. Graec. Ling. T. IV. p. 532. c. ubi ait: »Λίασμα pro χλίασμα reperitur. Axio»nicus apud Athen. lib. VIII. - - - ἅλμης λίασμα vocat »ἅλμην λιαρὰν, *muriam tepidam*, seu ἅλμην θέρμην, ut ibi»dem appellat.«

Haud dubie corrupta sunt ista, ἔφα τὶς ὡς &c. Nec enim hîc locus erat Dorico ἔφα, pro ἔφη. Ibi IACOBS: »Legerim, ait, παραδώσω, φάτις ὡς - - - Μόσχων ὁ »φίλαυλος &c. *ut Moschon eum comedere dicitur.*« — Ubi quidem quod Μόσχων scripsit, invito excidisse viro docto videtur: nam *Moschionis* parasiti, qui haud dubie idem cum hoc φιλαύλῳ fuit, saepius in his libris fit mentio: ut ε VI. 242. c. 246. b. IX. 382. d. *Mox*, in Καλαίδῃ nil mutant libri. Exspectasses ὦ Καλλία: sed fortasse consulto nonnihil detortum in fine nomen est; nisi pro illo Ω ΚΑΛΑΙΔΗ sic plane scriptum oportuit ΩΚΑΛΛΙΑ, Ἦσὺ μὲν &c.

Sub finem eclogae, ubi mendose κἀμφὶ ταρίχης ἀγάλλῃ in editis legebatur, monuerat CASAUBONUS: »Scribendum, »ἀμφὶ ταρίχῃ γ' ἀγάλλῃ.« — At κἀμφὶ τάριχ' ἀγάλλῃ dedit codex noster mstus uterque. Pro κἀμφὶ quidem est καὶ ἀμφὶ exserte scriptum in ms. *Ep.* sed in τάριχ', ut dixi, consentiunt ambo; quod est pro τάριχα, rariore formâ a singulari τὸ τάριχον, pro quo aliâs vel τὸ τάριχος vel ὁ τάριχος longe est usitatius. Habemus igitur hîc exemplum, quo firmatur scriptura ista apud Suidam, Τάριχα, ὄψα πολυτελῆ: quae alioqui suspecta esse poterat. Conf. H. Stephani Thes. T. III. p. 1249. e. f.

τὰ δὲ ταρίχη μή ποτε καὶ ὡς αἰσχροποιοῦντος. DALECAMPIUS: *falsa vero pulpamenta, forsitan quod faceret turpia.* Tum IDEM in orâ: »Irrumaret aut fellaret. Quidam »legunt, αἰσχρὸν κέρδος ποιοῦντος: *quod turpe lucrum fecta»retur.* Hoc magis probo.« — Nempe hoc posterius magis conveniens videri poterat cum eo quod initio dixerat Athenaeus, καὶ κυβεύειν αὐτόν. Sed in αἰσχροποιοῦντος consentiunt libri, pro quo ea significatione, quam Dalec. dixit, aliâs αἰσχρουργεῖν dicebant Graeci: poterit autem hîc

latiori quodam significatu accipi id verbum. Caeterum vo- c
cabula τάριχος, ἅλμη, & his similia, in convicii loco de *hominibus sceleſtis, aut laſcivis* dici ſolita iam plus ſemel obſervatum eſt. Vide ad III. 119. c. Animadv. T. II. p. 334. & paulo ante ad VIII. 339. d. e. Sic Θασία ἅλμη, de homine nequam, IV. 164. e. Sic σκόμβροι, de laſcivis, III. 120. e.

ἑωθινὸν τὸν Ὑπερείδην ποιεῖσθαι νῦν τοὺς περιπάτους ἐν τοῖς Ἰχθύσιν. Dalecampius ποιεῖσθαι τοὺς περιπάτους *obambulare* reddidit, tacite ſuffragante Caſaubono, certe nihil contra monente. Mihi vero acutius quidpiam in iſtis verbis ineſſe videbatur: ſcilicet ut περίπατος ea notione dictum ſit, qua idem valet ac διατριβὴ vel σχολὴ, *ſchola, disputatio* de Philoſophia aut de quavis arte; de qua notione dixi ad III. 103. d. quemadmodum etiam *Platonis ſchola*, ὁ Πλάτωνος περίπατος vocatur paulo inferius, VIII. 354. b. Illud haud ſatis definire auſim, τοὺς περιπάτους ποιεῖσθαι nunc utrum de eo dicatur, qui *ipſe ſcholam habet explicatque*, an de eo qui *ſcholas praeceptoris frequentat.* Nam & hac poſteriori notione accipi illa dictio poſſe videtur: quam fere in ſententiam εἰσαγωγὰς πράττειν dixit Epictetus, Diſſert. I. 29, 23. II. 16, 34. Nec mira admodum nobis quidem, Gallico idiomate utentibus, videri iſta locutio debet, qui in eadem re non modo *verbo* eodem, ſed & ſimillimo *nomine ſubſtantivo* utimur, *faire un cours*, e. gr. *faire un cours de Phyſique, de Belles-Lettres*, &c.

AD CAP. XXVIII.

Τίμαιος δ' ὁ Ταυρομ. »Maledicentiſſimo hominum *Timaeo* »*Tauromenitae*, qui ſcriptum reliquit, *Ariſtotelem gulae fuiſ-* »*ſe deditum* & ὀψοφάγον, quantum tribuendum ſit, ad Dio- »genem Laërtium pridem docuimus. Sapientes non dubi- »tabunt, ſcio, falſiſſima eſſe omnia quaecunque de divi- »no viro Epitimaeus iſte muginatus eſt.« Casaubonus. — Conf. Polyb. lib. XII. cap. 8 ſq. & praeſertim cap. 9, 3.

Μάτρων δ' ὁ σοφιστής. De inconſtantia librorum in efferendo nomine iſtius ſophiſtae diximus ad VII. 307. c. Hoc quidem ipſo loco, in Μάτρων conſentit codex ms. uterque cum editis: mox vero deinde bis Μάτων habet ms. *A.* quemadmodum Μάτωνα pag. 307. dederat uterque ms. cum edd. Paulo poſt vero (pag. 343. a.) idem ms. *A.* rurſus

μακρῷ habet, quod ex Μάκρων corruptum videri debet. In proximo Antiphanis teſtimonio ſcripturam Μάτρων tenet ms. *Ep.* Anaxilae vero teſtimonium omiſit Breviator, & ex altero Antiphanis, quod deinde ſequitur, nonniſi pauca verba excerpſit.

d Ἀντιφάνης ἐν Κιθαρῳδῷ. Eamdem *ANTIPHANIS* fabulam laudavit Etymologus, pag. 683. l. 26. Eidem poëtae apud Noſtrum (XV. 681. c.) tribuitur Κιθαριστὴς fabula: quae ſit-ne eadem, an diverſa, non definiam. Facile eamdem credas: ſed, ut pro diverſâ habeamus, ſuadere videtur id, quod fabulae hîc citatae initium conſulto adponat auctor noſter; quaſi eo indicio hanc fabulam ab aliâ, ſimillimo titulo editâ, distinguere voluiſſet. Erant quidem vulgo ſic adpoſita poëtae verba,

Οὐ ψεῦδος οὐδέν φησιν ὀφθαλμὸν ἄρυττέ τις
ὥσπερ ἰχθύος Μάτρων προσελθών:

quaſi ab iſtis verbis illa ratione cohaerentibus continuatisque initium cepiſſet fabula. At ſatis adparet, verba illa priori lineâ comprehenſa verſum legitimum non efficere, neque omnino cum quatuor primoribus verbis cohaerere ſequentia. Quare, quoniam dixerat auctor noſter, οὗ (nempe Κιθαρῳδοῦ Ἀντιφάνους) ἡ ἀρχὴ, id eſt, *cuius* (fabulae Antiphanis) *hoc eſt initium;* intelligi par erat, quatuor illis primoribus verbis,

Οὐ ψεῦδος οὐδέν φησιν, —

indicari ipſum dramatis initium; ſequentibus autem verbis,

Ὀφθαλμὸν ἄρυττέ τις (immo, ἄρυττόν τις) ὥσπερ ἰχθύος
Μάτρων προσελθών:

contineri teſtimonium, quod ex eâdem fabulâ hîc citare Athenaeus voluit. Caeterum, quid ſit quod dicat poëta, *oculos piſcibus eripere ſolitum Matronem*, Archeſtratus aliquis nobis explicaverit; utrum, qui piſcium capita adamavit, oculum & circa eum pinguedinem pro delicatiſſima parte habuerit; an oculos primum evulſos abiecerit, quo commodius lubentiusque caetera deinde voraret? cf. p. 345. c.

ANAXILAE verſiculos ſupra (VII. 307. c.) iam adpoſue-
e rat auctor noſter. *Mox dein* recte περὶ ταῦτα dedit ms. *A.* Sed in vulgato ὃ πάρεστι nil mutat idem vetus liber: quod equidem ex coniecturâ in ὅπερ ἐστὶ mutare non dubitavi. Aliter CASAUBONO viſum erat; cuius ad hunc locum haec eſt Animadverſio: »ὃ πάρεστι τῆς Ἀρχεστράτου λιχνείας ἐμφανίσαι ὑμῖν. Lege ἐκ τῆς Ἀρχ. id eſt:

» *quod licet vobis palam facere ex Archeſtrati cupediis.* Sic vo- e
» cat Archeſtrati Gaſtrologiam. In eo libro docuerat poë-
» ta inter alia etiam hoc, quae pars in quoque piſce opti-
» me ſaperet. Qua de re extant libro ſuperiore in glauco
» loci aliquot veterum poëtarum. Videtur Athenaeus, cum
» haec ſcriberet, Archeſtrati librum non habuiſſe ad ma-
» num, ſed excerpta ſolum ſua: in quibus cum nihil re-
» periret de capite mugilis, ad ipſos Archeſtrati libros nos
» reiicit.« — Noſtra emendandi ratio, ut expeditior, ſic & certior, puto, debebit videri. Caeterum quod auctoris verba ſic citavit Caſaub. quaſi ὑμῖν ſcriptum eſſet, id quidem temere factum. In ἡμῖν conſentiunt libri; neque ullam cauſſam video, cur alterum malimus.

AD CAP. XXIX.

In *ANTIPHANIS*, ex *Divitibus*, *verſ.* 1. Pro Εὔθυνος, quod habent libri, Εὔθυμος ſcripſit GROTIUS in Excerpt. pag. 621. & *Euthymus* ibid. in verſione latina. Quod praeter rationem factum notavit KOPPIERS in Obſerv. Philol. pag. 54. quum praeſertim etiam ab alio poëta apud Noſtrum, IX. 379. e. laudetur *Euthynus*, ut in arte coquinaria peritus.

Verſus 2. vulgo ſic editus legebatur:

σανδάλιον καὶ σφραγίδα, καὶ μεμυρισμένος.

Nec aliud e Msto enotatum. Recte vero GROTIUS σφραγῖδα accentu circumflexo ſcripſit; ſed σανδάλιον tenuit: quod quo pacto convenire verſui cenſuerit, non video. Neceſſario quidem σανδάλια in plurali cum KOPPIERS. pag. 55. legendum putavi: quod & per ſe commodius erat, & ad metri legem unice aptum, quae vetat ſpondeum poni in ſecunda ſenarii ſede.

Verſu 3. quum ἐλογίζετο τῶν πραγμ. legeretur, fulturâ indigebat labans metrum. Quare cum GROTIO voculam τι inſerui. ἐλογίζετό τοι maluerat KOPPIERS; minus commodum eſſe ratus τι, ob ſequens οἷδ' ὅ τι. Mihi nihil minus incommodi illud pronomen, quam τοι particula habere videbatur, cui nulla vis hoc loco ineſſe poterat.

Quintum verſum talem exhibuimus, qualem editum repe- f
reramus:

ἄνδρες παλαιοὶ ὀψοφάγοι, τοῖοί τινες.

Eſt autem iſta ſcriptura, ut ex vetere noſtro codice intel-

ſleximus, e recentioris alicuius docti viri coniecturâ procuſa. Nam in membr. ſic ſcriptum:

ἄνδρες πάλαι ὀψοφάγοι τοιοῦτοί τινες.

Unde fortaſſe rectius ſic refingeretur verſus:

ἄνδρες πάλαι ὀψοφάγοι τε καὶ τοῖοί τινες.

Certe in eam ipſam ſententiam, quam recte Grotius expreſſit,

tanti inde ab antiquo helluones piſcium:

multo commodius videri debet ἄνδρες πάλαι ὀψοφάγοι, quam παλαιοὶ, qui ſunt homines *antiqui, priſci, veteres:* porro poſt ὀψοφάγοι peropportunus particulae coniunctivae locus eſſe videtur. Verba ἄνδρες παλαιοὶ Dalecampius, *viri iam ſenes*, interpretatus erat; nec ad uſum ſermonis Graeci recte, nec commode ad ſententiam.

Verſ. 9. Claudicat & hic verſus, qualis vulgo legitur:

κύκλους δὲ συναγείροντες ἔλεγον τάδε.

Cui ſuccurrebat GROTIUS, ſic ſcribens:

κύκλους δὲ συναγείραντες εἶτ' ἔλεγον τάδε.

Probabili utique ratione; ſed haud ita certâ, ut absque dubitationis ſignificatione in contextum adoptare eam auderem.

Verſ. 10. Quum prorſus mendoſe ὡς οὐ συντόν ἐστιν in ed. Caſ. 3. expreſſum eſſet, ὡς οὐ φορητόν ἐστιν ex coniect. corrigebat IACOBS in *Notis msstis.* At ὡς οὐ βιωτόν ἐστιν communi conſenſu habent ſuperiores editiones cum vetere codice msto.

Verſ. 11 *ſqq.* τῆς μὲν θαλάττης ἀντιποιεῖσθαί τινας
ὑμῶν, ἀναλίσκειν τε πολλὰ χρήματα, &c.

»Id eſt: *Indignum facinus eſſe, quosdam e vobis*, o Athenien»ſes, *imperium maris huic civitati vindicare, atque in eam rem* »*multos ſumtus publice fieri: & tamen nihil propterea piſcium* »*in urbem importari. Fruſtra igitur praefectos noſtros in inſulis* »*habemus.* Interpr. ἡμῶν, pro ὑμῶν. Res eodem redit. De »Athenienſibus autem poëta loquitur: quos ſcimus θα»λαττοκρατῆσαι & maris imperium tenuiſſe annos LXXV. »ſemper autem conatos id ſibi aſſerere & vindicare. Inter »caetera commoda, quae ἡ θαλαττοκρατία afferebat, fuit a »hoc, τὸ ὄψον εἰσπλεῖν, ut hîc dicitur ab Antiphane: hoc »eſt, quod ex ſubiectis inſulis *piſces Athenas importabantur.* »Ita debent illae voces exponi. εἰσπλεῖν dicuntur non ſo»lum *naves, cum portum ingrediuntur;* ſed & *merces, quum* ali»quem in locum *navibus importantur.* Sed deeſt *verſui* [13]

» pes unus: a

» ὄψου δὲ μηδὲν εἰσπλεῖν μηδὲ γρῦ.

» Scribo, ὄψου δὲ μηδὲν ἐνθάδ' εἰσπλ.« CASAUBONUS. — Vocem ἔνθαδ' a Caſaub. propoſitam adoptavit GROTIUS. Paulo aliter conſtituendum verſum cenſuit IACOBS, in *Notis msstis;* nempe,

» ὄψου δὲ μηδὲ ἓν ἔτ' εἰσπλεῖν, μηδὲ γρῦ.«

Idem Vir doctus *verſu praeced.* pro ἀναλίσκειν, corrigebat καταναλίσκειν, haud ſatis video quâ cauſſâ adductus: nam & ſententia eadem; & verſus, ut vulgo legitur, probus & integer. Secunda quidem ſyllaba verbi ἀναλίσκω conſtanter, quod ſciam, producitur.

Verſ. 14 *ſqq.* Τί οὖν ὄφελος τῶν νησιαρχῶν ἐστι; δεῖ νόμῳ κατακλεῖσαι τοῦτο, παραπομπὴν ποιεῖν τῶν ἰχθύων.

» Νησιάρχους Antiphanes vocat *inſularum praefectos*, Athenis » eo mitti ſolitos. At viri docti emendant τριπαρχῶν. Hoc » ſcilicet emendare eſt! Sequentia verte: *Oportet lege cavere*, » *ut teneantur qui praeerunt cumque inſulis, tutam piſcium impor-* » *tationem praeſtare.* παραπομπὴ eſt proprie *deductio vel hono-* » *ris vel praeſidii cauſſa.* Hac notione accipi poteſt iſto loco, » ut ad neſiarchas referatur: ſed aliquando παραπομπὴ eſt » idem ac κομιδὴ, *invectio alicuius rei;* quo etiam modo ac- » cipi hìc poteſt, ſi ad ipſos inſulanos referimus. νόμῳ κα- » τακλείειν elegantiſſime dictum, pro *lege comprehendere &* » *ſancire.*« CASAUBONUS. — Ex iſta animadverſione vox τριπαρχῶν in ed. Caſ. 2. & 3. temere ad oram Graeci contextus adpoſita eſt, praefixâ notâ γρ'. quaſi iſtam emendationem probaſſet Caſaubonus: qui e contrario, quum Dalecampius in verſione *triremium praefectos* nominaſſet, iſtam novationem quam maxime improbavit. Quod vero ait doctus Animadverſor, νησιάρχους vocare Antiphanem &c. non tam νησιάρχους dicere debebat, quam νησιάρχας: nam genitivus pluralis νησιαρχῶν, quem habent libri ultimâ circumflexâ, a ſingulari ὁ νησιάρχης derivatur, quod quidem idem valet ac ὁ νησίαρχος. Sed hoc leviusculum. In fine *verſ.* 14. recte δεῖ poſuerunt editores: mendoſe ἐστὶν δὴ ſcribitur in cod. *A.* De ſignificatu vocabuli παραπομπὴ priorem Caſauboni interpretationem merito probavit CORAY noſter, in *Notis msstis*, ubi ait: » Παραπομπὴν ποιεῖν τῶν ἰχθύων, eſt *navibus piſcatoriis na-* » *ves bellicas adiungere, quae illas tuto in portum deducant:* id

a » quod Galli *convoyer* vel *eſcorter* dicunt. « — Eâdem notione παραπομπὴν τοῦ σίτου dixit Demoſthenes; de qua dictione conſuli poteſt Reiskii Index Graecitat. Demoſth. Inde παραπομπὸς ναῦς apud Polyb. I. 52, 5. eſt *navis praeſidiaria*, quae comitatur tueturque onerariam.

Verſ. 16. Pro Νῦν δὲ, quod erat, Νυνὶ δὲ ſcribendum putavi, quo compleretur verſus. Νῦν γὰρ ſuaſerat IACOBS. Transpoſitis verbis, Μάτρων δὲ νῦν ſcripſerat GROTIUS. *Verſ.* 18. Pro vulgato πάντας, ἅπαντας ſcribendum iam olim MURETUS monuerat, Var. Lect. XIX. 3. in Grut. Theſ. Crit. T. II. pag. 1225.

Verſ. 20 *ſq.* γάμοι δ' ἐκεῖνοι καὶ πότοι νεανικοὶ ἦσαν.

GROTIUS, γάμοι δὲ κενεοὶ corrigens, iis verbis interpretatus eſt hunc locum, quae cum reliqua eiusdem viri verſione Graeco contextui ſubiecimus. Sed Ionico κενεοὶ apud Atticum comicum non eſſe locum monens KOPPIERS in Obſerv. Philol. pag. 54. γάμοι δ' ἐκείνοις legendum cenſuit: *illis*, nempe Matroni & Diogitoni. Equidem in contextu nihil mutare auſus ſum, niſi quod πότοι cum *Grotio*, pro mendoſo ποτοὶ ſcripſerim. Iſtud γάμοι δ' ἐκεῖνοι - - ἦσαν, tenendum putavi in eam ſententiam, quam MURETUS l. c. interpretatus eſt: *Nuptialia convivia & adoleſcentium compotationes deſierunt celebrari, ex quo illi divites omnia ad ſe trahere coeperunt.* »Eſtque illud ἦσαν (ait MU» RETUS) ſimile illi Catulliano: *ſed haec prius fuere*: & illi »Plautino, *Fuit Phroneſium*: & illi Virgiliano, *Fuit Ilium.*« — In Athenaei exemplo olim Brunckiano adſcriptam hoc loco in ora hanc notam repereram: »*Valckenaer Epiſt.* »*Theocr. p.* XL.« Qui libellus Valckenarii quum mihi non praeſto ſit, iam non modo quid in eo huc ſpectans reperiatur expromere non habeo, ſed ne ſatis quidem certus ſum, ad poſtrema-ne iſta Antiphanis verba, an ad *Comici nomen*, cuius fabula *Muſae* continuo deinde ab Athenaeo citatur, ſpectet VALCKENARII obſervatio, quam indicare *Brunckius* voluerat.

b Εὔφρων δὲ, ἐν Μούσαις. Quum Εὐφάνης vulgo legeretur, adnotavit CASAUBONUS: »Tam incognitus mihi »hic *Euphanes*, quam ille *Aphanes*, [VII. 281. d.] de quo »libro ſuperiore, capite ſexto.« — Et, corruptum videri Comici nomen, merito monuit REINESIUS, Var. Lect. III. 2. pag. 335. Equidem, cum *Euphanes* comicus antiquitati

universae sit incognitus, non dubitandum duxi quin *Euphronis* nomen in eius locum substituerem, Suidae auctoritatem secutus: qui sub *Euphronis* nomine, sicut alias fabulas, quae huic poëtae ab Athenaeo tribuuntur, recensuit; sic & *Musas* eidem adscribit, diserte adiiciens, ὡς Ἀθήναιος γράφει ἐν τοῖς Δειπνοσοφισταῖς. Pariter apud Eudociam pag. 168. inter *Euphronis* fabulas *Musae* referuntur: sed, Eudociam quidem nonnisi ex ipsius Suidae auctoritate pendere, satis notum. b

Vers. 1. Pro mendoso νεῶν, id est *navium*, recte iam Dalecampius νέων interpretatus erat, *in magna iuvenum turba*. *Vers.* 4. »ἐκ κοινοῦ φυγεῖν. Ridicula lectio. φα»γεῖν scribendum: & ita edi volueramus.« [Sic vero recte noster ms. *A.* quod etiam ex coniect. expresserat Dalec. *cibum capere*. In Epit. autem omissa tota ecloga.] »Parasi»ti hominis haec descriptio est. Itaque subiicit poëta [*vers.* »6.] convenienter his:

»τοῦ Κόρυδος ἢ Φυρόμαχος, ἢ κοίλου βία.

»Parasiti fuerunt *Corydus* & *Phyromachus*, de quibus libro »sexto. [pag. 240 extr. & seqq. & de Phyromacho cf. X. »414. d. e.] Neque assentiendum interpretibus, qui istos »putant notari ut μολγοὺς, & fures pecuniae publicae. »Sed huius versus postrema sunt corrupta. Forte, ἢ κοι»νοῦ βία: *Phyromachus populi violentia*; id est, qui iura po»puli cum violentiâ tutari solet. Ex iis quae de Phyro»macho narrantur libro sexto, apparet fuisse hominem im»petuosum & violentum. [At parum est quod ibi de isto »homine legitur, p. 245. e.] Habuisse autem & populum »Athenienses suos parasitos, satis alibi demonstratum est.« Casaubonus. — Tum Idem, in *Addendis*: »In Huraldi»no codice, superducta virgula voci κοίλου *proprium* id *vi»ri nomen* esse designat. Erit igitur Homerica phrasis, imo »periphrasis, ἢ Κοίλου βία, pro *Coelus*: ut βίη Ἡρακλέους, »& similia.« — ἢ Κηρυβίων vel Κυρηβίων ex lib. VI. p. 242. d. legendum suspicatus erat Reinesius, Var. Lect. III. 2. pag. 336. — ἢ Διοκλοῦς βία, aut ἢ Κλιοῦ βία coniectaverat Iacobs in Animadv. ad Anthol. Vol. II. Part. 1. p. 151. — Litem praecidit nostra membr. *A.* in qua ἢ Νίλλου βία: unde illud certe constat, de eodem homine hic agi, cuius nomen Νεῖλος vel Νεῖλλος scriptum legebatur libro VI. p. 240. f. ubi videtur more suo Νειλλος per diphthongum scripsisse librarius pro eo quod hic rectius fortasse po-

b fuit, Νίλλος. De *Phyromacho* adnotavit CORAY: »Φυρό-»μαχος, ut hîc, ſic ſcribitur etiam lib. VI. p. 245. Nobi-»lis hic paraſitus. Sed forſan idem qui apud Ariſtopha-»nem Concion. 22. vocatur Σφυρόμαχος.«

Iſta ſcripſeram, preloque iam commiſeram, cum per literas ab eruditiſſimo iuvene *Boiſſonadio* Pariſiis acceptas edoctus ſum, VALCKENARII Animadverſionem, de qua ſupra dixi, in *Epiſtola ad Roeverum* conſignatam, (quae praepoſita eſt novae editioni Virgilii cum Graecis auctoribus collati a Fulv. Urſino, Leovard. 1747.) partim ad nomen *Comici* pertinere, quod perperam Εὐφάνης vulgo legitur, pro quo Ἀπολλοφάνης legendum cenſuerat Valckenarius, partim ad *paraſiti* nomen, quod penultimo verſu proximae eclogae occurrit, ubi pro κοίλου βία (coll. VI. 240. f.) Κόρμου βία idem vir doctiſſimus corrigebat. At de poſtremo nomine, ut dixi, rem confecit vetus noſter codex: fabulae vero *Muſae*, quae diſerte *Euphroni* a Suida tribuitur ad Athenaei teſtimonium provocante, nusquam *Apollophani* adſcripta reperitur.

AD CAP. XXX.

c Μελάνθιος - - ἔγραψε δὲ καὶ Ἐλεγεῖα. Particulam καὶ dedit ms. *A*.

Ibid. κωμῳδοῦσι δ' αὐτὸν ἐπὶ ὀψοφαγίᾳ Λεύκων ἐν Φράτερσιν. »*Leuconis* comoediam Suidas commemorat, »cuius fuit titulus Φράτορες. Sed ſcribendum in Suida Φρά-»τερες: nam in illius commentariis legimus alibi: Πάαπις. »οὗτος ποτήριά τινα τοῖς Ἀθηναίοις ἔπεμψε δῶρα. Λεύκων »Φράτερσιν·

»Ἀτὰρ ὁ Μεγακλέους ὑστάτου Παάπιδος
»Ὑπέρβολος τἀκπώματα κατεδήδοκε.

»Φράτηρ antiquioribus Graecis idem ac poſterioribus φρά-»τωρ.« CASAUBONUS. — Apud Suidam fruſtra iſta quaeras. Heſychium vide in Πραάπις. Ex antiqua formâ Φράτηρ ſupereſt latinorum *frater*. De *Leucone* comico conferendus TOUP, Emend. in Suid. Part. II. p. 352.

Ἀριστοφάνης ἐν Εἰρήνῃ. Vide vs. 804 ſq. & 1009 ſqq.

Φερεκράτης ἐν Πετάλῃ. Dalec. *Pherecrates in Iuvencula*. — »Verte, *Pherecrates in Petala*. Pollux lib. VII. cap. XXX. »ἀπὸ δὲ πίθων ὁ πιθών· Φερεκράτους εἰπόντος ἐν Πετάλῃ· »κἀκ πιθῶνος ἤρυσεν ἄκρατον: & lib. X. cap. XX. ex eâdem

» fabulâ profert hunc verſum, Κύλικα τοίνυν μέλανος ἀν- c
» δοσμίου ἥντλουν διὰ χώνης. Priſcianus lib. XVIII. *Phere-*
» *crates* ἐν Πετάλοις, ὥς τοι κακὸν ὄζει. Lego, ἐν Πετάλῃ.
» Vide Harpocrationem, in Κωρωνίταις. Meminit etiam He-
» ſychius in Μετάλλειον. « CASAUBONUS.

ἐν δὲ τοῖς Ἰχθύσιν Ἄρχιππος &c. Vide VII. 329. c. d. & ibi not.

ὅστις καὶ ὑπὸ Πλάτωνός ποτε ὀνειδιζόμενος &c. Si ve-
ra eſt iſta ſcriptura, deſideratur deinde verbum ad nomi-
nativum ὅστις relatum; cuius defectus miram efficit ſer-
monis ἀνακολουθίαν, quae nulla foret, ſi ὁ καὶ ὑπὸ Πλατ.
legeretur. Sed, ab eius generis inconſequentiis non abhor-
rere Athenaei ſtilum, iam ſaepius obſervavimus. Nempe
verbum, quod ad ὅστις referri debet, eſt illud ἔφησεν,
ubi ait, δυοῖν ὀβολοῖν ἔφησεν ἐωνῆσθαι: iſta autem, γρά-
φει δὲ οὕτως ὁ Δελφὸς &c. usque ἠγόρασε, accipienda fue-
rint veluti in parentheſi poſita. Conf. pag. 365. d. Quem
Δελφὸν (*Delphum* vel *Delphenſem*) dicit, meminerit lector,
ipſum eſſe *Hegeſandrum*.

Quod deinde ait, Φοινικίδην τινά: incommode poſi- d
tum *pronomen indefinitum* debet videri; quoniam paulo an-
te eiusdem *Phoenicidis* iam bis mentio facta eſt, p. 342. f.
& 343. b. *ANTIPHANIS verſum primum* ſic, quemadmo-
dum edidimus, corrigendum recte monuerat KOPPIERS,
Obſerv. Philol. pag. 31 ſq. Interciderat vocula μὲν ex oc-
caſione nominis Μενέλαος ab eisdem literis incipientis: ad
illam μὲν particulam refertur dein δὲ tertio verſu. Μενέ-
λαος recte dedit ms. *Ep.* non Μενέλαως.

AD CAP. XXXI.

Δημοσθένης δὲ ῥήτωρ Φιλοκράτην &c. Vide Demoſth. Orat. e
περὶ Παραπρεσβείας, p. 412. ed. Reisk.

Διοκλῆς δὲ ὁ ὀψοφάγος. Nude δὲ ὀψοφ. editum erat: ar-
ticulum adiectum dedere ambo noſtri codices mssti. —
» *Diocles*, (ſcribit ad h. l. CASAUBONUS) qui inter *piſcium*
» *avidos nepotes* nominatur, medicus ille eſt, opinor, ex
» cuius ſcriptis praeclara multa in hoc opere deſcripta.
» Coniecturam facio ex ipſa quaeſtione, quae illi propo-
» ſita fuiſſe dicitur, Πότερος χρηστότερος ἰχθὺς, γόγγρος, ἢ
» λάβραξ; id eſt, *Uter piſcis eſt melior, & ad valetudinem*
» *conducibilior?* «

Λεοντεὺς ὁ Ἀργεῖος, τραγῳδὸς Ἀθηνίωνος μὲν μαθητής. Neſcio an tragoedus aliquis celebris fuerit *Athenio*; an illius *Athenionis* diſcipulum Leonteum dicat, qui, poſtquam Meſſenae in Peloponneſo & Lariſſae in Theſſalia adoleſcentulos literas docuerat, (Athen. lib. V. pag. 211 ſq.) ad extremum Athenis tyrannidem occupavit. Quod ait, οἰκέτης γενόμενος Ἰόβα, malles fortaſſe οἰκεῖος. Sed poteſt οἰκέτης etiam *contubernalem* ſignificare, & *familiarem*. Suidas: Οἰκέται, οὐ μόνον οἱ θεράποντες, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ κατὰ τὴν οἰκίαν. Quibus gemina habent Heſychius & Pollux III. 82.

f Μή γε Λεοντῆος &c. »Sequitur *Epigramma regis* IUBAE *in* »*Leonteum hiſtrionem tragicum*, ὅτε κακῶς τὴν Ὑψιπύλην ὑπε»κρίνατο, id eſt, *cum male Hypſipylen ſaltaſſet*. Haec eſt »*Hypſipyla* Lemni regina, quae ob pietatem in patrem »Thoantem, celeberrimum nomen in fabulari hiſtoria na»cta eſt. Porro, pridem factum eſſe cum depravatum eſt »regium hoc epigramma, Hoeſcheliana excerpta arguunt. [Hoc dicit: praetermiſſum eſſe illud epigramma ab Epitomae auctore: qui fuit fere mos Breviatoris, ubi nimis corruptus ei locus viſus eſſet.] »Quare digniſſimi venia »ſunt interpretes, qui in his tenebris caecutierunt, & ab »auctoris mente ὡς ἑκαστάτω aberrarunt. Non omnibus »licet Corinthum adire. Ipſi an feliciores fuerimus, do»ctorum iudicium eſto. Hoc quidem affirmare non dubi»taverim, *Iubae* mentem ſi non perviſam, certe viſam eſ»ſe nobis: licet emendationes noſtras pro veris & cer»tis venditare nolimus. Verum ad rem. Facit IUBA *Leon»teum* loqui *poſt infeliciter actam Hypſipylam*. *Petit* autem »*a ſpectatoribus*, qui teſtes fuerant illius inſcitiae, & vi»derant δυσημεροῦντα, *ne ſe propter unam Hypſipylen ſal»tatam infeliciter, tam artis ſuae rudem ſemper fuiſſe putent*. »*Fuit namque tempus*, ait Leonteus, *cum ego inter hiſtriones*, »qui ſunt Διονύσου τεχνῖται, *excellerem, & Baccho gratus* »*eſſem: qui profecto* de cuiusquam voce & artificio toto »hiſtrionico *non iudicat Midae auribus*, hoc eſt, *inepte & im»perite. At poſtquam gulae coepi me dedere, cibi*, quibus me »ingurgitare ſum ſolitus, *varie parati & multiplices, vocem* »*mihi ademerunt, quam ante optimam habui*. Sic fantem in»ducit rex Iuba hiſtrionem ſuum, & de ſua ingluvie ac »voracitate fatentem. Qui ad verba Athenaei & ſcopum »illius in deſcribendo hoc Epigrammate attenderit, non

» negabit mihi, aut hoc omnino aut aliud quid parum f
» diſſimile Iubam voluiſſe. Sed rationem interpretationis
» noſtrae reddamus. Ac primum ipſum Epigramma propo-
» namus, ut eſt a nobis concinnatum:

» Μή με Λεοντῖος τραγικοῦ τὸν ἀρείφατον ἦχον
» λεύσσων Ὑψιπύλης, ἐς κακὸν ἦθος ὄρα.
» Ἦν μὲν γάρ ποτ' ἐγὼ Βάκχῳ φίλος· οὔτε τινὸς δὴ
» γῆρυν χρυσοβόροις οὔασιν ἠγάσατο.
» Νῦν δέ με χυτρόποδες κέραμοι, καὶ τήγανα ξηρὰ
» χήρωσαν φωνῆς, γαστρὶ χαριζόμενον.

» In primo diſticho λεύσσων emendavimus ex libris, pro
» χεύσων quod inepte editum. Eſt autem *ſenſus* pro *ſenſu*
» poſitus. λεύσων enim eſt *ſpectans, videns:* atqui ſonus
» non uſurpatur oculis, verum auribus. τὸν ἀρείφατον ἦχον
» fecimus ex illis, κεναρήφαγον ἦχος, quod nihil ſignificat.
» Illud interpretamur *vocem malam, corruptam, & interfe-*
» *ctam:* ut apud Plautum, *interfecta haec res eſt;* apud Ari-
» ſtophanem, τὸ τρύβλιον τέθνηκέ μοι, pro κέκλασται, *fra-*
» *ctum eſt, periit;* & in codice Theodoſiano, *interfectum ne-*
» *gotium*, & multa his ſimilia: vel, vocem *aſperam, &*
» *bello convenientiorem quam theatro;* nam ita etiam vox ἀρεί-
» φατος poteſt capi. ἦθος Ὑψιπύλης, eſt *vox qua uſus hiſtrio*
» *cum ageret Hypſipylam.* Sed fuit cum distinguerem poſt
» λεύσσων, & nomen Hypſipylae ad ſequentia referrem,
» hoc ſenſu: *Si male egit hiſtrio Hypſipylam, noli propterea*
» *de nobili heroina male ſentire, & ob inepti actoris peccata il-*
» *lam putare ineptam aut ſtultam.* — *Quarto verſu* ἠγάσατο
» legimus, conſentientibus membranis, pro ἠγήσατο, quod
» verſus non capit. χρυσοβόροις etiam pro χρυσοβόλοις
» emendamus. *Aurivoras, Midae aures* eleganter, ſi quid iu-
» dico, appellavit, & poëtice; quae propter auri famem illi
» ſunt datae. Nota Midae fabula. Imperitum autem muſi-
» carum rerum iudicem *Midae aures habere*, hoc eſt *aſini-*
» *nas*, venuſtiſſimum dictum eſt. Perſius de Nerone, qui
» nec meliores verſus fecit, nec ſapientius de aliorum car-
» minibus iudicavit, quam vixit: *Auriculas aſini Mida rex*
» *habet.* — *Quinto verſu*, per χυτρόποδας κεράμους & *ollas*
» *fictiles*, intelligit Iuba *cibos elixos:* per τήγανα ξηρὰ, *pi-*
» *ſces* ταγηνιστοὺς, id eſt, *frictos in ſartagine.* In *ſexto*, χή-
» ρωσαν ſcribimus auctoribus libris, non χώρησαν. « CA-
SAUBONUS.

Primo diſticho, cum per ſe non ſatis placuit Caſauboni

fratio, vulgatum κεναρηφάγον ἦχος in τὸν ἀρείφατον ἦχον mutantis, tum quod longius, quam necesse esset, a librorum scripturâ recederet. Suâ se simplicitate commendabat VILLEBRUNII emendatio, (sive ipsius sit, sive ab ADAMO accepta) κιναρηφάγου legentis; id est, *cinararum voratoris, mangeur d'artichauts:* de quibus Columella, de Re Rust. lib. X. 235 sq.

Hispida ponatur cinara, quae dulcis Iaccho
potanti veniat, nec Phoebo grata canenti.

Mendam vox ἦχος profitebatur: nam, si *vocis sonum* dicere voluerat Iuba, ἦχον utique oportebat. Sed quoniam versu seq. ἦτορ percommode de sono vocis intelligitur, hic potius, quam ibi, ἦθος corrigendum putavi, *universam personam, ingenium & mores*, omninoque *virtutes huius tragoedi* intelligens, quas nimirum ipse non solo vocis sono censeri voluerit. Literarum θ & χ temere permutatarum exempla cum aliâs passim prostant, tum apud Nostrum, XIV. 622. c. ubi perperam χεῖρας pro θύρας, & XV. 675. f. ubi τὴν ἄνθην, pro τὴν ἀρχήν. λεύσσων (*vers.* 2.) etiam noster cod. *A.* habet, sive λεύσων: quorum illud praesens tempus est, hoc futurum. Quod de uno sensu loco alterius nominato Casaubonus monuit, eius loquendi generis exempla nonnulla supra in Animadv. ad IV. 134. a. prolata sunt. Sed hîc quidem, *spectans* vel *spectaturus* accipiendum videtur pro *cogniturus, intellecturus, iudicaturus.* Iam in ipso Epigrammatis initio, illud Μή με, quod habet Ms. cum editis, quo pacto ferri potuerit, haud satis vidi. Commodum foret Μή μοι, si metrum ferret. Sed accusativus με nihil, quo referatur, habet: quare Μή γε cum eodem, quem modo laudavi, Gallico interprete scribendum putavi. *Secundo versu*, quod iam paulo ante dixi, nil opus esse iudicavi vocem ἦτορ solicitare, quae percommode ibi posita videtur. Est enim ἦτορ proprie *pectus, respirandi instrumentum*, ab ἀω, *spiro:* quod ubi *aegrum* est & *male habet*, parum commode canet tragoedus.

Vers. 3. Operarum errore Ἦ μεν expressum erat in ed. Bas. Id in Ἦν μὲν sua auctoritate tacite mutavit Casaubonus. At Ἦμην habet ed. Ven. cum Msto: quod auctori restituimus. In eiusdem versus fine, οὐδέ τινων δ' ἐ ex eodem cod. msto restitui: quamquam lubens tenuissem δή, si vetus liber dedisset. *Vers.* 4. χρυσοβόλοις ferendum putavi, passiva notione acceptum: *auribus, quae non*

nisi auro percellantur moveanturque; sive *auribus quae ob auri amorem ita adfectae sint ut Midae aures*, id est, *auribus asininis*. Nec tamen sperno Casauboni χρυσοβόροις: magis quidem hoc placet quam χρυσοφόροις, quod nuper FIORILLO proposuit in Observ. in Athen. p. 101. *Eodem vers.* pro mendoso ἠγήσατο recte codex noster ἠγάσατο tuetur, quod iam a Casaubono receptum erat.

Vers. 5. Pro τήγανα ξυρὰ, quod invito metro erat editum, percommode ξυρὰ τάγηνα dedit codex Mstus: qui & *versu* 6. recte χήρωσαν exhibuit, de quo etiam Casaubonus monuit. In fine, pro mendoso χαριζόμενοι, invitis etiam libris χαριζόμενον fuit scribendum.

AD CAP. XXXII.

Sequitur de quodam piscium lurcone historiola huiusmodi: Φόρυσκον δὲ, φησὶν Ἡγήσανδρος, τὸν ἰχθυοφάγον, οὐ δυνηθέντα ὅσον ἤθελεν ἀφελεῖν τοῦ ἰχθύος, ἀλλ' ἀκολουθήσαντος αὐτῷ πλείονος, εἰπεῖν·

τὰ δ' ἀντιτείνοντ' αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται·

καὶ ὅλον τὸν ἰχθῦν ἀναλῶσαι. Quae ita convertit Dalec. *Phoruscum guloſum narrat Hegesander, cum non potuisset, quantum volebat, piscis auferre, magnâ tamen parte manum eius secutâ, dixisse:*

Quae resistunt, pereunt stirpitus.

ac mox piscem totum absumsisse. — Ad quae CASAUBONUS: »Οὐ δυνηθέντα ὅσον ἤθελεν ἀφελεῖν τοῦ ἰχθύος: id est, *Cum* »*non potuisset de pisce id solum carpere quod volebat.* Non »enim totum piscem initio voluit carpere, sed partem tan»tum: verum, cum piscem frangere non posset, a quo »fortasse aberat longius, totum ad se traxit οὐ προηγου»μένως, sed ex occasione. Deest μόνον in hac sententia, »ut saepe apud scriptores. At interpretes aliter, sed per»peram. Venustissime autem usurpatur & in diversum sen»sum torquetur hic versus, Τὰ δ' ἀντιτείνοντ' αὐτόπρεμν' »ἀπόλλυται. *Sophoclis* est, ex Antigona. [*vs.* 714.]« — Nec vero dissimulari potest, difficultate non carere utriusque interpretis rationem: videndumque ne ἀλλὰ κολουθέντος (non ἀλλ' ἀκολουθήσαντος) αὐτῷ πλείονος scripserit auctor, id est, *quum maior pars* (illius frusti quod ille sibi sumere voluerat) *ei detruncata, abrupta esset.* Non semel factum observavimus, ut verbum librariis minus

a familiare κωλούω corrumperetur ab illo hominum genere, & cum alio verbo (praeſertim quidem cum κωλύω) permutaretur. Vide quae ad Polyb. V. 42, 6. notavimus.

Βίων δὲ, προαρπάσαντός τινος τὰ ἐπάνω τοῦ ἰχθύος &c. Rectius, ut videtur, ad *Bionem* Boryſthenitam, Academicum, (de quo vide Laërt. IV. 46 ſqq.) refertur hoc loco iſta hiſtoriola, quam ad *Zenonem* Stoicum ſupra, lib. V. p. 186. d. quem ad locum vide notata, Animadv. T. III. p. 11 ſq. Permutationi nominum occaſionem fortaſſe dedit id, quod de Zenone Stoico paulo poſt, pag. 345. c. d. narratur. Ad verba, στρέψας καὶ αὐτὸς καὶ δαψιλῶς φαγὼν, haec adnotavit CASAUBONUS: »Nae ſcriptura vetus »haud paullo melior: στρέψας καὶ αὐτὸς καὶ διαψιλώσας, φαγὼν ἐπεῖπεν.' Hoc vult enim: *piſcem, cuius pars »ſuperior erat nudata, inverſum eſſe a Bione; qui ſtatim id quo»que latus carne nudaverit, & comedere incipiens, tragi»cum verſum uſurpaverit*, Ἰνὼ δὲ τάπὶ ϑάτερ' ἐξειργάζετο.« — Commode facturus fuerat doctus Animadverſor, ſi nos docuiſſet, quonam in libro *veterem* illam, quam dicit, *ſcripturam* reperiſſet. Nam noſtri quidem mssti ambo cum editis in δαψιλῶς φαγὼν conſentiunt: in qua ſcriptura, per ſe ſpectata, nihil deſideres. Sed videtur olim doctus aliquis lector Athenaei, collato cum hoc loco altero illo, V. 186. d. (ubi legitur, στρέψας καὶ αὐτὸς τὸν ἰχθὺν ἀπέσυρεν) de ſuâ coniecturâ hîc ad oram libri ſui, pro δαψιλῶς, adnotaſſe διαψιλώσας, quod illi verbo ἀπέσυρεν reſponderet: quam coniecturam Caſaubonus, quod ſubinde in aliis eidem accidiſſe obſervavimus, pro *veteris libri ſcripturâ* habuerit. At nec valde opus erat, ut narratio hîc a Deipnoſophiſtâ repetita illi ſuperiori ad verbum reſponderet: & parum commode duo participia διαψιλώσας φαγὼν iuncta fuerint abſque coniunctivâ particulâ. Verſiculum iſtum, Ἰνὼ δὲ τάπὶ &c. ad *Sophoclis* fabulam, cui *Ino* titulus, retulit BRUNCK, in Sophoclis Fragm. p. 16.

b ἐπειδὴ ποιῶν αὐτῇ τὸ περίδειπνον πάλιν ὀψοφάγει. Cum ὀψοφάγοι in ed. Caſaub. eſſet expreſſum, monuit idem CASAUBONUS in Animadverſionibus: »Melius ὀψο»φαγοῖ vel ὄψον φάγοι.« — Mire vero! Primum enim, modo optativo vel potentiali minime hîc locus erat: ſed indicativus neceſſario deſiderabatur. Sed, quod magis etiam mireris, ipſum illud ὀψοφάγοι ex ipſius Caſauboni ingenio erat profectum: nam in ed. Baſ. quidem mendoſe ὠψο-

φάγοι (sic) legebatur, sed ὠφοφάγει plane dabat ed. Ven. b cum msstis, quod unice verum erat.

Παῦσαι, φησὶ, κλαίων, ὦ πόνηρε. Non probro inceſſere hominem, ſed ridere ludereque voluerat Theocritus: quare non tam ὦ πονηρὲ dixerit, ut temere in ed. Caſ. ſcribitur, id eſt, *o improbe!* quam ὦ πόνηρε, ut habent ed. Ven. & Baſ. cum msstis; hoc eſt, *o miſer! o infelix!* Recte etiam ποιήσεις communi conſenſu habent iidem libri; quod temere in ποιήσῃς a Caſaubono mutatum eſt, quod ipſum ne ferendum quidem erat niſi ἂν particulâ adiectâ quam ignorant libri.

De *Technone tibicine* narratiunculam praetermiſit Brevia- c tor. In ea miratus ſum pravam lectionem αὐλητὰς per omnes editiones propagatam. Recte quidem αὐλητὴς dedit ms. *A*. Ad verba, ἀποπυρίδας ἐπὶ τοῦ μνήματος ἐνήγιζεν αὐτῷ, adnotavit CASAUBONUS: »Quod in ſacrifi»ciis Deorum θύειν, in mortuorum parentationibus dicitur »ἐναγίζειν, *adolere & ſacrificare*. Quid ſit ἀποπυρὶς, expo»ſuimus capite tertio.« — Vide ad p. 334. e.

Σπερμολόγους, ἔφη, πεφρυγμένους. Adparet, in vocabuli ambiguitate luſiſſe *Alexidem*. σπερμολόγος & *aviculae* nomen eſt, & hominem ſignificat *garrulum nugatoremque*.

AD CAP. XXXIII.

Cum ſic vulgo ederetur, Νόθιππον δὲ τὸν τραγῳδιοποιὸν, ὃν Ἕρμιππος ἐν ταῖς Μοίραις φησίν: manifeſtum erat, aut copiâ aut defectu laborare orationem. Aut delendum omnino fuit pronomen relativum, aut ſtatuendum ex alio quodam vocabulo (v. gr. ὀφοφάγον) decurtatum. Et lubens credam equidem, intercidiſſe nonnihil in hac regione. Nihil vero discrepantiae ex ms. *A*. adnotatum: Epitoma autem breviter ſic habet, Ἕρμιππος δὲ φησὶ περὶ Νοθίππου· εἰ δ' ἦν &c. De *HERMIPPI* fabula, *Parcae* inſcripta, haec adnotavit CASAUBONUS: »Μοίρας fabulam *Her»mippi*, unde probatur Nothippi ὀφοφαγία, laudat Pollux »libro ſeptimo: [ſect. 200.] Τὰς δὲ βελοποιὰς εἴρηκεν »Ἕρμιππος ἐν Μοίραις. Scribi malim βελονοποιὰς. Mul»ta enim inducunt me, ut ſenſiſſe putem Hermippum de »mulieribus quae *acus* ad opera Minervae aut ad ornan»dum (Graeci βελόνας κομμωτρίας nominant) potius quam »de *telorum* venditricibus, neſcio quibus. Iuvant alii ex

»eadem fabula loci in eodem ſcriptore, ut lib. X. cap. 31. »[ſect. 136.] ἐν Ἑρμίππου Μοίραις, ῥάμμ' ἐπέκλωσας: & »ſtatim, καὶ βελονίδες, ὡς Ἕρμιππος ἐν Μοίραις. Qui au»tem ex ea comoedia hic deſcripti ſunt ab auctore ver»ſus, anapaeſtici ſunt, ita digerendi:

d »Εἰ δ' ἦν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων τῶν νῦν τοιόνδε μά-
χεσθαι,
»καὶ βατὶς αὐτῶν ἦγεῖτ' ὀπτὴ μεγάλη, καὶ πλευρὸν
ὕειον·
»τοὺς μὲν ἄρ' ἄλλους οἰκουρεῖν ἔχρην, πέμπειν δὲ
Νόθιππον,
»ἑκόντα· εἷς γὰρ μόνος ὢν κατεβρόχθισεν ἂν τὴν
»Πελοπόννησον ἅπασαν.« ——

Sunt utique verſus *Hermippi* anapaeſtici tetrametri catalectici, quorum duos priores recte conſtituit doctus Animadverſor; minus felix in ſequentibus, quos duos cum dimidio fecit, cum nonniſi duo eſſent. *Verſ.* 1. in τῶν νῦν nil mutant libri. Et intelligo quidem, defendi utcumque poſſe iſtam ſcripturam. Sed multo commodius ac paene neceſſarium mihi viſum erat, leviſſimâ mutatione τῷ νῦν ſcribi; hac conſtructione verborum, Εἰ δὲ τὸ γένος (nempe τοῦτο τὸ γένος, de quo ante dixerat poëta) τῶν ἀνθρώπων τοιόνδε ἦν μάχεσθαι τῷ νῦν γένει. In animo habuiſſe videtur poëta Homericum illud, ex Iliad. α'. 271 ſq.

— Κείνοισι δ' ἂν οὔτις
τῶν, οἳ νῦν βροτοί εἰσιν ἐπιχθόνιοι, μαχέοιτο.

Verſu 3. recte οἰκουρεῖν χρῆν legebatur cum in mſstis, tum in ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. quod perperam in ἔχρην mutavit Caſaub. in Animadv. unde ea ſcriptura temere in editiones Caſ. 2. & 3. recepta: de quo nuper monuit Porsonus, in Praefat. ad Euripideae Hecubae editionem ſuperiori anno repetitam. Ex quo adparebat, vocabulum ἑκόντα eidem tertio verſui fuiſſe adtribuendum. Sed quum ipſa illa vox ἑκόντα (quam omiſit quidem Breviator, tenet autem cum editis codex *A.*) languidum omnino & frigidum funderet ſenſum, commodiſſimam eiusdem Porsoni emendationem ἓν' ὄντα adoptavi. Iam *quartus verſus*, inde a verbis εἷς γὰρ usque ad finem eclogae ſponte decurrebat. Nos, quoniam longiores erant pro chartae noſtrae ſpatio verſus, illorum quemque pro more noſtro in duo hemiſtichia partiendum curavimus.

κωμῳδεῖται ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Σύρφαξι. »*Syrphacem* Pla-

» TONIS comici laudat Harpocration in Κατάστασις. Bi» nominis ea fabula fuisse videtur, Σύρφαξ, & Μωμοθήρας. » Hesychius: Παλινδορία, τὸ σκύτος. Πλάτων Σύρφακι καὶ » Μωμοθήρᾳ, παλινδορίαν παίσας αὐτοῦ καταθήσω. Sed for» tasse diversae fuerunt fabulae, quia dicit καὶ, non ἤ.« CASAUBONUS. — At, nullum umquam fuisse fabulae titulum Μωμοθήρας, longeque aliter legenda Hesychii verba esse, nuper docuit idem, quem modo laudavi, doctus Britannus, l. c. pag. 57. partim scripturâ codicis msti Veneti adiutus, partim eruditâ sagacitate fretus.

In PLATONIS *vers.* 1. Ἀναγυράσιος, est *ex Anagyrunte*, e Attico δήμῳ sive vico: quem ad mare situm fuisse, vel ex hoc ipso poëtae loco intelligi par est. *Versus* 2. sic corruptus legebatur in editis:

Ταῦθ' ὡς φίλος Μυίσκος ἔσοιθ' ὁ Χαλκιδεύς.

Totum locum praetermisit Breviator. Parum autem nos adiuvit ms. *A.* in quo sic:

Ϛ' οὔθ' ὡς φίλος Μύννικος ἔσοθ' ὁ Χαλκιδεύς.

Quibus e tenebris si quis melius aliquid certiusque excuderit, quam nobis occurrebat, gratias ei habebimus. Equidem *piscem* dici intellexeram *tantae molis, ut ne heluo quidem Mynisscus totum devorare possit.* Dalecampius interpretatus erat: *quo vescatur amicus meus Chalcidensis Mynisscus:* in eamdemque sententiam Gallicus interpres. Quod si nil aliud Plato voluit, non video quî dicere Athenaeus potuerit, verbis istis *comice a poëta traductum* illum hominem fuisse *ut piscium heluonem.*

Λύσιππος, Βάκχαις. Vide notata ad III. 124. d. Κρατῖνος δ' ἐν Δραπέτισιν. Sic ms. *A.* h. l. quemadmodum & editi consentiente msto habent lib. XI. p. 501. d. Vide Hesychii Interpp. ad voc. Ἀγερσικυβῆλις, & HARLES ad Fabricii Bibl. Graec. T. II. pag. 431.

» Λάμπωνα τὸν οὐ βρωτῶν ψῆφος δύναται φλεγυραδεί» πνου φίλων ἀπείργειν. Nemo hîc de mendâ monendus, » quae soricinae naturae est. Ego lubens monear ab ali» quo diligentiore quam ipse sim, quo loco legantur alibi » in his libris ista verba: legi enim scio, & probe memi» ni, aut fallor egregie. Inde tollendae istae maculae. Quan» tum meminisse possum, ita fere scriptum alio loco: τὸν » οὐ βροτῶν ψόγος δύναται ἀσυμβόλου δείπνου φίλων ἀπείρ» γειν. Postea scribo: νῦν δ' οὐδ' ἄν τις ἐρυγγάνει· βρύ» κει γὰρ ἅπαν τὸ παρόν· τρίγλη δὲ κἂν μάχοιτο.« CA-

e SAUBONUS. – De *Lampone* vate consuli potest Suidas in Λάμπων. CRATINI verbis, parum utique (ut videtur) emendatis, haud satis certe perspicuis, nihil vel remedii vel lucis adfert vetus codex *A.* cum editis omnibus consentiens. Neque Epitoma quidquam hic promovet: in qua, omissis prioribus, nonnisi haec adponuntur verba: Κρατῖνος δὲ περὶ Λάμπονος (sic cod. noster, non Λάμπωνος) τοῦ μάντεως φησί· νῦν δ' αὖτις ἐρυγγάνει· βρύκει γὰρ ἅπαν τὸ παρόν· τρίγλη δὲ κἂν μάχοιτο. Quod, alibi in his libris paulo emendatius scriptum idem Cratini testimonium occurrere, haud satis certâ memoriâ ait Casaubonus, vereor ne prorsus animo falsus sit vir doctissimus: nihil quidem tale nec nos alibi apud Nostrum legere meminimus, aut lectum adnotavimus, nec ab alio viro, qui hunc locum tractarit, adnotatum vidimus. Quod ad verba adtinet, qualia hodie leguntur: quod βρωτῶν ψῆφος legitur in ed. Cas. id temere prorsus commissum; nam βροτῶν ψῆφος recte dabant superiores editiones: pro ἀπειργεῖν vero, quod ubique editum erat, ἀπείργειν haud dubie scriptum oportebat. Ad metrum quod spectat: poterant verba ista,

τὸν οὐ βροτῶν ψῆφος δύναται φλεγυρὰ δείπνου,

iambicum senarium conficere ex eo genere qui scazontes vel claudi vocantur. Tum φίλων ἀπείργειν potuerit esse initium senarii. Ista vero, νῦν δ' αὖτις ἐρυγγάνει, versum non poterant claudere; nisi δέ τις pro δ' αὖτις legeres. Nec illa,

βρύκει γὰρ ἅπαν τὸ παρόν· τρίγλη δὲ κἂν μάχοιτο,

senarium effecerint, nisi poëta ille sibi licitum putaverit, postremam syllabam vocis μάχοιτο ab hoc versu separare & ad sequentem referre. Tractavit hunc locum *Sam.* PETITUS, Miscellan. VI. 9. ubi φυγάδα pro φλεγυρὰ legit, vertitque: *ciborum calculo & impensis non potest exul arceri a compotando cum amicis:* »id est, (inquit) adeo de»ditus est gulae, ut nullis parcat sumtibus, nullis a com»potando absterreatur impensis.« Deinde νῦν δ' ἄν τις legit, & »Venuste (inquit) τὶς de *Lampone* dicitur, quod »solenne Graecis est cum aliquem perstringunt.« Νῦν δ' αὖτις (i. q. αὖθις) tenuit Dalecamp. *Rursum ille nunc ructat:* nempe »nimia satietate.« Νῦν δ' οὐδ' ἄν τις, a Casaubono propositum, adoptavit Gallicus interpres: *Personne n'est dans le cas de rôter:* nempe, ut subiicit in notâ »*pour* »*avoir trop mangé.*« — In priore testimonii parte, verba

φλεγυρὰ ψῆφος TOUPIUS, Cur. Noviſſ. in Suidam p. 302. interpretatus eſt *flagrans rumor*: Angl. *the common talk of the town.* »Hinc (inquit) Horat. I. Serm. IV. 125. *Flagrare* »*rumore malo*: quod ex Graeco fonte petitum. Heſychius: »Φλεγυρά· ὑβριστικὴ, λαμπρά.« — Vocab. ψῆφος autem apud Suidam per διαλαλιὰ exponitur: qua occaſione iſta adnotavit Toupius. Extrema verba, τριγλη δὲ κἂν μάχοιτο, ſic reddidit DALECAMP. *cum mullo etiamnum pugnabit*: adiectâ notâ: »Quamvis cibo distentus, mullum tamen, ſi adferatur, is invadet.« f

AD CAP. XXXIV.

Φαίδων δὲ φύκει' αἰνεῖ καὶ * . »Lacerum eſſe *Hedyli* teſtimonium de *Phaedone*« monuerat CASAUB. quod ſatis quidem per ſe adparebat. At non lacerum modo eſt, ſed & ipſa, quae ſuperſunt verba, corrupta. Nam, ut poſtremis illis,

χορδὰς ὁ ψάλτης. ἐστὶ γὰρ ὀψοφάγος:

legitimus pentameter continetur: ſic praecedere debebat (quemadmodum fit fere in Epigrammatibus, atque etiam in aliis Hedyli Epigrammatibus, quae ſuperſunt, factum videmus) verſus hexameter. Atqui, quae pro illo verſu exhibentur in libris verba, ea nec initium, nec finem hexametri poſſunt efficere. Iam φύκει' quid ſit neſcio, nec magis huc facit φύκη, quod habet ms. *Ep.* niſi forte φύκι' uterque codex debuerat, id eſt φύκια; quam vocem VII. 322. e. vulgo in libris noſtris legi vidimus, quamquam & ipſam ibi ſuſpectam, & a nobis non ſine ratione (ut putamus) ſublatam. Potuerit vero utcumque φύκια idem hîc valere ac φυκίδια vel φύκιδες: quorum piſciculorum frequens apud Noſtrum fit mentio; III. 107. c. IV. 131. e. VII. 222. a. &c. *Poſteriore verſu*, in ambiguitate vocabuli χορδαὶ ludere videtur poëta, quod & *chordas inſtrumenti muſici*, id eſt, *fides* ſignificat; & *chordas* ſive *lactes agninas aut hoedinas*, id eſt, *inteſtina quaedam in cibum parata*; de quo ſignificatu vide Animadv. T. I. pag. 48. & loca ibi citata. Conf. Caſaub. ad IX. 380. b.

Eiusdem *Hedyli* in *Agidem* Epigramma Analectis ſuis inſeruit BRUNCK T. II. pag. 526 ſq. & Animadverſionibus illuſtravit IACOBS Vol. I. Part. II. p. 328 ſq. *Verſ.* 1. Ἐφθὸς ὁ κάλλιχθυς. Confer Noſtrum, VII. 282. a. c. d. & 328. a.

a *Verſ.* 3. Pro ἀπόκλειεν, quod perperam editum erat, ἀπόκλειε ex msstis corrigendum monuit Caſaub. Et ſic recte habet noſter codex uterque. *Quarti verſus* defectum recte BRUNCKIUS interpoſitis ſtellulis indicavit. Eodem, puto, reſpexerat CASAUBONUS, cum »lacerum quoque de »Agide epigramma eſſe« ſcriberet. *Verſ.* 6. Recte, metri cauſſâ, χρυσορόης ſimplici literâ ρ ſcribitur in edd. & in cod. *A.*

Eiusdem poëtae in *Clio* mulierem epigramma, habes apud eumdem BRUNCKIUM ibid. pag. 527. & IACOBSII Animadverſiones, Vol. I. Part. II. pag. 329 ſqq. qui de argumento veriſſime praecepiſſe mihi viſus eſt. »In coena, »inquit, inter viros collocatam mihi fingebam voracem »illam mulierem, cuius fames & ὀψοφαγία convivas in »ſtuporem rapit. Verba, ἢν δὲ θελήσῃς ἔσθε μόνη, ſic ac»ceperim: *Si libet, tu ſola hos congros comedito, nihil nobis »relinquens.* Convivantur autem de *ſymbolis;* quod cum »fiebat, coenaturi σημεῖον ponere ſolebant.« — Caeterum ab hac piſcivorâ *Cleio* non differre videtur illa Κλειὼ, quae ab alio poëta apud Noſtrum lib. X. pag. 440. d. ut πολυπότις notatur. Quo vero de emendationibus iudicare poſſit lector, quibus hoc carmen emacularunt viri docti, aut emaculare tentarunt; commodum fuerit ut illud tale adponamus, quale vulgo & editum legebatur, & in msstis libris exhibetur. Igitur in ed. Caſ. ſic conceptum erat:

Ὀψοφαγεῖ Κλειὼ καταμυομένην δὲ θελήσῃ
σ' ἔσθεμον ἢ δραχμῆς ἐστιν ὁ γόγγρος ἅπας.
Θεσμὸν ὃν (vel ὃν) ἢ ζώνην ἢ ἐνώτιον, ἤ τι τοιοῦτον
σύσσημον, τὸ δ' ὁρᾶν μόνον οὐ λέγομεν.
Ἡμετέρη σὺ Μέδουσα· λιθούμεθ' ἅπαντα πάλαι που,
οὐ Γοργοῦς, γόγγρου δ' οἱ μέλεοι λοπάδι.

Neque ab iſtâ ſcripturâ quidquam discedunt vel ſuperiores editiones, vel codices mssti, (e quibus tamen codex *Epit.* nonniſi poſteriorem epigrammatis partem inde a verbis τὸ δ' ὁρᾶν exhibet) niſi in his paucis: ſcil. quod *vs.* 3. in ms. *A.* deeſt ἢ poſt ζώνην: tum quod *vs.* 5. λιθούμεθα πάντες habet ms. *Ep.* denique quod *vs.* 6. γόγγροι ſcribitur in ed. Ven. & Baſ. & in ms. *A.* pro quo recte γόγγρου habet *Ep.* quemadmodum edidit Caſaubonus. Eſt autem CASAUBONI ad hunc locum Animadverſio haec: »Depravatiſſimum »eſt etiam epigramma de *Clione* piſcivora muliere: quod »nos cum pedibus manibusque emaculare contenderemus,

»adhuc fruſtra fuimus. A libris antiquis leve aut nullum »auxilium: ab Epitome nihil; cuius auctor primos verſus »tres & quarti partem, quia nihil in iis intelligebat, ſuas »res habere iuſſit. In *tertio* tamen placet δεσμὸν ὄν, potius b »quam ξεσμόν. *Poſtremum diſtichum* ferme caret mendis. Scri»be in priore verſu, λιθούμεθα ὥς τὰ πάλαι ποῦ: & in»tegrum diſtichum praeſtabo ſartum tectum. Aiunt gulo»ſae *Cliûs* convivae, *ſibi illam eſſe inſtar Meduſae: adeo enim* »*ſtupere ſe ad ſpectaculum voracitatis eius, congrum in patina* »*comedentis, ut iis aſſimilentur quos olim viſa Gorgo in ſaxa* »*mutabat.* Familiare eſt poëtis, ut magnum ſtuporem ita »exprimant: ſic initio libri ſexti [pag. 224. c. d.] ait hel»luo quidam, ſe conſpectu piſcariorum, carò piſces in fo»ro indicantium, lapideum ſtatim fieri, ut qui olim Gor»gones vidiſſent. Ita verte: *Tu noſtra es Meduſa: in ſaxa* »*mutamur o miſeri, ut olim factum aiunt: non quidem Gorgûs* »*capite, ſed congri patinâ.* De hoc *congro* dixit verſu ſe»cundo.« — Nos partim Brunckii emendationes adoptavimus, quas ille ab Heraldo ad Arnob. pag. 19. mutuatus erat, partim Toupii, qui idem Epigramma a ſe emendatum dedit in Curis Noviſſ. p. 235.

Verſ. 1. quidem ferendum vulgatum putavi, Ὀψοφαγεῖ Κλειώ: minime licet improbans Brunckianum Ὀψοφάγε, Κλειοῖ, aut Toupianum Ὀψοφαγεῖς Κλείω. *Verſ.* 4. Tenuit Brunckius cum Heraldo vulgatam ſcripturam, τὸ δ' ὁρᾶν μὴ μόνον οὐ λέγομεν: quod ſic interpretatus Heraldus erat: *Videre te autem*, τὸ ὁρᾶν, *ne pronunciare quidem audemus.* Nobis hîc unice Toupianum μένομεν placuit, id eſt, *ſuſtinemus:* nec vero displicet pro μὴ μόνον (*eodem verſ.*) ναὶ μὰ τὸν, quod tam perapte, quam erudite Iacobs propoſuit; quo vitetur monotonia, quae exiſtit ex eâdem fere voce tribus deinceps verſibus repetita. *Verſ.* 5. ex λιθούμεθ' ἅπαντα, pro quo λιθούμεθα πάντες ms. *Ep.* habet, λιθούμεθα πάντα fecimus, πάντα pro πάντως accipientes. Id quidem, ut ſcripturae librorum proximum, ſic & aliâs commodius, & minus languidum videbatur, quam Caſaubonianum ὥς τὰ πάλαι που. *Verſ.* 6. haud dubie verum erat γόγγρου, quod a Caſaub. pridem editum. Sed in voce λοπάδι dubius haeſeram: quam nulli ex doctis viris, qui hoc epigramma tractarunt, ſuſpicionem aliquam moviſſe miratus ſum. Sane ad genitivum Γοργοῦς referendus eſt dativus ali-

b quis a verbo λιθούμεθα pendens, qui nullus alius esse potest nisi idem ipse qui cum γόγγρου iungitur. Iam vero, quid sit hoc, οὐ λιθούμεθα Γοργοῦς λοπάδι, *in lapides mutamur non quidem a Gorgûs patina*, id nullo pacto equidem exputare possum. Quin ne id quidem satis placet, λιθούμεθα γόγγρου λοπάδι, *in lapides mutamur a congri patinâ*. Desiderabam vocabulum, quod *adspectum*, *intuitum* significaret. Et multum quidem abest, ut id ipsum, quod h. l. scripsisset poëta, acu me tetigisse persuasum habeam, cum in vocem λογάδι inciderem: sed certius quum nihil suppeteret, hanc interim scripturam in animo habui, cum in versione nostrâ ponerem, *non Gorgonis adspectu, sed congri*. Habes apud Suidam, Λογάδες· ὀφθαλμοί: & apud Hesychium: Λογάδας, τὰς ὄψεις: quas interpretationes, pulcre quidem intelligo, huc non spectare proprie; sed videndum, ne per translationem quamdam non modo *oculum*, sed & *adspectum* significare ἡ λογὰς potuerit. Pro δ' οἱ μέλεοι (*eodem vers.*) nil opus est ut cum BERNARDO ad Thomam Mag. pag. 584. δειμαλέοι corrigamus: immo deesse non potest adversativa particula, ut perspecte IACOBS monuit.

AD CAP. XXXV.

Accusativum Εὐφράνορα cum editis & msto *A.* tenendo, necessario dein ἀναφωνῆσαι scriptum oportebat. Recte quidem Breviator, omisso auctoris *Aristodemi* nomine, Εὐφράνωρ — ἀνεφώνησεν scripsit.

c Κίνδων dedit uterque cod. ms. cum ed. Ven. & Bas. pro quo temere Κνίδων ed. Cas. 1. & 2. Vera scriptura restituta est in ed. Cas. 3. Particulam δὲ commode adiectam dedit ms. *A.*

γλαύκου παρατεθέντος, ἄλλου δ' οὐδενὸς, ὃ μὲν τὸν ὀφθαλμὸν κατελάβετο. »*In oculum glauci manum iniecit*, ut caput »videlicet illi auferret, *ac sibi sumeret*: nam glauci optima »pars censebatur caput.« CASAUBONUS. — *Caput* utique *glauci* laudatum Archestrato vidimus, VII. 295. c. itemque Anaxandridae, ibid. e. Sed in ipso capite videntur *partes circa oculos* prae caeteris in deliciis fuisse habitae. Sic quidem Eustathius acceperat; qui, hunc ipsum fortasse locum respiciens, in Comment. in Iliad. μ'. pag. 850, 41 sq. ait: Ἔστι δὲ ἰχθὺς καλούμενος γλαῦκος, οὗπερ ἔκκριτος ἡ

κεφαλὴ, καὶ μάλιστα οἱ ὀφθαλμοί. Quo etiam ſpectat fortaſſe quod de Matrone Antiphanes dixit ſupra, p. 342. d.

οὐκ ἔχων ὅπως αὐτὴν μόνος καταφάγῃ. Nihil per ſe incommodi habebat καταφάγοι, quod erat editum: ſed nil opus fuerat, ut deſereretur veterum librorum ſcriptura, quam dabat noſter quidem codex uterque.

Ζήνων δ' ὁ Κιτιεὺς &c. Eamdem rem narrat Diogenes Laërt. VII. 19. *Ibid.* οἷος ἦν κατεσθίειν. Perperam Dalecamp. *quantus erat, Zeno mandebat.* Rectius CASAUBONUS in Animadverſionibus: »*Similis erat comedenti.* Frequens »apud Graecos dicendi genus.« — Gallice commodiſſime diceres, *faiſant mine de vouloir le manger.* *Ibid.* In eâdem narratione, verba iſta καθ' ἡμέραν, itemque illa, τὴν ἐμὴν, ex Laërtio adiicienda putavimus: in quo nobis praeiverat Dalecamp.

τέσσαρας μνᾶς ἐφ' ἡμέρᾳ λαμβάνοντα. μνὰς (non μνᾶς) ſcribitur in ms. *A.* cum h. l. tum alibi, ubi adnotare ſuperſedi. ἐφ' ἡμέραν fortaſſe exſpectaſſes, *in diem, in ſingulos dies.* Sed ἐφ' ἡμέρᾳ, quod nec ipſum ſine exemplo, tenent libri: in ms. *Ep.* tamen perambigue expreſſa terminatio, quin ne expreſſa quidem.

ἐν τῷ περὶ Οἴνων. Sic ms. *A.* (nam deeſt in *Ep.* titulus libri) cum editis. Et ſatis quidem convenire iſte titulus videtur cum re, qua de hîc agitur: quare MENAGIUS ad Laërt. I. 9. ex Athenaeo corrigendum Suidam cenſuit, apud quem in voc. Νεοττὸς citatur idem *Clearchus* ἐν τῷ περὶ Οἴνων; ubi caute KÜSTERUS nihil definire auſus, utramque fortaſſe veram eſſe ſcripturam ait, & de diverſis agi ſcriptis. At fidenter, ut ſolet, TOUPIUS in Emend. in Suid. P. II. pag. 273. utrobique περὶ Ὠῶν (*de Ovis*) legendum pronunciavit. *Mox*, Ψαμμίτιχον, geminâ literâ μ & vocali iota poſt μμ ſcriptum, dedit codex *Ep.*

τοὺς περὶ Μόσυνον τῆς Θράκης βοῦς, οἳ ἰχθῦς ἐσθίουσι. »*Boves qui piſcibus veſcerentur* commemorant praeter Athe»naeum alii quoque: ut Strabo libro XV. [pag. 720. d.] »itemque Aeliantis lib. XV. cap. 25. DE proprietate Ani»malium. Similia etiam, quae de Cypriis bobus fabulan»tur ichthyophagis & ſcatophagis.« CASAUBONUS. — De Cypriis bobus dictum lib. III. pag. 95. f. *Moſynum, Thraciae* ſive montem ſive oppidum, ſive (quod probabilius videtur) fluvium, nusquam alibi memoratum reperio. *Moſynaecos* novimus, vel *Moſſynoecos*, Ponti populum; qui

& *Moſſyni* & *Moſyni* ſubinde nominati reperiuntur, quorum & oppidum *Moſyna* memoratur. In *Thracia* ignotum nomen. *Coſſinites* Thraciae fluvius memoratur apud Aelian. l. c. e quo bibentes equi valde efferari perhibentur. At apud Noſtrum, nomen Μόσυνον cum editis tenet uterque codex mstus.

AD CAP. XXXVI.

f »Εἴρηται δὲ καὶ ὁ ὀψοφάγος, ὡς ἕτεροι, καὶ τὸ ὀψο»φαγεῖν. Mirum loquendi genus. Quare etiam docti mu»tarunt, legeruntque καὶ ἑτέροις: vel, καὶ παρ' ἑτέροις. »Nos putabamus, Athenaeum voluiſſe dicere, ὀψοφάγος »*ita dici ut alia ſimilia vocabula;* puta, μονοφάγος, κρεωφά»γος, τυροφάγος, ἰχθυοφάγος, & ſimilia his. Non displi»cet tamen altera ſententia.« CASAUBONUS. — Nempe »*apud alios reperitur etiam vox* ὀψοφάγος & ὀψοφαγεῖν,« in verſione poſuerat DALECAMP. — Perſpectiſſime vero monuit CORAY: »Scribe, ὦ ἑταῖροι. Infra pag. 346. b. »πρὸς τούτοις τοῖς ὀψοφάγοις, ἄνδρες ἑταῖροι, οἶδα &c. Et »pag. 608. a. καὶ ὑμῖν δὲ, ὦ ἑταῖροι, λέγω.« — Similiter vero, cum alibi ſubinde, partim initio, partim in fine ſingulorum librorum, tum in fine huius octavi libri, Timocratem etiam ſuum ita compellat auctor, ἑταῖρε Τιμόκρατες.

Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις δευτέραις· Οὐδ' ὀψοφαγεῖν &c. »Verſus *Ariſtophaneus* in eius libris [Nub. 983. ed. Br.] ita »ſcribitur:

»οὐδ' ὀψοφαγεῖν, οὐδὲ κιχλίζειν, οὐδ' ἔχειν [immo ἴσχειν] τὼ πόδ' ἐναλλάξ.

»At κιχλάζειν, quod in noſtris eſt, Graecis non in uſu: »& ita hunc verſum Plutarchus quoque citat in libro, »Εἰ διδακτὸν ἡ Ἀρετή.« CASAUBONUS. — Vide Plutarch. Opp. T. II. pag. 439. d. Veram autem ſcripturam κιχλίζειν etiam apud Noſtrum dedit nobis optimus cod. *A*. In Epit. & iſte verſus & plura alia h. l. praetermiſſa. Νεφέλας δευτέρας inſcriptam fuiſſe illam Comici fabulam, quae ſub titulo Νεφέλαι hodie ſupereſt, cum alii adnotarunt, tum BRUNCK in Ariſtophanis Fragmentis pag. 256.

Continuo dein, quum eſſet editum, Κηφισόδωρος υἱοῦ δ' ὀψοφάγος &c. recte CASAUBONUS monuit: »Scriben»dum, Κηφισόδωρος Υἱ· οὐδ' ὀψοφάγος, οὐδ' ἀδολέσχης. »*Suem* comici huius Athenaeus libro III. [p. 119. d.] &

» Suidas nominant.« — Quod ipſum iam viderat DALECAMPIUS, in verſione ponens, *Cephiſodorus in Sue.* Perſpicue autem idem ipſum in vulgata librorum ſcriptura inerat, modo voces recte distribueres. In noſtro autem ms. *A.* poſt iſta υἱοῦ δ' ὀψοφάγος, repetuntur haec οὐδ' ὀψοφάγος, ac tum demum οὐδ' ἄδολ.

In *MACHONIS verſ.* 2. Προσπεπονθέναι τι δεῖ. » *Coquus* a » loquitur, & *ſe gulae deditum* praedicat: *idque* affirmat *artis* » *totius fundamentum eſſe.* Cauſſa eius rei continetur verbo » προσπεπονθέναι: quod, ab interpretibus non intellectum, » fecit ut integram ſententiam inſigniter depravarent. At » poëta hoc voluit: *Debere coquum, qui non eſt cibos corru-* » *pturus*, ſed in arte ſua praeſtiturus, προσπεπονθέναι τι, » id eſt, *tangi aliquo affectu erga cibos*; ut de eorum bona » conditura non ex alieno pronuntiet palato, ſed ex ſuo » ipſius, & affectu proprio. Tum addit hic magiſter, [*verſ.* » 4.] *eum qui rei iſti ſtuduerit, nunquam malum coquum fore:* » atque, ita affectum eſſe, vocat *habere* καθαρὰ τὰ αἰσθη- » τήρια. [*verſ.* 5.] Iam intelligimus quid ſit προσπεπονθέ- » ναι. Sic accipitur nomen περιπαθὴς, libro I. [pag. 6. e.] » ubi dicitur Philoxenus περιπαθὴς ὢν τοῖς ὄψοις, id eſt, » *piſcium avidus vorator*; qui libro iſto [hoc octavo] pau- » lo ante inter ichthyophagos eſt commemoratus: & for- » taſſe melius ei loco προσπαθὴς quam περιπαθὴς conve- » niat. Nam ſermonis graeci callentes concedent mihi, » aliud eſſe προσπεπονθέναι τινὶ, aliud περιπαθεῖν τινί: il- » le affectus eſt *avidiſſime fruentis aut frui cupientis*; hic *cum* » *quadam iunctus eſt miſeratione.* « CASAUBONUS. — Dicitur utique περιπαθὴς interdum *qui caſum alienum* miſeratur, ſed & qui *ſuum caſum dolet*, & omnino qui *magno dolore adficitur*; ut haud ſemel apud Polybium. At nihil impedit, quo minus qui *quolibet vehementi adfectu commotus* fuerit, is περιπαθὴς dicatur. Sic quidem, ut hoc utar, οἱ περιπαθέστεροι καὶ σωματικώτεροι (referente H. Stephano, in Theſ. T. III. pag. 75. b.) dicuntur *qui vehementioribus adfectibus obnoxii & corpori prae caeteris dediti ſunt.* Quare nullo incommodo idem vocabulum etiam de eo dici potuerit qui *vehementiori quadam cupiditate & aviditate* ducitur, ut apud Noſtrum l. c. I. 6. e. ubi ſolicitaram equidem nolim librorum ſcripturam. Sed non minus commode hoc loco poſitum verbum προσπεπονθέναι: quod paulo exquiſitius eſt, & (ut doctum adfectat ſermonem iſte coquus) e me-

a dio philoſophorum uſu depromtum videtur. Significat autem non tam ſubitam vehementemque animi commotionem, quam *conſtantem* aliquam *propenſionem, ſtudium & amorem* alicuius rei animo *infixum*. Neminem frequentius verbo iſto προσπάσχειν & cognato προσπαθεῖν uſum eſſe reperias, quam Epictetum in Diſſertationibus, cuius bene multa teſtimonia huc facientia in Indice Graecitatis Epicteteae a nobis collecta ſunt: cum quibus conferre iuvabit quae adnotavit H. Stephanus ad Sexti Emp. Hypotyp. I. 230. pag. 213. ed. Fabr. ubi nec illud Ciceronis neglexit ex lib. II. ad Attic. Epiſt. 19. *Nimium* τῷ καλῷ προσπέπονθα. Iam vero h. l. apud Noſtrum non ſatis adparet, quodnam ſit nomen ad verbum προσπεπονθέναι referendum. Poſſis intelligere, τῇ τέχνῃ, *amore quodam artis teneri debet:* poſſis τοῖς ὄψοις, delectari *obſoniis ipſe debet:* poſſis τοῖς παρατεθεῖσι, *delectari ipſe debet cibis ita adponendis ut non corrupti ſint.* Sed quodcunque ex his elegeris, eadem in univerſum ſententia manebit. Deinde *verſ.* 4. ambiguum videri poteſt, pronomen αὐτοῦ quonam ſpectet. Illud quidem ſatis perſpicuum, perperam in ed. Caſ. inter πεφροντικὼς & αὐτοῦ interpungi orationem; qui error ex ed. Baſ. transductus. Caſaubonus, in ſuperiore animadverſione, videtur illud αὐτοῦ in *neutro genere* accepiſſe, verba iſta, πεφροντικὼς αὐτοῦ, ſic interpretatus, *qui rei isti ſtuduerit.* Haud paulo rectius IACOBS in *Notis msstis:* »πεφροντικὼς αὐτοῦ γὰρ οὐκ ἔσται κακός. *Nam qui in coena coquenda ſui ipsius rationem habebit, is malus non erit cocquus.*« — At eâdem ſententiâ αὐτοῦ teneri poſſe exiſtimavi, pro ἑαυτοῦ Attico modo dictum, ut frequenter obſervavimus.

Quintus verſus, ἔπειτ' ἐπὰν ἢ καθαρὰ &c. contra metri leges peccabit, niſi in ἐπὰν ultimam ſyllabam productam ſtatuas. Vide not. ad p. 339. a. *Verſ.* 6. pro καί γε οὐ, καὶ γεύου corrigendum fuiſſe, communi conſenſu Viri docti CORAY & IACOBS in *Notis msstis* monuerunt: quorum poſterior etiam *verſ.* 7. cum fulturâ indigeret metrum, de inſerenda vocula ἔτ' non minus opportune monuit. *Octavus* cum ſic eſſet editus,

πάλιν τε γεύου, συμμετρίαν ὡς ἁρμόσῃ:

adnotavit CORAY: »Malim πάλιν ἀπογεύου.« — Quod haud dubie praeſtabat. Sed aliud dedit optimus codex mſtus: nempe id ipſum, quod edendum curavimus. In

nono verſu nil mutat Ms. Emendationem, quam in ſcholio ſubiecimus, propoſuit IACOBS in *Notis mſstis*. IDEM vir doctus pro δοκεῖ, *vs.* 10. quod ferri non poterat, δοκῇ corrigebat. Et hoc ipſum debuerat codex noſter *A.* in quo eſt δοκῆς, vocali iota, quae ad *η* adſcribi debebat, perperam in *ς* mutatâ.

Verſ. 11. »Poſtremo verſu iocatur cocus, cum, deſcri- b
»pto coenae totius apparatu, tandem adiicit,

»εἰσαγε διὰ πασῶν Νικολαΐδας Μυκωνίας.

»locus eſt in διὰ πασῶν: quod genus loquendi eſt Muſi-
»corum, ſed longe aliter hic accipitur. Senſus enim eſt,
»*tot numero introducendas eſſe meretrices praeſtantiſſima forma,*
»*quot ſunt convivae.* εἰσάγειν in ea re ſignatum verbum,
»ut apud Latinos *introducere:* unde apud Ciceronem & Se-
»necam, *introductiones matronarum, & exoletorum. Nicolai-*
»*das* vocat mulieres, (ſi tamen publicae libidinis victimae,
»ſunt mulieres) *quae νικῶσι Λαΐδα, Laidem forma ſuperant &*
»*laſcivia.* Ideo vocat Μυκωνίας, faciens alluſionem ad pro-
»verbium quo notati *Myconii*, ſoliti ad convivia venire
»invocati. Fuiſſe eundem morem & iis quae corpore me-
»rebant, teſtis Plautinus paraſitus:

Iuventus nomen indidit ſcorto mihi,
eo quia invocatus ſoleo eſſe in convivio.

»Caeterum claudentem verſum redde ἀρτίποδα, ac ſcribe
»Μυκονίας per *o* parvum. Scio ſcribi non ſemel Μυκώ-
»νιος per *ω* libro primo, itemque apud Suidam, & in li-
»bello Graecorum proverbiorum: ubi etiam Μύκων iſta
»inſula nominatur: ſed apud Geographos ſemper Μύκονος.
»Sic etiam in exemplaribus Clementis Alexand. atque alio-
»rum.« CASAUBONUS. — »Malim legere diſtincte Νίκων,
»Λαΐδας. *Nicon* eſt nomen proprium eius, quem alloqui-
»tur coquus.« CORAY. — Mihi haudquaquam liquere profiteor: nam nec verba, nec ſenſum, nec metri ratio-nem expedio. Μυκόνιος dedit ms. *A.* unde Μυκονίας edidi, ut voluit Caſaubonus: ſed quid inde promoveatur non video. De *Myconiis* vide Suidam in Μυκώνιος γείτων, & Eraſmum in *Myconius vicinus:* item Noſtrum, lib. I. p. 7 extr. & ſeq. Vocem Νικολαΐδας ea ratione notioneque compoſitam eſſe, quae eidem Caſaubono placuit, etiam atque etiam dubito. Nec vero *Nicon*, ut viri nomen, ali-bi apud comicos veteres, quod ſciam, reperitur. Nota *Nico* Samia, meretrix: cuius videndum ne hîc lateat no-

b men. Eius meminit Noſter, V. 220. f. & XIII. 582. e. 583. c. & 587. a.

»οἶδα δὲ καὶ τὴν ἐν Πισάτιδι γραφὴν ἀνακειμένην ἐν »τῷ τῆς Ἀλφειώσας Ἀρτέμιδος ἱερῷ. *Habeo etiam cognitam* »*illam picturam, quae in regione Piſatide dedicata eſt in Dia-* »*nae Alphiuſae templo.* Legebatur τὴν ἐπὶ Σάτιδι, mendo- »ſe. Ex re ipſa & antiquis exemplaribus locum emenda- »vimus. Interpretes unde ſuam lectionem exſculpſerint, »demiror. Erat autem *in Piſatide* ad Alphei oſtium lucus »& templum Dianae, quam alii *Elaphiaeam*, alii *Alphiaeam* »vel *Alphiuſam* nuncupabant. Docet clare Pauſanias in »Eliacis: [VI. 22. pag. 511.] innuit breviter Strabo libro »VIII. [pag. 343. c.] Magni huius ſcriptoris verba reci- »tare iuvat. Πρὸς δὲ τῇ ἐκβολῇ, *Alphei* nempe, τὸ τῆς Ἀλ- »φιονείας Ἀρτέμιδος ἢ Ἀλφειούσης ἄλσος ἐστὶ, (λέγεται »γὰρ ἀμφοτέρως·) ἀπέχον τῆς Ὀλυμπίας εἰς ὀγδοήκοντα »σταδίους. Haec ſcriptura eſt omnium exemplarium: ſed, »cum *Alphioniae* Dianae veterum nemo faciat mentionem, »& conſtet ex Pauſania *Alphiaeam* Dianam ab aliis *Ela-* »*phiaeam* fuiſſe dictam; non eſt dubitandum ſcripſiſſe et- »iam Strabonem τὸ τῆς Ἐλαφιαίας Ἀρτέμιδος ἢ Ἀλφ. Or- »tum id cognomen, ut placet Pauſaniae, a cervorum vene- »ratione: ut maluerunt alii, a muliere quadam, cui no- »men *Elaphio*. Alterum ab Alpheo cognomen varie effer- »tur ab auctoribus; aut ſcribitur certe varie: apud Stra- »bonem, Ἀλφείουσα; apud Athenaeum, Ἀλφειῶσα; in »Pindari ſcholiis Pythionic. Od. II. Ἀλφειῶα; Pauſaniae »eſt Ἀλφείαια.« CASAUBONUS. — In ms. *A.* ἐν τῇ Πει- σάτιδι ſcribitur, pro ἐν τῇ Πισάτιδι: unde articulum no- mini adieci. Mire Dalecampius ad *Ichthydem* poſuerat. In ſcriptura Ἀλφειώσας, quae eſt Dorica vocis forma, nil mutat vetus codex.

c Κλεάνθους δ' ἐστὶ τοῦ Κορινθίου. Eumdem artificem in ea re Strabo nominat: a quo diverſus videtur vetuſtior *Cleanthes*, itidem *Corinthius*, cuius Plinius meminit, XXXV. 3, 5.

AD CAP. XXXVII.

»Καὶ τοσαῦτα μὲν - - καὶ αὐτὸς ὑμῖν προσομῳώνησας, »οὐκ ὀλοφαγήσων παρῆλθον, διὰ τὸν πάντα ἄριστον Οὐλ- »πιανὸν, ὃς - - ἕτερ' ἐξ Ἐρετρείας παρεισφέρων. Et-

» ſi haec ſcriptura eſt omnium exemplarium, depravatiſ- c
» ſima tamen eſt. Prima quidem verba planiora longe fue-
» rint, ſi ita potius concipiantur: Τοσαῦτα καὶ αὐτὸς ὑμῖν
» προσωψώνησα. οὐκ ὀψοφαγήσων γὰρ ἦλθον διὰ τὸν πάντα
» ἄριστον Οὐλπιανόν. Conferenda haec ſunt cum primis
» Democriti [qui haec ipſa loquitur] verbis. Dixit enim
» initio, [pag. 331. c.] *velle ſe* προσοψωνῆσαι τοὺς ὀρυκτοὺς
» ἰχθύας. Ut ἑστιᾶν λόγοις dicimus, ſic Democritus ὀψω-
» νεῖν uſurpat pro *ſermones habere de piſcibus*. Latine hic lo-
» cus ſatis commode verti non poteſt, ob paronomaſiam
» in vocibus προσοψωνεῖν & ὀψοφαγεῖν. Sed ſenſus eſt:
» *Haec ſunt quae de piſcibus habemus* [immo, *habuimus*] *ad-*
» *iicienda ante dictis: nam, uti video, piſces eſurus huc non*
» *veni, propter Ulpianum.* Sequentia verba declarant, qua
» de cauſſa & quomodo Ulpianus impedierit cum hunc,
» tum alios convivas, ne piſcibus veſcerentur. Cauſſa fuit,
» *quia homo Syrus ex moribus gentis ſuae alios quoque voluit*
» *ab eſu piſcium avertere.* Modum impediendi declarant iſta,
» ἕτερ' ἐξ Ἐρετρείας παρεισφέρων: *alia ex Eretria clam infe-*
» *rens.* Mirum, non expoſuiſſe auctorem, quaenam iſtae
» fuerint *Eretriacae cupediae*, quae avidos piſcium fecerint
» a praeſente & oculis illorum obiectâ copiâ piſcium abs-
» tinere. Ne multis lectorem morer: aio haec eſſe cor-
» ruptiſſima. Legebatur [in ed. Baſ.] ἔσθ' ἐξ Ἐρετρείας.
» [In ed. Ven. ἔτ' ἐξ Ἐρετρ.] Auctoribus chirographis
» fecimus ἕτερα. [Nempe ſic ed. Caſ. cum Msto etiam
» noſtro, ἕτερ' ἐξ Ἐρετρείας.] Id quidem recte: ſed non-
» dum veram ſcripturam tenemus, quae eſt haec ſine con-
» troverſia: ἕτερα ἐξ ἑτέρων ἀεὶ παρεισφέρων: *alia*
» *ſemper ex aliis inferens;* hoc eſt, alias ſemper quaeſtiones
» poſt alias nectens & proponens; atque ita ſermonibus
» occupatos nos habens, ut appoſitis piſcibus veſcendi
» non fuerit facultas. Quam bene Citucito [nempe Ul-
» piano, τῷ Κειτουκείτῳ: vide L. 1. e.] iſta conveniant ſi
» pluribus dicendum putem, ineptus ſim.« Sic CASAUBO-
NUS: cuius feliciſſimam emendationem quin adoptarem
non dubitavi. At in priore parte periodi nil mutandum
cenſui.

Γάτις ἡ τῶν Σύρων βασίλισσα &c. »Explicat Deipnoſo-
» phiſta, unde ſit hoc receptum in Syrorum mores, ut
» piſcium eſum abominentur. *Gatim* quamdam *fuiſſe regi-*
» *nam Syriae, quae hoc prima inſtituerit & edicto caverit.* Nam,

» quae vulgo dicebatur *Atergatis*, ex ſententiâ Antipatri
» Stoici *Gatim* eſſe nominandam: quoniam vero edictum
» a Gatide fuiſſet aliquando promulgatum, *Ne quis ἄτερ*
d » *Γάτιδος* (id eſt, *praeter Gatidem*) *piſces vellet eſſe; ὑπ'*
» *ἀγνοίας τοὺς πολλοὺς αὐτὴν μὲν Ἀτεργάτιν ὀνομάζειν,*
» *ἰχθύων δὲ ἀπέχεσθαι: vulgus veritatis ignarum, ipſam qui-*
» *dem Atergatim nominare, a piſcibus vero abſtinere.* Haec
» Athenaeus ex *Antipatro Stoico:* cuius ſectae homines nus-
» quam ineptiores, quam in ſcrutandis antiquorum voca-
» bulorum cauſſis. Tam enim verum etymum iſtud eſt,
» quam vera illorum ſententia, qui *Hieroſolyma* dicta ſic
» eſſe tradiderunt, *ἀπὸ τοῦ τὰ ἱερὰ συλᾶν.* Incredibilis ſa-
» ne Graecorum hominum in hoc genere ſtupor, incredi-
» bilis confidentia. Certum eſt, nomen *Atergatis*, vel ut
» alii ſcribunt *Atargatis*, corruptum eſſe ex *Aſtarta.* Nam
» *Atargatis* eadem quae *Derceto*, Strabone teſte lib. XVI.
» [extr.] Derceto autem & Aſtarte, eiusdem Deae nomi-
» na ſunt. *Atharam* prius vocatam ſcribit Geographus: ſed
» fortaſſe ibi legendum Ἀσθάρα, non Ἀθάρα. Syrorum pu-
» ra puta vox eſt *astaràh*, Ἀσθάρα: quamquam in ſacris
» literis ſemper ſcriptum *aſtaròth*, numero multitudinis;
» quem & LXX. interdum ſervarunt, ut Iudicum cap. 2.
» *ἐλάτρευσαν τῇ Βάαλ καὶ ταῖς Ἀσθάρταις.*« Haec rurſus
CASAUBONUS: quibus nil neceſſe eſt ut plura adiiciamus.

νόμιμον ἔτι διαμένειν. Sic tacite correxit Caſaub. in ſua editione. Perperam *νόμιμόν ἐστι διαμένειν* ed. Ven. & Baſ. cum ms. *A.* Commode vero *Epit. νόμιμόν ἐστιν*, *ἐπὰν* &c. omiſſo verbo *διαμένειν.*

AD CAP. XXXVIII.

f *ἰχθῦν, τὸν παρ' Ἐφίππῳ &c.* »*EPHIPPI* ῥῆσιν de piſci-
» bus portentoſae cuiusdam magnitudinis, miſſos facio:
» ſunt enim difficillimi ad emendandum, ut omnia iocula-
» ria, & quae nihil niſi mera figmenta, omni veritate caſ-
» ſa, continent.« CASAUBONUS. — Sunt ſane in his non-
nulla, quae difficultate non carent: nec vero in univer-
ſum tam ſunt corrupta, quam bene multa alia quae apud
Noſtrum leguntur. Erant autem verſus in editis partim
prorſus non diſtincti, partim male diſtributi: quos eſſe ana-
paeſticos (ſive monometros illos, ſive dimetros acatale-
ctos) ſatis adparebat, monueratque etiam KÜSTERUS, in

Notis mssstis. Nobis placuit per dimetros potius, quam per monomerros distribuere. Et *vers.* 2. quidem, ἔλωσ', non ἔλωσιν, fuisse scribendum, ipsa metri ratio ostendebat. *Vers.* 5. Quo referatur τούτους, haud satis adparet. τόπους quidem, quod cum ADAMO hîc ponendum VILLEBRUNIUS censuit, nec metro convenit, nec sensum efficit commodum. Equidem τούτους ἰχθῦς intelligebam: *centum tales pisces* (si adessent) *capere illa patina poterat.* *Vers.* 6. Desideratur verbum finitum, a quo pendeant accusativi cum infinitivis, qui sequuntur. Pro εἶναι est εὖναι in ed. Cas. 1. & 2. non consulto, aut ex lectionis diversitate, sed errore operarum, qui neminem turbare debet. *Ibid. & vs. sq.* In vulgato ταύτῃ ἐς Ἰνδοὺς, haud dubie ταύτῃ (sive ταύτης) Σινδοὺς latebat. Nempe *Sindi* populus ad Maeoridem paludem. Tenuit tamen nomen Ἰνδοὺς etiam Epitomae auctor, qui quidem in breviſſima verba totam eclogam contraxit. *Vers.* 7. Μυγδονιάτας fortasse desiderares: sed Μυγδονιώτας dixit ludens poëta, quia penultimam longam poscebat versus. Caeterum neutra istarum formarum vulgo usitata, ubi de *Mygdoniis* agitur. *Vers.* 8. Κραναοὺς quos dicat, non liquet. *Vers.* 16. ἀμβωσιν recte ms. *A.* cum edd. Perperam ἄμμωσιν ms. *Ep.* *Eodem vs.* vox ἄνω temere omissa in edd. Cas. 2. & 3. *Versui* 18. mendam inesse, violatum metrum ostendit. Quid sit vero quod ibi dicere voluerit poëta, haud satis perceptum mihi. *Vers.* 20. Quis sit *Macedo princeps*, quem hîc dicit Ephippus, quaerant doctiores, si tanti visum fuerit. Sed video, ipsum etiam Athenaeum paulo post profiteri, *sibi non liquere.* *Vers. ult.* Quum haud dubie corruptum esset ΠΡΟΣΚΑΤΣΗΙΣ, posui id e quo istud ortum duxisse adparebat, μὴ ΠΡΟΣΚΑΤΣΗΙΣ, quod perapte respondet ei quod praecessit, σβέννυ.

Quae mox subiiciuntur, Τοιαῦθ' ὑθλῶν &c. ad eumdem, puto, referuntur *principem Macedonem*, paulo ante nominatum: qui, cum id agere debuisset, ut *Gallos exstingueret*, eorumque incursiones reprimeret, neglecto belli adparatu compotationibus indulgebat, & in iuvenum sodalium coetu *nugas agebat* ridebatque Gallos, eoque insolentiores eos reddebat, contra quos satius fuerat serio ad bellum se comparare. Ad ista verba, οὐ γινώσκων ψήφων ἀριθμοὺς, adnotavit CASAUBONUS: »Laudo sententiam Dalecampii, »qui ζῆν οὐ γινώσκοντα ψήφους interpretatur *alieno sumtu*

c »*vivere, & impensarum rationem calculis non putare.* Aut igi»tur sic accipe; aut interpretare de *homine imperitissimo.* »Graeci enim de alienis ab omni cultu dicere soliti, ἀριθ»μεῖν οὐκ ἐπίστασαι.« — Praestat haud dubie posterior interpretatio. Priorem tamen adoptaverat GROTIUS, cuius versionem ex Excerpt. pag. 676. subieci Graecis nostris: qui, cum *rationum summam ignorans* interpretaretur, in Notis porro, quo planius suam sententiam explicaret, adiecit »*in symbola.*«

εἴ τι σοι ψελλὸν &c. »In *AESCHYLI* versu e *Prometheo* »*vincto*, [num. 822.] Τῶν δ' εἴ τι τοι ψελλὸν καὶ δυσεύρετον, »translatione venustâ ψελλὸν pro *obscuro* ponitur; quia »parum intelliguntur qui balbutie laborant.« CASAUBONUS. — Ex ista animadversione depromtum est, quod tamquam diversa scriptura a Casaubono commendata adnotatur in orâ ed. Cas. 2. & 3. Τῶν δ' εἴ τι τοι ψελλ. At in εἴ τι σοι nil mutant libri. Quod *vs.* 2. ait σαφῶς ἐκμάνθανε, id in hunc sensum accipit Deipnosophista, *penitus cognosce & nobis expone.* Nam, quod dein subiicitur, σχολὴ δὲ πλείων, ἢ θέλω, πάρεστί μοι: apud *Aeschylum* quidem de *otio ad dicendum* agitur, Deipnosophista vero *otium ad audiendum* intelligit; quo otio nimis etiam abundare se ait, quoniam scilicet per moras, quas nectere non definit Ulpianus, comedere non licet.

AD CAP. XXXIX.

d καὶ εἴ τι τούτων ἀτυχέστερόν ἐστιν ἰχθύδιον: *& si qui est piscículus miserior* (*vilior, contemtior*) *his.* Sic reddi debuit apud Epictet. Dissert. I. 3, 8. ἤ τι ἄλλο ἀτυχέστερον καὶ ταπεινότερον, *sive quod aliud* (animal) *vilius & abiectius.*

In *primo versu EUBULI*, ex *Ixione*, recte γεννικαῖς dedit ms. *A.* cum ed. Ven. & Bas. *Vers.* 2. ἀμύλων παρόντων. Hesychius, Ἀμύλους· πλακοῦντας. Fuisse autem ἀμύλους, *exquisiti saporis placentas*, intelligitur etiam ex IV. 134. e.

ὁ λεβητοχάρων Οὐλπιανὸς, κατὰ τὸν ἐμὸν Μεγαλοπολίτην Κερκιδᾶν. »Quid apud vetustum poëtam *CERCI»DAM* significaret vocabulum λεβητοχάρων, quo nomine »hîc a Cynulco afficitur Ulpianus, non facile divinatu »est: neque satis scio an satis recte ita nostri codices. In »Epitoma quidem haec invenimus: Λέβητος χάρις φησὶν

» ὁ παρὰ Ἀθηναίῳ τούτῳ Οὐλτιανός. Sed auctor fortaſſe d
» ſcripſerat λεβητοχάρης, *qui lebetibus gaudet.* Ironia
» eſt Cynulci, ventrem & gulam obiicientis homini, qui
» toties in hisce libris dictus eſt cibi non multi, quique ſer-
» mones epuletur pro eſca. « CASAUBONUS. — Ad formam quod ſpectat nominis, λεβητοχάρις habet noſter ms. *Ep.* quod ex λεβητοχάρης proxime corruptum. Sed editam ſcripturam λεβητοχάρων tuetur ms. *A.* quam ſcripturam Athenaeo vindicarunt BERGLERUS ad Alciphr. lib. III. epiſt. 54. & IACOBS in Animadv. ad Epigr. Gr. Vol. I. P. II. p. 359. De *Cercida Megalopolitano*, poëtâ, vide Meurſium ad Hellad. pag. 66. Quem quoniam ἐμὸν (id eſt, *civem meum*) adpellat Cynulcus, intelligitur Megalopolitanum ab Athenaeo fingi Cynulcum. Quid ſit vero quod ſive Cercidas olim neſcio quem, ſive Cynulcus nunc Ulpianum λεβητοχάροντα adpellaverit, haud ſane adparet. Ut λεβητοχάρης, interprete Caſaubono, ſic & λεβητοχάρων, interprete H. STEPHANO in Indice Theſ. ſignificat *lebete* vel *lebetibus gaudentem.* Similiter quidem Alciphron l. c. quem Πατελλοχάροντα nominavit, intellexiſſe videtur *patellis gaudentem*; & *menſâ gaudentem*, quem vocavit Τραπεζοχάροντα, III. 46. ut χάρων in iſta compoſitione idem valeat ac χαίρων, qua & ipſâ propriâ vocis formâ in aliorum nominum compoſitione idem veterum imitator Epiſtolographus perinde uſus eſt; velut in nomine Στεμφυλοχαίρων, eâdem Epiſt. 46. lib. III. item in Οἰνοχαίρων, III. 72. At in Alcaei quidem Meſſenii Epigrammate, (T. I. ed. Brunck. pag. 490. num. 15.) ubi Philippus rex οἰνοχάρων vocatur, in ipſa vocis ambiguitate ludit poëta, hoc dicens, ſi quid video: *non modo* οἰνοχαίρων *eſt Philippus, ſed vere etiam* οἰνοχάρων, *qui per vinum* (venenatum) *in orcum mittit homines.* Sed *Ulpianum* quo pacto λεβητοχάροντα nominatum a Cynulco ſtatuerit Athenaeus non video, niſi plane temere effutientem hoc nomen fingere Cynicum illum voluerit. Pro παρεῖδον, eſt παρίδον in ms. *A.* e & in ed. Ven. & Baſ. ne id quidem male. Deeſt autem id verbum Epitomae, cum nonnullis aliis.

Mox, τῶν τραγανῶν τι tenet (quod ſciam) ms. *A.* cum edd. Eſt autem ſequioris Graecitatis vocabulum, apud nullum veterem ſcriptorem, nec apud Heſychium aut Suidam occurrens, & ab H. Stephano in Theſ. prorſus ſilentio praeteritum. Semel apud Etymologum obiter cita-

e tur, pag. 731. l. 15. nullà adiectâ interpretatione; ſed eà notione, (quatenus ex derivatione colligere licet) quae huic loco minime conveniat: dicit enim, ὡς παρὰ τὸ ἔτραγον τραγανός. Atqui ſi τραγανὸς ductum eſt a verbo ἔτραγον, id eſt, *comedi;* idem valebit ac τρώξιμος, id eſt, *edulis;* quod ab hoc loco alienum. Sed in Gloſſis Graecis & Graeco-latinis habes quod huc perapte faciat, Τραγανὸν, *calloſum, cartilagineum.* Paulo vero uberiora dedit Du Cange, in Appendice Gloſſarii p. 189. ubi primum adfert verba Scholiaſtae msti (ut ait) Oppiani in lib. I. Halieut. At Scholion illi ſimillimum iam olim editum erat a Conr. Rittershuſio, in calce editionis Oppiani, pag. 57. his verbis: τὰ ἀναίμωτα καὶ τραγανὰ τῶν ἰχθύων καὶ ἀνόστεα, σελάχεια λέγεται. Tum vero ex anonymo auctore msto de Diaeta haec verba citat: τὰ τραγανὰ μυρία τῶν ζώων, ὡς τὰ ὠτία καὶ τὰ μοτία. (ubi τὰ μοτία intellige *nares*, vel *naſum.*) Nec vero ſpernenda, noranda certe ſcriptura Epitomae, τῶν τραγανωδῶν τι. *Mox* dein, pro mendoſo παρατιθέντων, recte παρατεθέντων dedit ms. *A.*

Quod *Aeſchylum* dicere ſolitum ait, τὰς αὐτοῦ τραγῳδίας &c. non damno αὑτοῦ, quod eſt in ms. *A.* ſed tenendum iudicavi αὐτοῦ, quod eâdem notione dedit ms. *Ep.* cum edd. *Ibid.* φιλόσοφος δὲ ἦν &c. Cicero Tuſc. II. 9. (al. 10.) *Veniat Aeſchylus, non poëta ſolum, ſed etiam Pythagoreus.*

AD CAP. XL.

f ἅπερ εἶπε Στρατόνικος ὁ κιθαριστὴς εἰς Πρόπιν &c. »Se»quuntur iam aliquammulta *Stratonici citharoedi dicta urba»na:* quae unius occaſione, in quo *piſcium* extat nomen, »relata omnia ſunt iſto loco. Illud, quod caeteris aditum »patefecit, & loco principe memoratur, huiusmodi eſt. »*Propis* quidam fuit *Rhodius cithariſta, mole corporis maior,* »*quam artis ſuae peritior.* De hoc interrogatus Stratonicus a »quid ſibi videretur, reſpondit: οὐδεὶς, κακὸς, μέγας, »ἰχθύς. Lepos omnis in eo, quod proverbium vetus μέ»γας οὐδεὶς κακὸς (vel σαπρὸς) ἰχθὺς, in diverſiſſimum »ſenſum detorſit, diſtincte vocem unamquamque pronun»tians: cum verus ſenſus adagionis omnes illas uno ſpiri»tu ſine diſtinctione ulla poſtulet efferri. Nulla hîc eſt »difficultas; niſi quod male concipiuntur vulgo iſta ab

» interpretibus, hoc modo: διελόντος τὴν παροιμίαν, μέ- a
» γας, οὐδεὶς, σαπρὸς, ἰχθύς. Dalecampium prava haec
» interpunctio impulit, ut παροιμίαν hîc verteret *ſententio-*
» *lam.* Sed diſtinctiones omnes tollendae, & vertendum:
» *diviſis vocibus proverbii huius*, *Magnus nullus* (eſt) *malus*
» *piſcis.*« CASAUBONUS. — ἐπερωτώντων αὐτὸν (p. 347. f.) recte legitur in ed. Ven. Baſ. & Caſ. 3. ſicut in ms. *A.* Perperam vero αὐτῶν in ed. Caſ. 1. & 2. Hiſtrionis nomen ut Σιμύλαν vulgo ederent, factum videtur per recentioris neſcio cuius docti librarii induſtriam, qui veterem lectionem ex Suida aut Harpocratione correxiſſet. Nec tamen ille totam mutavit, ſed in medio tantum; terminationem conſervavit. Nam apud Suid. & Harpocr. Σίμυλος ſcribitur nomen: vetus vero Athenaei cod. *A.* Σιμμύλαν dedit, quemadmodum in veteribus editionibus Demoſthenis in Orat. pro Corona; ubi partim Σιμμύκᾳ, partim Σιμύκκᾳ legitur: quae quidem ſcriptura apud Demoſth. a recentioribus editoribus ex codicum nonnullorum auctoritate, cum Suida & Harpocr. conſentientium, in Σιμύλῳ eſt mutata; at nos apud Athenaeum non dubitare debuimus, quin veteris noſtri codicis, e quo reliqui omnes derivati ſunt, ſcripturam reſtitueremus. Caeterum vide *Mauſſacum* ad Harpocr. pag. 316 ſq. & TAYLOR ad Demoſth. in Reiskii Appar. Crit. Vol. I. p. 310. Nomen iſtud omiſit Athenaei Breviator, poſteriorem narrationem in haec verba contrahens: Ἔστι δὲ καὶ παροιμία λέγουσα, μέγας οὐδεὶς σαπρὸς ἰχθύς· ἣν διεῖλε Στρατόνικος.

Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ναξ. Non dubito ſcripſiſſe Noſtrum, δ' ἐν τῇ Ναξ. adiectâ particulâ coniunctivâ.

ὅτε - - δυσωνοῖντό τι τῶν πωλουμένων. » Δυσωνεῖσθαι τὸ b
» πωλούμενον de *emptore* dicunt Graeci, *qui difficilem ſe prae-*
» *bet in emendo*, & iuſtum aequumque rei emendae pretium
» venditori denegat. Qui ſunt eo ingenio, δυσῶναι nomi-
» nabantur, ut libro tertio [*immo*, ſexto] diximus & ſe-
» ptimo.« CASAUBONUS. — Vide ad VI. 228. c. & ad VII. 313. f. *Mox*, cum τοσοῦτον ἀναδόσθαι mendoſe editum eſſet, adnotavit idem CASAUBONUS: » Scribe, ὅτι
» μᾶλλον ἂν προείλοντο Τελεσταγόρᾳ δοῦναι, ἢ τοσοῦτον ἀνα-
» δόσθαι: non τοσοῦτον.« — Adparet peccaſſe typothetam, bis eamdem vocem τοσοῦτον ponentem. Tamen eodem prorſus modo repetita haec Animadverſio eſt in ed. Caſ. 2. & 3. Quare & ii qui iſtas editiones curarunt, cum

non animadvertiſſent erratum, aut quo pacto corrigendum eſſet parum vidiſſent, emendationem quam Caſaubonus in animo habuerat non adnotarunt ad oram Graeci contextus, quod aliâs facere conſueverant. Erat autem ſatis manifeſtum, τοσούτου pro τοσοῦτον ſcribendum cenſuiſſe doctum Animadverſorem. Atque id ipſum τοσούτου recte exhibet noſter ms. *A.* Minus recte τοσούτων ms. *Ep.* »τοσούτου ἀποδόσθαι ſane legendum« monuit Coray, in *Notis mſstis*. Et commodius utique videri ἀποδόσθαι debebat, proprium in *vendendo* verbum: nec tamen mutare auſus ſum vulgatum, quod uterque noſter codex mſtus tuetur.

AD CAP. XLI.

d Verbum εἰπεῖν, ut merito ſuſpectum hoc loco, uncis intercipere viſum eſt. Fortaſſe ingerendi illius occaſionem inde ceperat aliquis librarius, quod continuo deinde pro ἔτι καὶ αὐτὸς perperam olim ὅτι καὶ αὐτὸς eſſet ſcriptum: quod ipſum hodieque vetus codex *A.* habet, pro quo recte ἔτι καὶ αὐτὸς poſuerunt editores. Nempe Cynulcus, quoniam alii omnes multa disputarunt, *ipſe quoque* poſtquam loqui coeperat, *nonnulla etiam amplius de eodem Stratonico, cuius in mentionem inciderat, ſe narraturum* ait. Aliud quid h. l. turbatum in ms. *Ep.* Sic enim ibi ſcribitur: Ἱστορεῖ Ἀριστοτέλης, ὅτι εὔστοχος ἦν ἐν ταῖς ἀποκρίσεσιν ὁ Στρατόνικος. At iſta verba, ἱστορεῖ Ἀριστοτέλης ad ſuperiorem narrationem *de Naxiis* erant referenda.

Εἰς Μύλασσα. Sic ms. *A.* cum edd. εἰς Μύλασσαν ms. *Ep.* minus recte: nam in neutro plurali efferri ſolet nomen huius oppidi. Caeterum perinde & duplici litera σσ, & ſimplici ſcriptum reperitur. *Ibid.* Ἀκούετε ναοί. »Vete»res cum ſacra facerent, praecones adhibere ſoliti, qui ut »facerent audientiam, & adſtantium coronam monerent »favere linguis, clamabant, Ἀκούετε λαοί: vel, ut dice»bant Attici, λεώ: &, εὐφημεῖτε πᾶς λαός: ſive λεώς. »Ad hanc formulam reſpiciebat *Ariſtonicus*, cum *Mylaſſa* »Cariae *oppidum ingreſſus, templa multa videns, cives autem* »*raros, clamavit*, Ἀκούετε ναοί.« Casaubonus. — Locum hunc iam illuſtraverat Muretus, Var. Lect. XIX. 3. in Gruteri Theſ. Crit. T. II. p. 1225.

Μάχων δὲ αὐτοῦ ἀναγράφει τάδε ἀπομνημονεύματα.

Machon (ait Deipnoſophiſta) *huius* (Stratonici) *memorabilia dicta* (vel, *facete dicta*) *recenſet haecce.* Recenſuit autem iſta, puto, ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Χρείαις, e quibus plura etiam de Hetaeris Athenienſibus protulit Noſter, lib. XIII. pag. 577 & ſeqq. Non fuere autem Χρεῖαι illae fabula vel drama Machonis, ut poſt Dalecampium Fabricius ſtatuit, Bibl. Gr. T. I. pag. 767. ſed ſingulare carmen Iambicum, in quo varia variorum *Apophthegmata* vel Ἀπομνημονεύματα collegit poëta. Conf. X. 579. d. Quod argumentum & ipſa inſcriptione carminis indicabatur; nam Χρεῖαι idem ſunt ac Ἀπομνημονεύματα, vel ἀποφθέγματα. Cf. H. Stephani Theſ. T. IV. p. 611. & Aldobrand. ad Laërt. II. 84. Erant autem omnia iſta, quae hîc adferuntur, ita in ed. Ven. & Baſ. adpoſita, veluti nullis metri legibus adſtricta eſſent: quae recte per ſenarios iambicos distribuit Caſaub.

In *Machonis vs.* 1. ἀπεδήμησεν εἰς Πέλλαν. »Legam e »ἐπεδήμεσεν: ut paulo ante, εἰς Μύλασσα ἐπιδημήσας. At »vs. 29. recte, εἰς Ἄβδηρα ἀποδημήσας ἐπὶ τὸν ἀγῶνα: »non ἐπιδημήσας.« Casaub. — At eodem modo ἀπεδήμησεν εἰς Πέλλαν dicere potuit: quam ſcripturam tuetur uterque cod. ms. *Verſus* 2. ſic editus legebatur:

ὃς παρὰ πλειόνων ἔμπροσθεν τοῦτ' ἀκηκοώς.

Ibi monuit Casaubonus: »Scribe ἔμπροσθε, metri »cauſſa.« — Et ſic quidem recte ſcriptum in ms. *A*. Sed praeterea etiam πλειόνων in πλεόνων primâ brevi fuit mutandum. *Verſ.* 5. παρὰ τὸ πῦρ utique non convenit metro. Itaque παραὶ ſcribi iuſſit Casaub. At, in iambis locum eſſe illi vocis formae, valde dubito. Ipſa illa tria verba omiſit Breviator. *Verſ.* 6. Satis commode habere mihi viſum erat verbum ἠσκηκότας. ἐσχηκότας malebat Coray, vir doctus, in *Notis msstis.*

Verſus nonus & ſeq. turbato metro ſic ſcripti erant: Τῆς κοιλίας τὸν σπλῆνα ἔχοντα διπλασίονα, καθήμενος φησὶν, ἐνθάδ' οὗτος φαίνεται &c. Ibi Casaubonus: »Nonum & ſequentem ita reſtitue:

»Τῆς κοιλίας τὸν σπλῆν' ἔχοντας διπλασίω,
»Καθήμενός, φησ', ἐνθάδ' οὗτος φαίνεται f
»τὰ ἱμάτια &c.

»Alludit ad ſervos balnearios, qui in apodyterio veſtes »ſervabant. Καθήμενος cave iungas cum φησί: debet enim »cum οὗτος connecti. Sed quaero quî potuerit Stratoni-

f »cus lienis hunc tantum tumorem in homine veſtibus in-
»duto, aut etiam nudo, aſpectu ſolo deprehendere? Ni-
»mis iſtud quidem, ſi quid iudico, nugatorium eſt.« —
Eisdem verbis repetita iſta Animadverſio eſt in ed. Caſ. 2.
& 3. & emendatio ad oram etiam Graeci contextus adpo-
ſita. At quod ait ἔχοντας, haud dubie typothetae errore
corruptum erat: nam nec ſenſui congruit, nec verſui: ſed
verum fuerat ἔχοντα. In ms. *Ep.* perſpicuitatis cauſſa et-
iam pronomen τινὰ adiectum, ſic: ἰδὼν δὲ, ἡνίκα ἐξήει,
τινὰ τῆς κοιλίας &c. Deinde pro διπλασίονα, quod habent
quidem ambo mssti cum editis, malui διπλάσιον, quam
διπλασίω, ſcribere; quamquam ne hoc quidem ſper-
nam. Denique *ſeq. verſ.* aegre caream γὰρ coniunctione,
quam exhibet ms. *A.* Percommode autem abeſſe vox ἐνθά-
δε poſſit.

Verſ. 12. »εὐθέως, ut poſita eſt diſtinctio in editis, iun-
»gendum cum λαμβάνων: ſed malim ita,

»τηρεῖν ἅμα καὶ τοὺς σπλῆνας. εὐθέως, ἵνα
»μηδ' ἠτιοῦν τοῖς ἔνδον ᾖ στενοχωρία.

»Eleganter initio ſententiae poni ſolet τὸ αὐτίκα pro *nem-*
»*pe*, [in ed. Caſ. 2. & 3. uncis incluſa hîc leguntur haec:
»pro *in primis, primo*, ſive *exempli gratia.*] vel *puta*, aut
»*fortaſſe*. Macho eodem modo hîc uſurpat τὸ εὐθέως: cuius
»uſurpationis non recordor aliud exemplum.« CASAUBO-
NUS. — Mihi recte cum ſuperioribus iuncta vox εὐθέως
viſa erat: eodemque modo & in ms. *A.* & in edd. diſtin-
guitur oratio. In *Epit.* deeſt εὐθέως.

Verſ. 17 *ſq.* »Ψαλλόμενος ὁ Στρατόνικος, οὐκ ἔχων δ' ὅτῳ
»διαλέξηθ' ἑτέρῳ, συγκατέθλα τὸ ποτήριον.

»Scribe διαλέξεθ' ἑτέρῳ. Sic metro Excerpta conſulunt.«
CASAUB. — Nempe pro ὅτῳ διαλέξηθ' ἑτέρῳ, quod habet
ms. *A.* cum editis, ſcribitur ὅτῳ διαλέξεται in *Epit.*
in qua caeteroquin plura hîc omiſſa. Indicativum modum
autem hîc non metrum ſolum, ſed & ſermonis uſus re-
quirebat. Pergit CASAUBONUS: »ψαλλόμενος vertit Da-
»lecamp. *auſcultans canentem.* Cum auctoris mente pugnat
»e diametro haec interpretatio. Nam canebat quidem pſal-
»tes; & Stratonicus ἐψάλλετο: ſed ipſe tamen non *au-*
»*ſcultabat*, verum occaſionem potius quaerebat animum ab
»eius cantu avocandi. Itaque cum, omnibus ſilentibus,
»& ad cantorem diligenter attendentibus, haberet nemi-
»nem quicum colloqueretur, appoſitum ſibi poculum fre-

» git; quasi eo pacto habiturus qui secum sermones sere-
» ret, & colloquii vices exciperet. Omnino autem peri-
» phrasi utendum, ut latine exprimamus participia ψαλ-
» λόμενος, κιθαριζόμενος, αὐλούμενος, & id genus alia. At-
» que hîc iudicium opus est interpretum, ut pro loco ver-
» tant commode: alibi igitur aliter: hîc verò sic, *cum ob-*
» *tunderetur eius cantu Stratonicus.*« — Conf. Suidam in Ψαλλόμενος, &, qui eum laudavit & bene multa veterum loca huc facientia collegit, *Paul.* LEOPARDUM, Emendat. lib. X. cap. 4. in Gruteri Thes. Crit. T. III. p. 192.

Vers. 20. τῷ θ' ἡλίῳ τὴν κύλικα δείξας, συντόμως a
πιὼν ἐκάθευδε.

» Citharoedus imitatur tragicos poëtas: apud quos qui som-
» nia videre, si neminem habent cui suas calamitates nar-
» rent, Soli illas recitant: quia, ut vere ait sanctissimus
» Nazianzenus,

» φάρμακον ἄλγεός ἐστι καὶ ἠέρι μῦθον ἐνισπεῖν.

» Sic Stratonicus, qui neminem habebat cui praebiberet,
» *Soli calycem ostentavit*, propinanti similis. Nam verbo
» δείξας exprimitur mos & gestus *praebibentium*, & quod
» Homerus dicere solet δειδίσκεσθαι. Interpres emendavit
» τὰς κύλικας: absurdissime: verum hoc ideo, quia su-
» periore versu vocem κυάθους non intellexit. Est vero
» κύαθος, *trulla qua vinum de cratera hauriebant*: sed accipi-
» tur pro *hausto uno*. Stratonicus igitur multis trullae hau-
» stibus calycem illum magnum implevit, atque eo pleno
» se proluit.« CASAUBONUS. — *Ibid.* ταῦτ' ἐπιτρέψας
τῇ τύχῃ. Percommode IACOBS, in *Notis msstis*: » τἄλλ'
» ἐπιτρέψας τῇ τύχῃ. Ex formulâ, cuius exempla con-
» gessit Mitscherlich ad Horat. I. Od. IX. 9. *Permitte divis*
» *cetera.*«

Vers. 24. ἔξοινος ὁ Στρατόνικος ἐγένετ' εὐθέως.

» Muta distinctionem & hîc & in sequentibus, ac scribe:

» ἔξοινος ὁ Στρατόνικος ἐγένετ'. εὐθέως
» προσπυνθανομένων διότι πολὺ πίνων ἀεὶ
» οἶνον, ἐμεθύσθη· συντόμως ἀπεκρίνατο.

» Comessatores qui post coenam advenerant, & nescie-
» bant, magnum vini calycem illum, de quo modo est
» dictum, extra ordinem a Stratonico esse epotum, miran-
» tur quod homo largiter bibere vinum suetus, tam facile
» inebriatus fuisset. Haec omnia corrupêre interpretes; nec
» minus responsum Stratonici, quod est huiusmodi:

a »Ὁ γὰρ ἐπίβουλος καὶ ἐναγὴς ψάλτης, ἔφη,
»ὡς βοῦν ἐπὶ φάτνῃ δειπνίσας ἀπέκτονεν.
»Interpretes τὸ δειπνίσας verterunt *ad coenam invitatum.*
»Non intellexerunt Stratonici acumen. Verte, *coenatum*,
»ſive *poſt coenam.* Vult dicere, iam ſaturum & vini cibi-
»que plenum. Alluditur ad caedem Agamemnonis & poë-
»tae verba. Immo vero Stratonicus verba [ipſa] Home-
»ri in hac reſponſione uſurpaverat: quae, ut potuit, ſuis
»ſenariis adaptavit Machon. Verſus Homeri, quem pro-
»nunciavit Stratonicus, eſt hic: [ex Odyſſ. δ'. 535. & λ'.
»410.] Ἐμὲ, dixit, *pſaltes iſte* κατέπεφνε
»δειπνίσσας, ὥς τις τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ. «
CASAUBONUS. — Mihi ſatis commode (*verſ.* 24.) εὐθέως ad ſuperiora vulgo relatum videbatur. Nempe nondum ita prorſus vino captus erat Stratonicus, cum intrarent comeſſatores, quin cum his adhuc compotaret: ſed vix cum his denuo potare coeperat, quum *continuo prorſus vino captus eſt.* Languide poſitum videtur illud adverbium, ſi ad ſequentia trahas. *Verſ.* 25. Non placuit vulgatum ὅτι, pro quo vel διατί ſcriptum oportebat, quod habet Epitoma, vel, quoniam id non ferebat verſus, nudum τί, eâdem notione. Scripturam πολὺ vero, in quâ non video quî adquieſcere Caſaubonus potuerit, nec verſus ferebat, nec grammatica ratio. Neceſſario, ſi quid video, πολὺν deſiderabatur, ad οἶνον relatum. Breviator, διατί πολλὰ πιὼν ἐμεθύσθη; minus commode. Dein iungunt omnes συντόμως ἀπεκρίναντο: excepto Breviatore, qui nude ἔφη poſuit. Mihi, ſicut paulo ante εὐθέως, ſic & hîc συντόμως multo commodius ad ſuperiora referri videbatur: *cur tam cito ebrius factus ſit?* Iſtae voces, ἐπίβουλος καὶ ἐναγὴς, (*verſ.* 27.) quae duriores videri poterant, non ut ab irato pronunciatae intelligi debebunt, ſed ut a ridente iocanteque. *Verſ.* 28. tenendum putavi ἐπὶ φάτνῃ, quod ex Homero adſciverunt ſuperiores editores: notanda tamen iſta ſcriptura ὑπὸ φάτνῃ, quam communi conſenſu praeferunt noſtri mssti.

b *Verſ.* 32 *ſq.* — κηρύττοντά τε
ἕκαστον αὐτῶν, ὅτε ϑέλοι, νουμηνίαν.
»Haec fuit olim anni confuſio & perturbatio, in iis prae-
»ſertim civitatibus ubi minus literae florebant. Similis fe-
»re ἀταξία in annum Romanum invecta per pontifi-
»ces ante Iulium Caeſarem, ut auctor eſt Suetonius.

» Male haec aliter a nonnullis accipiuntur. « CASAUBONUS.

Verſ. 40. Τοῖς ὅλοις μὲν ἔῤῥωμαι, ξένε. » Lego, τοῖς κώλοις. κῶλα ſunt *brachia & pedes.* « CASAUB. — At parum neceſſe videtur, vulgatum ſolicitare, quod & perapte convenit, & utriusque codicis auctoritate firmatur. τοῖς ὅλοις valet *univerſe, omni ex parte, omnino, prorſus.* Vide Lexic. Polyb. pag. 405. col. b.

Verſ. 41. καὶ τῶν κολάκων πολὺ μᾶλλον ἐπὶ δεῖπνον τρέχω. » Alluditur ad cognomen ioculare paraſitorum, & id genus gulae mancipiorum. τρεχέδειπνοι enim vulgo iſti » nominabantur. « CASAUB. — Vide Noſtrum I. 4. a. & ibi not. *Verſ.* 43. μή ποτ' ἐπιβὰς κήρυκι &c. » In praecedentibus verſibus κῆρυξ erat *praeco:* hîc eſt *murex.* In » Gloſſis recte: *Murices*, κήρυκες, πορφύρια. Inde latinis in » re militari *murices* dicti, qui Graecis τριβολοι vel σανίδες » κεντρωταί: nec video cur iſtos *rumices* appellent eruditi. » Sed haec ad Polybium, ut ſperamus, brevi. « CASAUBONUS. — Iſtum in vocabuli ambiguitate luſum ex Athenaeo citavit interpretatusque eſt Euſtathius ad Iliad. Ψ'. p. 1446, 30 ſqq.

Verſ. 45 *ſq.* — » εὐφημεῖν με χρὴ,
» σπείσαντες εὐξώμεσθα, φησὶ, τοῖς θεοῖς.

» Lego & distinguo: Εὐφημεῖν γε χρή. Σπείσαντες εὐξό» μεσθα φησὶ τοῖς θεοῖς. Acutiſſime dictum: ſed cuius » vim non capiunt omnes. Ritibus ſacrorum receptum » olim, ut, cum ſacra facerent, abstinerent ab omnibus ma» lis verbis. Propterea, qui aderant, monebantur praeco» nis voce, εὐφημεῖν, id eſt, *favere linguis, & verbis par*» *cere male nominatis.* Id vero maxime deſiderabatur cum » Diis vota facerent. Hinc iocus hic Stratonici. Nam cum » inciperet tibias inflare tibicen indoctus & malus; homo » facetus, ſignificans malum huius ſonum non minus quam » mala verba a ſacris ſummoveri debere, *Quando*, inquit, » εὐφημία *ad preces neceſſaria, peractis ſacris* (hoc valet σπεί» σαντες) *Diis vota nuncupabimus;* hoc eſt, poſtquam tibi» cen iſte inflare tibias deſierit: deſinebat autem libatione » & reliquis ſacrorum ritibus peractis. « CASAUBONUS. — Totam iſtam χρείαν praetermiſit Breviator. Vulgatum vero εὐφ. με χρὴ tenet ms. *A.* Pro εὐξώμεσθα autem idem codex εὐξώμεθα habet, ſervans ſubiunctivum modum, ſed in terminatione peccans contra metri leges.

Verſ. 48. δεινῶς ἀπᾴδων &c. » *Qui vocem* [valde] *abſo-*

»nam habebat, & cithara utebatur non bene. οὐ χρᾶσθαι λύ-»ρᾳ, Graecum dicendi genus, pro, *neſcire lyra uti.*« Ca-d SAUB. — *Verſ.* 50. ὄνος λύρας. Vulgo intelligitur ἀκούων, ut docet Diogenian. Cent. VII. 33. & Suidas. Conf. Eraſm. in *Aſinus ad lyram.* At nunc ἄπτεται aut aliquid tale fuerit intelligendum.

Verſ. 51. Στρατόνικος ὁ κιθ. ὡς Βηρισάδην ἔπλευσεν εἰς τὸν Πόντον. »Putabam eſſe *Paryſadem*, quem inter Ponti »reges olim ad Strabonem commemoravimus. Sed *Beriſa-»des* iſte Thraciae rex fuit: de quo multa Graecus orator »in ea contra Ariſtocratem, & Dinarchus in ea contra »Demoſthenem.« CASAUBONUS. — Vide Reiskii Indicem Hiſtor. in Demoſthenem, voc. *Beriſades.* *Verſ.* 55. Ὡς δ' αὐτὸν - - οὐ προσίετο. Corrupte prorſus προσίτος ſcriptum in ed. Ven. & Baſ. Sed προσίετο (quod habet ed. Caſ.) tenet ms. *A.* Idque ipſum in animo habuerat Dalec. cum in verſione poneret, *regi nec id probanti, nec permittenti.* Similiter CASAUBONUS: »Ὡς δ' αὐτὸν - - οὐ προσίετο: »*cum Stratonicum ſibi valedicere cupientem non admitteret, at-»que hoc modo illum apud ſe diutius detineret.* Vel, αὐτὸν οὐ »προσίετο, pro τοὺς αὐτοῦ λόγους περὶ ἀπελεύσεως οὐ »προσίετο: *cum Stratonici ſermonem de reditu ipſius reſpueret.*« — Videndum vero, ne προίετο ſcriptum oportuerit, hoc ſenſu, *cum dimittere eum gravaretur rex.* In ms. *Ep.* tota haec χρεία deeſt. *Verſ.* 56. Vulgatum φησὶ haud dubie in φασὶ fuit mutandum: de quo miror non monuiſſe Caſaubonum. Recte quidem Dalecampius, *reſpondiſſe ferunt.* *Verſ.* 57. »Εὖ γὰρ διανοῇ αὐτοῦ καταμένειν. »Forte, Εὖγ' ὅτι διαν. Verſus eſt nonnihil obſcurus: »neque ſatis capio acumen huius reſponſionis. Intelligen-»dum autem eſt, his dictis abiiſſe Stratonicum, inſuper »habitâ regis voluntate.« CASAUBONUS. — »Ἦ γὰρ - - »καταμένειν; cum interrogatione & ἐκπλήξει quadam: »*Num tu hîc* (in Ponto) *manere ſtatuiſti?* Regem Ponti in-»terrogat, quaſi eſſet non Rex, ſed advena, ut Stratoni-»cus, Ponti viſendi cauſſa; quo innuere voluit ingratam »Ponti habitationem; ut patet ex pag. 351. c. ἐκ τοῦ Πόν-»του, ὥσπερ ἐκ τοῦ ὀλέθρου.« CORAY, in *Notis mſstis*, Commodiſſima ſane veriſſimaque interpretatio: ſed in eamdem plane ſententiam non dubitandum duxi quin Σὺ γὰρ corrigeremus, quod per errorem librarii, literarum c & ε ſimilitudine decepti, in Εὖ γὰρ eſſet mutatum. Sic pro

Σύρε, VII. 290. b. ſimillimo errore εὖρε vulgo ſcriptum vidimus: parique errore in ipſo libri Noni initio, pro χερσὶ, eſt χαίρει in eodem noſtro cod. *A.* Attica verbi forma διανοεῖ, quam exhibet hîc ms. *A.* haud ſpernenda fortaſſe fuerat. Sed quum nihil frequentius ſit in illo codice quam vocalium ει & η permutatio, tenendum putavi διανοῇ, quod editoribus omnibus placuiſſe videram.

Verſ. 62. τί ἔσθ' ὃ βούλει; Sic recte ms. *A.* Perperam βούλῃ edd. *Verſ.* 63. Διηπόρησα, φησίν. »Illa nempe »anus hoc dixit, non Stratonicus. Quare cauſſae non erat »cur inter reſponſa Stratonici hoc referretur, quod dictum »eſt non Stratonici, ſed de Stratonico. Verum extat ſimile »huic, vel ipſiſſimum hoc potius, dictum Stratonici de »Satyro ſophiſta, non multo poſt Athenaeo relatum in»ter alia huius ἀστεῖσματα.« CASAUBONUS. — Vide p. 350. f. Deinde cum in ed. Ven. & Baſ. itemque in ms. *A.* & *Ep.* ſic legeretur, εἰ μήτηρ σε δέκα μῆνας, recte Caſaubonus ſedes verborum σε & δέκα permutavit, ut metri ratio deſiderabat.

Verſ. 66 *ſqq.* Ἡ Νικοθέοντος εἰσιοῦσα Βιοθέα γυνὴ &c. »Aſſentior doctis, qui cenſent, *Nicocreontem* hunc eſ»ſe, Cypri tyrannum, de quo dicebamus capite quarto. »[ad pag. 337. e.] Regis huius ſive tyranni nomen ſcri»ptores varie efferunt. *Nicocreontem* pars maxima nomi»nat: *Nicoclem* paulo poſt [pag. 352. d.] Phanias, & Dio»dorus Siculus: Macho hîc, *Nicotheontem.* Non enim vide»tur temere contra antiquiſſimarum membranarum con»ſenſum emendandus hic locus. Ne Eclogae quidem Hoe»ſchelianae conſtant ſibi: nam in Machonis verſu *Nico»creontem* hunc nominant, paullo poſt vero *Nicoclem* in »teſtimonio Phaniae Peripatetici.« CASAUBONUS. — Νικοκρέοντος h. l. corrigendum cenſuerat *Paul.* LEOPARDUS, Emend. lib. I. cap. 10. ubi hunc locum ex profeſſo tractavit. (in Gruteri Theſ. Crit. T. III. p. 5 ſqq.) Quae emendatio eo maiorem etiam ſpeciem habet, quod (quamquam vulgatum tuetur vetus codex *A.*) ipſum Νικοκρέοντος exhibet Epitoma; in quâ quidem χρεία iſta non eodem loco legitur, quo in opere pleniore, ſed paulo inferius poſt illam hiſtoriolam *de trabe delapſa*, p. 350. d. Caeterum confer WESSELINGIUM ad Diodor. Sic. XX. 21. Pergit CASAUBONUS: »De huius uxore ſcribit Machon:

»— εἰσιοῦσα Βιοθέα

»γυνὴ μετὰ παιδίσκης ἄβρας εἰς τὸν † ποταμὸν
»ἀπεψόφησε.

»Manifesta hîc scripturae depravatio. Eruditissimus, &
»(quae non multorum laus est) iudicii in literis recti,
»*Paulus Leopardus* [l. c.] emendabat εἰς ἀπόπατον:
»cui tamen assentiri nequeo. Puto enim veram lectionem
»esse εἰς πότον. Nam si quis obiiciat ex Cornelio Ne-
»pote, foeminas in convivia more Graecorum non esse
»adhibitas; in promtu sunt Graecorum scriptorum testi-
»monia, quae contrarium saepissime factum arguant. Ta-
»ceo iniuriam fieri uxori tyranni, si aequo iure cum cae-
»teris Graeciae mulierculis censeatur. Ancilla ἄβρα est,
»quae honoris caussa nobilem mulierem comitatur. *Vers.* 68.

— »κἄτα τῶν Σικυωνίων
f »ἀμυγδαλὴν ἐπιβᾶσα συνέτριβεν τύχῃ.

»Acute *Leopardus*, τὴν ἀγκύλην ἐπιβᾶσα: ut de *cal-*
»*ceorum amento* intelligatur. Dextre hoc & de industria fa-
»ctum a *Biothea*, ut tegeret τὴν ἀποψόφησιν, de qua di-
»ctum est: voluit enim videri non ventris crepitum eum
»esse, verum lacerati calcei stridorem. Ingeniosa mulier;
»ingeniosus etiam Leopardus, qui hoc illius subtile com-
»mentum divinavit, & hunc locum ita constituit. At in
»Hoescheliana Epitoma [quemadmodum & in nostro ms.
»*Ep.*] haec historia non hîc, sed aliquanto post, sic nar-
»ratur: Βιοθέα ἡ Νικοκρέοντος γυνὴ ἀπεψόφησέ πο-
»τε. κἄτα Σικυωνίαν ἀμυγδαλῆν ἐπιβαλοῦσα [at no-
»ster ms. *Ep.* in ἐπιβᾶσα consentit cum edd. & ms. *A.*]
»συνέτριψε. Id est, *Biothea Nicocreontis uxor crepitum ali-*
»*quando emisit: deinde Sicyoniam amygdalam deiecit, & pede*
»*contrivit.* Sane & nuces & amygdalae cum franguntur
»crepant: neque est a verisimili alienum, quod haec scri-
»ptura continet. *Amygdalae Sicyoniae* hîc nominantur, for-
»tasse quod molliori essent cortice quam caeterae: non
»enim quaevis amygdala pedis pressurâ est fragilis. *Vers.* 70.

»Στρατόνικος εἶπεν· Οὐχ ὅμοιος ὁ ψόφος
»ὑπὸ νύκτα.

»Infelicem Stratonicum, qui ut forex indicio suo perit.
»Nam verbis hisce voluit dare significationem intellecti
»Biotheae doli; quam impotentis mulieris offensam mor-
»te expiavit. Sed quid significant illa verba, ὑπὸ νύκτα?
»Nam equidem illa explicare non possum. Suspicabar scri-
»bendum ὑπὸ ῥῖνα, hoc sensu: *uterque sonus non similis*

»*ad nares accidit*; ſive, *poſterior ſonus non ita ferit nares ut* »*prior*, neque idem oler. At Excerpta vulgatam lectionem »tuentur: quae hoc dictum Stratonici referunt ſic: οὐχ »ὅμοιος ὁ ψόφος ὁ ὑπὸ νύκτα.« CASAUBONUS.

Pro εἰσιοῦσα Βιοθέα, (*verſ.* 66.) quod defendit Leo- e
pardus, WESSELINGIUS ex Diodoro l. c. corrigendum apud Noſtrum εἰσιοῦσ' Ἀξιοθέα cenſuit. *Verſ.* 67. Tenui ſcripturam ἄβρας leni ſpiritu, ut erat in ed. Baſ. & Caſ. 1. nec aliud quid ex ms. *A.* adnotatum. (In Epit. autem deeſt illa vox.) ἄβρας ex Caſauboni Animadv. receptum in ed. Caſ. 2. 3. quam ſcripturam Suidae libri tuentur; alteram vero Heſychius, quae tamen an recta ſit dubitant Interpretes. Caſauboni emendationem, πότον, pro mendoſo ποταμὸν, extra dubitationem poſita mihi viſa erat, adeoque fidenter adoptanda. Pro τύχῃ (*verſ.* 69.) eſt τύ- f
χης in ms. *A.* vocali iota (quae ad η adſcribi debuit) perperam in ς mutatâ. Vulgatum νύκτα (*verſ.* 71.) haud dubie ex μυκτῆρα corruptum pronunciavit WESTON, in Hermeſian. pag. 29 ſq. in eamdem ſententiam, quae Caſaubono placuerat: quoniam vero metro non conveniebat

ὑπὸ μυκτῆρα. τῆς φωνῆς δὲ ταύτης οὕνεκα:

ſic legendum cenſuit,

ὑπὸ τὸν μυκτῆρα. τῆς δὲ φωνῆς οὕνεκα.

Vulgatum ὑπὸ νύκτα ita defendit tenuitque Gallicus interpres, ut, interpoſito poſt ψόφος puncto, iſtud ὑπὸ νύκτα ad ſequentia traheret, quaſi hoc dixiſſet Machon: *ſed eo ipſo die inſolentiae & intemperantis linguae poenas dedit Stratonicus, nam ſub noctem in mare proiectus eſt.* Monuit vero idem, intelligi ex ſequentibus, (nempe ex p. 352. d.) evaſiſſe eum tunc tamen praeſentiſſimum mortis periculum.

Verſ. 76. »ὡς αὐτὸς αὐτὸν οὐκ † ἰθαλλούσκιθα. »Et hic verſus portentoſe corruptus eſt: & caeteri, qui »praecedunt in hac narratiunculâ, neque ſcripti neque »diſtincti ſunt recte.« [In ed. Ven. & Baſ. ſuperiores verſus ſcripti erant velut oratio metro ſoluta; in ed. Caſ. vero peſſime diſtributi verſus. Tum poſt φίλοις (*verſ.* 74.) non diſtinguebatur oratio. Denique *verſ.* 75. erat παρὼν τύχην in ed. Ven. & Baſ. In ed. Caſ. vero κατὰ τύχης.] »Totum locum ita concipiet qui nos audiet:

»Ἐπιδεικνυμένου ποθ' ὡς ἔοικεν ἐν Ἐφέσῳ
»ἀφυοῦς κιθαρῳδοῦ τὸν μαθητὴν τοῖς φίλοις,
»παρὼν κατὰ τύχην ὁ Στρατόνικος τοῦτ' ἔφη·

f »Ὃς αὐτὸς αὑτὸν οὐ κιθᾷ, ἄλλους κιθᾷ.
»Id est: *Cum Ephesi ineptus citharoedus discipulum quendam suum* »*amicis ostentaret, Stratonicus casu interveniens dixit: Qui non* »*potest se ipsum facere citharoedum, alios facit.* Caetera pla- »na, neque de lectione potest dubitari: pro παρὼν malit ali- »quis παριών. At postremi versus vulgata scriptura nulli »Africae portento de monstruositate concesserit. Quam »multa de hoc loco ab eruditissimis viris scripta sint, fru- »stra doctos moneam. Omnia tamen, iudicio nostro, sunt »eiusmodi, ut merito conatum laudes omnium, emenda- »tionem nullius. Quaerebant nempe longius, quod ha- »bebant prae manibus. Nam in vulgatâ lectione vera la- »tet, ne literâ quidem unâ additâ; sed unicâ solum de- »perditâ, quae geminari debuit. Etenim in ἄλλους deest »τὸ α: quia dictio praecedens desinebat in α. Leve au- »tem est, quod pro ὃς perperam scriptum ὡς. Magnum »sane, tot doctissimos viros non vidisse manifestissimam »antithesin inter αὐτὸς αὑτὸν, & ἄλλους: quae vel mini- »mum attendentium oculis cerni poterat. Sed eorum acu- »men retudit vox κιθᾷ: quam nos putamus lasciviâ in- »genii vel a Stratonico vel a Machone fictam iocose, aut »ab antiquiore alio poëta, pro *cithara oblectare.* Primum, »hoc loci sententia flagitat manifestissime: deinde certum »est, in hac volubili linguâ nihil non sibi licere poëtas »praesertim comicos voluisse. Quamquam & alii poëtae, »non dissimili licentiâ, δῶ pro δῶμα, ἥλ pro ἥλιος, πηδὰ »pro πηδάλιον, βρὶ pro βριαρὸς, ῥᾳ pro ῥᾴδιος, παῦ pro »παῦσαι, λοφᾶν Aristophanes pro λοφοποιεῖν in Pace, & »similia his multa, formarunt: de quibus poëtarum in- »terpretes, & Cappadox Geographus libro octavo.« Ca- saubonus. — Strabonem dicit; quem vide lib. VIII. pag. 364. Adde Schol. ad Aristoph. Pac. 1210. Multa de hoc versu disputavit Dalecampius, Graeca sic corrigenda censens: »Οὐ τοῦτον (scil. τὸν μαθητὴν) οὗτος, ἀλλ' αὐτόν· »(scil. ἐπιδείκνυται.) ἴθ' ἄλλοσε Σκύθα. Id est: *Non istum* »(suum discipulum) *hic* (ostentat) *sed se ipsum. Abi alio* »*Scytha!*« — Cuius vestigiis insistens Villebrunius, nec tamen laudans magistrum, acu rem se tetigisse sibi persua- serat, ita legendo:

ὃς αὐτὸς αὑτὸν, οὐχὶ δ' ἄλλους ὁ Σκύθα:

subintelligendoque ἐπιδείκνυει. Quae sic suo idiomate red- didit: *C'est lui que ce Scythe veut montrer, non les autres.* Ego

vero non iuraturus quidem in verba magiſtri, tantisper adoptandam rationem a Caſaubono propoſitam iudicavi, donec melius aliquid certiusve ab alio proferatur. Vulgatum tamen αὐτὸν (idem valens ac ἑαυτὸν) nil neceſſe putavi in αὖτὸν mutare. Quod ὃς pro ὡς legi ille iuſſit, neſcio utrum ex coniecturâ propoſuerit, an e mſstis libris notatum repererit: illud ſcio, in vetere noſtro cod. *A.* ſic ſcriptum, ὃς, non ὡς: eamdemque ſcripturam in aliis etiam codd. Pariſ. reperiſſe ſe teſtatur Villebrunius. Haud dubie vero adludebat iſtud Stratonici dictum ad aliquod uſu vulgatum proverbium, quod ſimili quodam modo ſonabat, ſed ab illo ad id quod nunc agebatur detortum eſt. Notum eſt proverbium, a Plutarcho commemoratum in Apophthegm. Laconicis, T. II. Opp. ed. Francf. pag. 233. d. ab eisdem verbis incipiens, Ὃς αὐτὸς αὐτὸν, vel αὐτὸν, ſed longe aliter deinde cadens,

Ὃς αὐτὸς αὐτὸν οὐχ ἔχει, Σάμον θέλει.

Fuerat, puto, in eam ſententiam, quam his verbis latinis Ennius (apud Ciceronem de Divinat. I. 58.) expreſſit,

Qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant viam:

verſus quidam Graecus, ad cuius ſimilitudinem ſuum illud dictum facetus noſter citharoedus effinxerit. Caeterum, cur παριὼν, quam παρὼν, malimus, nullam cauſſam video. Recte παρὼν κατὰ τύχην habet ms. *A.* & poſt φίλοις incidit orationem. In *Epit.* deeſt iſta narratiuncula.

AD CAP. XLII.

τίνες εἰσὶν οἱ μοχθηρότατοι; »Μοχθηρὸν Graeci dicunt a »& *qui aerumnoſam vitam degit*, & *qui improbis moribus eſt.* »Non iniuriâ dubitari poteſt, utro modo id verbi acce»perit is qui Stratonico hanc quaeſtionem propoſuit, Τί»νες εἰσὶν οἱ μοχθηρότατοι τῶν ἐν Παμφυλίᾳ; Et olim »& nunc Cilicum atque Pamphyliorum miſera & dura vi»ta, inter ſaxa & cautes degentium. Sed & latrociniis »fraudibusque infames iidem. Scire hoc licet ex vetere »hiſtoria, Graecorum proverbiis, & eorum ſermonibus »qui per illorum fines iter aliquando fecerunt. Fere enim »ingenia hominum de coelo ſuo & ſolo mores trahunt, »&, ut Graecis eleganter dicitur, οἱ τρόποι συνεξομοιοῦν»ται τοῖς τόποις. Haec poſterior interpretatio potior vi»deatur: quam firmat nonnihil alterum eiusdem dictum

a »de eodem populo, quod paulo poſt commemoratur: [p. »351 extr. & ſeq.] etſi ad priorem interpretationem non »nimis reluctantem illum quoque locum traxeris. Strato»nici reſponſum ita habet: *Φασηλίτας μὲν ἔφησε μοχθη»ροτάτους εἶναι, Σιδήτας δὲ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ.* Quod »aliis locis ſexcentis accidiſſe ſaepe diximus, idem huic »quoque cenſemus eveniſſe: ut geminandae aliquot vo»ces negligentiâ exſcribentium ſint praetermiſſae. Nam & »dixit Stratonicus, & ſcripſit Athenaeus, *Τῶν ἐν Παμ»φυλίᾳ μὲν Φασηλίτας ἔφησε μοχθηροτάτους· Σιδήτας »δὲ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ.* Interrogatus fuerat *de Pamphyliis*: »reſpondet *de Phaſelitis*, qui non in Pamphylia erant, ſed »in Lycia; vel quia finitimorum populorum fines parum »discreti; vel iocoſe nomen *Παμφυλίας* in alium ſenſum »accipiens pro univerſitate mortalium, hoc eſt, *ἀντὶ πάν»των φύλων.*« CASAUBONUS. — *Phaſelitas* alii quidem Lyciae adſcribunt, ſed alii item *Pamphyliae;* ut Stephanus Byzantinus. Quod de repetendis verbis *Τῶν ἐν Παμφυλίᾳ* monuit Caſaubonus, ſpeciem utique habet, ac fortaſſe verum eſt: nec tamen ita certum, ut in contextum a nobis adoptari debuerit. Multae apud veteres commemorantur quaeſtiones tam vage propoſitae, quam iſta, ſi quis quaerat, *Quinam ſint hominum miſerrimi*, aut *improbiſſimi?* Quod ſi cogites, quaeſtionem iſtam Stratonico, in Pamphylia fortaſſe verſanti, propoſitam eſſe ab homine Sideta, praeſente alio Phaſelita: potuit Stratonicus ſimul abſurditatem quaeſtionis eiusmodi arguere, ſimul mordaci dicto (quod tamen, ut alia eiusdem generis, ridendo pronunciatum intelligi debet) iſtis oſtendere, quid de ipſis & eorum ſimilibus ſentiret.

Similiter civitate *Eleus* videtur fuiſſe is, cui interroganti, *utrum Boeoti magis barbari eſſent, an Theſſali?* ille reſpondit, *Elei.* Fuiſſe autem Eleos vitae ruſticae amantiſſimos, ita ut reperirentur ſatis opulenti cives, qui totâ vitâ numquam urbem adiiſſent, memorat Polybius IV. 73.

b ΚΑΤἈ ΤΩ͂Ν ΚΑΚΩ͂Σ ΚΙΘΑΡ. »Tropaeorum in»ſcriptiones apud Graecos fere ſine verbo concipiebantur: [ut] ΚΑΤἈ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝἸΩΝ. Talis illa no»bilis ſcorti: ΚΑΤἈ ΤΗ͂Σ ΤΩ͂Ν Ἑ̔ΛΛἨΝΩΝ Ἀ̓ΚΡΑ»ΣἸΑΣ. Talis etiam iſta hoc loco, ΚΑΤἈ ΤΩ͂Ν ΚΑ»ΚΩ͂Σ ΚΙΘΑΡΙΖὈΝΤΩΝ. Latini pro *κατὰ* dicunt *con»tra*, ut Suetonius; vel *adverſus*, ut in antiqua inſcriptio-

» ne pantomimi, CORONATUS ADVERSUS HISTRIONES ET » OMNES SCENICOS ARTIFICES. « CASAUBONUS. — Confer pag. 351. f.

Κορίνθιοι δὲ θυμελικούς. Cum θυννικοὺς corrupte in ed. c Ven. & Baſ. legeretur, *Thynnicos* reddidit DALECAMP. ſed in orâ notaverat: » *Thymelicos* Coelius, ex Euſtathio. » Vide Leopardum cap. 23. 10. « — Inde CASAUBONUS: » Θυμελικοὺς ἀγῶνας qui in θυννικοὺς verterant, ridiculi » ſunt, ne aliud dicam gravius. Sed indignor, doctos vi» ros errare cum illis maluiſſe, quam libros meliores & » Euſtathium, de quo erat ipſis compertum, ſequi. « — Veram ſcripturam nobis & ms. *A.* & ms. *Ep.* dedere: eamdemque ex Epitoma repraeſentatam ab Euſtathio ad Iliad. β'. pag. 230. l. 5. commendaverat COELIUS RHODIGINUS, Antiquar. Lect. VIII. 8. & *Paul.* LEOPARDUS, Emendat. lib. X. cap. 23. denique de eâdem e melioribus codd. mss̄tis operis plenioris reſtituendâ monuerat MURETUS, Var. Lection. XIX. 3. Vellem nos docuiſſent viri doctiſſimi, quinam potiſſimum intelligantur *thymelici ἀγῶνες*. *Muſica certamina* intellexit Gallicus interpres, ſic reddens: *laiſſez aux Corinthiens à donner des concerts*: nec ita male fortaſſe. Videndum tamen, ne non ad ſolam muſicam, verum ad omnem hiſtrionicam artem pertineat id vocabulum; ſed ita ut per contemtum aliquem opponantur θυμελικοὶ ἀγῶνες & σκηνικοὶ, intelliganturque θυμελικοὶ qui ſint paulo rudiores & licentiores; quos Gallice diceremus *des farces*. Suidas quidem generatim: Θυμελικοί· οἱ ἐν ὑποκρίσει τὴν τεχνην ἐπιδεικνύμενοι. Etymologus vero, pag. 452. Θυμέλη - - τράπεζα ἦν, ἐφ' ἧς ἑστῶτες ἐν τοῖς ἀγροῖς ᾖδον, μίμου τάξιν λαβούσης τραγῳδίας. *Hegemonem*, veteris comoediae poëtam, (quem perſonas *viles* potiſſimum egiſſe expreſſiſſeque Ariſtoteles in Poët. ait cap. 2.) *parodiis certaſſe in agonibus thymelicis* commemorat Athenaeus noſter, lib. XV. pag. 699. a. Plutarchus vero *ludos* illos *magnos*, quos rudibus adhuc Romanae reipublicae temporibus, Fabius Dictator Iovi fovit, (teſte Livio, XXII. 9.) θέας μουσικὰς καὶ θυμελικὰς vocat, in vita Fabii, T. I. Opp. p. 176. c.

μαστιγούσθωσαν Λακεδαιμόνιοι. » De verberibus pue» rorum Lacedaemoniorum ad aram Orthiae Dianae, & » in illis perferendis admirabili conſtantiâ, vid. Plutarchum » in Laconicis Inſtitutis. « DALECAMPIUS. — Vide Notata

ad Epicteti Differt. I. 2, 2. sed praesertim Meursii Graec. Feriat. sub voce *Διαμαστίγωσις*: quo praeeunte, in Simplicii Comment. in Epicteti Enchirid. pag. 147. nostrae edit. pro *τὸν διὰ μαστιγώσεως ἀγῶνα*, scribe una voce *τὸν διαμαστιγώσεως ἀγῶνα*. *Mox*, apud Nostrum, *περὶ τοῦ Ἀστ. ἀγ.* recte dedit ms. *A*.

d Τῷ δ' ἕτερον μὲν &c. Ex Iliad. π'. 250.

δοκοὶ εἰσίν. »*Cum aliquando trabis ruina homo sceleratus* »*esset oppressus, dixit Stratonicus:* Ἄνδρες, *δοκῶ*, εἰσὶ θεοί· »εἰ δὲ μὴ εἰσὶ, *δοκῷ* εἰσί.« [At *δοκῶ* εἰσι scribitur in editt. omnibus: nec aliud quid enotatum ex ms. *A*.] »Varie »haec interpretantur: nos ita probamus, *O viri! sunt Dii*, »*δοκῶ*, *puto equidem: sed si non sunt Dii, sunt δοκῷ, per* »*hanc trabem:* id est, quamvis Dii non essent, poterat huius »improbi mors persuadere hominibus Deos esse. Poenae »improborum vel perditis & desperatae audaciae homi- »nibus confessionem hanc exprimere solent, Deos esse: »eorumdem felicitas vulgo multos dubitare fecit an Dii »essent. Notissimi sunt versus:

»*Marmoreo Licinus tumulo tegitur: Cato parvo:*
»*Pompeius nullo: creditis esse Deos?*« CASAUBONUS.

Mihi, ut dicam quod sentio, contortior ista interpretatio visa erat. DALECAMPIUS sic scripserat: *si nulli sunt, tamen δοκῶ* (*trabes*) *sunt.* Planissimo (puto) lusu in paronomasiâ verbi: at non *δοκῶ* sunt *trabes*, sed *δοκοί*: nisi in duali numero *δοκὼ* dixisse Stratonicum statuamus, quod fortasse duae trabes deinceps prolapsae hominem penitus oppressissent. At nil opus est ut eo confugiamus: potuerunt librarii, parum intelligentes id dictum, alius in *δοκῶ* aberrare, alius in *δοκῷ*, quod in nostro ms. *Ep.* est. Mihi sic plane persuasi, *δοκοὶ* scriptum oportuisse: *si Dii non sunt, quorum poenas timeat improbus; at trabes sunt, quas timeat.*

AD CAP. XLIII.

Ἀναγράφει δὲ καὶ τάδε &c. Haud satis perspicuum est, quis sit auctor, quem dicit Athenaeus etiam haec, quae dehinc subiiciuntur, Stratonici memorabilia dicta scripto consignasse. Proximus auctor, quem nominaverat, CAPITO erat, in *Commentariis ad Philopappum*; ut videri possint haec ad eumdem referenda. Aliter quidem KÜSTERUS iudicaverat, omnia inde a pag. 349. f. usque ad p. 352.

c. ex *Clearcho* ducta esse existimans; ut ex notâ intellexi, quam suâ manu ille ad oram Athenaei olim sui adscripserat.

τῶν δὲ υἱῶν ὁ μὲν διδάξει. Possit διδάσκειν intelligi *fabulas docere*, quod de Poëtis comicis & tragicis dicitur: possit etiam intelligi *modos musicos docere*. Videtur Stratonicus priori notione accepisse: nam cum respondet, *theatro etiam domestico ei opus esse*, dixit puto θεάτρου pro θεατῶν, *spectatoribus*: nempe ita miser poëta ille evadet, ut nemo nisi tui domestici fabulas illius spectatum venturi sint. Pro nudo προσδεῖ γε, ms. *Ep.* habet προσδεῖ γέ σοι. Ad hunc locum, Casauboni est Animadversio haec: »Ille »qui apud Stratonicum gloriabatur, ὅτι πάντα ὑπάρχει »αὐτῷ οἰκεῖα, hoc voluit: Omnia quae ad vitam recte, »commode & iocunde degendam expeti solent, sibi esse »abunde domi. Vitae commoda praestare poterant quae»stus quos redimendis operibus faciebat: honestatem & »iocunditatem filii spondebant, quorum alter fuit ludima»gister, tibicen alter.«

διατί τὴν Ἑλλάδα &c. Casaubono obsecutus sum, monenti: »Scribe, Ἑρομένου δέ τινος, διὰ τί τὴν Ἑλλά»δα πᾶσαν περινοστεῖ, ἀλλ' οὐκ ἐν μιᾷ πόλει περιμένει.« Quae continuo subiecit idem vir doctus, non perinde omnia mihi persuasit. »Clarissima ista quidem, (inquit;) at »non adeo quae respondet Stratonicus. Παρὰ τῶν Μουσῶν »ἔφη εἰληφέναι τέλος τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας, παρ' ὧν »πράττεσθαι μισθὸν ἀμουσίας. Magna lux tenebricoso lo»co accesserit si scribas, εἰληφέναι εἰς τέλος. hoc est: *Di»xit Stratonicus, a Musis se accepisse ad* [quidni? *in*] *vectigal omnes Graecos, a quibus mercedem exigat* ipsorum *im»peritiae*. Salsum & venustum dictum. Respicit Stratoni»cus ad magnorum principum antiquam consuetudinem, »qui satrapis & dynastis suis, aliisque quibus cupiebant, »certas vel provincias vel urbes assignabant, unde ve»ctigalia in usus suos exigerent. Sic legimus, antiquae re»ginae cuidam Aegyptum datam fuisse εἰς κόσμον a mari»to: Themistocli Lampsacum εἰς οἶνον, Magnesiam εἰς »ἄρτον, Myuntem εἰς ὄψον, Percotam & Palaescepsin εἰς »στρωμνὴν καὶ ἱματισμόν. Similia narrantur de Pytharcho, »de Alcibiade, de aliis. Eo respiciens homo εὐφυὴς, *Mu»sas* quidem monarchae alicui assimilat, cui omnes mor»tales non ut subditi, verum ut ἄμουσοι & *indocti*, tri-

»butum teneantur pendere. Ex omnibus porro provinciis »unam sibi concessam, Graecorum nempe, a quibus id tri»butum exigat: quod vocat ipse μισθὸν ἀμουσίας. De vo»cula εἰς, quam desiderari diximus, plura sequente capi»te.« — At paulo post (ad pag. 351. e.) ipse profitetur vir doctissimus, adiectâ voculâ εἰς nil magnopere opus esse. Confer notata ad VII. 286. e. Pro παρ' ὧν πραττ. quod habet ms. *Ep.* cum editis, perperam est περὶ ὧν in ms. *A.*

f αὐλεῖν οὐχ Ἁρμονίαν, ἀλλὰ τὸν Κάδμον. »*Harmonia*, »Martis & Veneris filia, *Cadmi uxor:* item, *concentus mu»sicus.* Hinc iocus. Cadmi vita fuit calamitosissima: qui »male & miserabiliter canit, is *Cadmum* canit.« DALECAMP.

οὐκ ἔχεις, ἀλλ' ἔχῃ. Sic recte ms. *Ep.* cum edd. Perperam ἀλλ' ἔχει ms. *A.* Adludit autem hoc verbum ad istud Aristippi, XII. 544. d. ἔχω, καὶ οὐκ ἔχομαι. Sequentis dicti, ὧν οὐδεμία πόλις ἐνεγκεῖν οἵα τε &c. simillimum supra commemoratum vidimus a Machone, p. 349. e.

ἐν τοῖς Ἰλιείοις. »*Iliea* appellati sunt *ludi quos Ilienses age»bant.* Ἰλίεια, ab *Ilio;* ut *Ludi Romani* a Roma. Festi cele»britas ex eo apparet, quod etiam ex remotissimis locis sce»nici artifices eo properarent. Falluntur qui mutant hanc »scripturam: Πυνθανόμενος δ' ἐν Ἰλίῳ ἐπιδημεῖν αὐτὸν ἐν »τοῖς Ἰλιείοις, Ἀεὶ, ἔφησεν, Ἰλίῳ κακά. Id est: *Cum audi»set Satyrum Ilium venisse cum celebrarentur Iliea, Semper, in»quit, Ilio mala.*« CASAUBONUS. — Ut in proverbio dictum refert Eustathius ad Iliad. δ'. pag. 338. 1. Ἀεὶ Ἰλίῳ κακῷ. Illud ἐν Ἰλιείοις parum intelligens Dalecampius, interpretatus erat, *Semper & Ilienſibus & Ilio mala.*

a Μιννάκου δὲ αὐτῷ περὶ μουσικῆς διαμφισβητοῦντος. »Scribendum Μυνάκου. Sic enim Pollux hunc sutorem no»minat, & Hesychius; in cuius codices mendi suspicio, hîc »quidem, vix cadit.« CASAUBONUS. — Vide Hesychium in Μυνακωθεὶς: & Pollucem VII. 89. & qui hos cum Athenaeo iam olim contulerat *Paul.* LEOPARDUM, Emendat. X. 2. in Gruteri Thes. Crit. T. III. pag. 191. Caeterum, vulgatum Μιννάκου apud Nostrum tenet vetus ms. *A.* In Epit. vero deest haec χρεία.

In proxima χρείᾳ, recte ἀπαυθημερίζειν edidit Casaub. ut est in mss̄tis. Perperam ἀπανθημερίζειν ed. Ven. & Bas.

συνηχθέσθη ὡς πράττοντι κακῶς. Sic percommode editiones omnes; nescio ex cuius emendatione. Plane con-

trarium eſt συνήσθη, quod habet ms. *A.* nempe *gratulatus eſt:* quod cum eodem modo in contextu habeat ms. *Ep.* ibidem ſuperne eâdem manu negativa particula οὐ inter lineas adſcripta eſt.

Ἐν Τειχιοῦντι τῆς Μιλήτου. Monuit *Paul.* LEOPARDUS, Emend. X. 4. τῆς Μιλήτου hic idem valere ac τῆς Μιλησίας. Caeterum conf. notata ad pag. 320. a. & 325. d.

εἰ σεαυτὸν ἀντὶ Ἀμφίονος Ζῆθον καλεῖς. » *Amphion* muſi- b
» ces gloriâ fuit clariſſimus: *Zethus* vero, eius frater, bel-
» licoſus quidem, ſed muſicae penitus rudis. Vide Pauſan.
» lib. IX. « DALECAMP. — De diverſo fratrum ingenio confer Eubuli verſus apud Noſtrum, II. 47. b. c. Apollodori Biblioth. III. 5, 5. pag. 195. ed. Heyn. & Valckenaerii Diatrib. Euripid. p. 74 ſqq. In ſuperioribus verbis ὅς γε τὸ ἀμουσότατον, poſt γε repetitur verbum ἔφη in ms. *A.* quod non male haberet, ſi poſt ἀμουσότατον eſſet poſitum.

Εἰς Μακεδονίαν! » Quod alii dicunt εἰς μακαρίαν, exi-
» tium imprecantes. Notatur & obiter Macedonum bar-
» baries. « DALECAMP. — Conf. Eraſmi Adag. p. 374 ſq.

AD CAP. XLIV.

Ἐν Αἴνῳ - - τοὺς μὲν ὀκτὼ μῆνας εἶναι ψύχος, τοὺς δὲ c
τέτταρας χειμῶνα. *Sedes inter ſe mutaſſe verba* ψύχος & χειμῶνα, probabiliter ſane ſuſpicatus eſt CORAY, in Notis ad Hippocratis libellum de Locis, Aëre & Aqua, p. 292 ſq.

» Τοὺς Ποντικοὺς ἐκ τοῦ πολλοῦ ἥκειν Πόντου, ὥσπερ ἐκ τοῦ
» ὀλέθρου. Suſpecta vox πολλοῦ: neque mentem ſatis video.
» *Ponti* regionem, opinor, vituperat. « CASAUBONUS. — Ponti regionem minime placuiſſe Stratonico, haud multo ante vidimus. Mihi vero hoc loco vox πολλοῦ vel maxime neceſſaria ad id, quod voluerat homo facetus, videbatur. Verba autem iſta, ὥσπερ ἐκ τοῦ ὀλέθρου, ab ipſo Stratonici dicto ſeparanda putavi, ut quae eſſent auctoris, qui iſtud dictum retulit, & illius ſenſum iſtis verbis voluit interpretari. Nempe hominem *Ponticum* videns Stratonicus, pro eo quod nude aliquis dixiſſet, *hic homo e Ponto venit*, dicere ſolebat, *e multo ponto venit;* ſcilicet *e multo ponto* dicens, tamquam *e multa miſeria, e miſerrima & exitiali regione.* Simillima ratione Hebraeus vates *multas aquas* pro *multis periculis atque miſeriis* & *gravi exitio* dixit.

c Pſalm. CXLIII. 7. Ἐξελοῦ με καὶ ῥῦσαί με ἐξ ὑδάτων πολλῶν. Pſalm. LXVIII. 3. Ἦλθον εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης, καὶ καταιγὶς κατεπόντισέ με. Et ſimilia ſaepius alibi. Iſtâ autem notione vocabulum πόντος, quod *profundum mare* proprie ſonat, commodiſſime poſitum videtur.

Τοὺς δὲ Ῥοδίους ἑκάλει λευκοὺς Κυρηναίους. »Similibus »moribus fuiſſe Rhodios & Cyrenenſes ſignificat. Simil- »lime hodie homines ſceleſtos ſunt qui vocent *Mauros al-* »*bos*. Qui autem Cyrenenſium fuerint mores, verbo in- »dicat, cum addit καὶ μυηστήρων πόλιν. Erant enim Cyre- »nenſes ſplendidi, magnifici & ἁβροδίαιτοι: &, ut mox »dicitur, [pag. ſq. b.] σπαταλῶνες καὶ θερμοπόται. De »Ariſtippo & Anniceride caeterorum noſce ingenia. Et ſunt »ad manum teſtimonia poëtarum aliorumque ſcriptorum. »Scribe vero καὶ τὴν Ῥόδον, μυηστήρων πόλιν.« CASAU-BONUS. — At nil opus eſſe videtur iſto adſumento, quod uterque noſter codex ignorat. Satis commode dictum, Τοὺς Ῥοδίους ἑκάλει - - μυηστήρων πόλιν: quamquam non mi-nus commode pag. 352. b. iſta verba καὶ αὐτὴν τὴν Ῥόδον adiecta ſunt.

καὶ τὴν δ' Ἡράκλειαν, ἀνδροκόρινθον. »Scribe καὶ τὴν Ἡρά- »κλειαν ἀνδροκόρινθον. Obſcurum eſt, ecquam e multis *He-* »*racleis* hîc intelligat: etiam illud, quare vocet ἀνδροκόριν- »θον. An hoc ſignificat, *tantam eſſe Heracleae impudicorum* »*virorum multitudinem, quanta erat Corinthi foeminarum Ve-* »*neris ſacris operatarum?* « CASAUBONUS. — Haud dubie obſcoenius illud flagitium notare Stratonicus voluerat: quod & ex alio eiusdem de eadem *Heraclea* dicto, conti-nuo deinde commemorato, intelligebatur. In nomine ἀν-δροκόρινθος vero ſimul alius luſus ineſt: nempe paronoma-ſia vocis Ἀκροκόρινθος, quod erat nomen arcis Corinthi. Quid ſit vero, quod in ſcriptura huius loci mutatum Ca-ſaubonus voluerit, aut cur deleri iuſſerit δὲ particulam an-te Ἡράκλειαν, haud apparet: certe nulla cauſſa erat. Iam ſaepe vulgatiſſimam illam obſervavimus dictionem, καὶ ſequente δὲ, optimis quibusque ſcriptoribus familiarem: *&* *vero*, id eſt, *verum etiam; atque etiam, porro etiam, ſimiliter.*

καὶ τὸ Βυζάντιον, μασχάλην τῆς Ἑλλάδος. » Et iſtud di- »verſe acceperunt docti. In homine μασχάλη eſt *ala* ſive »*alarum cavitas*. Inde translatum id nomen ad multa. *By-* »*zantium* Stratonicus vocat μασχάλην, hoc ſignificans: *ſi* »*quis eam urbem occupaverit, ſimilem reliquam Graeciam fore*

» *homini, quem aliquis ala prehenſum teneat.* Sive loci natu-
» ram conſideres, ſive hiſtorias conſulas, neque Stratoni-
» co viri prudentis, neque mihi fidelis interpretis laudem
» invidebis. Si cui tamen hoc minus arridet, afferemus
» aliam interpretationem, opinor, haud malam. Poteſt
» enim Stratonicus ea appellatione aut urbi *immunditias*,
» aut civibus *ſordidum victum* obieciſſe. Nam cavitati ala-
» rum proprius eſt foetor, qui dicitur τράγος: unde illos
» τραγομασχάλους nominabant, quibus *gravis hirſutis cu-*
» *bat hircus in alis.* « CASAUBONUS. — Nihil equidem de-
finire auſim. Minime quidem omnium placet ERASMI in-
terpretatio, (in Adagio, *Maſchalam tollere*,) eo adluſiſſe
Stratonicum coniectantis, quod Byzantii ſtrenue potaretur.

τοὺς δὲ Λευκαδίους, ἑώλους Κορινθίους. » Hoc eſt, *frigi-* d
» *dos & vanos Corinthiorum imitatores. Leucas* colonia Co-
» rinthiorum fuit, ut ſcribit Strabo. [& Thucydides, I.
» 30.] Reſtabant igitur in eorum moribus veſtigia quae-
» dam prioris patriae; ſed parum expreſſa, & obſoleta:
» ſicut nec *pridianae reliquiae* ſapiunt idem ac recens cocti
» cibi; quicquid argutetur deparcus & triſtis Tiberius. [vi-
» de Sueton. in Tiber. c. 34.] Vocem ἕωλος non uno lo-
» co expoſuimus: neque nunc repetendum. « CASAUBO-
NUS. — *Futiles ac vanos Corinthios* interpretatus erat Da-
lecamp. Commodiſſime equidem *rancidos Corinthios* reddi
poſſe exiſtimavi. Notum eſt, ἕωλον & *pridianum* dici *ci-*
bum, & quidquid eſt *ſitu & vetuſtate rancidum & corruptum.*

τοὺς δὲ Ἀμβρακιώτας, μεμβρακιώτας. » Haud ſcio an
» ita ſcripſerit: tamen ita diſerte antiquae fidei exemplaria.
» Alluſit fortaſſe ad *membrades*, piſciculum vilem. « [Quid-
ni?] » Si ita eſt, cur non dixit potius μεμβραδιώτας? « [Pu-
to, quia nil opus fuerat.] » Aut alluſit ad nomen μειρα-
» κιώτης. Utrumque dicunt Graeci, & μειρακιοῦσθαι &
» μειρακιεύεσθαι. « CASAUBONUS. [At μειρακιώτης grae-
cum non eſt.]

ἐρομένου τινὸς, τί περισκοπεῖ; Sic recte mstus cod.
uterque. *Interrogante quodam, quid circumſpiceret.*

Ἰδὼν δ' ἐν τῷ κύφωνι (perperam κύφονι ed. Caſ. 2. & 3.)
δεδεμένους δύω· Ὡς μικροπολιτικὸν, ἔφη, τὸ μὴ δύνασθαι
συμπληρῶσαι. » Alludit ad *Megalopolin*, oppidum non igno-
» bile; ſimulque oſtendit, oportuiſſe fontes illos plecti ca-
» pite, non ſolâ ignominiâ. « DALECAMP. — » Quia va-
» riis modis ſolet accipi verbum πληρῶσαι, ideo haere-

d » mus ad quam potiſſimum notionem Stratonicus reſpexe-
» rit. Proponemus diverſas interpretationes, ut acutus le-
» ctor eligat quod amplectatur. πληροῦν interdum eſt, quod
» inſtitueris *conſummare*. Potes igitur vertere: *Cum in ligneis*
» *compedibus duos publice vinctos vidiſſet; Quam hoc eſt, in-*
» *quit, civitatis invalidae argumentum, rem non poſſe perficere.*
» Non habendos in vinculis, ſed ſupremo ſtatim ſupplicio
» afficiendos fuiſſe noxios, ſi recta haec interpretatio eſt,
» ſignificat Stratonicus. Facit aliquid ſtabiliendae huic ſen-
» tentiae, quod non ſimpliciter ait *vinctos*, ſed ἐν τῷ κύ-
» φωνι. Sic enim videtur innuere, capital ab iſtis fuiſſe ad-
» miſſum, ideoque habitos in *cyphone:* quem fuiſſe ſcri-
» bunt veteres, ξύλον ᾧ κατέτεμνον [forſ. κατέτεινον. vi-
» de Heſych. & eius interpretes.] τοὺς θανάτῳ κατακεκρι-
» μένους. Πληροῦν etiam dicitur navis magiſter, qui *navem*
» *inſtruit remigibus:* πληρώματα enim Graecis ſunt *remiges*
» ipſi. Fortaſſe eo alluſum eſt a Stratonico: nam in mul-
» tis civitatibus capitis damnati aut bello capti remis ad-
» dicebantur. Aliter accipitur idem verbum, quando dici-
» mus πληροῦν ἔρανον, pro ἀποδιδόναι, vel etiam εἰσφέ-
» ρειν: unde apud Demoſthenem non ſemel πληρωτὴς ἐρά-
» νου. Philoſtratus libro ſexto de Vita Apollonii: Οἱ δὲ
» χρηστοὶ Ἕλληνες, ἢν μὴ ὀβολὸς ὀβολὸν τέκῃ, καὶ τὰ ὠνια
» αὐτοῖς ἐπιτιμήσωσι καπηλεύοντες ἢ καθειργνύντες, οὐ φα-
» σὶ ζῆν· ἀλλ' ὁ μὲν θυγατέρα σκηπτόμενος ἐν ὥρᾳ γάμων,
» ὁ δὲ υἱὸν ἤδη τελοῦντα ἐς ἄνδρας, ὁ δ' ἐράνου πλήρωσιν
» &c. Inter varias cauſſas, quae praetexi ab hominibus
» avaris ſolent, cur foenus & fraudes exerceant, ponit &
» ἐράνου πλήρωσιν, id eſt, collationem eorum quae vel pu-
» blice pendi ſolent a civibus, vel quae privatim amicis
» pauperibus & afflictis praeſtabantur nomine erani: ut
» multis dudum expoſitum nobis ad Theophraſti libellum
» aureolum Characteres. Hìc igitur συμπληροῦν hoc loco
» interpretari licet, *collata pecunia dependere quod alius de-*
» *beat:* conciſe dictum, pro συμπληρῶσαι τὸν ἔρανον αὐ-
» τοῖς. Ita vertimus: *Quam anguſti animi cives ſunt, qui non*
» *poſſunt ſtipe collecta pro his ſolvere.* Homines avari, illi-
» berales, ac deparci, & ſunt & dicuntur Graecis μικρό-
» ψυχοι, μικρολόγοι, atque etiam μικροπρεπεῖς, ut alibi
» probavimus: quo alluſum a Stratonico, vocem μικρο-
» πολιτικὸν in hac re uſurpante. Erani ad diſſolvendum aes
» alienum collati exemplum habes extremo libro XIII. Ma-

» la nomina, aut qui iudicatum non ſolviſſent, habere ἐν d
» κύφωνι, id eſt, *ligneis compedibus*, antiqui fuit moris. He-
» ſychius: Ἐγκαλοσκελεῖς· οἱ μὴ ἀποδιδόντες τὰ χρέα, ἐγ-
» κάλοις (ſive, ἐν κάλοις) ἐδεσμεύοντο τοὺς πόδας. « CA-
SAUBONUS.

Ἄιδοι τὶς, ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην. » Eſt parodia de-
» cantati illius adagii: (apud Ariſtoph. Veſp. 1431.)

» Ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος ἂν εἰδείη τέχνην:

» quod ita interpretatus eſt Cicero, Tuſcul. I. 18. *Quam*
» *quisque norit artem, in hac ſe exerceat.* Sed in illa nullum
» vel ſaltem perexiguum erit acumen, ſi putes Stratoni-
» cum τὸ ἔρδοι in ἄδοι commutaſſe. Equidem credo, ita
» olim fuiſſe ſcriptum apud Athenaeum:

» Ἄρδοι τις, ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.

» *Quam quisque norit artem, hanc irrigare velit.* Ita enim ma-
» ligne alludit ad *olitoris* ſeu *horti cuſtodis* profeſſionem,
» quam olim exercuerat ineptus ille muſicus. Accedit eo,
» quod & ſonus ἄρδοι, quam ἄδοι, propius accedit ad τὸ
» παρῳδούμενον. « CORAY, in *Notis msstis.* Ingenioſe ſane.
At nobis editoribus ferenda fuit & in contextu tenenda
vulgata ſcriptura; quam tuentur omnes veteres libri. Cae-
terum de iſto adagio conſuli inſuper poſſunt quos lauda-
vit IACOBS in Animadv. in Anthol. Vol. II. Part. I. p. 406.

Ἐθέλειν, ἔφη, γνῶναι κατὰ τίνα τόπον ἐστὶ τῆς πό- e
λεως. » *Dixit, ſe posse cognoſcere in qua parte ſit urbis.*
» ἐθέλειν eleganter & ἀττικώτατα pro δύνασθαι. Sic in idio-
» tismo noſtro, *volo hoc facere*, pro *ſpondeo me hoc poſſe*
» *facere.* Tamen Excerptor noſter, ἔχειν ἔφη γνῶναι. «
CASAUBONUS. — Similiter & in noſtro ms. *Ep.* eſt ἔφη
ἔχειν γνῶναι. Nempe iam ſaepius obſervavimus, dictio-
nibus Athenaei ſubinde alias ſubſtituiſſe Epitomae auc-
torem, quae ſcilicet clariores planioresque ipſi viſae eſſent.
De uſu illo verbi ἐθέλειν pro δύνασθαι videnda Scholia ad
Iliad. φ'. 366. Pindar. Nem. Od. XI. vs. 51. Xenoph. Oe-
con. pag. 516. (p. m. 655.) quae loca collegit d'Arnauld,
Animadv. Critic. p. 168 ſq. ad Herodot. VII. 49. *Mox*,
εἶθ' ὡς per apoſtrophum ſcriptum habet codex noſter uter-
que; non εἶτα ὡς, ut erat editum.

» Τὸν δὲ Τηλεφάνη ἐπεὶ ἀναφυσᾶν ἤρχετο, παρακα-
» τακείμενος ἔφη, ὡς οἱ ἐρυγγάνοντες. Vindelicianus Bre-
» viator: παρακατακείμενος, ἀνω ἔφη, ὡς οἱ ἐρυγγάνοντες. «
CASAUBONUS. — Adnotaverat ad hunc locum DALE-

e CAMPIUS: » *Telephanem* inflare tibiam auſpicatum, ut can-» tionis ſuae modos ac ſonum bene adaptaret, id inepte » facientem reprehendit & veluti ructare dicit. Vide Leo-» pardum c. 21. 9. « — Tractaverat nempe hunc locum *Paul.* LEOPARDUS, Emendat. lib. IX. c. 21. & lib. XII. c. 9. ubi de *Telephane* tibicine cum alia nonnulla ex veterum monumentis protulit, tum in eumdem Epigramma, quod in Anthologiae lib. III. legitur, & in Analectis Brunckii T. II. p. 358. ad quod vide quae notavit Iacobs in Anim-adv. Vol. II. Part. III. pag. 46. Sed vulgatam apud Athenaeum h. l. ſcripturam latine ſic reddens Leopardus, *Stratonicus proximus accumbens Telephani tibiam inflare incipienti*, non explicavit, quo pacto in iſtam ſententiam Graece τὸν Τηλεφάνη in accuſativo caſu ſcribi potuerit; de quo miror ne a Caſaubono quidem quidquam eſſe adnotatum. Mihi quidem, niſi in ſequentibus aliquid turbatum ſtatuas, neceſſario dativus caſus deſiderari videbatur. Quare, cum ſic ſcriptum ſit in noſtro ms. *Ep.* Τηλεφάνει δὲ ἐπεὶ ἀναφυσᾶν ἤρχετο, pro vulgato Τὸν δὲ Τηλεφ. quod dabat ms. *A.* cum editis, Τῷ δὲ Τηλεφάνει poſui. Quod Τελεφάνη in ed. Caſ. 1. ſcribitur, proprius error illius editionis eſt, reliquae omnes Τηλεφάνη praeferebant. Iam vocem ἄνω, quam ante verbum ἔφη in Epitome Hoeſcheliana Caſaubonus repererat, nobis pariter non ſolum noſter ms. *Ep.* ſed & vetus cod. *A.* obtulit: quam ne forte ad praecedens verbum παρακαταικείμενος referendam putes, interpoſito commate ab illo verbo ſeparat ms. *Ep.* Videtur autem ex muſicorum uſu hîc poſita iſta vocula. Quod ſequitur, ὡς οἱ ἐρυγγάνοντες, id haud dubie e poëta neſcio quo ductum eſt: quamnam vero in partem potiſſimum ſit accipiendum, haud ſatis liquet: ſuſpicor autem, non ad hominem ructantem pertinere, quo pacto ab interpretibus acceptum video; ſed ad fontem. Nam & fontes (οἱ κρουνοὶ) ἐρεύγεσθαι (ſive, quod idem eſt, ἐρυγγάνειν) dicuntur; velut apud Pindarum, Pyth. I. 40. ἐρεύγονται πηγαί: ubi Graecus interpres verbum ἐρεύγονται per ἀναφυσῶνται exponit, eodem verbo utens quod de *inflanda tibia* hoc loco poſitum eſt. Fortaſſe apud poëtam verba iſta, quae mutuatus eſt Stratonicus, ſic ſcripta erant, ὡς οἳ (pro οὕτως οὗτοι) ἐρυγγάνοντες &c.

Τοῦ δὲ βαλανέως ἐν Καρδίᾳ ῥύμμα γῆν μοχθηρὰν καὶ ὕδωρ ἁλμυρὸν παρέχοντος. » Saponis loco, aut κονίας βαλανευ-

» τικῆς, id est, *cretae balnearis*, malam terram balneator » exhibuerat. ῥύμμα, pro εἰς ῥύμμα. Sed praepositio in- » terdum omitti solet: & ita possit defendi fortasse vulga- » ta lectio eo loco, [pag. 350. e.] παρὰ τῶν Μουσῶν ἔφη » εἰληφέναι τέλος τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας: ubi scribebamus » εἰς τέλος, sane melius.« CASAUBONUS.

AD CAP. XLV.

ἀνέθηκεν - - τρόπαιον. Confer supra, pag. 350. b.

ἤρετο τὸ μέλος. »Scribe, ἄσαντος δέ τινος, ἤρετο τίνος f » τὸ μέλος;« CASAUB. — Commode utique adiectum fo- ret illud pronomen: nec tamen in contextum recipere au- sus sum, refragante utroque nostro msto. *Ibid.* ὅτι Καρ- κίνου. »*Carcinus*, quem Stratonicus ridet, is est qui ab » Aristophane tam acerbe traducitur. Apparet autem ex » hoc loco, non solum tragoediarum poëtam fuisse, ve- » rum etiam carminum lyricorum.« CASAUBONUS. — Perperam vero Καρκύνου scriptum in ed. Cas. mendâ ex ed. Bas. propagatâ.

Ἐν Φασηλίδι &c. *Phaselitarum* amicum non fuisse Stra- tonicum, iam supra vidimus, pag. 350. a. *Deinde*, post a πόλις adiectum verbum ἐστὶν dedit ms. *A*.

Ἐπακούσας δὲ τῆς Ὠδῖνος τοῦ Τιμοθέου. »*Timotheus*, poë- » ta tragicus, dithyrambicus, atque etiam lyricus, quem » dicebamus capite quinto, [ad pag. 338. a.] ut frigidum » & nimis saepe ineptum, facetorum risum sustulisse, in- » ter alia multa carmen fecerat, cuius fuit & argumentum » & titulus, Σεμέλης ὠδῖν. Sed in hoc poëmate Musae illi » favoris sui auram nihilo magis aspirarunt quam in cae- » teris: imo, ut exitus probavit, multo etiam minus in » isto quam in aliis. De hoc carmine (quod vidit primus » omnium *Paulus Leopardus*) accipienda quae scribit Athe- » naeus, Ἐπακούσας δὲ &c. Fecerat nempe Semelen in » Bacchi partu deformiter & indecore eiulantem, nullâ ha- » bitâ ratione maiestatis eius Dei; quem par erat minore » matris cruciatu, & aliis legibus, venisse in hanc lucem, » quam e vili popello aliquem homunculum. Iure igitur » ineptus poëta ineptiarum Stratonico poenas dedit. At » Spartani non *vitio* tantum hoc illi verterunt, sed ut *cri-* » *men* vindicarunt. Nam in *senatusconsulto Lacedaemoniorum*,

a »*quo urbe pellitur Timotheus*, duo ſolum illi obiiciuntur: »quod veterem muſicam corrupiſſet novis inventis, & »quod indecoris figmentis ſuis de Semelae partu iuven»tutis animos corrumperet. Ipſum conſultum, quia inſi»gne eſt, ait Boëtius, [libro de Muſica vetere Dorica. »conf. *Paul. Leopardum*, Emendat. lib. VIII. cap. 13 & »14.] Spartiatarum linguâ, σ literam in ρ vertentium, ne»que usquam ſatis emendate ſcribitur, appoſui.

»ΕΠΕΙ ΔΕ ΤΙΜΟΘΕΟΡ Ο ΜΙΛΗΣΙΟΡ ΕΛΘΩΝ ΑΜΕΤΕ»ΡΑΝ ΠΟΛΙΝ ΤΑΝ ΠΑΛΑΙΑΝ ΜΟΛΠΑΝ ΑΤΙΜΑΣΔΕ, ΚΑΙ »ΤΑΝ ΔΙΑ ΤΑΝ ΕΠΤΑ ΧΟΡΔΑΝ ΚΙΘΑΡΙΞΙΝ ΑΠΟΣΤΡΕΦΟ»ΜΕΝΟΡ, ΠΟΛΥΦΩΝΙΑΝ ΕΙΣΑΓΩΝ ΛΥΜΑΙΝΕΤΑΙ ΤΑΡ »ΑΚΟΑΡ ΤΩΝ ΝΕΩΝ ΔΙΑ ΤΑΡ ΠΟΛΥΧΟΡΔΙΑΡ· ΚΑΙ ΓΑΡ »ΚΑΙΝΟΤΑΤΑ ΤΩ ΜΕΛΕΟΡ ΑΝΕΓΚΕ ΠΟΙΚΙΛΑΝ ΑΝΤΙ »ΑΠΛΟΑΡ, ΚΑΙ ΤΕΤΑΓΜΕΝΑΡ ΑΜΦΙΕΝΝΥΤΑΙ ΤΑΝ ΜΟΛ»ΠΑΝ ΕΠΙ ΧΡΩΜΑΤΟΡ, ΣΥΝΙΣΤΑΜΕΝΟΡ ΤΑΝ ΤΩ ΜΕ»ΛΕΟΡ ΔΙΑΣΤΑΣΙΝ ΑΝΤΙ ΤΑΡ ΕΝΑΡΜΟΝΙΩ ΠΟΙΩΝ ΑΝΤΙ»ΣΤΡΟΦΟΝ ΑΜΟΙΒΑΝ. ΠΑΡΑΚΑΛΑΘΕΙΣ ΔΕ ΚΑΙ ΕΝ ΤΟΝ »ΑΓΩΝΑ ΤΑΣ ΕΛΕΥΣΙΝΙΑΡ ΔΑΜΑΤΡΟΡ ΑΠΡΕΠΕΑ ΔΙΕ»ΣΚΕΔΑΣΑΤΟ ΤΑΝ ΤΩ ΜΥΘΩ ΔΙΔΑΧΑΝ. ΤΑΝ ΓΑΡ ΣΕΜΕ»ΛΑΡ ΩΔΙΝΑ ΟΥΚ ΕΝ ΔΙΚΑ ΤΩΡ ΝΕΟΡ ΕΔΙΔΑΣΚΕ. ΔΕ»ΔΟΧΘΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΩΝ ΤΩΡ ΒΑΣΙΛΕΑΡ ΚΑΙ ΤΩΡ ΕΦΟ»ΡΩΡ ΜΕΜΨΑΣΘΑΙ ΤΙΜΟΘΕΟΝ· ΕΠΑΝΑΚΤΑΣΘΑΙ ΔΕ ΚΑΚ »ΤΑΝ ΕΝΔΕΚΑ ΧΟΡΔΑΝ ΕΚΤΑΜΟΝΤΑΡ ΤΑΡ ΠΕΡΙΤΤΑΡ »ΥΠΟΛΕΙΠΟΜΕΝΑΝ ΤΑΝ ΕΠΤΑ· ΟΠΩΡ ΕΚΑΣΤΟΡ ΤΟ ΤΑΡ »ΠΟΛΙΟΡ ΒΑΡΟΣ ΟΠΤΩΝ ΤΕΤΑΡΒΗΤΑΙ ΕΤΤΑΝ ΣΠΑΡΤΑΝ »ΕΠΙΦΕΡΕΝ ΤΙ ΤΩΝ ΜΗ ΚΑΛΩΝ ΕΘΩΝ, ΜΗ ΠΟΤΕ ΤΑ»ΡΑΤΤΗΤΑΙ ΚΑΕΟΡ ΑΓΩΝΩΝ.

»In ea decreti huius parte qua condemnatur Timotheus, »pro μέμψασθαι ſuſpicabar ſcribendum πεμψασθαι, ut »eſſet ſimplex pro compoſito ἀποπέμψασθαι, *amandare*, »*urbe pellere*: alioquin ex hoc Senatusconſulto colligi non »poteſt, Lacedaemonios Timotheum exegiſſe de Laconi»ca, quod Boëtius ſcribit. Sed idem Boëtius, ſummam »proponens huius ſcripti, utitur verbo *ſuccenſuiſſe*: quae »cauſſa eſt cur mutare auſi non ſimus. M. Tullius ſe»cundo de Legibus: [II. 15.] *Illa ſevera Lacedaemon ner»vos iuſſit, quod plures quam ſeptem haberet, in Timothei fidi»bus incidi.* Expreſſit illa verba. ἐκ τᾶν ἕνδεκα χορδᾶν »ἐκταμόνταρ τὰρ περιττὰρ, ὑπολειπομέναν τᾶν ἑπτά. Me»minit Plutarchus in Laconicis inſtitutis. [T. II. Opp. p. »238.] Non defuerunt qui auctores eſſent, Timotheum

» cum invidiam novitatis a se depulisset, producta in me- a
» dium vetusta effigie Apollinis, in ipsa urbe Lacedaemo-
» niorum inventa, lyram tenentis quae novem nervos ha-
» beret, fuisse absolutum. Narrat ex Artemone Athenaeus
» libro XIV. [pag. 636. e.] ubi non obscure alluditur ad
» verba huius Senatusconsulti, cum ait de Timotheo; εὐ-
» ξυνόμενον ὡς παραφθείροι τὴν ἀρχαίαν μουσικὴν, καὶ μέλ-
» λοντός τινος ἐκτέμνειν αὐτοῦ τὰς περιττὰς τῶν χορδῶν.
» Quod autem vetus non solum Spartiatarum, ut Boëtius
» scribit, sed omnium Dorum atque Aeolum lingua plu-
» rimum uteretur τῷ ρ tam in mediis quam in extremis
» dictionibus, praeter antiquos grammaticos testis Strabo
» lib. X. [pag. 448.] ubi de Eretria Euboeae scribit auctor
» eruditissimus: Ἐποίκους δ' ἔσχον ἀπ' Ἤλιδος· ἀφ' οὗ καὶ
» τῷ γράμματι τῷ ρ πολλῷ χρησάμενοι οὐκ ἐπὶ τέλει μό-
» νον τῶν ῥημάτων, ἀλλὰ καὶ ἐν μέσῳ κεκωμῴδηνται. Pla-
» to in Cratylo: [T. III. ed. Bipont. pag. 334.] Οἶσθα
» οὖν ὅτι ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἡμεῖς μὲν φαμὲν σκληρότης, Ἐρετριεῖς
» δὲ σκληροτήρ. Extant adhuc in antiquorum Glossogra-
» phorum libris nonnulla vocabula veteris illius Spartia-
» tarum linguae, qua scriptum vides antiquissimum hoc
» & pulcherrimum vetustatis monimentum. Clare liquet
» ex illis, caninam literam plurimum adamatam & fre-
» quentatam fuisse a priscis Spartanis. Nam, exempli caus-
» sa, ἀβὴρ, vetere eius populi dialecto erat *cella penaria.*
» ἄβωρ, *clamor:* ἀγλευκὲρ, *tibia.* ἀδελιφὴρ, ἀδελφὸς, *fra-*
» *ter.* Αἰγλαὴρ, *Aesculapius.* αἰθὼρ, *magnum.* ἀκαλακανσὶρ,
» avicula *achantis* dicta aliis Graecis, vel ποικιλίς. ἀκκὸρ,
» aliis ἀσκός: Latini *utrem.* ἀκχαλίβαρ, *grabatus.* ἀμπιστά-
» τηρ, pro ἐπιστάτης, *praefectus*, & ἐξεταστής. ἀμπι-
» τίωρ Hesychio exponitur παρατατομένη, *quae stat in acie.*
» Sic idem ἄναρ explicat ἥκουσα, *quae venit.* ἀνίηρ, herbae
» nomen. ἀνσατὴρ, *inguen*, *bubo.* ἀπαβοῖδορ, *concinne.* ἄπ-
» πιρ, *carceres stadii:* aliis ὕσπληξ. ἄχυρ, unde *acus* Lati-
» norum, vulgo ἄχυρον. Sic Κέρκυρ Alcmani Spartano
» poëtae, pro Κερκυραῖος. βέλλιρ, *galea.* βίωρ pro ἴσως, *for-*
» *tasse.* βουάγορ, *dux armenti*, vel is qui postea dictus Spar-
» tae παιδονόμος: ὁ τῆς ἀγέλης ἄρχων παῖς, Hesychius.
» βρεντάγιορ, *imago.* Γέντερ, locus τῶν ἐντέρων. τὸ γ est
» hîc, digamma Aeolicum: inde Latinum *venter.* Γῶνορ,
» pro γωνία, *angulus.* Δαδώχωρ aut δαιδώχωρ, *candela-*
» *brum.* δενέμορ, *terra* πετρώδης. δευτερίναρ, *lora:* vulgo

a »δευτερίας οἶνος. διασάτηρ, *ludere.* διαφοιγόμαρ, *dies phi-*
»*ditiorum.* δίκαρ, *iudices.* ἑλίμαρ, vulgo ἕλυμος, *panicum*,
»vel aliud σπέρμα σιτῶδες milii ſimile, ut quidam ſcri-
»bunt. ἐνδεκαδίκορ, vaſculi genus. ἐνιχὼρ dicebant pro
»ἐν τῷ χορῷ. ἐξαιρέταρ, *inſtrumentum ad hauriendum.* ζουϊώ-
»νερ, βόες ἐργάται: ita ſcribendum in Heſychio; quo au-
»ctore idem ſignificabat & ζυγόνερ. ἴδαρ, *cibus*: poëtae
»dicunt εἶδαρ: quod vocabulum, & ſimilia huic, ut ἄλ-
»καρ, εἴλαρ, & caetera, Laconica ſunt. Ἴκμαρ, *humor*,
»νοτίς. ἰωπάτερ, *clavi veſtimentorum.* Καλαμίνδαρ, πλάτα-
»νος, οἱ Δωριεῖς: ſic corrigendus codex Heſychii. καλ-
»λίαρ, *ſimia.* κίττεορ, pro κιττὸς, *hedera.* κόρυρ, a κορυφὴ,
»*ſummitas alicuius rei.* κρονίδαρ, *longaevus*: alii Graeci,
»χρόνιος, aut πολυχρόνιος. κραύγαρ, *qui valet viribus*; Ho-
»mero βοὴν ἀγαθός. Similiter λιγάναρ, *cicada*; poëtis ἀχέ-
»της τέττιξ. μαχάταρ, *adverſarius*; pro μαχητής. μιργά-
»βωρ, τὸ λυκόφως, *crepuſculum*, cum lux & tenebrae mi-
»ſcentur: eſt enim dictum quaſi μισγάως: inter duas vo-
»cales inſeritur β, ut in multis Latinis dictionibus τὸ v,
»ex dialecto Aeolica: ὤϝον *ovum*; αἰϝών, *aevum*; σκαιϝός,
»*ſcaevus.* μοῦρκορ, pro μυχός. μοῦρταρ, *pileus.* μύμαρ &
»μῶμαρ, pro μῶμος, proprie *macula*; eſt enim Hebraeo-
»rum *mûm*, ſed a corpore ad animum transtulerunt. νέ-
»κυρ, pro νέκυς. νῆσορ, pro νεοττὸς, *pullus avis.* νίκορ,
»*pernities.* παλαίωρ, *ſtultus*, pro παλαιός: reliqui Graeci
»ἀρχαῖον vocant. πέλανορ, nummi genus. πάσορ, pro
»πάθος: male in editionibus Heſych. πάσον. πέληρ, vi-
»de Heſych. At πέλληρ, exponitur *vorax.* πίσορ pro πί-
»θος, *dolium.* πλατῆορ, *expanſa manu ferire.* πλατὺρ,
»*ſervus*; pro πελάτης. πλεφίλερ, *ſeſamum frictum.* πόπαρ,
»*pater* aut *avus.* πὸρ, pro πους. πυὴρ, *plenum.* ῥιπὶρ,
»pro ῥιπὶς, *flabellum.* σαλαβὰρ, *coquus.* σαρὶρ, *palmae*
»*termes*: aliis Graecis eſt σπάδιξ. σιὸρ, pro θεός. vide
»amplius capite ultimo. [ad pag. 363. f.] σκέλεφερ, ia-
»ctus teſſerarum nomen. σόορ vel σόρορ, pro τυρὸς, *caſeus.*
»σπαδαχὴρ, *discerpit.* σύλλιρ, *ſaccus*, pro ξύλακος. τέορ,
»pro σου, [vel σὸς, τεὸς, *tuus.*] ψεάδερ, *olivae nucleus.*
»ψιλάκερ, *coryphaeum agere.* « CASAUBONUS.

Iſtis idem CASAUBONUS, in *Addendis* Editioni primae Animadverſionum in fine ſubiectis, haec adiecit: »Poſt-
»quam haec a nobis ſcripta eſſent, & iam chalcographi
»typis dudum expreſſa, perlata ad nos eſt Maniliani Aſtro-

» nomici nova editio, a praeſtantiſſimo viro *Ioſepho Sca-* a
» *ligero*, eius auctore, muneri miſſa. Quod opus aureum
» dum avide ſtatim percurreremus, reperimus doctiſſimum
» acutiſſimumque virum hoc ipſum Lacedaemoniorum ſi-
» ve ψήφισμα ſive προβούλευμα, cuius emendationem era-
» mus hîc aggreſſi, correctum a ſe publicaſſe atque illu-
» ſtraſſe. Gaviſi ſumus, nec mediocriter, eodem tempo-
» re ipſum quidem Lugduni Batavorum, nos vero Lug-
» duni Seguſianorum, idem ὁδοῦ πάρεργον occaſione diver-
» ſa aggreſſos, idem propemodum ſenſiſſe, idem ſcripſiſ-
» ſe. Sed nos videlicet περὶ παρὰ Λύδιον ἅρμα δέομεν τὸν
» ἑκείνου δρόμον. « — Idem decretum, cum lectionis varie-
tate & latina verſione dederat LEOPARDUS Emend. VIII.
14. De eodem haec adnotavit VILLEBRUNE: *Quant a Ti-
mothée de Milet on produit un décret de Lacédémone contre lui,
où il eſt accuſé d'avoir ajouté pluſieurs cordes à la lyre; mais
ce décret paroit ſuppoſé, car Nicomachus aſſure dans ſon Harmo-
nie, que Timothée n'ajouta que la onzième.* Quae quidem ra-
tio quam parum roboris habeat ad infirmandam τὴν γνη-
σιότητα praedicti decreti, facile intelligi arbitror.

Πολυΐδου. Poterat caſus rectus Πολύϊδος ſtatui, quod b
eſt Homericum nomen: poterat etiam Πολυΐδας, ut fecit
Dalecamp. cum Eraſmo & Leopardo. *Ibid.* Θαυμάζειν, ἔφη, εἰ ἀγνοεῖς. Tenet & θαυμάζειν & ἀγνοεῖς ms.
A. (quod ſciam) cum editis: in Epit. autem deeſt iſta
χρεία. Parum utique commoda loquendi ratio: nec vero
deſunt alibi ſimilis ἀνακολουθίας exempla. Sic igitur αὐτὸς
– – ποιεῖ, quod ſequitur, ad *Philotam* refertur; quod ad
ipſum *Polyidam* vel *Polyidum* referri poterat, ſi ἀγνοεῖ le-
geretur. Quaenam vero ſententia ſubiecta ſit iſti dicto
Stratonici, ὅτι αὐτὸς μὲν ψηφίσματα ποιεῖ, Τιμόθεος δὲ
νόμους, quodve inſit acumen, fateor haud ſatis me per-
ſpicere: illud quidem perſpicuum, ludi in ambiguitate vo-
cabuli νόμοι. *Scripſiſſe* autem *Timotheum* Νόμους μουσικοὺς,
Nomos muſicos novemdecim, carmine heroico comprehenſos,
Suidas docet, in Τιμόθεος Θερσάνδρου. Laudare-ne vero,
an ridere Timotheum iſtis verbis voluerit Stratonicus, de-
cernere non auſim: ſed ſuſpicor rideri a faceto homine
utrumque, cum Philotam, tum Timotheum, & cum his
ipſum Polyidam vel Polyidum, cui ille iſtud dicit. Silen-
tio locum hunc praeteriit Caſaubonus. LEOPARDUS, nul-
lâ adiectâ explicatione, latine ſic reddiderat: *Miror, ſi igno-*

b *ras, illum decreta tantum condere, Timotheum vero etiam leges vel modos cantionis.* DALECAMPIUS haec adnotavit, haud multum promoventia: »Νόμοι, *canendi leges cum certo in-* »*tenſae remiſſaeque vocis flexu; praeterea, ſapientiſſimorum* »*hominum decreta & ſanctiones.* Ψηφίσματα, *plebiscita*, le- »gibus ſaepe derogantia. Nomos pſephismate longe prae- »ſtantior. Hinc iocus.« — ERASMUS hanc ineſſe ſententiam ſtatuerat, *periculoſum eſſe, leges vincere.* VILLEBRUNIUS, Stratonicum, ait, Philotae artem muſicam comparare decretis civitatum ex tempore factis & parum ſtabilibus; Timothei vero numeros legibus conſtantibus & immutabilibus.

Ψάλλ' ἐς κόρακας. Obvia adluſio ad vulgatiſſimam imprecandi formulam, Βάλλ' ἐς κόρακας. Pro Ἄρειον, eſt Ἄριον in ms. *Ep.*

ναυοδέψην γεγενημένον: *qui fuerat coriarius.* ἡ νάκη, & τὸ νάκος, *vellus, pellis cum ſuo villo.* Vocabulum quidem ναυοδέψης in vulgatis lexicis conſignatum non reperitur: ſed eiusdem & formae & notionis, βυρσοδέψης, σκυτοδέψης. Caeterum, quae hîc parum commode ſic leguntur, ἐπεὶ ἐλοιδορεῖτό τι αὐτῷ, Κακόδαιμον νακόδαιμον ἔφη, ea paulo aliter reddidit Epitomator, totam χρείαν in hunc modum concinnans: Πρὸς ναυοδέψην λοιδορούμενον αὐτῷ, ἐπεὶ ἐκεῖνος κακόδαιμον ἔφη, οὗτος νακόδαιμον ἔφη. Quare haud immerito ſuſpiceris, in pleniore opere tali quodam modo ſcriptum olim fuiſſe: ἐπεὶ ἐλοιδορεῖτό τι αὐτῷ, κακόδαιμον φήσας, νακόδαιμον ἔφη.

Quae ſequuntur de *Stratonici dicto in Rhodios* paulo ante iam adlato, (pag. 351. c.) ea hîc praetermiſit Breviator: codex *A.* vero nihil in edita ſcriptura mutat, quae tamen vix ſatis emendata videri poteſt. De qua ſic CASAUBONUS: »Verba Athenaei ſunt, quibus explicat nobis »cur Stratonicus *Rhodios* appellarit *Cyrenenſes albos*, [&] »*Rhodiorum urbem*, μνηστήρων πόλιν: χρώματι μὲν, inquit, c »εἰς ἀσωτίαν διαλλάττειν ἐκείνων ἡγούμενος αὐτούς· ὁμοιό- »τητι δὲ εἰς καταφέρειαν ἡδονῆς τὴν πόλιν μνηστήρων εἰκά- »ζων. Etſi non obſcurum eſt quid ſentiat Stratonicus, of- »fendit me tamen oratio haec. Omnem difficultatem ſus- »tuleris, ſi hanc ſcripturam admiſeris: χρώματι μόνον, »εἰς ἀσωτίαν δὲ οὐδὲν διαλλάττειν ἐκείνων ἡγούμενος »αὐτούς· ὁμοιότητι εἰς καταφέρειαν ἡδονῆς τὴν πόλιν μνη- »στήρων εἰκάζων βίῳ.« — Sane medicinâ quapiam, quae-

cumque illa fuerit, in eamdem fere ſententiam ſuccur- c
rendum laboranti orationi videtur.

AD CAP. XLVI.

Ἔφορος ἐν δευτέρῳ περὶ Εὑρημάτων. Vide notata ad lib. IV. pag. 182. c. Animadv. T. II. pag. 666 ſq. *Ibid.* Φαινίας. Sic ms. *A.* In ms. *Ep.* deeſt hoc loco nomen: ſed & hunc codicem perſaepe aliâs in eamdem nominis formam conſentientem vidimus. Sic II. 61. f. II. 64. d. &c. *Ibid.* μαθητὰς τῶν ἁρμονικῶν ἔλαβε. Quod editum erat d ἁρμονιῶν, id doĉti alicuius viri ingenio ortum debuit; nam in vetere cod. *A.* ἁρμενικῶν mendoſe ſcribitur: ſed id haud dubie in ἁρμονικῶν fuit mutandum, a recto caſu τὰ ἁρμονικὰ, *ars harmonica*, ut τὰ φυσικὰ, τὰ διαλεκτικὰ, & alia ſimilia. In ms. *Ep.* deſunt illa verba.

καὶ διάγραμμα συνεστήσατο. »Solent muſici & har-
»monici diſcipulis ſuis proponere quas *tabulaturas* vulgus
»nuncupat. Eae ſunt deſcriptiones phthongorum, ex qui-
»bus compoſita fuerit alicuius cantici harmonia. Res pul-
»cherrima & ingenioſiſſima: nam ea eſt quaſi *ſcriptura*
»*tonorum & ſoni. Huius praeclari inventi auctorem* facit Ere-
»ſius *Phanias* [ſive, *Phaenias*] nobilis Peripateticus *Stra-*
»*tonicum* citharoedum & τῆς κιθαριστικῆς διδάσκαλον: il-
»lum cuius tot recitantur apophthegmata a Strabone,
»Plutarcho, Athenaeo, & aliis antiquis. Appellat Phanias
»διάγραμμα, *deſcriptionem* qualem dicebamus: & διά-
»γραμμα συστήσασθαι eſt, *phthongorum ſyſtemata*, ut mu-
»ſici appellant, *in tabula deſcribere ac ſpectanda oculis ex-*
»*hibere*. Non clam me eſt, viros doctos aliter hanc vo-
»cem eſſe interpretatos: ſed falluntur profecto eruditi ho-
»mines. Omnium vero longiſſime a vicinia veritatis aber-
»ravit *Leopardus*, qui διάγραμμα συστήσασθαι vertit *mer-*
»*cedem inſtituere*: quod equidem non ſemel miratus ſum:
»erat enim Leopardus in Graecis ſcriptoribus apprime ver-
»ſatus. Atqui certum eſt quod diximus: neque ſoli geo-
»metrae aut aſtrologi διαγράμματα habent, verum etiam
»muſici; a quibus manavit proverbium de eo qui dicit
»idem ſaepius, &, ut poëta ait, eâdem oberrat chordâ,
»ἀφ' ἑνὸς διαγράμματος ἀεὶ τὸ αὐτὸ ὑποκρέκει. Plutarchus
»in libro De Diſcrimine Adulatoris & Amici: [Tom. II.
»Opp. pag. 55.] Ὅθεν ὥσπερ ἁρμονικὸς ὁ φίλος τῇ πρὸς τὸ

d »καλὸν καὶ συμφέρον μεταβολῇ, τὰ μὲν ἐνδιδοὺς, τὰ δ' »ἐπιτείνων, πολλάκις μὲν ἡδὺς, ἀεὶ δὲ ὠφέλιμός ἐστιν. ὁ »δὲ κόλαξ ἀφ' ἑνὸς διαγράμματος ἀεὶ τὸ ἡδὺ καὶ τὸ πρὸς »χάριν εἰωθὼς ὑποκρέκειν, οὔτε ἔργον εἶδεν ἀντιτεῖνον, οὔ»τε ῥῆμα λυποῦν, ἀλλὰ μόνῳ παρέπεται τῷ βουλομένῳ, »συνάδων ἀεὶ καὶ συμφθεγγόμενος. Quod additur ex eo»dem *Phania, Stratonicum, quia petulantius iocatus eſſet »in filios Nicoclis Cyprii regis, hauſtu veneni fuiſſe exſtin»ctum:* in nomine regis, cauſſâ mortis, & genere illius »diſſentit Macho, cuius verſus ante recitati ſunt. « Casaubonus. — Vide pag. 349. f. ibique notata. Tum vero videndum, ne pro Νικοκλέους h. l. fortaſſe Νικοκρέους ſcriptum oportuerit. Vulgatum quidem tenet ms. *A.* & parum abit ms. *Ep.* in quo Νικοκλέος: ſed in eodem ms. *Ep.* pro Νικοκρέων pag. 337. f. Νικοκρὴς ſcriptum vidimus.

AD CAP. XLVII.

καὶ εἰ τῶν λόγων αὐτοῦ πρεσβεύεις. Satis notus uſus verbi πρεσβεύω notione *colendi, curandi, magni faciendi;* Platoni quidem maxime familiaris, ut Pollux adnotavit, II. 12. ſed & multis aliis, quorum nonnullos nominavit Forſter, in Indice ad Platonis Dialog. Conf. quae a nobis notata ſunt ad Epicteti Diſſert. IV. 8, 10. Sed conſtanter, quod ſciam, cum accuſativo caſu, non cum genitivo conſtruitur id verbum: quare τοὺς λόγους ſcriptum oportuiſſe videtur. Θαυμάζειν quidem τινὸς (cum genitivo non modo rei, ſed & perſonae) dicimus, non ſolum cum *virtutem alicuius admiramur*, verum etiam cum *miramur* hominis *vanitatem, arrogantiam, aut ſtultitiam:* qua ratione paulo ante dixit Noſter Τοῦ δ' Ἀριστοτέλους τεθαύμακα τῆς ἀκριβείας: quod per ironiam & riſum dictum adparet: conf. III. 101. f. VI. 251. b.

e πότε μαθὼν, ἢ παρὰ τίνος &c. »Quaerenti Athenaeo, »*unde & a quo didicerit Ariſtoteles piſcium mores; quid agant? »quomodo cubent? quam teneant vivendi rationem?* reſponderi »poteſt pro philoſopho: diligenter ipſum piſcatores con»ſuluiſſe, qui cum in aquis vivant aſſidue, non adeo mi»rum longo uſu maris talia fuiſſe ab iis obſervata. Mul»ta etiam de piſcibus, qui in vivariis ſervantur, potuiſſe »facile cognoſci, quis dubitat? « Casaubonus. — *Unde & a quo*, ſcribit vir doctus, quaſi πόθεν, non πότε le-

giſſet. Tenent tamen πότε (id eſt, *quando iſta didicerit*) ambo noſtri mssti cum editis: ac poterit iſta quaeſtio reſpectum habere ad id quod deinde de vita Ariſtotelis commemoratur, pag. 354. b. quam fuiſſe talem narrabant nonnulli, ut intelligi non poſſet, *quando, quove tempore* ſuppetierit illi otium ad eas res addiſcendas, quorum adcuratiſſimam ſubtiliſſimamque notitiam ille profeſſus eſt. πῶς διαιτῶνται de *omni vitae ratione* intellexerat Caſaubonus: equidem cum Dalecampio de *victu* accipiendum putavi. Caeterum ſive ſuis verbis quaeſtiones iſtas movit Athenaeus, quae longo tractu dehinc profunduntur, ſive (quod mihi veriſimilius videtur) ex minuti cuiusdam philoſophi vel naſuti neſcio cuius hominis ſcripto depromſit; vel me non monente adparet, haud paucas ex iſtis quaeſtionibus pueriles eſſe, alias calumnioſas, plerasque ignorantiam magis eius qui iſta quaerebat arguentes, quam (quod voluerat auctor) Stagiritae philoſophi vanitatem aut arrogantiam. Fuit cum ſuſpicarer omnia iſta ex *Epicuri Epiſtola*, quam deinde pag. 354. b. commemorat Noſter, ducta eſſe: ac video in eâdem ſententiâ eſſe Beckmannum in Notis ad Antigoni Caryſtii Hiſtoriar. Mirab. c. 80. p. 129. ubi »ridere apud Athenaeum, ait, *Epicurum* aliquot ob»ſervationes Ariſtotelis, tamquam nimis curioſas aut pa»rum veriſimiles.«

ὡς εἶναι, κατὰ τὸν κωμῳδιοποιὸν, θαύματα μωροῖς. Quis ſit ille comicus poëta, e quo ductum iſtud verbum, ſi cui innotuit, velim is nos doceat. *Ibid.* γίγνεται ἡ ἔχιδνα. Sic ms. *A.* cum *articulo*, quem ignorant editi.

ὅτι μέγιστόν ἐστιν ἡ φάττα, δεύτερον δὲ ἡ οἰνὰς, ἐλάχιστον δὲ ἡ τρυγών. »Facit Philoſophus non uno loco τῶν »περιστεροειδῶν plura genera: φάτταν, οἰνάδα, τρυγόνα. »Poteſt videri οἰνὰς factum nomen ex depravatione He»braicae appellationis *jòn* vel *jonàh*. Graecos tamen a no»mine οἶνος iſtud derivaſſe, quia viderentur hae colum»bae colorem illum referre quem οἰνωπὸν vocant, con»ſtanter ſcribunt veteres Grammatici. Quare non debuere »interpretes neglecto exemplarium omnium conſenſu, ſcri»bentium & hîc & apud Ariſtotelem οἰνὰς, Rondeletii »ſuſpicione merâ freti, emendare *ivàs*, quam vocem ſci»mus omni vetuſtati fuiſſe incognitam.« Casaub. — Nempe *inada* reddiderat Dalecamp. adiectâ notâ: »Quaſi *fi»broſum*. Monspeſſulani, apud quos frequens eſt, vocant

f» *un tarragon.* Male Gaza *vinaginem* reddidit, quasi legerit »οἰνάς.« — Mire vero, cum in οἰνὰς consentiant libri omnes. Vide Arist. Hist. Anim. V. 13. & alibi. Conf. Gesnerum de Avibus, pag. 306 sq. & Camus in Notis ad Aristot. p. 642. Adde Nostrum infra, IX. 393 extr.

βιῶναι recte dedit ms. *Ep.* Ad βιῶσαι, quod habent editi, nil adnotatum ex ms. *A.* *Paulo ante*, πέντε καὶ τριάκοντα (sic expresse) scriptum in ms. *A.* & *Ep.* pro quo τριάκοντα πέντε editum erat.

αἱ κόνιδες. Sic recte editt. vett. cum msstis. Temere αἱ κονίδες ed. Cas. De re vide Arist. Hist. Anim. V. 31. *Mox*, βομβυλιὸς acute scripsi cum ms. *A.* ut apud Hesych. Sic etiam debuit puto ms. *Ep.* in quo tamen (terminatione superne adscriptâ) haud satis adparet, utrum βομβυλιὸς an βομβυλίος voluerit librarius. βομβύλιος edd. sicut vulgo apud Aristot. Hist. An. V. 19. quem locum hîc respexit auctor noster: cum quo loco, cum quod ad verba, tum quod ad rem spectat, conferendus Plinius XI. 22, 26. eiusque interpretes, &, qui non minus luculenter quam breviter id, de quo hîc agitur, exposuit, Camus in Notis ad Aristot. p. 132 sq. & in Var. Lect. apud Aristot. p. 695. *Ibid.* νεκύδαλλος geminata lit. λ. dedit codex noster uterque, quemadmodum plerique vett. codd. mssti apud Aristot. Quae scriptura etiam latet in Νεκυδάλαος, quod apud Hesych. habent editiones vett. *Ibid.* τι-
a νὰς δὲ καὶ ἑπτὰ dedit ms. *A.* τινὲς δὲ ms. *Ep.* *Mox*, θήλεα recte codex uterque, a sing. τὸ θῆλυ.

Ἐν δὲ τῷ Περὶ Μακροβιότητός φησιν, ὅτι ὤπταί τις μυῖα ἔτη ἓξ ἢ ἑπτὰ ζήσασα. »In eo commentariolo Aristotelis, »qui exstat hodie eo titulo, ista non reperias; sed in eo »de Respiratione invenias haec verba: Τῶν μελιττῶν ἔνιαι »ζῶσι καὶ ἑπτὰ ἔτη, καὶ τἄλλα δὲ ὅσα βομβεῖ, οἷον σφῆ»κες, καὶ μηλολόνθαι, καὶ τέττιγες.« Casaubonus. — In nostro cod. *Ep.* omissa est vox μυῖα, spatio nonnullo vacuo relicto.

AD CAP. XLVIII.

Ποῦ δὲ εἶδεν ἐκ κέρατος ἐλάφου κισσὸν ἀναφῦντα; »Re»spicit historiam quae exstat lib. IX. [Hist. Anim.] cap. 5. »Neque ego dubium ullum facio, quod ibi scribitur verum »esse: *captum aliquando fuisse cervum habentem in cornibus in-*

» *natam hederam.* Sed Athenaeus cum in excerptis ſuis haec a
» legeret, videtur exiſtimaſſe, philoſophi mentem eſſe, oc-
» culta quadam naturae proprietate ex cuiuscunque cervi
» cornu hederam poſſe naſci: de quo ille ne per ſomnium
» quidem cogitavit unquam.« CASAUBONUS. — Conf. Theophr. de Cauſſis Plant. II. 23. Plin. VIII. 32, 50. Ariſtot. Mirab. Auſcult. cap. 5. & ibi Beckm.

Γλαῦκες δὲ, φησὶ, καὶ κόρακες &c. » Philoſophi ver-
» ba cum iſtis componenda, lib. IX. cap. 34. Γλαῦκες, καὶ
» νυκτικόρακες, καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα τῆς ἡμέρας ἀδυνα-
» τεῖ βλέπειν, τῆς νυκτὸς μὲν διπρεύοντα τὴν τροφὴν αὐτοῖς
» πορίζεται. οὐ κατὰ πᾶσαν δὲ τὴν νύκτα τοῦτο ποιεῖ, ἀλλ'
» ἄχρις ἑσπέρου καὶ περὶ ὄρθρον. *Coraces* Athenaeus ſimpli-
» ci nomine vocat ſine exemplo, quos Ariſtoteles νυκτι-
» κόρακας, genere, figurâ & naturâ diverſos a corvis. Sed
» fortaſſe ſcripſerat noſter integrum nomen, ut eſt apud
» philoſophum. Tamen aliter omnes veteres membranae
» & Breviator. Caeterum in ſuperioribus verbis Ariſtote-
» lis ſcribitur perperam & contra eius mentem ἄχρις ἑσπέ-
» ρου, *usque ad veſperam.* Scribendum eſt, ἀλλὰ τὴν ἀρχέ-
» σπερον, καὶ περὶ ὄρθρον: id eſt, *ſub crepusculum & ſub dilu-*
» *culum.* Vocem ἀρχέσπερον, inventam [apud Athenaeum]
» in omnibus antiquis codicibus, non poſſumus damnare:
» alioqui verius cenſeam τὴν ἀκρέσπερον. Sic vocant Hip-
» pocrates & Nicander *primam veſperam*, quando iam eſt
» dies creperus. Galenus explicat, τὴν ἀκραν ἑσπέραν, τοῦτ'
» ἔστι πρώτην καὶ ἀρχομένην.« CASAUBONUS. — Vide Foe-
ſii Oeconom. Hippocr. voce Ἀκρέσπερον. In τὴν ἀρχέσπε- b
ρον vero conſentiunt etiam noſtri codices ambo cum ed. Ven. & Baſ. Corrupte τὸν ἀρχέσπορον ed. Caſ. 1. 2. τὸν ἀρχέσπερον ed. Caſ. 3.

χαρωποί. *Caeſii.* Adoptavi iſtam ſcripturam ex cod. *A.* quamquam non improbo alteram, χαροποὶ, quae & apud Ariſtotelem vulgata eſt, Hiſt. Anim. I. 10. unde haec ducta ſunt. *Mox*, παντοῖος ὁ ὀφθαλμὸς ſcripſi cum ms. *Ep.* adiecto *articulo*, qui deeſt editis & ms. *A.*

καὶ τοὺς μὲν ἐντὸς, ὀξυωπεστάτους εἶναι. Vocem ἐν- c
τὸς, temere omiſſam in editis, recte dederunt mssti *A.* & *Ep.* In *Ep.* etiam adiicitur ἐντὸς ὄντας: minus id quidem commode; nam, ſi adiecto opus eſſet participio, ἔχοντας oportebat. Porro perperam ὀξιωπεστ. ſcribitur in ed. Baſ. & ὀξιοπεστ. in ed. Caſ. 1. & 2.

c Paulo poſt, ſic legebatur in editis: εἶναι δέ τινας καὶ σκαρδαμυκτικούς. καὶ τοὺς μὲν ἀναιδεῖς εἶναι, ἀβεβαίους δ' εἶναι τοὺς ἀτενεῖς· τοὺς δὲ μέσους, βελτίστων ἠθῶν. In vetere cod. *A.* adiectis ſex verbis quae deerant, & aliis parum mutatis, ſic ſcribitur, quemadmodum edidimus: εἶναι δέ τινας καὶ σκαρδαμυκτικοὺς, τοὺς δ' ἀτενεῖς, τοὺς δὲ μέσους· ἀναιδεῖς δ' εἶναι τοὺς σκαρδαμυκτικοὺς, ἀβεβαίους δ' εἶναι τοὺς ἀτενεῖς, &c. Eadem ſcriptura ex codice Aegiano in orâ libri, qui Caſauboni olim fuerat, adnotata. In ms. *Ep.* omiſſo introitu, poſt ἐπιεικεῖς ſtatim ſic pergitur: καὶ τοὺς μὲν σκαρδαμυκτικοὺς, ἀναιδεῖς εἶναι· ἀβεβαίους δὲ τοὺς ἀτενεῖς· τοὺς δὲ μέσους βελτίστων ἠθῶν. Quae lectiones omnes in eo conveniunt, ut perhibeatur Ariſtoteles ſtatuiſſe, *oculos nictitantes* indicium eſſe *impudentiae*, *fixos vero rigidosque oculos ſignum eſſe inconſtantiae.* Quod quidem vix quisquam ſibi perſuaſerit in mentem veniſſe Philoſopho. Breviora quidem & nonnihil ambigua videri poſſunt ipſius Ariſtotelis hac de re verba. Καὶ ἡ σκαρδαμυκτικοὶ, ait, (Hiſt. Anim. I. 10.) ἢ ἀτενεῖς, ἢ μέσοι. βελτίστου δὲ ἤθους οἱ μέσοι· ἐκείνων δ' ὁ μὲν ἀναιδὴς, ὁ δὲ ἀβέβαιος. At nemo dubitabit, τὸν ἀναιδῆ ex Philoſophi mente eſſe τὸν ἀτενῆ: τὸν ἀβέβαιον vero, τὸν σκαρδαμυκτικόν. Quare, niſi iſta ab Athenaeo aut ab eo auctore, e quo is hanc adverſus Ariſtotelem disputationem depromſit, vel imperite accepta, vel conſulto in abſurdam partem detorta ſuſpicemur; ſupereſt ut ſtatuamus, per veteris alicuius librarii errorem permutatas inter ſe fuiſſe ſedes vocabulorum ἀναιδεῖς & ἀβεβαίους.

τὴν καρδίαν ἔχειν ἐν τοῖς ἀριστ. μερ. Sic recte ms. uterque. Vide Hiſt. Anim. II. 17. *Paulo poſt*, quum nude τετηρῆσθαί φησι eſſet editum, τετηρῆσθαι δέ φησι ſcripſi; praeeunte ms. *Ep.* De re vide Hiſt. Anim. II. 3.

d ἔνιοι δὲ, φησὶν, ἐπὶ μὲν τῷ ἥπατι οὐκ ἔχουσι χολὴν &c. »Afferuntur exempla haec eorum *animalium, quae fel habent inteſtinis coniunctum vel etiam cohaerens*, ὡς ἔλλοψ καὶ »συναγρὶς, καὶ σμύραινα, καὶ ξιφίας, καὶ χελιδών. Omiſit »primum & poſtremum verbum, quae in Ariſtotelis ca»talogo, βάτραχος & στρουθός. Talia multa obſervabit, »qui verba auctoris noſtri cum autographo, unde ſunt »deſcripta, non negligenter contulerit.« Casaubonus. — Vide Hiſt. An. II. 15 ſub fin. ubi habes etiam id quod

de *amia* piſce continuo ſubiicitur; quod ipſum etiam ſupra commemoratum apud Noſtrum, VII. 277. e. ad quem locum vide notata in Animadv. p. 53 ſq.

AD CAP. XLIX.

καί τινας τῶν ἰχθύων παρακατακλινομένους ὀχεύειν. Reſpicit puto ad id quod Hiſt. Anim. V. 5. de *cetaceis* ait Philoſophus, ubi tamen non iſto verbo παρακατακλίνεσθαι utitur: ſed, πάντα τὰ κητώδη, inquit, παραπίπτοντα ὀχεύει παρὰ τῷ θήλει τὸ ἄῤῥεν. Eodemque verbo rurſus utitur, De Generat. III. 5. e

Ἔτι ὁ λέων, φησὶ, στερέμνια ἔχει τὰ ὀστᾶ, καὶ - - - πῦρ ἐκλάμπει. Recte ἐκλάμπει dedit ms. *Ep.* quod congruit praecedenti ἔχει. Ad editum ἐκλάμπειν tamen nihil varietatis ex ms. *A.* enotatum. Bene illud haberet, ſi praeceſſiſſet ὥστε, ut apud Ariſtot. Hiſt. Anim. III. 7. Eamdem rem ex Ariſtotele repetiere Plinius, IX. 38, 86. Aelian. Nat. Anim. IV. 34. & Antigonus Caryſt. Hiſtoriar. Mirab. cap. 80. ubi videnda quae disputavit Beckmannus, &, quem is laudat, Broussonet in *Hiſt. de l'Acad. des Sciences*, année 1787. p. 155.

Τῶν δὲ ζώων τὰ μὲν εἶναι χερσαῖα, τὰ δὲ ἔνυδρα, τὰ δὲ πυριγενῆ. »Conſtant ſibi antiqua omnia exemplaria in »aſſerenda falſâ ſcripturâ in iſtis ex Ariſtotele petitis ver»bis, Τῶν δ' ἰχθύων τὰ μὲν εἶναι χερσαῖα &c. *Terreſtres* »quidem *piſces* interpretari licet *foſſiles*, quos Ariſtoteles »& Theophraſtus ὀρυκτοὺς, Plinius ſemper *terrenos* appel»lat. Sed quinam ſunt piſces πυριγενεῖς, *in igne geniti?* »Omnino ſcribendum eſt cum eruditis viris, Τῶν δὲ ζώων: »ut non *piſcium*, ſed *omnium in univerſum animalium* haec »distributio eſſe intelligatur. Philoſophorum placitum eſt, »omnia elementa, ſui generis animantia producere, alere, »& fovere. Ariſtoteles, in III. De Generatione Anima»lium, [cap. XI.] terrae tribuit plantas: (nam & hae ſunt »τῶν ζώων:) aquae τὰ ἔνυδρα, quae improprie uno pi»ſcium nomine complectimur: aëri τὰ πεζά: qua appel»latione comprehenduntur omnia quaecunque ſuper ter»ram moventur. De *igne*, ait ibi philoſophus, eſſe quae»rendum alio loco. Eſt ignis duplex: elementaris, & hic »noſter. Utrumque habere ſua animantia, placet philo»ſophis. De igne noſtro probatur Hiſtoriarum libro quin-

e »to: [cap. 19.] ubi philoſophus naturam enarrat quorun-
»dam animalculorum quae in nive & in igne generantur
»in Cypri inſulae fornacibus aerariis: eadem quoque Stra-
»bo commemorat libro XI. [pag. 528. c.] Diogenes Laër-
»tius libro nono: [ſect. 79.] Τῶν ζώων τὰ μὲν χωρὶς μί-
»ξεως γίνεται, ὡς τὰ πυρίβια, καὶ ὁ Ἀράβιος φοινιξ, καὶ
»εὐλαί. Cicero, De Nat. Deor. lib. II. [cap. 15.] *Cum igi-*
»*tur aliorum animantium ortus in terra ſit, aliorum in aqua,*
»*in aëre aliorum; abſurdum eſſe Ariſtoteli videtur, in ea parte*
»*quae ſit ad gignendum aptiſſima, animal gigni nullum putare.*
»Et libro I. [cap. 37.] dixerat idem: *Beſtiarum terrenae*
»*ſunt aliae, partim aquatiles, aliae quaſi ancipites in utraque*
»*ſede viventes: ſunt quaedam etiam quae igne naſci putentur,*
»*appareantque in ardentibus fornacibus ſaepe volitantes.* In no-
»no autem Hiſtoriarum [cap. 1.] ait Ariſtoteles, auctores
»quosdam eſſe, *chlorionem avem ἐκ πυρκαϊᾶς γίνεσθαι, na-*
»*ſci ex incendio:* quod ille tamen fabulam meram cenſet.
»Quin pronunciat idem in univerſum de hoc noſtro igne,
»nullum omnino generari ab eo animal: πῦρ, ait, οὐδὲν
»γεννᾷ ζῶον, οὐδὲ φαίνεται συνιστάμενον πυρουμένοις οὔτ'
»ἐν ὑγροῖς οὔτ' ἐν ξηροῖς οὐδέν. Accuſant magni viri incon-
»ſtantiae Ariſtotelem; qui in Hiſtoriis naſcentia in igne
»animalia narrans, in ſecundo De Generatione (inde ſunt
»[ex cap. 3.] quae modo deſcripſimus) neget fieri id poſ-
»ſe: ipſi potius accuſandi, qui non intelligunt, aliud eſ-
»ſe, πῦρ γεννᾷν, aliud γεννᾶσθαι ἐν πυρί. Neque unquam
»dixit philoſophus, *ignem generare eos vermes qui in fornaci-*
»*bus Cypri reperiuntur:* ſed, *generari eos in igne.*« [Rectius
dicturus fuerat Philoſophus, *generari prope* aut etiam *pro-*
xime ignem, conf. Beckmann ad Antigon. Caryſt. c. 90.
pag. 139.] »Praeterea, etiamſi ob certam cauſſam & pro-
»priam quandam naturam ſuam ignis illarum fornacum
»animalia produceret ac generaret; non ſequeretur ta-
»men, igni per ſe & omni convenire, ut vim habeat τοῦ
»γεννᾷν ζῶα: quod in ſecundo De Generatione philoſo-
»phus negabat. Quare falluntur qui ipſum ſibi contraria
»dicere & ſentire ſcribunt. At Seneca Ariſtoteli plane con-
»tradicit: *Ignis*, ait ille, quinto Naturalium Quaeſtionum,
»[cap. 6.] *qui omnia conſumit, quaedam etiam creat: &, quod*
»*videri non poteſt ſimile veri, ſed tamen verum eſt, animalia*
»*igne generantur.* De igne elementari accipio Philoſophi
»verba in libro De Spiratione: [Περὶ Ἀναπνοῆς, De Re-

» ſpiratione, cap. 6. edit. Wechel. cap. ιβ'. vel cap. 13. ed. e
» Du Val, T. I. Opp. pag. 727.] Τὰ μὲν τῶν ζώων ἐκ γῆς
» πλείονος συνέστηκε, τὰ δ' ἐξ ὕδατος, τὰ δ' ἐξ ἀέρος, τὰ
» δ' ἐκ πυρός. ἕκαστα δ' ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις ἔχει τὴν τά-
» ξιν αὐτῶν. Quae ait ex igne ζῶα naſci, daemones ſunt,
» quibus eas ſedes veteres philoſophi aſſignabant. Porphy-
» rius lib. III. De Abstinent. ab Eſu Animatorum: Οὐ κα-
» κῶς δέ τινες κἀκ τῶν τόπων πεπείρανται πολλὰ δεικνύ-
» ναι μᾶλλον ἡμῶν ἐμφρονέστερα, ὧν εἴληχεν. ὡς γὰρ τὰ
» κατὰ τὸν αἰθέρα οἰκοῦντα ἐστὶ λογικὰ, οὕτω φασὶ τὰ μετ'
» ἐκεῖνον εὐθέως τὸ πλησιάζον οἰκοῦντα, ὁποῖα τὰ ἐν ἀέρι·
» εἶτα τὰ ἔνυδρα διαφέρειν. εἶθ' οὕτως τὰ ἔπίγεια, ὧν τὴν
» ὑποστάθμην οἰκοῦμεν. Philo tamen Iudaeus daemonas in
» aëre collocat, in libro De Gigantibus: οὓς ἄλλοι φιλόσο-
» φοι δαίμονας, ἀγγέλους Μωσῆς εἴωθεν ὀνομάζειν. ψυχαὶ
» δ' εἰσὶ κατὰ τὸν ἀέρα πετόμεναι. καὶ μηδεὶς ὑπολάβῃ μῦ-
» θον εἶναι τὸ εἰρημένον. ἀνάγκη γὰρ ὅλον δι' ὅλων τὸν κόσ-
» μον ἔμψυχῶσθαι, τῶν πρώτων καὶ στοιχειωδῶν μερῶν ἑκά-
» στου τὰ οἰκεῖα καὶ πρόσφορα ζῶα περιέχοντος· γῆς μὲν
» τὰ χερσαῖα, θαλάττης δὲ καὶ ποταμῶν τὰ ἔνυδρα, πυ-
» ρὸς δὲ τὰ πυρίγονα. λόγος δὲ ἔχει, ταῦτα κατὰ Μακεδο-
» νίαν μάλιστα γίνεσθαι. οὐρανοῦ δὲ τοὺς ἀστέρας. ἔστιν
» οὖν ἀναγκαῖον, καὶ τὸν ἀέρα ζώων πεπληρῶσθαι. Deſcripſi
» pluribus hunc τοῦ ἰουδαΐζοντος Platonis locum, quia vi-
» ſus mihi inſignis; vel propter illa animalia ignea, quae
» naſci ait ſolere in Macedonia. Quod ſcribit, mundum in
» omnibus ſuis partibus animas habere, conſentit philoſo-
» phus, qui in tertio De Generatione Animalium ſcriptum
» reliquit, τρόπον τινὰ πάντα ψυχῆς εἶναι πλήρη.« Casau-
BONUS. — Fidenter ſane pro mendoſo Τῶν δ' ἰχθύων,
quod hìc legebatur, Τῶν δὲ ζώων corrigere debuimus.
Conſtans omnium antiquorum exemplarium in vitioſam
ſcripturam conſenſus, quem dixit Caſaubonus, ex uno
noſtro cod. *A.* derivatus eſt: nam in ms. *Ep.* deeſt totus
hic locus. Niſi vero res ipſa loqueretur, error librarii per
incogitantiam ἰχθύων pro ζώων ſcribentis manifeſtus futu-
rus erat ex his quae continuo deinde in eodem noſtro cod.
A. in aliisque omnibus & in ed. Ven. & Baſ. ſubiiciuntur,
εἶναι δέ τινα καὶ ἐφήμερα καλούμενα: quae verba mani-
feſte ad vocabulum ζῶα referuntur, quod praecedere de-
bebat. Ibi ſuo ex ingenio Caſaubonus vocabulum hoc in-
ferens, εἶναι δέ τινα ζῶα edidit. Cum eo loco, quem

in ſuperiore animadverſione ex Ariſtotelis libello Περὶ Ἀναπνοῆς citavit, conferenda fuerint quae commemorat Plutarch. de Plac. Philoſ. V. 20. Ἔστι πραγματεία Ἀριστοτέλους, ἐν ᾗ τέσσαρα γένη ζώων φησὶ, χερσαῖα, ἔνυδρα, πτηνὰ, οὐράνια· καὶ γὰρ τὰ ἄστρα ζῶα εἶναι.

f Πάντα τε τὰ ζῶα δύο ἡγεμόνας ἔχειν πόδας, - - διὸ καὶ πάντα τὰ κινούμενα τέτταρσι σημείοις κινεῖται &c. Vide Hiſt. Anim. I. 5. & CAMUS in Notis, p. 157 ſq.

a πρὸς ἅπερ αἱ χεῖρες ὄργανα δέδονται. Recte δέδονται in praet. ed. Ven. cum ms. *A.* & *Ep.* quod temere in δίδονται mutatum in ed. Baſ. & Caſ. De re vide Ariſtot. De Part. Anim. IV. 10. *Mox deinde*, τὰ μὲν ἔχει ἄρθρα commode dedit ms. *Ep.* & transpoſitis verbis τὰ μὲν ἄρθρα ἔχει ms. *A.* Denique πλεύμονες dedit codex uterque.

καὶ ὅσα δὲ μὴ φωλεύει, οὐκ ἀεὶ φαίνεται. *Atque etiam quae non latitant, non ſemper adparent.* Rectius utique dicturus fuerat, τούτων ἔνια οὐκ ἀεὶ φαίνεται. Sic DALECAMPIUS in verſione: *quaedam ſe non abſcondere, & tamen non videri:* adiectâ Notâ: »Quod in alias regiones proculque »diſſitas avolent & transeant.« — Sed videndus Philoſophus ipſe, Hiſt. Anim. lib. VIII. cap. 15 ſq. ubi enucleatius de his diſſeritur.

AD CAP. L.

b Πολλὰ δ' ἔχων &c. »Cum iſta mox legas, περὶ ὧν ἐλή»ρησεν ὁ φαρμακοπώλης: ſcias veriſſime dictum, *homine* »*imperito nihil quicquam iniuſtius.* At illud, Ἐπίκουρον τὸν »φιλαληθέστατον, recte: modo accipias dictum εἰρωνικῶς. »Alibi ſatis iſta ſceleratorum hominum commenta confu»tavimus.« CASAUBONUS. — Vide Timaeum apud Polyb. XII. 9, 4. & Diogenem Laërt. X. 8. ibique Caſaub. & Menag. Adde Euſebii Praepar. Evang. XV. 2.

ἀναπεπταμένου τοῦ Πλάτωνος περιπάτου. *Apertâ Platonis ſcholâ.* De iſto uſu vocabuli περίπατος iam & alibi diximus, & haud multo ante, ad p. 342. c.

κατὰ μικρὸν εἰς τὴν θεωρουμένην ἐξῆλθεν. »Auctor Epi»tomae, cum haec, ut videtur, non intelligeret magis »quam nos, ita ſententiam concepit: καὶ κατὰ μικρὸν ἐγέ»νετο [γέγονεν eſt in noſtro ms. *Ep.*] οἷός ἐστι. Nobis tam »beatis eſſe non licet: qui auctori huic non ſententias

» tantum ſuas, verum & verba etiam ſua reſtituere labo-
» ramus. Videamus igitur, an aliquis ſit coniecturis locus.
» Fortaſſe enim ſcripſit Athenaeus, aut Epicurus potius,
» εἰς τὴν οἰκουμένην ἐξῆλθε : *prodiit e tenebris prioris vitae in*
» *hanc celebritatem nominis, quam per orbem totum obtinet.* Epi-
» curum neque optime, neque elegantiſſime locutum eſſe,
» norunt eruditi, vel ex Cleomede Mathematico. Poſſu-
» mus etiam ſcribere, εἰς τὴν θεωρίαν τοῦ ὄντος. Simile
» mox de Protagora, ἀφ' ὧν ἐπὶ τὸ σοφιστεύειν ὁρμῆσαι. «
CASAUBONUS. — At quidni *contemplativam philoſophiam*, τὴν
θεωρουμένην dixerit Epicurus? Sane, ſicut θεωρητικὴ, ſic
& θεωρουμένη nominari potuerit: nam θεωρεῖσθαι in medio
genere (licet in Lexicis non adnotatum) activâ notione
dici potuiſſe docet librorum Polybianorum lectio. Vide
Adnotat. noſtras ad Polyb. I. 57, 1. III. 31, 1. VII. 4, 8.
Si quid hoc loco mutandum, μετὰ μικρὸν malim, i. e.
post breve tempus, quam κατὰ μικρόν. Si ſequeretur
verbum προῆλθεν, *progreſſus eſt*, commode adiectum fo-
ret κατὰ μικρὸν, *paullatim*; quod cum ἐξῆλθεν minus con-
gruere videtur.

Πρωταγόραν φησὶ τὸν σοφιστὴν ἐκ Φορμοφόρου καὶ c
ξυλοφόρου πρῶτον γενέσθαι γραφέα Δημοκρίτου. »Non pri-
» mus Dalecampius falſus iudicii eſt in voce φορμοφόρος;
» quam in φορτοφόρος voluit mutari. Repugnant libri, non
» Athenaei ſolum, ſed & Diogenis Laërtii, in Protagora,
» [IX. 53.] & in Epicuro: [X. 8.] repugnat auctoritas
» certa Gloſſographorum Graecorum, quibus nihil poteſt
» opponi. Sed non omnes vident, unde appellentur baiuli
» φορμοφόροι. Sic autem dicuntur a *pulvillis* quos ſuper ca-
» pite aut humeris ſubſternunt oneribus. φορμὸς inter alia
» & *ſtraguli* genus ſignificat, ut alibi probamus: quia ſub-
» ſternuntur hi *pulvilli*, propterea φορμοὶ graece dicti. Laër-
» tius τύλην, quaſi dicas *culcitam*, appellat in Protagora;
» [l. c.] quem facit eius inventorem. A formâ alii vocant
» σπεῖραν, ut Apollodorus De Diis libro II. quia rotundi
» ſunt: imo vero σπεῖρα proprie dicitur pannus in ſpiram
» tortus, quo hodieque ancillae noſtrae loco pulvilli utun-
» tur. Similiter Latini, a ſimilitudine ceſtuum & formâ ro-
» tundâ, *teſticillum* & *arculum* vocarunt. « CASAUBONUS. —
De σπείρᾳ (ut ab hoc ordiar) in Fragmentis ex Apollo-
dori De Diis libro ſecundo, pag. 1044. ed. Heynii, nihil
video adnotatum; nec ab alio auctore iſtum Apollodori

librum in teſtimonium pro illo vocabulo vocatum reperio: ſed legitur illud ea notione, quam dixit Caſaubonus, poſitum apud Apollodorum in Biblioth. lib. II. cap. 55. ſect. 11. pag. 140. ed. Heynii; ad quem locum Heynius quidem in Notis (p. 428.) nihil fere niſi ipſam iſtam Caſauboni Animadverſionem adtulit. De vi vocabuli φορμὸς diſſentit a docto Animadverſore TOUPIUS, in Emend. in Suid. (ad voc. φορμηδόν.) pag. 549 ſqq. non *pulvillum* ſignificare eam vocem docens, ſed *quidquid ex tegete fit*; & nunc pro *corbe*, nunc pro *funiculo* uſurpari; denique (per metonymiam quamdam) *faſciculum* colligatum. Quo inprimis facit illud apud Laërt. IV. 2. πρῶτος εὗρεν ᾧ τὰ φορμία τῶν φρυγάνων εὔογκα ποιοῦσι.

d Poſt ἐπὶ τὸ ἥδη γαστρίζεσθαι, deſiderabantur in ed. Ven. & Baſ. quinque verba, Εἰπόντος - - - παρασκευάζεσθαι, quae ex mſstis Italicis recte adiecta ſunt in ed. Caſ. conſentiente noſtro cod. *A*.

Ἐγὼ, φησὶν, κἂν μὴ παραθῶσι &c. DALECAMPII verſio ſic habebat:

Ego, niſi apponant calida omnia cibaria,
ea non comedo.
Quod bonum eſt, ubique bonum eſſe Plato ait, &c.

Et ad iſta verba, *ea non comedo*, adiecta haec nota: »Quae»dam hic deeſſe videntur: & quae [deinde] legimus, »aliunde fortaſſis abrupta, non citato ſcriptoris nomine.« — Inde CASAUBONUS: »Ubi legimus, τἀγαθὸν Πλάτωνα »πανταχοῦ: ante haec verba deeſſe aliquid, Dalecampio »facile aſſentior, & id notâ aliquâ indicari in hac editione »volebam. Tres ſenarios, qui ſequuntur, ita lego:

»— Τἀγαθὸν τὸ κατὰ Πλάτωνα πανταχοῦ
»ὅπου παρῇ, φῂς ἀγαθὸν εἶναι; μανθάνεις·
»τὸ δ' ἥδὺ πάντως, ἥδὺ πάντως κἀνθάδε.«

Quibus ambagibus nil opus eſſe mihi viſum erat. Eſuriens Cynulcus, ad illa alterius convivae verba, οὐδεὶς γὰρ ἂν φάγοι ψυχρῶν, *nemo frigidos cibos facile comeſturus eſt*, reſpondet, Ἐγὼ, ſcil. φάγοιμ' ἄν, *Ego vero comedam*, ἐὰν (vel potius κἂν) μὴ παραθῶσι θερμά: *etiamſi non admodum calidos adpoſuerint.* Et haec dicentem Cynulcum facit Athenaeus *ALEXIDIS* comici *verbis*; quibuscum ſatis apte, ſi quid video, cohaeret illud Platonicum praeceptum, praeſenti argumento feſtive ab eodem comico poëta adcommodatum. Atqui in vulgatâ olim ſcripturâ, Τἀγαθὸν Πλά-

τωνα πανταχοῦ φὴς ἀγαθὸν εἶναι, perſpicue inerat id, quod d edidimus:

— Τἀγαθὸν Πλάτων
ἁπανταχοῦ φησ' ἀγαθὸν εἶναι. —

In quo nobis GROTIUS praeiverat, in Excerpt. pag. 581. Iam vero verbis iſtis, τἀγαθὸν Πλάτων, praepoſita illa, κἂν μὴ παραθῶσι ϑερμὰ, iuſtum abſolvebant ſenarium. *Tertium* quidem *ſenarium*, absque optimi noſtri codicis *A.* ope (nam in *Epit.* haec deſunt) certa adeo ratione ſanare non potuiſſemus: quem pede claudum ſic exhibebant editi libri:

τὸ δ' ἥδὺ πάντως ἥδὺ κἀνθάδε.

Eum haud ſatis commode GROTIUS ſic refinxerat:

τὸ δ' ἥδὺ πάντως ἐστὶν ἥδὺ κἀνθάδε.

Felicior IACOBS proxime ad verum acceſſit, ſic legi iubens in *Notis msstis*:

τὸ δ' ἥδὺ πάντως ἥδὺ, τῇδε κἀνθάδε.

Nobis vero κἀκεῖ κἀνθάδε praedictae membranae dedere.

Οὐκ ἀχαρίστως. Sua auctoritate tacite hoc muta- e verat Caſaubonus, Οὐκ ἀχαρίτως edens: minime id quidem male; nam ἀχαρίστως proprie *ingrate* ſonare videtur; ἀχαρίτως autem *invenuſte*. Sed, ut redderem auctori iſtud, quod cum ed. Ven. & Baſ. codex noſter *A.* dabat, monuit ſimillimus locus, lib. X. pag. 440. e. ubi eamdem ſcripturam οὐκ ἀχαρίστως eâdem notione libri omnes tenent. Conf. notata ad VII. 288. a. Animadv. Vol. IV. p. 139. In Epitoma quidem deſunt iſtae duae voces. *Mox*, poſt καὶ Σφαῖρον non dubito verbum φασὶ intercidiſſe; ni plura etiam verba quaedam interierunt, & in his nomen auctoris e quo ducta haec narratio. Eamdem hiſtoriam narrans Laërtius, VII. 177. *mala granata cerea*, pro *gallinis*, memorat.

Ubi deinde ſcribitur, τὸ δ' εὔλογον ἄλλως ἀποβαίνειν, f adiectum malebam adverbium πολλάκις: *Quod probabile videtur*, (inquit) *id ſaepe* (vel, *interdum*) *aliter evenit quam putaras*. Mendoſe ἄλλος ms. *Ep.* Sed videndum, ne ἀλλοσε debuerit, id eſt, *aliò cadit, in aliam partem vertit.*

AD CAP. LI.

ἐπισχεῖν ἐκέλευσεν. Sic ms. *A.* non ἐκέλευεν. *Mox*,

a ὁ Δάφνος recte editt. vett. penacute, ut alibi conſtanter. Temere ὁ Δαφνὸς h. l. ed. Caſ.

τὸ ἐκ Μαμμακύθου ἢ Αὐρῶν Μεταγένους ἰαμβεῖον. DALECAMPIUS, in verſione: *prolatis ex Mammacytho Ariſtagorae, ſive Auris Metagenis his iambicis.* Et in Nota: »Emendatus »locus ex lib. XIII.« — Tum CASAUBONUS: »Ex libro »XIII. [pag. 571. b.] emendat interpres, τὸ ἐκ Μαμμακύ»θου Ἀριστταγόρου, ἢ Αὐρ. Paene illi eram aſſenſus, »cum vulſit aurem Suidas, qui auctor eſt, *METAGENEM* »quoque *Mammacythum* fabulam edidiſſe. Quare emenda»tione Dalecampii opus non habemus. Imo vero falli in»terpretes putamus nos in illius loci interpretatione, un»de hunc emendare conatus eſt vir doctus. Qua de re »ad illum locum dicimus. Sed ubi eſt ille, quem Athe»naeus ait, *verſus iambicus?* Sequentia enim verba in iam»bicorum legem nunquam coëgeris. Libro autem XIII. »poſt ſimilem auctorum iſtorum laudationem, ſubiiciun»tur verſus hexametri: neque obſcurum eſt, eius generis »eſſe quae ſequuntur; nam vocula δὴ, ni fallor, excidit, »cum ſcripſiſſet auctor:

»— ὥσπερ ἐπειδὰν
»δειπνῶμέν που, δὴ τότε πλεῖστα λαλοῦμεν ἅπαντες.

»Quid igitur ἰαμβεῖον hîc Athenaeus appellet, amplius »quaeramus. In Excerptis hoc loco offendimus, vetus hoc »*proverbium* eſſe, *In convivio plurimum omnes loquimur. Mam»macythus* nomen eſt hominis ſtultitiae notae: ideo poë»tae comici, ſtultitiam quorundam pro fabulae argumento »ſumentes, *Mammacythus* illis nomen indiderunt. De Ari»ſtagora teſtatur Athenaeus, ſi tamen ille locus ſic acci»pi debet: de Platone Heſychius, cuius verba ſunt: Μα»μάκυθος· μωρός. ἔστι δὲ καὶ δρᾶμα πεποιημένον Πλάτω»νι. Scholiaſtes Ariſtophanis, ad iſta e Ranis, [vs. 990.] »κεχηνότες μαμμάκουθοι, ita ſcribit: Ἀρίσταρχος μέν φη»σιν ὠνοματοπεποιῆσθαι. πῶς οὖν, Δημήτριός φησιν, εἰ μὴ »σύνηθες αὐτοῖς τὸ ὄνομα; ὅπου καὶ δρᾶμα ἄλον οὕτως ἐπι»γέγραπται, Μαμμάκουθοι· ὅ τινες Πλάτωνος λέγουσι. De »Metagene iam diximus.« — Sic ille. At, quae verba *hexametrorum* numero legeque adſtricta eſſe cenſuit vir doctus, ea nullam ſi literam vel mutes vel moveas, efficiunt unum verſum *anapaeſticum* tetrametrum catalecticum; quem in ſua duo hemiſtichia diſtributum repraeſentavimus. Eiusdem generis ſunt, qui ex eâdem fabulâ a Noſtro adferun-

tur libro IX. pag. 385. c. Vocabulum ἰαμβεῖον generali a quadam notione nonnumquam dictum videtur de *verſiculo cuiuscunque menſurae, quo ſententiola quaedam aut proverbium continetur*: quoniam ſcilicet gnomae & proverbia iambicis plerumque verſibus concludi ſolebant. Sic hoc loco: ubi verſus citatur anapaeſticus, qui in proverbium fere abierat. Quod in Hoeſchelianο codice Epitomae ſe reperiſſe ait Caſaubonus, id in noſtro etiam codice legitur his verbis: Παροιμία ἀρχαία: τὸ, ἐπειδὰν δειπνῶμέν που, τότε πλεῖστα λαλοῦμεν ἅπαντες.

Φιλοτίμου λέγω, ἐν τοῖς Περὶ Τροφῆς. Alibi Φυλοτ. per υ ſcribi in msstis noſtris nomen huius auctoris, monuimus ad III. 81. a. Hoc quidem loco ad editam ſcripturam Φιλοτ. nihil ex ms. *A.* adnotatum: in Epit. vero omiſſa omnium trium auctorum nomina. *Mox*, quod ait καὶ Μνησιθέου τοῦ Ἀθηναίου: intellige, in libro Περὶ Ἐδεστῶν, quem nominat infra, pag. 357. a.

Περὶ τῶν Προσφερομένων τοῖς νοσοῦσι καὶ τοῖς ὑγιαίνουσι. »Τὰ προσφερόμενα, ex uſu Graece loquentium, ſunt *cibi* »*quibus veſcimur*; Hippocrati προσάρματα, ut dictum alibi. »προσφορὰ, *eſus*. προσφέρεσθαι, *edere*. Quare interpres »[Dalecamp.] non recte, *De his quae offeruntur*: ſaltem »adderet, *in cibum*; quamquam id quoque non probo.« Casaubonus. — At non modo *ciborum*, ſed & *potionum* quaelibet genera ſub nomine τῶν προσφερομένων continentur. Vide I. 34. b. II. 45. f. III. 79. f. &c.

Verba, Καὶ τῶν πετραίων ὁ φυκὴν - - - ὀλίγῳ διαλ- b λάττει, deſunt *Epit.* Quare huius loci ſcriptura ex unius codicis *A.* auctoritate pendet: e quo quidem nihil discrepantiae ab ea, quae edita eſt, adnotatum video. Sed quum nomen ὁ φυκὴν nusquam alibi reperiatur, pro quo ὁ φύκης dixit Ariſtoteles, unde etiam accuſativum φύκην habes apud Athen. III. 107. c. videndum ne hoc loco ὁ φύκης ſcriptum oportuerit. τῆς φυκίδος quidem frequens apud Noſtrum mentio. Porro poſtquam modo dixerat, οἱ μὲν πετραῖαί εἰσιν εὔφθαρτοι, perincommode mox dein ſubiicitur, τῶν πετραίων ὁ φυκὴν - - - εὔφθαρτα ἐστίν: ſed εὐφθαρτότατα oportebat, quemadmodum & ἀπαλώτατα dixit.

ὁ δὲ χυλὸς αὐτῆς παχύνει καὶ σμήχει. Merito Ges- c nerus, de Aquat. pag. 191. monuerat, invicem adverſari videri iſta duo, παχύνει & σμήχει, *incraſſat & abster-*

git. Quare Dalec. loco τοῦ παχύνειν ex coniect. *alvum pellere* in verſione poſuit; quod PURSANUS Graece κοιλίαν ταχύνει vertit, alios vero πραΰνει malle ait. παραπλύνει Gallicus interpres probavit, contulitque cum illo παρυγραίνει τὴν κοιλίαν, quod legitur p. 356. f.

d τὰ δὲ πρὸς τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ &c. Turbatus utique locus difficilisque; de quo vide RONDELETUM, apud Gesner. p. 639. Ex Rondeleti cenſurâ emendatum, ut ait, hunc locum latine ſic reddidit DALECAMPIUS: *Partes capiti vicinas eſſe glutinoſas, ideoque ventriculo graviores aegrius coqui, carnoſas autem facilius, caudamque teneriorem eſſe, piſcem totum pituitam generare, magnoque labore percoqui.* Apud Noſtrum, VII. 305. d. ὀρφίσκον, πιότατον κεφαλῇ, dixit Pancrates poëta.

Αἱ δὲ σφύραιναι τῶν γόγγρων εἰσὶ τροφιμώτεραι. » Su» periore libro ex Hiceſio idem [eamdem rem] auctor ad» notavit in elemento Σ. Falli doctos qui cenſuerunt cor» ruptum eum eſſe locum ſatis ibi probavimus. Quare ſi » ex eodem Hiceſio ſumit quae nunc ſcribit hîc, non du» bito recte legi σφύραιναι: nam, *ſphyraenam magis quam* » *congros alere*, ſententia Hiceſii fuit, vera an falſa. Sed » quia paullo ante Medicos nominans, unde haec ſine » dubio ſunt deſcripta, Hiceſium praetermiſit; ferri poteſt » emendatio quam in codice Palatinae bibliothecae inve» nimus, ubi τῷ φ in hac voce erat ſuperſcriptum τὸ μ. ut » fieret σμύραιναι, quod doctiſſimo Rondeletio videbatur.« CASAUBONUS. — Vide eiusdem Animadverſionem ad VII. 323. a. Noſtri mssti, ut loco citato, ſic & hoc loco cum editis σφύραιναι tenent absque ulla varietate.

ἡ δὲ λιμνία ἔγχελυς. λιμναῖα habet ed. Caſ. 3. Nempe λιμναία voluerat qui eam editionem curavit: & ſic quidem conſtanter auctores omnes uſurpant, λιμναῖος, λιμναία: atque etiam ex eodem *DIPHILO*, e quo haec ducta ſunt, mox lit. f. λιμναῖος adfertur. Sed nil vetat quin credamus, eumdem auctorem perinde etiam iſtâ vocabuli formâ potuiſſe uti, λίμνιος, λιμνία: quae quidem nihil habet quod reliquae analogiae grammaticae repugnet. Tenet quidem h. l. λιμνία uterque noſter codex ms. cum ſuperioribus omnibus editionibus. Quod deinde ἀστομωτέρα editur, id ipſum tuetur ms. *A.* Sed in εὐστομωτέρα cum ms. *Ep.* conſentit codex Pariſinus Hermolai, teſte Villebrunio, qui tamen fatetur, etiam in eodem codice primum ἀστομ. ſcriptum fuiſſe.

AD CAP. LII.

οὐρητικὸς, οὐκ ἄπεπτος· ταχυνιστὸς δὲ, δύσπεπτος. Ante οὐκ ἄπεπτος signum crucis † adpositum in ed. Bas. & Cas. Quo spectat animadversio CASAUBONI ista: »Pro ». . . . . οὐκ ἄπεπτος, ταχυν. lego cum interprete ex do»ctissimi RONDELETII emendatione, ὃ μὲν οὖν ἐφθὸς »εὔπεπτος. Testor tamen, non aliter msstos habere. « — Et nostri mssti, absque ulla lacunae significatione, vulgatam scripturam tenent; in qua nihil magnopere desiderandum videtur. e

Τρίγλη εὐστόμαχος. Nil mutant libri: sed potuit facile e superioribus vox εὐστόμαχος per librarii incogitantiam repeti. Mullum in praecipuis deliciis olim habitum novimus; quare suspicatus eram, εὔστομος fortasse hìc scripsisse auctorem; quod ipsum etiam Gallico interpreti placuisse video. παραστύφουσα cum editis tenet ms. *Ep.* Et qui h. l. παραστρύφουσα habet ms. *A.* idem pag. seq. c. in παραστύφων cum aliis consentit.

κοινῶς δὲ πᾶσα, αἵματος ἐκκριτική. »Quod tollit vo»cem αἵματος Dalecampius, & negationem addit, non »video qua ratione fultus ita censuerit. Repugnant om»nes libri: & confirmat vulgatam quod paulo post [pag. »356. d, e.] de sepia dicitur similiter, eam esse κινητικὴν »τῆς δι' αἱμορρόϊδων ἐκκρίσεως. « CASAUBONUS. — Nempe quum sic statim in versione posuisset Dalecampius, (pag. 265. edit. Lugd. 1583.) *in universum autem, quovis modo paratus sanguinem elicit:* deinde in *Emendationibus*, extremo operi subiectis, ait: »lege: *in universum autem,* »*nulla vacuationes ciet;* « quae verba in contextum Versionis reposita sunt, quae in ed. Casaub. Graeco contextui adiecta est. At, quum vox *nulla* nil habeat quo referatur, videtur illa imprudenti typothetae excidisse, cum *mullus* scribere Dalecampius voluisset.

χάραξ. Meminit Aelian. Nat. An. XII. 25. & Oppian. Halieut. l. 173.

Καπρίσκος καλεῖται μὲν καὶ μῦς. Dalec. *Capriscus vocatur & sus:* cui suffragatur CORAY, ad Xenocr. p. 142. σῦς legendum contendens. Dalecampio praeiverat Hermolaus; contra quem vulgatam scripturam (utriusque nostri codicis auctoritate firmatam) defendit RONDELET apud Gesn. pag. 181. Vide quae notavimus ad VII. 308. f

f e. Animadv. pag. 303. & ad VII. 330. a. Animadv. pag. 475. *Mox*, ubi ait, *δέρμα δὲ ἔχει εὔστομον*: vide GESNERUM pag. 181.

ῥαφὶς ἡ βελόνη, καλεῖταί γε καὶ ἀβλεννής. »Epit. *ἀβλε-* »*νής*. RONDELETII etymon [apud Gesn. pag. 9. quod *fi-* »*ne muco* fit] poſtulat duo *νν*, a *βλέννα*. Si legeretur *ἀβλε-* »*μὴς*, fere eadem ratio eſſet huius appellationis, quae »apuarum: nam *ἀφύαι* dictae quaſi *ἀφυεῖς*. Idem ſignifi- »cat *ἀβλεμὴς*, *infirmus*, *ἀσθενής*.« CASAUBONUS. — *ἀβλεννὴς* tenet ms. *A*. In ms. *Ep.* ſic: Ῥαφὶς ἡ καὶ βελόνη καὶ ἀβλεννὴς, *δύσπεπτος*. Unde intelligi fas eſt, quod iam ſuſpicatus eram, in opere pleniore ſic olim ſcriptum fuiſſe: Ῥαφὶς, ἡ βελόνη καλεῖταί τε (vel, quod malles, ἡ βελόνη τε καλεῖται) καὶ ἀβλεννής. *Ibid.* *ὑγρὸς, εὐχοίλιος*. In ὑγρὸς (i. e. *humidus*) conſentit codex uterque ms. cum editis. Haud immerito vero de eâ ſcripturâ dubitaverat GESNERUS p. 9. l. 48. »cum *minime humidam* »eſſe (inquit) acum piſcem experientiâ conſtet, ſed *fic-* »*cam*.« Ac ſane multo rectius *ἀχυρώδη* & *ἄχυλον* (*aceroſum & exſuccum*) piſcem illum dicit Hiceſius apud Noſtrum, VII. 328. c. Porro, cum *εὔχυλος* deinde legeretur in editis, *ἄχυλος* potius ſcriptum oportuiſſe ſuſpicatus erat idem GESNERUS p. 11. At hîc quidem ſcripti libri ſuſtulerunt difficultatem: nam vitioſe ſane, leviori tamen maculâ, *εὔκοιλος* ſcribitur in *A*. plane vero & recte *εὐκοίλιος* in ms. *Ep*.

ἐρέτιμος. Omiſſa haec vox in ms. *Ep*. Ex *A*. vero nil varietatis adnotatum. Nullum vero eſt dubium, de eisdem hîc agi piſciculis, quos *ἐριτίμους* ſupra nominatos vidimus, VII. 328. f. & 329. a. Quare & hîc rectius *ἐρίτιμος* legeris cum Dalec. & Gesnero p. 365. *Mox*, recte *καὶ λιμναῖος absque articulo* ſcribitur in ms. *A*. & *Ep*.
a *καλεῖται καὶ ὀξύρυγχος* dedere iidem mssti cum ed. Ven. ubi *καὶ* particula temere omiſſa in ed. Baſ. & Caſ. De *coracino Nili* cf. III. 121. b. & ibi not. De *ſalpa*, conf. VIII. 321. d. e. *Mox* vero, ubi legitur *κρείσσων δὲ ἐν Ἀλεξ.* rectius fortaſſe fuerit *ἢ ἐν Ἀλεξ.* In his quae ſequuntur, *ὑγρόν τι γὰρ καὶ λευκὸν*, videndum an ſatis ſana ſint duo poſteriora verba. Tuentur vero ea cum editis libris ambo noſtri mssti: nec certi quid habeo, quod eis ſubſtituam: ſed tamen ſuſpicor, ac fere non dubito, *καὶ γλυκὺ* ſcripſiſſe auctorem.

ὁ γρύλλος. Sic recte ed. Ven. & Baſ. cum msstis. a
Conf. VII. 228. c. οὐρανοσκόπος δὲ, καὶ ὁ ἄγνος καλούμενος, ἢ καὶ καλλιώνυμος. Dalec. *Uranoſcopus, quem & agnon & callyonymum appellant.* At pro hâc ſententiâ, in Graeco ſcriptum oportebat ὁ καὶ ἄγνος καλ. Et ſic RONDELETUS (apud Gesn. pag. 135.) & CORAY ad Xenocr. pag. 142. legendum cenſuerunt; ut ſint *uranoſcopus* & *agnus* & *callionymus* tria unius eiusdemque piſcis nomina. Quod ſi verum, continuo deinde βαρεῖς in plur. ſtare non potuerit, ſed in βαρὺς fuerit mutandum. Confer GESNERUM pag. 136. SCHNEIDERUM, in Excurſu II. ad Aelian. DE Nat. Anim. pag. 573. & CAMUS in Notis ad Ariſtot. pag. 153. Totam iſtam ῥῆσιν omiſit Epitomator. At editam ſcripturam tuetur vetus codex *A*.

Vocabulum B ὦξ accentu circumflexo notavi, praeeunte b
utroque noſtro codice: nec vero damno βὼξ, quod h. l. erat editum, ſicut VII. 286. f. Sed nunc demum animadverto, ibi pariter βῶξ circumflexo accentu in cod. *Ep.* ſcribi. *Ibid.* Ad editam ante nos ſcripturam, εὐαπόδοτος, ὑγρὸν ἀνιεὶς, nihil ex ms. *A.* adnotatum. Placuit vero ſcriptura codicis *Ep.* εὐανάδοτον ὑγρὸν ἀνιεὶς, quam recipere non dubitavi. Et εὐανάδοτος iam ex coniectura corrigendum monuerat BRODAEUS, Miſcellan. lib. V. c. 15. in Gruteri Theſ. Crit. T. II. pag. 539.

βάκχος, εὔχυλος, πολύχυλος, εὔτροφος. τράγος οὐκ εὔχυλος. Quinque poſteriora verba, cum deeſſent ed. Ven. & Baſ. ex msstis adiecit Caſaub. & adiicienda monuerat MURETUS lib. XIX. Variar. Lect. cap. 3. (in Grut. Theſ. Crit. II. 1225.) Agnoſcitque eadem noſter ms. *A.* ſed in *Ep.* deſunt de *baccho* & de *trago* piſce omnia. De *baccho* confer lib. VII. pag. 306. e. ibique not.

ψῆττα, βούγλωσσοι. Sic codex ms. uterque, non βούγλωσσος.

Γλαυκίσκοι, κέφαλοι, κεστρεῖς, μύξινοι, κολῶνες. Ad primam vocem monuit CASAUBONUS: » Lego » cum Rondeletio λευκίσκοι. Adi ad ſuperiorem librum, qua » parte de *mugilibus* agitur. « — De toto hoc loco conf. VII. 306. e. & Animadv. noſtras pag. 279 ſq. In *Ep.* deſunt iſta & ſequentia usque τελευταῖος ὁ κόλων. Γλαυκίσκοι cum editis h. l. tenet ms. *A.* Tenet etiam idem codex (quod ſciam) hoc loco vocabula μύξινοι & μύξινος antepenacute ſcripta: denique κολῶνες habet idem cum ed.

Ven. & Baſ. (niſi forte κόλωνες:) quod in χελῶνες mutavit Caſaubonus, qui tamen in fine orationis ὁ κόλων tenuit. Ego in re incerta nihil mutandum putavi: nec vero obliviſcendum, haec hoc loco e *Diphilo* petita eſſe, iſta vero (libro VII.) ex *Hiceſio;* quos auctores, nil neceſſe eſt ut ſtatuamus, in omnibus quae ſcripſerunt conſentire inter ſe debuiſſe.

AD CAP. LIII.

ὁ καλούμενος ἀκαρνάν. De hoc conf. VII. 327. d. ibique
c notata. *Ibid.* Ἡ δὲ ἀφύη - - κωβῖτις. καὶ ὁ ἕψητὸς δὲ &c. Vide VII. 286. f. & 287. a. & de *hepſeto* inſuper, VII. 301. a. *Ibid.* ὁ δὲ γαλεὸς κρείσσων. Sic ms. *A.* κρείττων ms. *Ep.* κρέσσων edd. *Ibid.* δυσκοιλιώτερος. Vitioſe δυσκοιλώτερος ed. Caſ. 1. & 2.

d Ἡ δὲ ῥίνη, καὶ αὐτὴ τῶν σελαχίων οὖσα. Sic recte ms. *A.* & *ipſa*, i. e. *pariter, itidem.* Saepe in iſtâ formulâ peccarunt librarii, ſaepius etiam editores. Duas iſtas voces omiſit Breviator.

e De *loligine* nil aliud habebant editi adhuc libri, niſi haec: Τευθὶς δὲ εὐπεπτοτέρα ἐστὶ, καὶ οὐκ εὔστομος. Decem verba, quae deſiderabantur, adiecimus ex cod. *A.* Et priora ſex, καὶ τρόφιμος, καὶ μᾶλλον ἢ μικρὰ, dedit etiam ms. *Ep.* in quo reliqua dein de loligine omiſſa.

Ὁ δὲ πώλυφ. » Mirari licet, cur vocem hanc alius dia» lecti ſine cauſſa uſurpaverit. Ita autem & mssti habent, » & Euſtathius legiſſe videtur. Extat ſane & apud Pollucem, » ſed alio ſenſu, libro quarto, capite quo medicinae voca» bula explicat: [ſect. 204.] πώλυφ, ait, σὰρξ ἰνὶ ἐπι» φυομένη. « CASAUBONUS. — Eamdem vocabuli formam uterque codex noſter agnoſcit: quam eſſe Doricam & Aeolicam Euſtathius adnotavit, ad Od. ε'. pag. 232. l. 11. Et ſic ſane Epicharmus πώλυπες dixit, apud Noſtrum, VII. 323. f. Scribitur autem in noſtro cod. *Ep.* non πώλυφ, penacute, ut in edd. & apud Euſtath. & Pollucem; ſed πῶλυφ, circumflexâ penultimâ: quod analogiae conſentaneum eſt, quoniam ultima non niſi poſitione longa.

De *polypi δυνάμει πρὸς τὰ ἀφροδίσια*, *ALEXIDIS* verſiculi nonnulli iam ſupra adlati ſunt, lib. II. p. 63. e. f. cum his conferendi, qui h. l. adponuntur. Editam olim ſcripturam, Ἐρῶν τί δ' ἐκτήσω; ſic interpretatus erat Dalec.

Cum ames, quid tibi cibi comparaſti? Quod quam ſit frigidum adparet. Quae nominat hîc poëta, κήρυκας, κτένας, βολβοὺς, ſunt ea φάρμακα ἐρῶντι χρήσιμα, ut dixerat idem loco ſuperiore. Igitur hîc quoque ἐρῶντι erat ſcribendum, non ἐρῶν τί; ut cohaererent iſta, Ἐρῶντι τί μᾶλλον συμφέρει; *Amanti quid magis conducit?* Tum pro δ' ἐκτήσω, quod habebant editi, δὲ κτησων (ſic ſcriptum) adfertur ex ms. *A.* e quo colligitur, Κτήσων eſſe nomen eius ad quem iſta verba diriguntur. Nota ſimilis originis nomina, Κτησίας & Κτησιφῶν: nec inaudita forma nominis, ſimillima illi Δώσων, quod cognomen fuit unius ex Antigonis. In *Epit.* haec deſunt. *Verſ.* 3. Editam ſcripturam πολύπουν non ferebat metri ratio: quare πουλύπουν correxi, quae eſt forma Atticis poëtis maxime uſitata. Tum pro ἰχθύας θ', (aut ἰχθύας τε, quod eſt in ms. *A.*) ἰχθῦς θ' fuit ſcribendum. Occupaverat autem iſtas emendationes TOUPIUS, ad Longin. p. 230. qui tamen in primo verſu vulgatum Ἐρῶν τί δ' ἐκτήσω; tenuit. f

πηλαμὺς & πηλαμύδι, ut alibi, ſic & hîc dedere mssti. Pro οὐρητικὴ δὲ, eſt οὐρητική τε in ms. *Ep.* Quod dein edidimus, ταριχευθεῖσα δὲ καλλυβίῳ ὁμοίως, id ſic ſcriptum dedit codex *A.* Duo autem poſtrema verba deſunt Epitomae; de quo & monuit CASAUBONUS, ad editam ſcripturam καλλιβίῳ haec notans: »Epit. ſimpliciter, »ταριχευθεῖσα δέ. Rondeletio viſum, κυβίῳ ὁμοίως. »[apud Gesner. pag. 959. med.] Non ſemel in hoc opere legas, *pelamydem ἀναλογεῖν τῷ κυβίῳ*: quibus verbis »ſeparantur *pelamys* & *cybium*, licet ſcribat Plinius, *cybium* »*eſſe pelamydem.* [vide III. 116. e. & ibi not. III. 118. a. »b. & 120. f.] Sed accipi varie dictionem *cybion*, modo pro ſui generis piſce, modo pro parte piſcis ſale indurati, obſervatum eruditis. Interpretis quidem coniecturam, reſcribentis, ταριχευθείσης δὲ κύβιον εὐκοίλιον »καὶ λεπτυντικὸν, ut longiuscule ab edita lectione recedentem non probo. — Nempe ſic converterat Dalecampius: *Eius tamen ſale conditae cybium per alvum facile labitur, attenuandique vim habet.* CORAY ad Xenocr. DE Alim. ex Aquatil. p. 176. conferens hunc locum cum IX. 399. b. γαλικυβίῳ fortaſſe legendum coniectavit. Denique adnotavit Villebrunius, in codice Pariſino, Hermolai manu ſcripto, ſuper voce καλλιβίῳ inter lineas ſcri-

ptum κυβίῳ legi : ſed, ab eâdem-ne manu ſit iſta ſcriptura, nos non docuit.

ἀναλογῶν μέντοι ὁ χελιδονίας τῇ πηλαμύδι, σκληρότερός ἐστιν. »Non probo, quod Rondeletii ſecutus iudi»cium Dalecampius iſta omnia cenſuit inducenda. Nam »qui exiſtimant Graecis nullum *chelidoniam* piſcem fuiſſe »cognitum, falluntur; cum etiam Heſychius mentionem »eius fecerit. Ergo non temere antiqua exemplaria ſper»namus: quae etiam cum editis mox conſentiunt omnia »in iſtis, ἡ δὲ χελιδὼν ἢ τῷ πολύπῳ ἐοικυῖα, ἔχει τὸ »ἀφ' αὑτῆς ὑγρὸν, εὔχροιαν ποιοῦν, καὶ κινοῦν αἷμα: non, »ut quibusdam placuit, ἢ τῷ πομπίλῳ ἐοικυῖα: neque ut »alii, ἢ ἐλεδόνῃ ἢ τῷ πολ. ἐοικ. neque etiam ut nobis ali»quando venerat in mentem, καὶ καινὸν αἷμα. « Casaub. — Videſis Rondeletum (apud Gesn. p. 959.) hunc locum tractantem, multasque turbas cientem. πουλύπῳ, non πολύπῳ, dedere ambo noſtri codices mssti.

a Ad editam ſcripturam ὄρκυνος nil ex ms. *A.* notatum: ſed ὄρκυνος perſpicue dedit ms. *Ep.* Conf. not. ad VII. 315. c. 303. b. & 301. f. Paulo inferius vero, ubi rurſus ὀρκύνου habent editi libri, ibi ex ms. *A.* ολκινου (ſic mendoſe ſcriptum) adfertur. Quod ſequitur βορβορώδης, *limoſum, lutoſum, coenoſum* ſonat: pro quo *viroſus* poſuit Dalec. quaſi βρομώδης legeretur.

οἱ δὲ κοσταὶ λεγόμενοι, ταριχευθέντες εἰσὶ μέσοι. »Costas alibi negant legi docti, quam in iſtis Deipno»ſophiſtae verbis. Nos videmur etiam alibi hunc tenebrio»nem deprehendiſſe latitantem. Scribitur enim in doctiſ»ſimi Heſychii gloſſis: Κοστίας· κοιλίας, κόμορος. Quae »ſic interpretamur: *nomine* κόστας ſive κοστίας *piſcem* ſi»gnificari *coliae ſimilem; aut, ex ſententia aliorum, gamma»racei generis eſſe.* Lego κολίας ἢ κάμμαρος: quamquam »invenias & κόμαρος ſive κόμμαρος pro eodem.« Sic Casaubonus. Cuius quam ſit lubrica haec ratio adparet. Magis ad rem facit id quod ad Xenocratis libellum de Alim. ex Aquat. ſect. 35. (ſect. 36. ed. Neap.) notavit Frantzius, ubi μελανδρίαι in contextu apud Xenocratem exhibent libri, ibi in margine codicis Pariſienſis κοσταὶ eſſe ſcriptum. Sed, quod idem vir doctus adiecit, *ita melandryam ab Iceſio & Diphilo vocari;* non *Iceſium* in teſtimonium citare debebat, ſed unum *Diphilum*, e quo iſtâ citantur; in quibus ſcripturam κοσταὶ cum editis te-

net ms. *A*. In ms. *Ep.* deſunt poſtrema Diphili verba, in- a
de ab his ipſis, οἱ δὲ κοσταὶ &c.

ξανθίας δ' ἐπὶ ποσὸν &c. »*Xanthiam*, de quo ſequi-
»tur, ξανθίας δ' ἐπὶ ποσὸν βρωμώδης ἐστὶν, aut βρωμώδης,
»ne nos quidem usquam alibi invenimus. Doctis place-
»bat ξιφίας. Sed conſtant ſibi omnia exemplaria & Epi-
»toma. Scio *xandarum* nominari antiquis inter Atlantici
»maris cetos, facie bovis: ſed de eo non ſentit dipno-
»rhetor.« CASAUBONUS. — ξανθίας tenet noſter ms. *A*. Quod vero Caſaubonus ait, eamdem ſcripturam etiam in *Epitoma* reperiri: id quidem miror etiam atque etiam. In noſtro certe *codice Epitomae*, quem longe praeſtare Hoeſcheliano codici plurimis documentis intelleximus, extrema illa Diphili verba, inde ab iſtis οἱ δὲ κοσταὶ, ut paulo ante dixi, non leguntur. ξιφίας corrigendum iudicaverat RONDELETUS, non ſine inſigni ſpecie veri: cautior tamen GESNERUS (pag. 1048.) rem in in medio relinquendam cenſuit. Poſt ἀπαλώτερος repetitum erat in edd. verbum ἐστὶ, quod nos ibi delevimus auctoritate noſtri Msti. βρομώδης recte edd. cum Msto, non βρωμώδης.

AD CAP. LIV.

ὑφ' ὧν μὲν καλεῖσθαι τιμητὸν, ὑπ' ἄλλων δὲ πελάγιον. Suſpicatus eram τεμαχίτην oportuiſſe, pro πελάγιον: ſed non liquet. Vulgatum quidem tenet codex ms. uterque.

Τὸ δὲ τῶν λεπιδωτῶν γένος, οἷον θύννων, σκόμβρων, b
θυννίδων, γόγγρων. Locum hunc citans GESNERUS pag. 292. ſub med. his verbis: *Piſces ſquamis contecti* &c. adiicit: »Addenda eſt *negatio*, nam thunni, ſcombri &c.
»*ſquamis carent*.« — Iam *thunnis* quidem *ſquamas* eſſe, ſed eas *minutiſſimas*, ex WILLUGBY adnotavit CAMUS ad Ariſtot. pag. 800. Sed *congri* certe ſquamas non habent. Atque etiam de *ſcombris* rurſus idem GESNERUS, p. 843. ſub finem: »Athenaeus (inquit) thynnos, ſcombros &c.
»*ſquamatos* eſſe dicit, negatione a librariis omiſſa: ca-
»rent enim ſquamis.« Quam ad ſententiam ſtatuendum foret, τῶν ἀλεπιδώτων ſcriptum oportuiſſe. At vulgatum tenens SCHNEIDERUS, in Hiſtoria Piſcium, pag. 57. & p. 204. peculiarem piſcium claſſem λεπιδώτους a Mneſitheo nominari ait; quid ſit vero, cur ea claſſis ita nominata fuerit, non declaravit Vir doctiſſimus.

συμβαίνει τούτοις καὶ ἀγελαίοις εἶναι. Diceres, adiiciendum ſaltem fuiſſe, καὶ μονήρεσι; aut aliquid tale: ita quidem ut καὶ -- καὶ -- ſignificaret, *partim - - partim*, aut, *vel - - vel*, ut ſaepe aliàs. In *Epit.* deſunt ipſa illa verba, quae nos conturbant, καὶ τῶν τοιούτων -- ἀγελαίοις εἶναι: & dein ibidem ſic pergitur, τὰ μὲν μή τε καθ' ἑαυτὰ &c. omiſſâ οὖν particulâ.

c ὅσα τραχεῖαν ἔχει τὴν ἐπίφυσιν τοῦ δέρματος. »Ἐπί»φυσιν τοῦ δέρματος eleganter nominat auctor *corium quod* »*caeteris omnibus ſupercreſcit.* Sed non negligendum quod »invenimus in Excerptis, τὴν ἐπίχυσιν τοῦ δέρματος. »Graeci ἐπίχυσιν appellant τὴν κονίασιν, *parietis dealbatio*»*nem:* hîc ſimpliciter, pro *ſuperficie.*« CASAUBONUS. — Etiam noſter cod. *Ep.* ἐπίχυσιν habet; quam tamen ſcripturam minime equidem probaverim. ἐπίφυσιν intelligo aſpera illa tubercula, quibus obſita cutis eſt.

d ὁ δὲ τῶν ἀφροδισιασμῶν καιρὸς πνευματώδους προσδεῖται διαθέσεως. »Depromta eſt haec obſervatio e veterum Me»dicorum ſcholâ. Auctor libri II. Epidemiorum, (Sect. »III. T. I. pag. 804.) qui ſub Hippocratis nomine fertur, »ait: Ἔστιν οἷσιν, ὅταν ἀφροδισιάζωσι, φυσᾶται ἡ γα»στὴρ, ὡς Δαμναγόρᾳ· οἷσι δ' ἐν τούτῳ φόφος, ὡς Ἀρκε»σιλάῳ. Et inferius (pag. 805.) de hoc ipſo Arceſilao: »Ἐν ταῖσι δὲ προσόδοισιν ἔστιν οἳ ἀποφοφέουσιν, οἷον Ἀρ»κεσίλαος. Veroſimillimum eſt, hos ventris crepitus, & »ſtatum omnino flatuoſum in congreſſu venereo, ab irri»tatione nervorum excitari: cuius rei argumentum eſt, »quod & ſternutatio interdum corripit eos qui luctae ve»nereae operam dant. (conf. *Journ. de Med. Chir. Pharm.* »&c. *par Vandermonde*, T. IX. pag. 304.) Ideo coitum »*parvam epilepſiam* vocarunt antiqui Medici, morbum ſci»licet cum vehementi nervorum concuſſu & flatibus con»iunctum; quod vel ipſa epilepticorum os obſidens ſpu»ma manifeſto indicat.« CORAY, in *Notis msstis.*

ταύτας οὖν ἡ ἔφησις ἐκκαλεῖται. &c. Sic recte noſtri mssti.

e κατὰ λόγον οὕτως ἔχει γίγνεσθαι αὐτά. Sic mstus uterque cum edd. niſi quod γίνεσθαι pro γίγνεσθαι ſit in ms. *Ep.* Quae mihi mira & inſolens verborum conſtructio viſa erat. Satis quidem nota locutio, τοῦτο λόγον ἔχει οὕτω γίνεσθαι: *conſentaneum eſt hoc ita fieri.* Tum & locutiones huiusmodi nihil ſingulare erant habiturae: τοῦτο κα-

τὰ λόγον οὕτως ἔχει, aut τοῦτο κατὰ λόγον οὕτως γίνεται. e
Sed κατὰ λόγον ἔχει γίγνεσθαι quid ſit, fateor mihi non liquere. Quare δεῖ legens pro ἔχει, naturalem verborum ſtructuram talem cogitaveram: ταῦτα δεῖ γίγνεσθαι κατὰ λόγον οὕτως, & ſubintellectâ μᾶλλον particulâ, κατὰ λόγον μᾶλλον οὕτως. Hoc μᾶλλον οὕτως autem, ut ex proxime praecedentibus intelligitur, idem valet ac μᾶλλον σκληρά. Fere in eamdem nobiscum ſententiam Dalecampius vertit: *dureſcere magis, eſt rationi conſentaneum*: quod quidem Graece proprie ſic ſonabat, λόγον ἔχει (*non*, κατὰ λόγον ἔχει) μᾶλλον οὕτως γίγνεσθαι.

AD CAP. LV.

πεττομένων, & deinde πέττεται, ut alibi, ſic & hîc, dedere ambo noſtri mssti.

τοῖς τε σώμασιν ἢ μῶν ξηράν τε δίδωσι τροφὴν, εὔογκα f
δ' ἐστὶ καὶ τρόφιμα. Sic editt. omnes: nec aliud quidquam e msto *A.* enotatum. Manifeſtum eſt vero, aut *corruptam* eſſe aut *defectam* orationem; cui tamen quo pacto eſſet ſuccurrendum, ſatis certa aut expedita ratio nobis non occurrebat. In *Epit.* quidem, ut breviora, ſic plana omnia: τὰ δὲ πετραῖα, - - - καὶ τὰ ὅμοια ξηρὰν δίδωσι τροφὴν &c. Ad ſequentia verba, haec adnotavit CASAUBONUS: »Cur dicantur τὰ πετραῖα eſſe εὔογκα, iam expo»ſuimus libro III. cap. v. « — Vide notata ad III. 79. b.

τὰ δὲ πετραῖα καὶ τῇ ἥδονῇ ἁπλῶς σκευασθέντα.
»Ἡδονὴν veteres vocabant *acetum*; neque aliter interpre»tamur iſta verba, τῇ ἡδ. ἁπλ. σκευασθ. de quibus lib. II. »cap. XXVI. « CASAUBONUS. — *Acetum* ab Atticis ἦδος vel ἧδος dici ſolitum eſſe, cum ipſe auctor noſter docuit, lib. II. pag. 67. c. tum aliunde ſatis conſtat. Vellem aeque conſtaret, etiam vocabulum ἡδονὴ eâdem notione fuiſſe a nonnullis uſurpatum: ſic percommoda foret interpretatio huius loci, quam in Animadv. ad II. 67. c. propoſuerat Caſaubonus, *piſces ſaxatiles optimos eſſe, ſimpliciter cum aceto paratos.* Sed quod ex Heſychio firmare ſuam interpretationem ille voluerat; recte quidem doctus Gloſſographi Editor monuit, id non dixiſſe Heſychium quod eum dicentem Caſaubonus fecit. Velim vero docuiſſet nos idem vir doctiſſimus, quanam igitur potiſſimum notione hoc loco vocem ἡδονὴν accipere debeamus: quod mihi

minime liquere profiteor. Vulgatam quidem ſcripturam tuentur ambo noſtri codices mssti. Videndum vero, ne fortaſſe verbum aliquod intercíderit tale, quale διαφέρει, aut in eamdem ſententiam aliud. Sic ἡδονὴν de *ſuavitate & gratia cibi* acciperem, (ut apud Xenoph. Cyrop. VIII. 2, 4.) & verba iſta, τὰ δὲ πετραῖα καὶ τῇ ἡδονῇ διαφέρει ἁπλῶς σκευασθέντα, in hunc modum interpretarer: *Saxatiles vero piſces etiam eo ſuaviores ſunt in cibo, quo ſimpliciori ratione parati.* Eadem notione vocab. ἡδονὴ paulo poſt apud eumdem auctorem, e quo haec deſumta, occurrit (pag. 358. b.) ἄριστα καὶ πρὸς ἡδονὴν, καὶ πρὸς εὐπεψίαν. Qui locus omnino cum hoc conferendus.

a ἀπόλαυσιν ἔχει πλείω. Quam vim hoc loco habeat vocab. ἀπόλαυσις, expoſitum eſt ad III. 87. e. Animadv. T. II. pag. 91 ſq. Corrupte ἀπόλλυσιν ſcribitur in ms. *A.* manifeſtâ & obviâ erroris origine. Deſunt iſta verba cum aliis in ms. *Ep.* *Mox*, in his quae ſequuntur, τῆς μὲν κοιλίας &c. coniunctivam deſiderabam particulam; malebamque καὶ τῆς μὲν &c.

AD CAP. LVI.

Ad verba ἔτι δὲ πελάγη μεγάλα, nude monuit Casaubonus: »Scribe, ἔτι δὲ τενάγη: non autem πε»λάγη.« — At plurimum iſta differunt. πελάγη ſunt *maria profunda*; τενάγη, *loca parum profunda in mari, & vadoſa.* πελάγη vero cum editis tenent ambo mssti: quod plane abiicere non ſum auſus, quamvis probabilis admo-

b dum videatur Caſauboni emendatio. *Mox*, ad κυματοπλῃγεῖς recte monuit Idem: »Scribe κυματοπλῆ»γες. Sic in Excerptis: [etiam Noſtris:] non κυματο»πλῃγεῖς. κυματοπλὴξ, ut οἰνοπλὴξ, παραπλὴξ, & apud »Archeſtratum νεοθὴξ μάχαιρα.« — *Dein*, πρὸς δὲ τούτοις, & καὶ πόλεις, dedere ambo mssti: iidemque paulo poſt tria verba, καὶ πρὸς εὐπεψίαν, agnoſcunt, in Caſaubonianis tribus editionibus temere omiſſa. Quae omnia etiam Casaubonus in Animadv. ex ſuo codice *Epit.* commendavit.

c Rurſus, οἱ μετεκβαίνοντες percommode uterque codex dedit. In ed. Ven. vitioſe μετεβαίνοντες legebatur, inde μεταβαιν. ed. Baſ. & Caſ. *Porro*, εἴς τε ποταμοὺς

ex ms. *A.* recepi; cum nude εἰς ποταμοὺς legeretur in c edd. & ms. *Ep.*

οἵ τε πυροῦντες. »Non aſſequor mentem auctoris, »cum de *fluvialibus piſcibus* ſcribit, τῶν ποταμίων βέλτι- »στοί εἰσιν οἱ ἐν τοῖς ὀξυτάτοις τῶν ποταμῶν ὄντες, οἵ τε »πυροῦντες. Fallor, aut ſcribendum, οἵ τε ἐπὶ ῥοῦν »ὁντες. Sed non fallor profecto, neque aliter legendum. »ῥοῦς in flumine eſt, quà maxime vergit aquarum impe- »tus. Ea pars rapidiſſima: ibi igitur optimi piſces; quem- »admodum docere auctor hîc voluit, & toties apud Ga- »lenum aliosque Medicos legere licet. Poteramus *pyrun-* »*tas* piſces interpretari *empyros*, de quibus ultimo capite »[ad ipſum huius libri exitum] dicturi ſumus: ſed id non »probatur nobis.« CASAUBONUS. — Mihi iſta interpre- tatio non tam certa, quam docto Animadverſori, viſa erat: cum praeſertim, *contra fluvii curſum*, graece non ἐπὶ ῥοῦν, ſed πρὸς τὸν ῥοῦν, ni fallor, dicendum fuiſ- ſet. GESNERUS, de Aquatil. pag. 789. & pag. 1008. *trut- tas* intelligens, (qui & *fariones* latine vocantur) a maculis rubicundis & veluti igneis πυροῦντας vel πυρόεντας dictos hos piſces, quaſi *igneos*, exiſtimaverat; in quos caeteroquin mire convenit id, quod adiicit auctor, *non niſi in rapidiſſimis & gelidiſſimis fluviis eos reperiri.* Quae ſi placeat interpretatio, non idcirco opus fuerit, ut ſcriptura οἵ τε in ὡς οἱ mutetur.

AD CAP. LVII.

»Verſus *ANTIPHANIS* ita nobis exhibent edita exem- d »plaria ſimul & manu exarata:

»Ἐγὼ περὶ τὴν ὀψωνίαν μὲν οὐ πάνυ τι
»ἐσπούδακ', οὐδ' αὖ συνέτεμον λίαν πάνυ,
»ὡς ἄν τις ἄλλως ἐξενεχθείσιν,
»ὅπου τοῦ διαλάβοι κραιπάλην Ἑλληνικῶς.

»Quod ex praecedentibus Athenaei verbis liquet, & pa- »raſitus ille qui apud poëtam iſta loquebatur, & Cynul- »cus qui nunc iſtos verſus uſurpat, « [at Daphnus eſt me- dicus, quem iſta loquentem Athenaeus facit: conf. pag. 355. a.] »nihil ſignificare aliud volebant, niſi *cupediarum* »*& deliciarum gulae ſe eſſe rudes.* Haec in ſumma horum »verſiculorum mens. Planiſſima ſunt prima verba: *Ego* »*in arte obſonandi non multum operae poſui.* In magnatum

d » familiis erant qui dicebantur *obſonatores* ſive ἀγοραστάι. » Horum fuit propria τέχνη ὀψωνητικὴ quae dicebatur li- » bro ſeptimo. Paraſiti, ut dicebamus ad Theophraſtum, » [ad cap. 3. περὶ Κολακείας pag. 124.] ubi deerant ob- » ſonatores, eas partes ſubire ſoliti. Ex quo intelligimus, » cur neget hic paraſitus, ſe eius artis eſſe callentem. Cae- » tera depravata iuxta ſunt & obſcura. Experiamur an » hic quoque ſit aliquis noſtris coniecturis locus. Fortaſſe » enim non longe abieris a vera lectione ſi ſcribas:

» Ἐγὼ περὶ τὴν ὀψωνίαν μὲν οὐ πάνυ
» ἐσπούδακ'. οὐδ' αὖ συνετά μοι λίαν πάνυ
» ὡς ἄν τις ἄλλων ἐξενεχθέντων πότου
» αὐτὸς διαλάβοι κραιπάλην Ἑλληνικῶς.

» *Ego rationes obſonandi non teneo: neque mihi nota ſunt illa* » *per quae aliquis poſſit, ſublatis de triclinio caeteris, ipſe cra-* » *pulam impedire: quod plerique Graecorum faciunt.* Poëticum » eſt οὐ συνετά μοι, pro οὐ συνίεμαι. Conviviorum Grae- » canicorum τὸ κεφάλαιον fuit in potatione poſitum. Ideo » plurima illa expetebantur quae impediendae ebrietati va- » lere credebantur. Ideo etiam ſolita parari illa amethy- » ſta & μέθης φάρμακα, de quibus lib. I. cap. ult. Porro » temulenti proprium eſt, ἐκφέρεσθαι πότου, ſive ut ſcri- » bit Tullius, *de conviviis auferri.* διαλαμβάνειν eſt *intercipere* » *medium*, & impedire malum iam inchoatum. Aliud ex- » cogitare ſanando huic loco nihil potui. « CASAUBONUS. — In Epit. deeſt illud *ANTIPHANIS* teſtimonium. Codex *A.* in vulgata ſcriptura nil mutat. KOPPIERS, in Obſer- vatis Philol. pag. 52. ſic correxit:

» Ἐγὼ περὶ τὴν ὀψωνίαν μὲν οὐ πάνυ
» ἐσπούδακ', οὐδ' αὖ συνετός εἰμι λίαν πάνυ,
» πῶς ἄν τις, ἄλλοις ἐξενεχθεῖσιν πότου,
» αὐτὸς διαβάλοι κραιπάλην Ἑλληνικῶς. «

Quae fere in eamdem cum Caſaubono ſententiam ſic in- terpretatus eſt: *Ego quidem in obſonandi ratione non multum elaboravi; neque etiam bene intelligo, qua ratione, reliquis e triclinio iam elatis, crapulam Graeco quis more poſſit diſcu- tere.* Adnotavitque idem vir doctus, iam ABRESCHIUM in Dilucid. Thucyd. pag. 368. caetera quidem a Caſaubono mutata defendentem, rectiſſime διαβάλοι pro διαλάβοι ſcripſiſſe. Quam emendationem & ego probans, miratus ſum illud verbum per *diſcutere* exponi, quae notio ei quî convenire poſſit non vidi. Equidem ex iis proficiens,

quae a doctis, quos dixi, viris ad emendandum hoc frag- d
mentum collata sunt, tali fere modo concipiendum illud iudicavi, quemadmodum partim in scholiis contextui subiectis, partim in versione latina indicavi. Quum tamen merae sint hae coniecturae, nec ulla satis certa ratio, nihil in contextu mutare ausus sum quamvis manifeste corrupto.

τῶν Ἀγροίκων ἑνὸς διασκευή. »Moris fuit & comicis & »tragicis poëtis idem argumentum in plures fabulas divi»dere, quas uno communi nomine inscribebant. Sic lau»datur Sophoclis Ὀρεστεία vel Ὀρεστιάς; item ἡ περὶ »Ὀδυσσέα πραγματεία. Similiter Antiphanes Comicus »plures fabulas affines argumento docuerat, titulo Ἀγροί»κων. Sed praeter hunc communem titulum, proprium »comoediae singulae habebant. Sic accipimus verba Athe»naei, cum ait: Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ οὕτως εἰμὶ φίλιχθυς, ὡς »ὁ παρὰ τῷ αὐτῷ ποιητῇ ἐν Βουταλίωνι· ὅπερ δρᾶμα τῶν »Ἀγροίκων ἐστὶν ἑνὸς διασκευή. Id est: *Neque porro ita sum »piscium avidus, uti ille apud eundem Antiphanem in Buta»lione: quae fabula editio altera est & emendatio unius e Ru»sticis.* De voce διασκευὴ satis disputatum libro III. cap. »XXVI. [ad III. 110. b.] Unde licet intelligi, quantum a »vera sententia absint qui [ut Dalecampius] *apparatum con»vivii* ea dictione putant significari. Quemadmodum autem »in philosophia idem saepe est & generis universi & spe»ciei unius e pluribus nomen; sic horum Ἀγροίκων uni »peculiare nomen fuit Ἀγροῖκος: nam subiicitur mox, »ἐν δὲ τῷ Ἀγροίκῳ. Haec ita interpretamur, quia vul»gatam lectionem nostrorum librorum, in omnibus ma»nuscriptis inventam, solicitare religio nobis est. Alio»qui poteramus ex libro septimo suspicari, non hîc τῶν »Ἀγροίκων ἑνὸς legi debere, sed τῶν Ἀγροίκων ἐστὶ διա»σκευή. Nam id drama, cuius posterior cura fuit *Buta»lion*, illud fuit ipsum quod Ἀγροῖκος dicebatur vel Ἀγροῖ»κοι.« CASAUBONUS. — Vide ad VII. 313. b. De titulo *Butalion* monuimus ad II. 63. f. Animadv. T. I. pag. 429. fuisse illud proprium nomen hominis ob stultitiam a comicis traducti.

ANTIPHANIS vers. 1 *seqq.* Καὶ μὴν ἑστιάσω &c. »Prin- e
»cipium Antiphaneae eclogae multis modis corruptum est. »Lege, & corrige:

»— Καὶ μὴν ἑστιάσω γε τήμερον

e » ὑμᾶς ἐγὼ· σὺ δ' ἀγοράσεις ἡμῖν λαβὼν
» τόδ' ἀργύριον· ἄλλως γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι
» χρηστῶς ἀγοράζειν· φράζε δὴ φιλουμένῳ
» ὄψῳ τίνι χαίρεις.

» Sequentes verſus habes & libro ſeptimo. « Sic CASAUBONUS. — In cuius ratione quum nec metrum conſtaret primo verſui, nec perſonarum partes eſſent diſtinctae; doctiſſimus IACOBS in *Notis mſstis* eam emendandi rationem, quam contextui ſubiecimus, propoſuit, adiecto ad poſtrema verba a ſe propoſita brevi hoc ſcholio: » ἄλις » adverbialiter poſitum, ut apud Homerum paſſim. (*Fa-* » *ciam;*) *modo ſat pecuniae accipiam.* (*Sine pecunia enim ni-* » *hil boni emere poſſum.*) « — Veriſſima haud dubie ſententia, quae & ſatis perſpicue in vulgata ſcriptura continebatur. Caeterum licet duos priores verſus, quales vulgo leguntur, minime eſſe ad metrum exactos adpareat, interim tamen, donec certior aliqua & veſtigiis veteris ſcripturae preſſius inhaerens emendandi ratio fuiſſet prolata, nihil in contextu mutandum putavi, in quo ab edita ſcriptura nil discedit vetus noſter codex *A*. In ms. *Ep.* vero tota deeſt Antiphanis ecloga. In *verſ.* 2. mendam vel defectum indicaverant ſuperiores editores crucis figurâ † inter voces λαβὼν & πιστὲ interpoſitâ.

Verſ. 4. φράζε δὴ φιλούμενον. » Forte φράζε δή, φίλ', » εἰ μὲν οὖν. « IACOBS, in *Notis mſstis*. — Equidem etiam hîc vulgatam ſcripturam, quamvis manifeſte vitioſam, in contextu relinquere, quam emendationem parum certam auctori obtrudere, conſultius duxi. Neque hîc nos iuvere veteres membranae: nec rurſus *verſ.* 8. ubi verbum ſingularis numeri, ἤρεσεν, utcumque quidem ad ἰχθυοπώλην poterit referri; ſed haud dubie praeſtabat pluralis ἤρεσαν, ad piſciculos referendus.

f De *verſ.* 11 & *ſeqq.* vide notata ad VII. 313. b. c. ubi iidem verſus iam adpoſiti. *Verſus* 12 & 13. in ed. Ven. & Baſ. omiſſis ſex vocibus mutilati & in unum contracti erant, adiectâ etiam parte verſus ſequentis. Nam poſt illa verba τούτους ἅπαντας νενόμικα, haec veluti unum proxime ſequentem verſum efficientia adpoſita erant:

ἀνθρωποφάγους πῶς ἀνθρωποφάγοι δῆλον ὅτι.

Caſaubonus, partim e ſuperiori loco, partim ex Italicis mſstis ſupplens omiſſa verba, (quae eadem & noſter codex *A*. agnoſcit) ſimul tacite de ſuo ingenio poſteriorem

partem *verſus* 13. in longe diverſum ſenſum mutavit, in f hunc modum edens:

ἀνθρωποφάγους; πῶς ἰχθῦς ἀνθρώπους φάγοι;

Atqui ſuperiori loco (VII. 313. b.) cum editi tum uterque codex noſter mſtus ſic dabant:

— — πῶς οὖν ἀνθρωπος φάγοι;

Hoc loco vero in ed. Ven. & Baſ. erat quidem πῶς ἀνθρωποφάγοι, in ms. *A.* vero πῶς ὡς ἀνθρωποφάγοι: ſed ex collatione cum ſuperiori loco intelligi par erat, ſcripturam ἀνθρωποφάγοι ex ἀνθρωπος φάγοι eſſe decurtatam. Pro πῶς οὖν, quod erat ſuperiori loco, haud incommode hîc πῶς ὡς poſitum; id eſt, *quî fieri poſſit ut*, vel *quî conveniat ut*. Sed hîc, ut illic, fulciendi verſus cauſſa ante ἄνθρωπος inſeri particula ἂν a nobis debuit: quae quam facile potuerit excidere, in aprico eſt.

Verſ. 14. Ἑλένης βρώματα. *Helenae cibos* dixit, puto, poëta pro *ſuavibus & delicatis;* quemadmodum & ERASMUS interpretatus eſt, Adag. pag. 444. ubi de proverbio Διὸς ἐγκέφαλος agit. At id quidem hîc ironice dictum intelligi debebit; ut iam ſupra (Animadv. p. 336.) obſervavimus.

Poſtremus verſus (num. 15.) in editionibus omnibus non niſi tribus his verbis conſtabat,

μαινίδες καὶ τριγλίδες. —

Sed optimus noſter ms. *A.* eadem prorſus ratione conceptum verſum dedit, qua ſuperiori loco legebatur,

ἃ φησιν οὗτος, μαινίδας καὶ τριγλίδας.

Ubi ſi quis fortaſſe μαινίδες & τριγλίδες in recto caſu deſideraverit; is meminerit hunc eſſe uſum Graeci ſermonis in huiusmodi orationis connexione: nam intelligi debet μαινίδας καὶ τριγλίδας φήσας vel λέγων.

Ἐν δὲ τῷ Ἀγροίκῳ »Ἑκάτης βρώματα« ἔφη. Ex iſtis verbis, ἐν δὲ τῷ Ἀγροίκῳ, colligebat (ut paulo ante vidimus) Caſaubonus, uni ex duabus Antiphanis fabulis, quibus titulus fuerat Ἀγροῖκος cum aliquo additamento quo illae inter ſe distinguerentur, peculiarem etiam hunc titulum fuiſſe, ut veluti κατ' ἐξοχὴν ὁ Ἀγροῖκος nominaretur. At id quidem ex hoc loco non neceſſario colligitur. Nam ἐν δὲ τῷ Ἀγροίκῳ poterit hîc perapte intelligi, *in illo ex duobus* Ἀγροίκοις, *cuius διασκευὴ erat Butalion.* Sed aliâ difficultate videri poterat laborare vel hic locus, vel ſuperior ille pag. 313. b. c. nempe quod, cum ibi dictum ſit, *in* Ἀγροίκῳ *vel Butalione* Ἑκάτης βρώματα *dictos fuiſſe iſtos*

f *piſciculos*, hîc contra dicat, aliter dictos fuiſſe in Ἀγροίκῳ, aliter in *Butalione*. In quo videri poterat ſecum ipſe pugnare Athenaeus: at, verum ſi quaeris, conſtantem ſibi reperies: priori loco, ubi ἐν Ἀγροίκῳ ἢ Βουταλίωνι dicit, intelligit iteratam fabulae editionem, cui uterque erat titulus: hoc loco ait, *in priori editione* Ἑλένης βρώματα *dixiſſe poëtam*, *in poſteriori* Ἑκάτης βρώματα.

Ἔφιππος - - - ἐν Φιλύρᾳ. Cum Φίλιππος h. l. editum eſſet, haec adnotavit CASAUBONUS: »E numero »Graecorum Comicorum *PHILIPPUS* & *EPHIPPUS* fue»runt mediae comoediae poëtae duo. Recitantur autem »iſto loco verſus quidam ſub *PHILIPPI* nomine, qui non »longe poſt [pag. 359. d.] *Ephippi* eſſe dicuntur. Ac cum »illi verſus promantur ex *Philyra* & *Obeliaphoris*, ſub qui»bus titulis alibi horum librorum *EPHIPPUM* invenire eſt »laudatum: non ſine cauſſa cenſeas ſcribendum hîc, ἐκ»φαυλίζων δὲ καὶ Ἔφιππος τοὺς μικροὺς τῶν ἰχθύων ἐν »Φιλύρᾳ φησί. Sin hîc retinemus Φίλιππος, mox etiam »ſcribendum ita fuerit; non Ἔφιππος. Res ſane difficilis »ad affirmandum: cum libro ſeptimo [pag. 311. d.] ex »Eubuli Nutricibus iisdem verbis quaedam proferantur, »atque hîc ex Obeliaphoris Philippi. Auctor eſt Suidas, »in Athenaei Deipnoſophiſtis laudatum inveniri *Philippum* »*comicum in Codoniaſtis*. Hoc falſum eſt hodie: nam *Cydo*»*nem* quidem *EPHIPPI* Athenaeus nominat libro ſeptimo, »[pag. 322. d.] & XIV. [pag. 642. e. & 646. f.] *Codonia*»*ſtas* vero *PHILIPPI*, quod ſciam, nusquam. Coniicimus »fortaſſe non vane, Suidam legiſſe hîc Φίλιππος, non »Ἔφιππος: ac quoniam *Coroniſtarum* fit hoc loco mentio, »[pag. 360. a. b.] ſcripſiſſe per incogitantiam, *Philippum* »in *Coroniſtis* ſive *Coroniaſtis* laudatum fuiſſe ab Athenaei »deipnoſophiſtis. Si igitur ita videatur, ſcribamus in Sui»da: Φίλιππος, κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι Κωρω»νισταί· (vel Κωρωνιασταί·) ὡς Ἀθήναιος ἐν Δειπνοσοφισταῖς. »Porro non hîc ſolum Eubuli & Ephippi nomina invicem »confuſa animadvertimus. Vide libro IX. capite ſecundo.« — Sic ille: ubi (ut ab eo incipiam, quod poſtremo loco doctus Animadverſor poſuit) nulla cauſſa erat, cur confuſionis nominum Eubuli & Ephippi hîc fieret mentio: quae nomina quidem ab Epitomae auctore temere permutata vidimus, II. 65. b. (ubi vide notata, & conf. IX. 370. d.) ſed quod paulo poſt (VIII. 359. a. b.) duo verſus ex

Ephippi Obeliaphoris citantur, qui iidem & in *Eubuli Nutricibus* legebantur, ut ex VII. 311. d. diſcimus; id quidem diverſam habet rationem, & ad morem pertinet, de quo iam ſaepius diximus, multis Comicis poëtis ſolennem, ſuperiorum quorumdam poëtarum verſus ſubinde ſuos facientibus. Hoc vero loco, licet in ſcripturam Φίλιππος vetus noſter codex cum editis conſentiat, tamen Ἔφιππος ſcriptum oportuiſſe fidem faciunt multa. Primum, quod & *Philyra* fabula, & Ὀβελιαφόροι, quae continuo deinde eidem auctori tribuitur, conſtanter aliâs & communi librorum conſenſu *Ephippo*, non *Philippo* auctori tribuuntur: vide de *Philyra*, VII. 286. e. & XIII. 571. b. de *Obeliaphoris* vero, XI. 482. d. Deinde quoniam hoc loco ſic plane in Epitoma ſcribitur: Ἔφιππος δὲ ὁ ποιητὴς ἐκφαυλίζων &c. Denique quoniam paulo poſt (p. 359. d.) ubi de eodem rurſus auctore agitur, ipſe etiam codex *A.* nomen Ἔφιππος tenet. Quod vero ad dubitationem adtinet, quam in hac quaeſtione Suidas movere poterat: videtur ille codice uſus eſſe, in quo, ſicut in noſtro, Φίλιππος pro Ἔφιππος perperam ſcriptum erat; tum vero fictitii dramatis Κωδωνιασταὶ, quod apud illum commemoratur, ea ipſa videtur ratio & origo eſſe quam Caſaubonus explicavit. Caeterum apud Eudociam, (p. 427.) quae ſua ex Suida hauſit, non Κωδωνιασταὶ, ſed Κωνιασταὶ legitur.

In *Ephippi verſ.* 1. Παπία ſimplici litera π in medio ſcribitur, in edd. & ms. *A.* ſicut apud Euſtath. in Iliad. ε'. pag. 428 extr. & ſeq. Conf. Ariſtoph. Veſp. 297. & Pac. 128. Epitomator, omiſſâ illâ voce, de tota ecloga nonniſi haec verba adpoſuit: φράζε ἰχθῦς φρονοῦντας, μή μοι βρέφη.

Verſ. 4. »Huius ſive *Philippi*, ſive ut puto verius *Ephip-* a
»*pi*, male ſcribitur hic verſus:

»Οὐκ οἶσθ' ὅ τι τἀργύριόν ἐστ' εἰς ἄργυρον.

»Neque certo ſcio quî illum conſtituam. Scribebamus »tamen,

»Οὐκ οἶσθα δ' ὅτι τἀργύριόν ἐστ' ἀνάργυρον.

»Iocus comicus haud illepidus; ut ſi dicas, *opes noſtrae ſunt* »*inopes.*« Sic CASAUBONUS. — Cuius emendationem adoptans GROTIUS in Excerpt. pag. 825. totam Eclogam latine ſic reddidit:

— »A. *Vin', pater, in forum*
»*excurſitans mihi emere?* B. *Quid tandem, puer?*
»A. *Piſces aetatis iuſtae, non infantulos.*

a » B. *Adeone ignoras noſtras eſſe inopes opes?* «
Nihil praeſidii nobis offerebant veteres membranae, in quibus ὅτι τὸ ἀργύριον & dein ἐσθ' εἰσάργυρον. Probavimus autem *Adriani* HERINGAE emendationem, ut & alioqui commodiſſimam, & fere nihil a veſtigiis veteris ſcripturae recedentem. Is igitur, Obſervation. cap. 31. pag. 276. ſic legendum cenſuerat:
» Οὐκ οἶσθ' ὅτι τὰργύριον ἐστ' ἰσάργυρον.
Hac adiectâ interpretatione: » *Neſcis pecuniam argento con-* » *tra caram eſſe.* ἰσάργυρα enim dicuntur *pretioſa, argentum* » *pretio aequantia.* Cf. XV. 689. b. « — Eamdemque emendationem etiam doctiſſimo CORAYO, nihil de Heringa cogitanti, proprium ingenium obtulerat, qui eam in *Notis msstis* proponens, ſimiliter monuit: » Comice dictum τάργύριον ἰσάργυρον, pro ἰσάξιον ἀργύρῳ, id eſt, *tam ra-* » *rum eſt argentum ſignatum ſive moneta*, τάργύριον, *quam* » *ipſum argentum*, ὃ ἄργυρος. «

AD CAP. LVIII.

Priores ex *Obeliaphoris* verſus ſic editi legebantur:
Ἀλλ' ἀγόρασον εὐτελῶς. ἅπαντα γὰρ
ἱκανόν ἐστι φράζε δήποτε.
μὴ πολυτελῶς, ἀλλὰ καθαρίως ὅττι ἂν &c.
Quos ita digeri iuſſit CASAUBONUS in Animadv.
— » Ἀλλ' ἀγόρασον εὐτελῶς·
» ἅπαντα γὰρ ἱκανά γ' ἐστί· φράζε δή ποτε.
» μὴ πολυτελῶς· ἀλλὰ καθαρείως ὅττι ἄν. «
nullâ adiectâ adnotatione, niſi: » Vide libro ſuperiore, » cap. XVII. « — Nempe conferri iubet notata ad VII. 311. e. ubi eadem verba, quae tertio verſu leguntur, ex Eubuli Nutricibus citantur. Verba ἅπαντα γὰρ recte utique a Caſaubono ad *ſecundum verſum* relata ſunt. Sed cur ἱκανόν ἐστι (quod cum editis tenet ms. *A.*) cum eodem viro docto in ἱκανά γ' ἐστὶν mutaremus, aut in ἱκανάζει cum GROTIO, (in Excerpt. pag. 823.) nullam ſatis idoneam cauſſam vidi. Caeterum φράζε δή ποτε recte in omnibus editionibus legebatur: & φράζε, ut paulo ante vidimus, agnoſcit etiam Epit. ſed vitioſe φράζεο δέ ποτε ſcribitur in cod. *A.* *Verſ.* 3. καθαρείως, quod commendavit Caſaubonus, recte dedit Epitoma: in qua ab his ipſis verbis incipitur haec ecloga, μὴ πολυτελῶς, ἀλλὰ καθαρείως.

Sed dein ibidem ſtatim ſic pergitur, τευθίδια, σηπίδια &c. omiſſis mediis verbis, quae in ed. Ven. & Baſ. ſic ſcripta erant ὅ τι ἂν, ὁσίας ἕνεκ': in ed. Caſ. vero ὅ τ τ ι ἂν ὁσίας ἕνεκ' : in ms. *A.* vero ὅ τι ἀνοσίας ἕνεκα, ſub quo monſtro (coll. VII. 311. d.) haud dubie latebat ὅ τι ἂν ᾖ &c. quemadmodum edidimus.

Verſ. 5. κἂν κάραβός τις ᾖ λαβεῖν. » Scribi malim, b » κἂν κάραβόν τιν' ᾖ λαβ.« CASAUB. Commodum ſane hoc foret: ſed conſultius nobis viſum erat, cum GROTIO tenere vulgatum, quod uterque codex ms. tuetur. Infinitivus activae formae, notione paſſiva accipiendus; ut cum dicimus καλὸς ἰδεῖν & id genus alia. Simillima ratione & Gallice dicimus, *s'il en eſt un à trouver;* & Germanice, *wenn einer zu finden iſt.* *Verſus* 6. omiſſus in Epit. In eo verſu reſtituimus ſcripturam codicis *A.* ἡδὺ ἐπὶ τὴν τρ. ubi ἥδύ γ' ἐπὶ τ. τρ. legebatur in editis, particulâ γ' praeter neceſſitatem inſertâ.

Verſus 7. ſic ſcriptus erat in editis:

Θήβη μὲν ἐνίοτ' ἔρχεται, ἐκ τοῦτου λάβε

nullâ poſt λάβε interpoſitâ diſtinctione; ut cohaererent iſta, λάβε ἀλεκτρυόνιον &c. Ibi monuit CASAUBONUS: » Cor» ruptus etiam hic verſus, & ſcribendum vel Θήβης μὲν » ἐνίοτ' ἔρχετ', ἐκ τούτου λαβέ: ut ſit proprium viri no» men *Thebas:* vel Θήβη, & ἐκ ταύτης.« — Cuius rationem priori loco propoſitam GROTIUS adoptavit. At longe felicior hîc quidem vates PALMERIUS fuit, ſic legendum cenſens: (Animadv. in Auct. Graec. pag. 510.) ἐγχελίδια Θήβηθεν ἐνίοτ' ἔρχεται, ἐκ τούτων λάβε. id eſt: *Anguillae aliquando Thebis huc afferuntur,* (nempe e Copaide lacu) *de his obſona.* Quae haud dubie & commodiſſima & certiſſima emendatio erat. Ac mendoſum quidem Θήβη μὲν tenet ms. *A.* ſed ſcripturam ἐκ τούτων non modo idem codex dedit, verum etiam Epitoma tenuit; in qua quidem, omiſſis praecedentibus verbis, ipſa illa ἐκ τούτων perincommode cum ſequentibus iunguntur. Nam poſt iſta κἂν κάραβός τις ᾖ λαβεῖν, εἰς ἀρκέσει: ſic pergitur in Epit. ἐκ τούτων λάβε ἀλεκτρυόνιον, φάττιον, περδίκιον, καὶ ἑξῆς οὕτως. E quo illud ſaltem intelligitur, eamdem ſcripturam ἐκ τούτων, quam noſter codex *A.* tenet, ab Epitomatore etiam in eo codice plenioris operis, quo ille uſus erat, fuiſſe repertam. Caeterum poterat λαβέ acute ſcribi, ut fecit Caſaub. in Animadv. ſed potuit etiam penacuta ſcri-

b ptura λάβε teneri, quam cum editis tuentur mssti. Adnotare ſolent Grammatici, Attico ſermone λαβὲ acute dici: at nil opus eſt, ut ruſticum, qui hîc loquens inducitur, abſoluti ſſimo ſermone Attico uſum eſſe ſtatuamus.

Verſ. 9. Pro vulgato ἐάν τις, quod repugnabat metro, recte ἂν δέ τις GROTIUS correxit, quem ſequi non dubitavi. *Verſ.* 10. pro mendoſo λέγε, δέ γε ſcribendum monuit CASAUB. Idem, hos verſus a ſe correctos repetens in Animadverſionibus, *verſ.* 11. poſt πάντως interpunxit, ut ea vox ad ſuperiora referretur; quae vox rectius, ut mihi videbatur, ad ſequentia relata eſt a GROTIO. *Verſ.* 12. Quum corruptiſſime in edd. & in msto ἀλλ' εὐθὺς ἔνη γυνή. legeretur, CASAUBONUS in Animadv. ἔφησεν ἡ γυνὴ correxit. Multo vero commodius ſimpliciusque GROTIUS, ἐθυσεν ἡ γυνή: quod adoptavi.

c In Ecloga ex *MNESIMACHI* Δυσκόλῳ *verſ.* 3. nullâ interpoſitâ diſtinctione in edd. legebatur, σεαυτοῦ πῶς ἔτι μετρ. & rurſus *verſ.* 4. πῶς σύντεμνε &c. Tum vero CASAUB. in Animadv. monuit, ſic diſtinguenda eſſe verba:

»μέτρια δὲ τῷ θείῳ σεαυτοῦ. πῶς ἔτι
»μετριώτερ' ὦ δαιμόνιε; πῶς; σύντεμνε καί.«

Cuius rationem nos non modo ſecuti ſumus; ſed & cum DALECAMPIO & GROTIO partes diſtinximus perſonarum. Eiusdemque Grotii latinos verſus ſubiecimus, ex Excerpt. pag. 660. In ms. *Epit.* omiſſis quidem in medio verbis nonnullis, reliqua oratio recte ſic diſtincta eſt: μέτρια δέ. πῶς μέτρια; πῶς; σύντεμνε καὶ ἐξαπάτα με &c.

d *Verſ.* 6. Pro ἰχθύδιον, DAWESIUS Miſcell. Crit. p. 14. ἰχθυΐδι' corrigendum cenſuit, praeter neceſſitatem. Vide not. ad IV. 132. e. Dein adnotavit CASAUBONUS: »Adie»cimus verba iſta e mssts, ὄψον δ' ἂν λέγῃς ἕτερον, κά»λει ὀψάριον. *Si de alio opſonio loquaris, voca id mihi opſo»niolum.*« Nempe temere omiſſa erant illa verba in ed. Ven. & Baſ. quae uterque noſter codex ms. recte tenet.

AD CAP. LIX.

Ἐπεὶ δὲ κατὰ θεὸν ἐν τοῖς προκειμένοις, φιλτ. - - - παῖδες, εἰπατέ μοι, τίνι ἐννοίᾳ ὁ Ἔφιππος ἐν τοῖς προειρημένοις ἔφη τὸ μοσχίον &c. »Deeſt aliquid ut plena ſit ſen»tentia. Fortaſſe ἐνετύχομεν τοῖς προκειμένοις: id eſt, »*Quandoquidem Deo ita volente incidimus in recitatos modo ver-*

»ſus. « CASAUBONUS. — Equidem id quod initio oratio-
nis deeſſe videri poterat, poſtremis verbis ita contineri exi-
ſtimavi, ut ex illis facile intelligi & mente ſuppleri poſſet.
Nempe plena & explicita oratio talis erat futura: Ἐπεὶ δὲ
κατὰ ξεὸν ἐν τοῖς προκειμένοις ὁ Ἐφιππος ἔφη, τὸ μόσχιον
&c. εἰπατέ μοι, τίνι ἐννοίᾳ τοῦτο ἔφη. De poëtae nomine
ſupra dictum ad pag. 358. f.

ἀγειρόντων τῇ κορώνῃ. Quae κορώνη hîc dicitur, *Coroni-* e
dem illam intellexerat Dalecampius, ex qua Aeſculapium
genuiſſe fertur Apollo: de qua Pauſanias, Apollodorus,
Ovidius, alii. Sed CASAUBONUM audiamus. »Fuit olim
»(inquit) veteribus in uſu mendicandi quidam honeſtus
»modus: cum non ſibi quidem mendicabant, ſed alii ſe
»ſtipem cogere dicerent. Erant igitur qui Matri Deûm,
»ſive Peſſinuntiae Deae, ſtipem cogentes ſingula oppida
»luſtrarent: alii aliud quid praetexebant. In his fuerunt
»*coroniſtae* & *chelidoniſtae*, de quibus deinceps tractant do-
»cti convivae. Οἶδα δὲ, ait auctor, Φοίνικα τὸν Κολοφώ-
»νιον ἰαμβοποιὸν μνημονεύοντα τινῶν ἀνδρῶν, ὡς ἀγειρόν-
»των τῇ κορώνῃ. Quia ſine cauſſâ maiuſcula litera adhibi-
»ta fuit initio vocis Κορώνη, putaverunt interpretes pro-
»prium id foeminae eſſe nomen: tum illi neſcio quas nu-
»gas ex Pauſania de *Coronide* hoc loco effutiverunt. At
»enim κορώνη hîc aliud nihil niſi *cornix*. Quare Euſtathius,
»hunc locum deſcribens, [ad Odyſſ. φ'. pag. 767. l. 27.]
»ut ne locus dubitationi relinqueretur ullus, addidit τῷ
»ζώῳ. Cornicem videlicet circumferebant agyrtae illi, do-
»ctam (ut videtur) conari noſtra verba. Huic ſe ſtipem
»cogere dicebant, non ſibi. Quod autem in verſibus
»Phoenicis dicitur cornix *filia Apollinis*, alluſio eſt ad fa-
»bulam. *Stipem petere*, Graeci dicunt ἀγείρειν: & ἀγερμὸν,
»id mendicationis honeſtae genus. «

καὶ λέγοντα ταῦτα. Percommodum erat καὶ λεγόν-
των, quod cum editis dabat ms. *Ep.* Sed, veterem ve-
ramque ſcripturam fuiſſe λέγοντα, accuſativum ſingu-
larem ad τὸν Φοίνικα referendum, intelligebatur ex eo quod
deinde pag. 360. a. ſubiungitur, Καὶ ἐπὶ τέλει δὲ τοῦ ἰάμ-
βου φησίν· Ἀλλ' ὦ ἄθοὶ &c. quum, ſi hoc loco λεγόν-
των ſcripſiſſet auctor, ibi φασὶν in plurali numero fuiſſet
dicturus.

»*Primo verſu*, petunt coroniſtae *dari ſibi* χεῖρα κριθῶν, id
»eſt, *plenam volam hordei*, vel, *manipulum hordei*: non enim

e »inepta eſt Dalecampii ſic vertentis ſententia. *Altero ver-*
»*ſu*, poſcunt λέχος πυρῶν, id eſt, Dalecampio interprete,
»*ad cubile ſtratum e tritico.* Nimium vero delicati iſti frugi-
»perdae, ſi nonniſi ſuper frumenti palea cubare ſe poſtu-
»lant. Ne quid diſſimulem, aliud poëtam ſcripſiſſe cenſeo,
»ac lego, ἢ λάχος πυρῶν, id eſt, *portionem aliquam fru-*
»*menti.* Noli dubitare hanc eſſe veram ſcripturam: πυροὺς
»enim interpretari paleam frumenti abſurdum nimis fuerit.
»Auctor Epitomae, ut interpretandi labore ſeſe liberaret,
»ſimpliciter ſcripſit ἢ πυρούς.« CASAUBONUS. — In fine
verſ. 1. mendoſe κριθεῶν ſcribitur in ms. *A.* ſed non male
κριθέων in ms. *Ep.* quae ionica fuerit forma, hactenus
ferenda, ut, quod ad metrum ſpectat, duae ſyllabae θε &
ων in unam coaleſcant. Caeterum univerſe quod ad me-
trum horum iamborum pertinet, plurimam eorum par-
tem ſcazontas eſſe adparet. *Verſ.* 2. Pro λέχος, quod in
ed. Caſ. legitur, erat λέσχος in ed. Baſ. unde ab Henr.
Steph. in Indicem Theſ. recepta vox, quae tamen nonniſi
operarum errori originem debet. In ed. Ven. & in recen-
tioribus msstis λέχος ſcribitur, ſicut in ed. Caſ. Pro quo
quod Caſaubonus propoſuit λάχος, parum id commodum
videtur, quod *ſortem* ſignificat, vel *portionem quae ſorte ob-*
tigit. Sed ferendum illud foret, niſi melius certiusque Pol-
lux dediſſet; de quo iam H. STEPHANUS (in Indice Theſ.
p. 1360. e.) monuerat, citari apud Pollucem lib. X. (ſect.
87.) ex Hipponacte λέκος πυροῦ: quaſi diceres *vasculum*
vel *ſcutellam tritici*, pro *minutâ menſurâ tritici.* Et perſpecte
dein ad Pollucem IUNGERMANNUS monuit, λέκος πυ-
ρῶν apud Athenaeum h. l. corrigendum videri. Atqui id
ipſum λέκος nobis exhibuit vetus noſter cod. *A.*

Verſ. 3. ἢ ἄρτον, ἢ ἥμαιθον. »Etiam vocem ἥμαιθον,
»quam non intelligebat, omiſit Breviator. Scimus nos ex
»Heſychio, ἥμαιθον ſive ἥμαθον *nummi parvae aeſtimationis*
»nomen apud quosdam Graecorum fuiſſe: *dimidio oboli*
»quidam aeſtimabant; alii *duobus obolis.* De hoc coroni-
»ſtae ſentiunt: nam, quare emendemus ἢ ἱμάτιον, cauſſa
»non eſt.« CASAUBONUS. — Parum utique feliciter *tuni-*
cam in verſione poſuerat Dalecamp. A Caſaubono vero
diſſentiens RUHNKENIUS, ad Timaei Lexic. Plat. p. 277.
ἢ γε ψαιστὸν corrigendum cenſuerat. Quod mihi qui-
dem (pace dixerim Manium ſummi viri, religioſe mihi
ſemper colendarum) ſecus viſum erat. Neque enim magis,

quam Casaubonus, causſam ullam potui perſpicere, cur e a vulgata ſcriptura, quae vetuſti noſtri codicis auctoritate firmatur, recederemus: cum praeſertim in Heſychii Gloſſario ipſa ſeries literarum (quandoquidem proxime praeceſſit gloſſa, Ἧμαι, κάθημαι) oſtendere videatur, non Ἧμαθος apud Gloſſographum, ſed Ἧμαιθος, quemadmodum in Athenaei libris, ſcriptum oportuiſſe. Rarum utique vocabulum, eaque cauſſa ab auctore Epitomae praetermiſſum, ut ipſi prorſus incognitum: ſed tamen conſenſu doctiſſimi Gloſſographi cum vetuſto Athenaei codice firmatum, & eum habens ſignificatum, qui minime alienus ab hoc loco videri debeat. Vocabulum ψαιστὸν vero non incognitum erat Epitomatori, quippe & alibi paſſim occurrens, & apud Noſtrum lib. IV. pag. 140. d. & 142. a. ubi non neglectum ab Epitomatore. Denique, ut minus neceſſaria, ſic ſimul nimis violenta nobis viſa illa Viri praeſtantiſſimi emendatio eſt, quam ut abiectâ vulgatâ ſcripturâ in contextum recipi ab editore debuerit.

Verſ. 4. In ed. Ven. & Baſ. conſentiente utroque noſtro msto ſic legebatur,

δότ' ὦ 'γαθοὶ τῶν ἕκαστός τις ἐν χερσίν.

Pro quo in hunc modum edidit Caſaubonus,

δότ' ὦ 'γαθοὶ τὶ τῶν ἕκαστος τίς ἐν χερσίν:

qui ἕκαστός τις (ſic ſcriptum) puto voluerat. Equidem, tenens τι a docto editore ubi verſus deſiderabat inſertum, τις delevi, quod reſpuebat verſus, nec deſiderabat ſententia.

Verſ. 5. καὶ ἅλα λήψεται χόνδρον. »Metri lex coëgit »poëtam ἅλα χόνδρον dicere, pro ἁλὸς χόνδρον, *granum* »*ſalis*. Aut dixit ἅλα χόνδρον pro χονδρίτην: ut ναύτης »δρόμος, pro ναυτικός: γυνὴ μαζὸς, pro γυναίκειος, & »ſimilia, de quibus ad Theocritum. Dalecampius [*& ali*»*cam & ſalem* vertens] ſpretâ lege verſus, ἅλα καὶ χόν»δρον legit, pari iudicio ac verſu proximo κηρίον, *favum*, »mutavit in κηρὸν, *ceram*.« — Neſcio equidem quo fundamento nitatur quod in Hederici Lexico manuali notatum video, χονδρὸς, ὰ, ὸν, *grumoſus*. Quae ſi vere Graeca vox eſſet, poſſet aliquis ſuſpicari χονδρὸν hoc loco ultimâ acutâ ſcriptum oportuiſſe, quod idem ac χονδρώδη valeret. Sed, ut concedam eſſe tale Graecum vocabulum, (quod mihi quidem minime liquet) tamen ne ſic quidem placeret ille *ſal grumoſus*. Sed, quae prior fuit in-

terpretatio a Caſaub. propoſita, ἄλα χόνδρον per adpoſitionem dictum metri neceſſitate puto, pro ἁλὸς χόνδρον: *date ſalem, grumum ſaltem.*

f *Verſ.* 8. θύρην ἄγκλινε. Monſtroſe θώρηναν κλεινὲ ed. Ven. & Baſ. Quo factum ut id quid eſſet neſciens Dalecampius, ſic interpretaretur iſtum verſum, *Divitis Thorenes filia haec audivit.* Percommode dein Caſaubonus θύραν ἄγκλινε edidit: nec vero; unde illam depromſerit emendationem, aperuit lectori. Atqui id fere ipſum Epitoma dedit, in qua ſic ſcriptum, (in noſtro quidem ms. *Ep.*) θύρην ἄγκλινε: quae ſcriptura haud obſcure latebat etiam ſub eo quod eſt in ms. *A.* θύρηναν κλεινέ. Quibus e libris nos Ionicam formam θύρην reſtituimus: nam & reliquus ſermo Ionicus eſt, veluti iſtud *vs.* 4. τῶν ἕκαστος ἔχει, pro eo quod ὧν ἕκαστος Attico ſermone atque etiam communi dicendum erat. Eſt vero ad hunc verſum CASAUBONI animadverſio huiusmodi: »Etiam iſta peſſime acci»piunt interpretes,

»Ὦ παῖ, θύραν ἄγκλινε· πλοῦτος ἤκουσε:

»*O puer, portam aperi. Plutus audivit* noſtram petitionem. »Priore parte huius verſus petunt coroniſtae, qui ceu »mendici ad beatorum fores ſuam cantilenam decanta»bant, ut ſibi ianua aperiatur. ἀνακλίνειν, *aperire* eſt. Ho»merus, [Od. χ'. 156.] θαλάμοιο πύλην - - ἀγκλίνας. »Fingunt deinde coroniſtae, *vota ſua iam eſſe exaudita*, ac »bene ſibi ominantur. *Ecce*, inquiunt, *iam admiſerunt noſtras »preces qui nos poſſunt ditare.* Πλοῦτος, *ipſi divites* ſunt. Non »poteſt negari, haec eſſe elegantiſſima. Ita ſolent qui ali»quid vehementer aut cupiunt aut metuunt fieri, factum »putare. Ab eadem mente ſunt iſta in Apollinis hymno »apud Callimachum: [vs. 3 ſq.]

»Καὶ δή που θύρετρα καλῷ ποδὶ Φοῖβος ἀράσσει·
»οὐχ ὁράᾳς; ἐπένευσεν ὁ Δάλιος ἁδύ τι φοίνιξ.

»& in Palladis Lavacris: [vs. 14.]

»Συρίγγων ἀΐω φθόγγον ὑπαξονίων.

»Item iſta Catulli, in Epithalamio Aurunculeiae:

»*Virgo adeſt. Viden' ut faces*
»*ſplendidas quatiunt comas?* « —

Memini equidem me legere in Novellis Literariis Ienenſibus anni 1800. num. 34. coniecturam docti viri neſcio cuius, pro Πλοῦτος ἤκουσε, corrigendum cenſentis Πλοῦτος ἥκει δή. Quam emendationem ſi quis umquam ad-

miſerit editor, ab eo vereor ne haud poſtremâ carminis ſui f gratiâ fraudatum ſe eſſe merito conqueri poſſit noſter poëta.

Verſ. 9. καὶ τῇ κορώνῃ παρθένος φέρει σῦκα. Contra conſtantem Graecorum uſum σύκα penacute, adeoque penultima brevi, ſcribebatur in editionibus omnibus, nec aliud e msto *A.* adnotatum; in ms. *Ep.* vero eodem modo ſcriptum video, niſi quod transpoſitis verbis ibi σύκα φέρει legitur. Equidem σῦκα penultimâ circumflexâ corrigere non dubitavi; cum praeſertim nihil impediat quo minus choliambicus verſus in trochaeum exire poſſit, ob ultimam ſyllabam indifferentem, ut aiunt Grammatici. Quod ni ita eſſet, malueram transpoſitis verbis ſic reſcriptum verſum,

καὶ τῇ κορώνῃ σῦκα παρθένος φέρει.

Verſ. 10. Cum γένοιτο μετάπεμπτος ἡ κόρη legeretur in editionibus omnibus, monuit CASAUBONUS: »Scribe ex libris melioribus quos Schottus conſuluit,

»θεοὶ, γένοιτο πάντ' ἄμεμπτος ἡ κούρη.«

Sic vero corrigendum monuerat etiam MURETUS, Variar. Lection. XIX. 3. Et πάντ' ἄμεμπτος quidem perſpicue ſcriptum in noſtro ms. *Ep.* Nec aliud debuerat ms. *A.* in quo vitioſe πάντα μεμπτὸς. Scripturam κόρη tenuit Breviator: nec discedit, quod ſciam, ms. *A.* Sed reſtituenda utique auctori ionica vocabuli forma fuit, quam verſ. 12 & 13. tenebant libri omnes.

Ad verſ. 14. cum θαλὸς acute ſcriptum eſſet in editis, a monuit CASAUBONUS: »Scribe,

»καὶ μητρὶ κούρην εἰς τὰ γουνὰ κατθείῃ

»θάλος. — Non θαλός. Homerica dictio θάλος, pro »*liberis* & *ſobole;* ut, [Odyſſ. ζ'. 157.]

»λευσσόντων τοιόνδε θάλος χορὸν εἰσοιχνεῦσαν.«

Inde in ora ed. Caſ. 2. & 3. non modo θάλος pro θαλός, ſed & γουνὰ pro γοῦνα corrigendum adnotatur: at intelligi par erat, iſtud γουνὰ (pro γοῦνα) vel imprudenti excidiſſe Caſaubono, vel nonniſi ex operarum errore mutatum fuiſſe accentum.

Verſ. 16. Pro eo quod editum erat, Μούσαισι πρὸς θύρας ἄδων, omnino aut πρὸ θύρας ſcriptum oportuerat, aut πρὸς θύραις. Atqui poſterius hoc perſpicue dedit cod. *A.* In ms. *Ep.* deſunt poſtremi tres verſus. ἄδειν ταῖς Μούσαις, *canere Muſis;* locutio familiaris poëtis. vide Theocr. I. 144 ſq.

a *Verſus* 17. quum in haec verba exiret, πλείονα τῶν γε. adnotavit CASAUBONUS: »Deeſt a fine aliquid. Me»lius τῶν πρόσθεν, aut quid ſimile.« — At peropportune nobis πλείονα τῶν γ' ἐῶ dedit idem optimus cod. *A*.

Καὶ ἐπὶ τέλει δὲ τοῦ ἰάμβου. Exſpectaveram τοῦ ἰαμβείου. Sed nil mutat ms. *A*. In Epitoma vero deſunt haec verba cum verſibus proxime ſequentibus.

Verſ. 18 *ſqq.* »Μυχὸς, coroniſtis eſt *locus in quo opes & »cimelia ſervantur*, τὸ θησαυροφυλακεῖον. Sic enim aiunt,

Ἀλλ', ὦ 'γαθοὶ ἐπορέξαθ' ὧν μυχὸς πλουτεῖ.

»*At, o boni, porrigite aliquid eorum quibus apothecae veſtrae »abundant.* Homerus μυχὸν δόμου eam partem appellat, »non ſimpliciter μυχὸν, ut in hoc coronismate. Sic μυ»χοὺς πόλεως, pro *aerario urbis* & *publicis opibus*, dixit »Xenophanes, cuius extat libro X. [pag. 414. c.] hic »verſus:

»οὐ γὰρ πιαίνει ταῦτα μυχοὺς πόλεως.

»Sed fallimur profecto: nam poëta eam vocem non prae»termiſerat, verum initio ſequentis verſus collocaverat; »unde quia abeſt hodie, relictus eſt verſus imperfectus. »Ita ergo ſcribere debes:

»Ἀλλ' ὦ 'γαθοὶ ἐπορέξαθ' ὧν μυχὸς πλουτεῖ
»δόμου. Δὸς ὤναξ καί συ πολλά μοι νύμφη
»δός μοι κορώνη.

»Legebatur Νόμος κορώνη: quod cum interpretationem »nullam admittat, fecimus δός μοι κορώνη. Sequentia ſu»ſpicione mendae non carent.« CASAUBONUS. — Manifeſte mendoſa utique erant (ut ab hoc incipiam) quae iſto verſu ſequebantur; ſed non minus praeſens certumque remedium adeſſe nobis videbatur. Nam cum in ed. Ven. ſic legeretur,

Νόμος κορώνη χεῖρα δ' οὖν ἐπαιτούσῃ:

in promptu erat ita corrigere, ut a nobis factum,

Νόμος, κορώνῃ χεῖρα δοῦναι ἐπαιτούσῃ:

perſpicuâ hâc ſententiâ: *Mos & ius & fas eſt, cornici manum praebere* (id eſt, *aliquam ſtipem dare*) *roganti.* Turbaverat, puto, Caſaubonum *punctum poſt* κορώνῃ importune interpoſitum in ed. Baſ. quod imprudens ipſe in ſua editione conſervavit. Adparet, terminationem αι verbi δοῦναι confuſam fuiſſe cum vocali ε, a qua incipit vox ſequens. *Verſ.* 18. vocab. μυχὸς, etiamſi abeſſet vox δόμου, de *penu* accipi potuiſſe videtur: quamquam & Aeſchylus non

absque tali quodam additamento dixit, Choeph. 798 ſq. a

οἵ τ' ἔσωθε δωμάτων πλουταγαθῆ μυχὸν νομίζετε.

Sed, utcumque de hoc ſtatuas, quum iuſto brevior eſſet verſus 19. ſic vulgo editus,

δὸς ὤναξ καὶ σὺ πολλά μοι νύμφη:

non gravatus ſum initio vocem δόμου a Caſaub. propoſitam adiicere, ſic tamen ut circumdatis uncis indicarem haud ſatis certo nobis de illa conſtare. Viderint interim doctiores, ne quid aliud lateat in illa codicis *A.* ſcriptura, δὸς, ὤναξ, δὸς καὶ σὺ &c. Fortaſſe ſic ſonabat ille verſus:

δός μοι, δὸς ὤναξ, καὶ σὺ, πολλά μοι, νύμφη.

Suſpectum autem videri poterat & minime conveniens cum verecundiâ eius, qui *vel grano ſalis contentum ſe fore* modo dixerat, quod nunc dicat, δός μοι πολλά: *Da mihi multa!* Quare, ut erudita, ſic ſpecioſa emendatio ab Ilgenio in Opuſc. Philolog. propoſita, πότνα, quod idem valet ac πότνια, σεβαστὴ, ἔντιμος. At non ita conſtantes ſibi in rogando mendici, modo ſubmiſſi ſolent eſſe, modo rurſus paulo inſolentiores. Quocirca ferendam vulgatam ſcripturam putavi.

καὶ τὰ ᾀδόμενα δὲ ὑπ' αὐτῶν κορωνίσματα καλεῖται. b

Recte ᾀδόμενα habet codex ms. uterque cum editis: (ſic & Euſtath. ad Od. φ'. pag. 767. l. 27.) nec video, quî probari doctis nonnullis viris potuerit διδόμενα ὑπ' αὐτῶν (nempe ὑπὸ τῶν τῇ κορώνῃ ἀγειρόντων) quod vulgo legitur apud Heſych. in Κορωνισταί. Si διδόμενα velles, oporteret ſaltem αὐτοῖς, non ὑπ' αὐτῶν. Coniunctiva particula poſt ᾀδόμενα prorſus abeſſe poterat, quemadmodum in ms. *Ep.* Et τε quidem, niſi quid aliud intercidit, ferri nullo modo potuit. Quoniam tamen τε cum editis ms. *A.* agnoſcit, ex δὲ temere ortum eſſe τε ſuſpicatus ſum. καὶ - - δὲ, *atque etiam, ſimiliterque.*

Ἀγνοκλῆς ὁ Ῥόδιος. Auctoris huius, quisquis ille fuerit, nusquam alibi veſtigium ullum mihi deprehendere contigit. Praetuli ſcripturam per *aſperum ſpiritum*, quam praeiverant ed. Ven. & Baſ. Caeterum non debeo diſſimulare, quum Ἀγνοκλῆς *leni ſpiritu* in ed. Caſ. 1. ſcribatur, nihil discrepantiae ab illa ſcriptura adnotatum eſſe ex codice ms. *A.* qui codex cum exemplo illius editionis collatus eſt. Ignotum nomen ſilentio praetermiſit Epitomator. In ed. Caſ. 2. & 3. ad maiusculas literas ſpiritus nulli adiecti ſunt.

AD CAP. LX.

b Καὶ χελιδονίζειν &c. » Quemadmodum coroniſtae cor-» nici, ſic *hirundini* (id eſt, χελιδόνι) *Chelidoniſtae ſtipem* » *cogebant.* Sed non ubique Graeciae ea conſuetudo obti-» nuit: verum *apud Rhodios*, ut videtur, aut ſolos aut cum » paucis. Diſerte enim ſcribitur, χελιδονίζειν δὲ καλεῖται » παρὰ Ῥοδίοις ἀγειρμός τις ἄλλος. Faceto errore apud » Euſtathium [ad Od. φ'. pag. 767. l. 21.] ſcripſerunt li-» brarii παρὰ Ῥωμαίοις. « CASAUBONUS. — Recte vero παρὰ Ῥοδίοις habet ms. *Ep.* cum ms. *A.* & edd. Nec ve-ro ἀγειρμὸς habent mssti & Euſtathius, quemadmodum hîc edebatur, ſed ἀγερμός. Pariterque paulo poſt (lit. d.) τὸν δὲ ἀγερμὸν ſcribitur in ms. *A.* quod ibi & edi-tio Ven. tenuit, ubi rurſus ἀγειρμὸν habet ed. Baſ. & Caſ.

c Ἦλθ', ἦλθε χελιδὼν &c. Verſiculos iſtos, qui veluti pro-ſa oratio ſcripti legebantur, ſic fere deſcripſimus ut praei-vit HERMANNUS, DE Metris pag. 337. Paulo aliter dis-tribuerat MEURSIUS in Graecia Feriata, VI. 278. artic. Χελιδόνια. Emendationes, neſcio quas, ab ILGENIO (in libello paulo ante laudato) propoſitas, parum neceſſa-rias iudicavit Hermannus loco modo citato.

Παλάθαν οὐ προκυκλεῖς &c. » In chelidonismate, quod » ex Theognide affertur, obſcura ſunt iſta, παλάθαν οὐ » προκυκλεῖς ἐκ πίονος οἴκου, οἴνου τε δέπαστρον. Legendum » προκυκλεῖν vel προκύκλει. Eſt autem προκυκλεῖν, *in medium* » *proferre*: ſic etiam ἐκκυκλεῖν ſolet accipi. Translatio ducta » eſt a theatrorum pegmatis, in quibus verſatione machinae » res oculis ſpectatorum vel admovebantur vel amoveban-» tur. Clemens Alex. in Protreptico: καὶ αὐτούς γε τοὺς » καλουμένους ὑμῶν θεοὺς, ὧν αἱ τελεταὶ μυστικαὶ, οἷον » ἐπὶ σκηνῆς τοῦ βίου, τοῖς τῆς ἀληθείας ἐκκυκλήσω θεαταῖς. » [conf. Potterum ad Clement. pag. 11. not. 6.] Rurſus » ibidem: γυμνῇ τῇ κεφαλῇ ἐκκυκλεῖ τῷ θεάτρῳ τοὺς θεούς. » Epiphanius, in Ancyroto, Chriſtianae pietatis doctores » vocat τοὺς τῆς ἀληθείας ἐκκυκλητάς: quamquam editio-» nes vulgatae ſcribunt ἐγκυκλητὰς, ut in utroque loco » Clementis ἐγκυκλεῖν, pro ἐκκυκλεῖν. Eadem vox apud » ſuaviſſimum [?] ſcriptorem Aelianum: ſed olim; nam » hodie gloſſema locum occupat genuinae vocis: Ποικί-» λης lib. II. cap. XI. Docet ibi Socrates, non eſſe cauſae » cur tenuis conditionis homo principibus viris invideat,

» ſi attendamus quales exitus faciant apud tragicos Atrei, c
» Thyeſtae, Agamemnones & Aegiſthi. Οὗτοι μὲν γὰρ,
» inquit, ἀποσφαττόμενοι, καὶ ἑκτραγῳδούμενοι, καὶ πο-
» νηρὰ δεῖπνα δειπνοῦντες, καὶ ἐσθίοντες ἑκάστοτε ἑκκα-
» λύπτονται. Lege ἐκκυκλοῦνται.« [At iſtâ quidem emenda-
tione prorſus nil eſſe opus conſentiunt docti Editores huius
ſcriptoris.] »Sunt multa in eo ſcriptore ab imperitis libra-
» riis mutata & depravata: ſaepe quidem admodum ridi-
» cule. Velut quod ſequitur, Οὐδεὶς δὲ οὕτως ἐγένετο τολ-
» μηρὸς, οὐδὲ ἀναίσχυντος τραγῳδίας ποιητὴς, ὥστε εἰσα-
» γαγεῖν εἰς δρᾶμα ἀποσφαττόμενον χοῖρον. Quid audio?
» regibus & principibus viris ex adverſo ponuntur *porci?*
» Poſthac igitur corrigamus cenſeo vetus dictum, *aut rex*
» *aut fatuus:* & dicamus, *aut rex aut porcus.* Sed miſſo io-
» co corruptum affirmamus eſſe hunc locum ab iis qui an-
» tiqui libri compendium non aſſequebantur. Scribendum,
» ὥστε εἰσαγαγεῖν εἰς δρᾶμα ἀποσφαττόμενον χειρώνακτα.
» Regibus opponit τοὺς χειρώνακτας, *eos qui manuum ope-*
» *râ & labore victum quaeritant.* Saepe inculcant nobis Sene-
» ca & ſapientes alii, non fieri tragoediam niſi de rege
» aut magnate: de paupere quidem nunquam. Hoc ipſum
» & Socrates voluit. Poteramus aliter emendare corru-
» ptam lectionem in eamdem ſententiam: ſed nemo qui
» manuſcriptorum exemplarium uſum aliquem habuerit,
» dubitabit de ſuperiore emendatione. Verum haec obiter.«
CASAUBONUS. — Etiam de poſteriori emendatione a Ca-
ſaubono diſſentiunt viri doctiſſimi. Sed haec quidem ni-
hil ad id de quo hîc agitur. Redeamus nos ad noſtros
χελιδονίζοντας: quorum in cantilenâ cur προκυκλεῖς (quod
cum editis recte tenet uterque noſter mstus liber) in προ-
κυκλεῖν aut in προκύκλει mutatum cum docto Animadver-
ſore vellemus, nullam prorſus cauſſam exputare potui.

Ἀ χελιδὼν &c. »Scripſimus ex Epitoma, Euſtathio &
» msstis, ἃ χελιδὼν καὶ λεκιθίταν οὐκ ἀπωθεῖται. *Chelidon*
» *ne lecithitam quidem placentam reſpuit.* λεκιθίτης πλακοῦς,
» ab *ovorum vitellis* immixtis dictus: de hoc ſuo loco.«
CASAUBONUS. — De λεκιθίτῃ vide III. 111. b. ibique
not. & III. 114. b. Mendoſe in ed. Ven. ſcribebatur καὶ
λέκιθι τὰν, & in ed. Baſ. καὶ λέκιθι τὰν. Veram ſcriptu-
ram tenet mstus cod. uterque. Quod autem ait Caſau-
ſaubonus, ſe ἃ χελιδὼν &c. edidiſſe, ille articulus ἃ in
nulla trium editionum, quae Caſauboni nomen praefe-

c runt, nec in contextu comparet, nec in margine quidem. Nos adiecimus, planiſſime praeeunte Epitoma & Euſtathio, nec obſcure admodum ſignificante codice *A.* in quo mendoſe quidem πυρῶνα χελιδὼν ſcribitur.

Mutato carminis modulo, ſequuntur mox iambici verſus trimetri acatalecti, id eſt, omnibus numeris abſoluti. Quibus praemittitur hic,

Πότερ' ἀπίωμες; ἢ λαβώμεθα;

qui (niſi vel Athenaei culpâ, vel librariorum, aut primus pes intercidit, aut poſtremus) brachycatalectus eſt ſive Alcmanius; quo quaſi via ſternatur ad reliquos.

» Venuſta & Attica ellipſis eſt in proximo verſu,

» Εἰ μέν τι δώσεις· εἰ δὲ μὴ οὐκ ἐάσομεν.

» Nam poſt illa, εἰ μέν τι δώσεις, *ſi quid dederis*, ſupplen» dum, ut ſit plena ſententia, *laeti & gratias agentes abibi*» *mus*. De iſtâ figurâ ſatis dictum lib. V. cap. 2. [vide ad » V. 187. c. Animadv. T. III. pag. 43 ſq.] Simillime Ho» merus in cantico aeruſcantium in Samo inſula: « [apud Suid. in Ὅμηρος, T. III. pag. 689. ed. Küſt. & in Homeri Vita, quae Herodoto tribuitur, p. 759. ed. Weſſeling.]

» Εἰ μέν τι δώσεις· εἰ δὲ μὴ οὐχ ἑστήξομεν.
» οὐ γὰρ συνοικήσοντες ἐνθάδ' ἤλθομεν. « CASAUBONUS.

Quod ἐάσομεν erat editum, id praeter rationem in ἄσομεν, *canemus*, mutandum cenſuit BARNES ad Homeri Epigrammata, pag. 97. Nos ἐάσομες ſcripſimus, Doricam reſtituentes verbi terminationem: nam & reliquus cantilenae ſermo Doricus eſt; & verſ. praec. & ſeq. ſervatus erat Doriſmus in ἀπίωμες, & in φέρωμες. Rurſus quid dem, paulo poſt, οἴσομεν legebatur in edd. (neſcio an & in ms. *A.*) ubi ſimiliter οἴσομες ſcripſimus. In *Ep.* ſervatâ tribus prioribus locis formâ communi, dein οἴσομαι in fing. ſcribitur; ne id quidem male.

Tertius a fine verſus cum ſic ſcriberetur in editis,

Ἄν δὴ φέρῃς τι μέγα δή τι καὶ φέροις:

in ms. *Ep. poſt* Ἄν δὴ φέρῃς τι (ſive, ut ibi minus recte ſcribitur, Ἄν δὴ φέροις τι) *interpoſito commate* perſpicue indicatur ſententia haec: *Si quid nobis impertis, haud exiguum illud ſit.* Quae petulantia importunitasque mendicantium ignoſci potuerat puerili huic aetati. Similis quaedam fuit inſolentia ſenum illorum coroniſtarum, de qua capite ſuperiori ad Coronismatis verſum tertium a fi-

ne diximus. Sed manifeste brevior iusto erat iste versus: d cui vitio mederi tentavimus, insertà post μέγα particulâ γε. BARNESIUS tali modo fulciendum versum censuerat:

Ἂν δὴ φέρῃς τι, μέγα τί μοι δὴ καὶ φέροις.

Sin eam probaveris emendationem, quam in scholio sub contextu proposuimus, istud μεγὰ δή τι καὶ φέροις intelliges, *& nos tibi magnam habebimus gratiam, & Deus tibi beneficium in nos collatum insigni mercede rependet.*

AD CAP. LXI.

Ἐργείας οὖν ὁ Ῥόδιος. Rectius fortasse Ἐργίας ms. *Ep.* e Ἐρξίας ἐν Κολοφωνιακοῖς citatur lib. XIII. pag. 561. f. quem ab *Ergia* hoc non diversum esse suspicari licet cum VOSSIO DE Historicis Graec. lib. III. pag. 363. Mox περὶ τῆς πατρίδος dedere mssti.

κατοικησάντων τὴν νῆσον Φοινίκων. Vide Bochartum de Coloniis Phoenic. lib. I. c. 7.

Οἱ περὶ Φάλανθον ἐν τῇ Ἰαλυσῷ πόλιν ἔχοντες &c. »*Ia-*»*lysus* in Rhodo insula urbs est; in urbe autem urbs ha-»beri non potest. Sed medentur docti, πρὸς τῇ Ἰαλύσῳ: »[nempe, *prope Ialysum* Dalec.] recte: nisi servare ma-»lis antiquam lectionem, & interpretari, *in ea parte in-*»*sulae ubi nunc est Ialysus.* Pro τὴν Ἀχαΐαν καλουμένην, »Excerpta Ἀχαΐδα. In Stephani DE Urbibus scriptum »est, multos fuisse olim locos, qui Ἀχαΐαι appellarentur. »Eorum unus iste est. « CASAUB. — Ἰαλυσῷ cum accentu in ultima habent libri omnes; non Ἰαλύσῳ, ut temere scriptum in Casauboni Animadv. Potuit autem Ἰαλυσὸς olim & *regionis* & *urbis* nomen esse. Possumus vero etiam cum Casaub. intelligere *eo loco ubi dein Ialysus fuit:* nec opus videtur, ut ex Diodoro Sic. V. 57. ἐν Ἰαλυσίᾳ corrigamus, quod voluit PALMERIUS, Exercit. in Auct. Graec. p. 510. Pro Ἀχαίαν vero, quod erat editum, divisa diphthongo Ἀχαΐαν edendum curavimus. *Mox*, participium πολιορκοῦντι adiectum dedit ms. *Ep.* λελεγμένον vero ms. *A.* Quatuor verba ἐν χρησμῷ τινι λελεγμ. omisit Breviator, nullo sane incommodo. *Paulo inferius*, a ἐπὶ τὸν κρατῆρα recte dedere ambo mssti.

ἑάσειν ἐξάγεσθαι ὅ τι κατὰ γαστρὸς αἴρονται. »Hanc b »conditionem foederi adscribi fiverat Iphiclus, existimans »hoc velle Phalanthum, ut sibi & suis liceret edere, prius-

» quam exirent, quantum vellent, &, si possent, quicquid » alimentorum erat reliquum absumere. « CASAUBONUS.
— ὅ τι κατὰ γαστρὸς αἴρονται tenet ms. *Ep.* cum edd.
c μόνοι ἤδεσαν ὁ Φάκος. Adiectum articulum dedit ms. *A.* Filiae nomen, Δορκία scribitur in utroque nostrorum codicum, ut in ed. Cas. 1. & 2. *Mox*, καὶ αὐτὴ δὲ scripsi cum *Ep.* Editam tamen scripturam καὶ αὕτη δὲ, tenet (quod sciam) ms. *A.*

AD CAP. LXII.

Κρεώφυλος δ' ἐν τοῖς Ἐφεσίων Ὥροις. *Creophylus in Ephesiorum Annalibus.* Vide quae monuimus ad IV. 175. e. Animadv. T. II. pag. 645 sqq. Eiusdem *Creophyli* Ἡράκλεια citatur a Pausania, IV. 2. pag. 283. id est, *Heracleae vel Heracleensium Annales.*
d ταλαιπωρηθέντες. Vera haec auctoris videtur esse scriptura, quam vetus codex *A.* cum edd. in contextu habet, Epitoma vero intra lineas: pro qua suo arbitratu Breviator περιπλανηθέντες in contextu posuit. *Mox*, ἔχρησεν pro edito olim ἔχρησεν, dedere ambo mssti. *Dein*, ad editam scripturam ἤν τινα nihil quidem discrepantiae ex ms. *A.* adnotatum: sed unice probandum visum est ἤ ἄν, quod dedit ms. *Ep.* Quod sequitur ἀφηγήσηται, ex eodem ms. *Ep.* adoptavi, quamquam minime spernam ὑφηγήσ.
ὅπου νῦν ἡ κρήνη ἐστὶν Ὑπέλαιος καλουμένη. » De *fonte* » *Hypelaeo* lege Strabonem libro XIV. « CASAUBONUS. *Mox*, ubi ἀφθῆναι ὑπ' αὐτοῦ λόχμην edidimus, ἀφθῆναι legebatur: monuerat autem idem Casaub. ἀφθῆναι esse corrigendum; & veram scripturam dedit nobis uterque cod. ms.
e καὶ διαβάντες οἱ Ἐφέσιοι ἐκ τῆς νήσου, ἔτεα κατ' αὐτὴν οἰκήσαντες, τῷ εἰκοστῷ δευτέρῳ κτίζουσι Τρηχεῖαν. Cum sic scriptum esset in ed. Cas. ἔτεά τ' . . . . οἰκήσαντες: nude monuit CASAUB. in Animadv. » Scribe, » ἔτεα κατ' οἰκήσαντες. « — Epitoma horum nihil habet, sed totam istam narrationem finit in his verbis, καὶ πίπτει ἀκοντισθεὶς, κἀνταῦθα ἡ πόλις κτίζεται. In ms. *A.* quemadmodum & in ed. Ven. & Bas. absque lacuna scribitur ἔτεά τ' οἰκήσαντες. Numerum, cuius nota in his exciderat vel turbata latebat, indicabat id quod proxime adiici-

tur de *anno vicesimo secundo*. Mihi praeterea in litera τ' e vestigium pronominis αὐτὴν latere videbatur. Similiter SALMASIUS Exercit. Plin. pag. 596. legebat, ἔτη καὶ ταύτην οἰκήσαντες. Pro verbis vero τῷ δεύτερον εἴκοσι, quae ab imperito librario in cod. *A.* loco notae numeralis posita sunt, recte editor Venetus, sive quis ante eum recentioris codicis scriba, τῷ εἰκοστῷ δευτέρῳ posuit. Quod ait auctor, κτίζουσι Τριχεῖαν καὶ τὰ ἐπὶ Κόρησσον sive Κόρισσον: docet Strabo, lib. XIV. pag. 634. a. Τραχεῖα (sive Τριχείη) δ' ἐκαλεῖτο ἡ ὑπὲρ τὸν Κορισσὸν παρώρειος. Sic ibi acute scribitur, Κορισσόν: pro quo Κόρισσον antepenacute edebatur apud Nostrum, Κόρησσον vero dedit ms. *A.* De cuius nominis origine & scripturâ conferendus Stephanus Byz. in Κορισσὸς, & quae ad eum a Berkelio & Holstenio notata sunt. *Mox*, Ionicam formam ἀγορῇ pro ἀγορᾷ dedit ms. *A.*

AD CAP. LXIII.

Τοιούτων οὖν ἔτι. Percommode οὖν particulam, quae deerat editis, dedit nobis ms. *A.* Transitiones huiusmodi ab uno argumento ad aliud resecare consuevit Epitomator. *Mox*, pro eo quod legitur Παρίλια, adnotavit PALMERIUS, Exercit. pag. 510. perperam apud Eustathium ad Od. δ'. [pag. 275. l. 29.] Παράλια scribi. Nempe in suo cod. Epit. sic scriptum repererat Eustathius, quemadmodum etiam in nostro codice legitur. f

μουσικωτάτου βασιλέως Ἀδριανοῦ. » Imperatorem *Adria-*» *num* appellat auctor μουσικώτατον. Interpretes, *humanis-*» *simum*: melius dixissent, *literarum amantissimum*, vel *do-*» *ctissimum*. Utrumque significat Graeca vox: utrumque » Adriano scimus convenire. « CASAUB. — Conf. II. 49. b. & III. 115. b. Ἄδριανὸς aspero spiritu scribitur in edd. nec aliter (quod sciam) in ms. *A.* In ms. *Ep.* *leni spiritu* effertur Ἀδρ. De cognomine πάντ' ἀρίστου, id est, *Optimi*, quod primo Adriano adiecit senatus populusque Romanus, vide Plinii Panegyr. cap. 88. Exserte πάντα ἀρίστου scribitur in cod. *A.* sed πάντ' ἀρ. elisâ vocali, ms. *Ep.* cum edd.

τὴν ἡμέραν κατ' ἐνιαυτὸν ἐπίσημον ἄγουσι πάντες οἱ τὴν Ῥώμην κατοικοῦντες. Sic codex mstus uterque, adiicientes τὴν articulum, (quem ignorabant editi,) & ignorantes vo-

cem ἑορτὴν, temere ab editoribus adiectam. Sane τὴν ἡμέραν ἄγειν ἐπίσημον idem prorsus significare videtur, quod illi adiecto vocabulo ἑορτὴν significatum voluerunt: *diem aliquem celebrare ut insignem & illustrem*, id est, *diem festum agere*.

a Homericum versum Εἰλατίν' &c. (ex Odyss. α'. 226.) praetermisit Epitomator: in cuius versus fine quod τάδε γ' ἔτ' ἐστί scribitur in cod. *A.* id (quemadmodum in multis aliis pravis lectionibus eiusdem codicis factum observavimus) ex duabus scripturis conflatum est; alterâ, τάδε γ' ἐστί: alterâ, τάδ' ἔτ' ἐστί: quarum posteriorem solam paulo post (lit. d.) habet idem codex.

ἐκ τῆς Συβούρας. » Ulpianus Cynulcum vituperans, quod » voce βαλλισμὸς esset usus, σὺ δὲ ἡμῖν, ait, ἐκ γῆς Συ- » βούρας ὄνομα πριάμενος &c. Interpretes qui vertunt *e ter- » ra subulca*, quam scripturam aut coniecturam sint secu- » ti nescio. Nam si volumus id Graece dicere quod isti in » animo habuerunt, ἐκ τῆς ὑηνίας erit dicendum. ὑηνία est » urbs porcorum vel hara, atque ea dictione etiam τὴν ἀμα- » θίαν (ut docemur a veteribus) significarunt. Hic vero » legendum est ἐκ τῆς Σουβούρας, quemadmodum apud » Eustathium invenimus nos. Et ita etiam emendat in » ἀνεκδότοις elegantissimi vir ingenii & eruditissimus Mu- » retus. *Subura* vicus Romanus, infamiâ solâ nobilis ex » Horatio, Martiale, aliis. Ait igitur Ulpianus, id ver- » bum canibus Suburanis potius convenire quam viro » erudito. « CASAUBONUS. — Ad eumdem locum monuerat MURETUS, Variar. Lect. XIX. 3. » Legendum ἐκ » τῆς Συβούρας. Cuiusmodi autem mulieres in *Subura* » olim habitaverint, & quae illic cum vitae, tum sermonis » elegantia fuerit, nemini ignotum est. « — Certissima utraque emendatio. Et mendosum quidem γῆς pro τῆς tenet ms. *A.* sed pro eo quod ed. Ven. & Bas. habuerat σιβούρας, recte idem codex Συβούρας agnoscit, quod est ipsum latinum nomen graecis literis expressum, rectèque a Casaub. in contextu positum: pro quo nil opus est ut Σουβούρας malimus, quam scripturam ubinam locorum apud Eustathium repererit Casaubonus, nescio; qui in commentario quidem in Iliad. π'. pag. 1065. l. 17 sq. ubi de verbo βαλλίζειν agitur, nihil de *Subura* habet. Neque ex Athenaei Epitoma nomen illud adferre Eustathius potuit: nam de toto hoc loco nil aliud nisi haec excerpsit Brevia-

tor: Ὅτι τὸ βαλλίζειν, ἤτοι κωμάζειν ἢ χορεύειν ἤ τι τοιοῦ- a
τον, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ παραγόμενον ὁ βαλλισμὸς, παρὰ πολλοῖς τῶν ἀρχαίων εὕρηται. Ἐπίχαρμός τε γὰρ, φησὶ, (nempe ὁ Ἀθήναιος) καὶ Σώφρων καὶ Ἄλεξις μέμνηνται τῆς λέξεως. Οἶδα δὲ, φησὶ, καὶ ἀλλαχόθι τοὔνομα, καὶ ἀναπεμπασάμενος ἐξοίσω. Ἀπώλεσας, φησὶ, τὸν οἶνον ἐπιχέας ὕδωρ. Σαυτὸν ἐπιφαίνεις κενότερον λεβηρίδος. Τὰ πρὸ τοῦ δύ' ἄνδρες ἔλεγον εἷς ἐγὼν ἀποχρέω. &c. Caeterum graeci verbi βαλλίζειν adhuc dum in Italico *ballare*, & in Gallorum vocabulo *un bal* supereſſe, haud incommode obſervarunt viri docti. Verba iſta, οἱ κατὰ τὴν πόλιν ἅπαντες, quae poſt κωμάζουσιν temere repetuntur in editis, ignorat ibi vetus codex mſtus.

» Verſus ſequens, Ἀπώλεσας τὸν οἶνον, ἐπιχέας ὕδωρ: » *Ariſtii* poëtae eſt, pronunciatus a Polyphemo in fabula » Cyclope. « CASAUBONUS. — Vide Suidam, in Ἀπώλεσας. Eſt autem poëtae nomen non *Ariſtius*, ſed *Ariſtias*: cuius etiam alius verſus citatur apud Noſtrum, II. 60. b. Conf. Gataker Opp. T. I. pag. 452. & Toup. Epiſt. Crit. pag. 50 ſq. Falſus erat Grotius, quum ad Philoxeni Cyclopem verſum iſtum retulit, in Excerpt. pag. 866.

Ubi edebatur, ἀποδείξω σοι τὸ ὄνομα ᾧ φίλε, ἐπεὶ b
τιμᾷς: monuit CASAUBONUS: » Scribe, τὸ ὄνομα ᾧ » ἐπιτιμᾷς, vel ἐπεὶ ἐπιτιμᾷς. « — Longe vero probabilius, ᾧ φιλεπιτιμητὰ, corrigebat *Deſid.* HERALDUS; cuius emendationem extra controverſiam poſitam eſſe ex ipſo Athen. IX. p. 385. a. iudicavit HEMSTERHUSIUS, not. 29. ad Heſychii Epiſt. ad Eulogium Gloſſario praemiſſam. Et legitur ſane apud Noſtrum l. c. id ipſum cognomen eidem Ulpiano tributum, ὁ φιλεπιτιμητὴς Οὐλπιανός. At quisquis ea cogitaverit, quae cum de frequente confuſione literarum ε & c (id eſt, ſ) in fine praeſertim vocum, tum de perpetuo more veteris noſtri librarii vocales ει & ι inter ſe permutandi iam frequenter admodum obſervavimus, is haud aegre, puto, ſibi perſuadebit, in ſcriptura noſtri codicis *A.* ἐπεὶ τιμαῖς (nam conſtanter in eo codice αι ſcribi pro ᾳ iam ſaepe monuimus) vocabulum ἐπιτιμαῖε latere; quo ipſo vocabulo aliâs quoque delectatum eſſe Athenaeum noſtrum novimus ex lib. VI. pag. 272. b. conf. Diodor. Sic. V. 1.

σαυτὸν δ' ἀποφαίνεις κενότερον λεβηρίδος. Scripturam κενότερον dedit ms. *Ep.* recte. Nam a communi regulâ, quae

b in comparativis & ſuperlativis ω longum deſiderat praecedente ſyllabâ brevi, excipiuntur nomina στενὸς & κενός. Recte vero, & conſentiente utroque msto, λεβηρίδος edidit Caſaub. Perperam λεβαρίδος ed. Ven. & λεβερίδος ed. Baſ. Dicitur autem λεβηρὶς proprie τὸ γῆρας ὃ ἀποδύεται ὁ ὄφις, id eſt, *pellis quem ſerpens exuit, exuviae ſerpentis.* Quare percommode homo *vanus* & *inanis* dicetur κενότερος λεβηρίδος: quod proverbium mireris non adnotatum a veteribus Paroemiographis. Alia habes apud Suidam proverbia haud ita commoda: γυμνότερος, πτωχότερος, τυφλότερος λεβηρίδος.

λέβητες χάλκεοι &c. »Locus *Epicharmi* e *Thearis* ſi»ve *Theoris* (nam utroque modo ſcribitur) [ſcilicet, »prior vocis forma, Dorica; poſterior, communis:] ubi »meminit βαλλισμοῦ, ſic ſcribitur in editis ſcriptisque li»bris: λέβητες χάλκεοι κρατῆρες. ὁ δε λοιτοὶ † γάμαν ὑπω»δέλοις καὶ λωτὲ βαλλίζοντες ὅσον χρῆμα εἰη. Sunt iſta »corruptiſſima. Poſſumus probabiliter recoquere, & fa»cere ut ſit aliqua ſententia: λέβητες χάλκεοι, κρατῆ»ρές τε. οἱ δὲ λοιποὶ γὰ μὰν ὑπὸ δεταῖς καὶ λωτῷ »βαλλίζοντες ὅσον χρῆμα ἦς. *Lebetes aenei, crateraeque: cae»teri autem praelucentibus facibus & praecinente tibia ſaltan»tes, quam erant res mira?* Sententia non eſt plena: pen»det enim ex ſuperioribus. Protulimus autem hanc ex »coniectura lectionem, non quod affirmemus ita ſcripſiſſe »Epicharmum: ſed ut oſtendamus, propius ad veram le»ctionem accedi poſſe quam factum eſſet ab interpreti»bus; quorum abſurdas ſententias nemo ſanus admiſerit.« Casaubonus. — Locum hunc tractans *Sam.* Petitus, Miſcell. VI. 9. ſic legebat: λέβητες χάλκεοι, κρατῆρές τε. ὧδε λωτοί γα μὰν ὑπόδηλοι, καὶ λωτῷ βαλλίζοντες· ὅσον χρῆμα ἦς. Reſpici putabat Petitus donarium illud Orneatarum, quod Pauſanias lib. X. pag. 841. deſcripſit. »Re»cenſet (inquit) Epicharmus varias donarii partes, *lebe»tes, crateras*, atque, *illic inter caetera expreſſas fuiſſe in »aere tibias & ad illorum modos ſaltantes homines*, dicit. His »autem verbis, ὅσον χρῆμα ἦς, artificium commendat. »*Res*, inquit, *mira erat*: ita bene expreſſae repraeſentaban»tur in illo aere tibiae & ad illorum modos ſaltantes ho»mines.« — Perſpecte nos monuit doctiſſimus Grotefend in *Notis msstis*, (idem ille, cuius nomen miſere truncatum legi in Animadverſ. noſtrarum T. III. p. 617 extr.

etiam atque etiam doleo) cum aliis nonnullis verbis, quae b lib. IX. pag. 408. d. adferuntur, coniuncta esse haec quae hîc leguntur, duos senarios iambicos cum dimidio efficientia, quos ille sic scribendos censuit:

— — λέβητες χάλκεοι,
κρατῆρες, ὀδελοί. τοῖς ἔγαμαν ὑπ' ὀδελοῖς
κοιλῷ τε βαλλίζοντες, ὅσσον χρῆμ' εἴη.

Quibus idem Vir doctus breves has notulas subiecit: »ὀδε» λοὶ, pro ὀβελοί. ἔγαμαν, pro ἔγημαν. κοιλῷ sc. τοῦ ναοῦ.« — Vellem paulo planius exposuisset sententiam, quam istis potissimum verbis τοῖς ἔγαμαν ὑπ' ὀδελοῖς subiectam censuisset: nam quid esset hoc, *nupserunt sub verubus*, fateor me adsequi non potuisse. Eamdem prorsus emendationem publice nuper proponens Fiorillo, nisi quod pro ὀδελοὶ & τοῖς (medio versu 2.) ὀδελοί θ', οἷς posuit, simul aperuit quo pacto ipse (nescio an consentiente *Grotefendio*) istud ὑπ' ὀδελοῖς (in fine eiusdem vers.) acciperet: nempe de *columnis templi, sub cuius camara*, (κοίλῳ, sive κοιλῷ, ut scribit ipse) *saltassent*. Vide Obsery. Critic. in Athenaeum, Goetting. 1803. pag. 12 sq. Iam ὀδελοὺς quidem Dorum & Aeolum & Boeotorum dialecto dictos fuisse quos alii Graeci vulgo ὀβελοὺς dicebant, satis constat, nempe *verua* aut *verucula*: de quo monuerunt Gregorius De Dialect. pag. 109. Scholiastes Aristoph. ad Acharn. vs. 796. &, quem Fiorillo l. c. laudavit, Nicandri vetus interpres ad Theriac. 93. Qua notione haud dubie sub initium huius versus inter reliqua donaria etiam ὀδελοὶ, id est, ὀβελοὶ, *verua* vel *verucula* nominantur: quae sunt non modo mensae & culinae instrumenta, sed & in sacrificiorum caerimoniis usurpata. At, idem vocabulum etiam de *columnis* usurpari, *quibus aedificium sustineatur*, quis unquam vel legit vel fando audivit? aut quo pacto iste vocabuli usus ex glossa e Photii Lexico msto prolata, Ὀβελός, ὀβελίσκος: adstrui possit? quae glossa nil aliud docet, nisi perinde & ὀβελὸς & frequenter etiam diminutivâ formâ ὀβελίσκος dici: quod ipsum etiam Hesychius & Suidas adnotarunt. Sane, si in fine eiusdem versus idem vocabulum repetiisset poëta & ὑπ' ὀδελοῖς scripsisset, nil aliud significare haec scriptura posset, nisi, *sub verubus*, aut *cum verubus*, sive, *verua manu tenentes*. Mihi vero specie non carere visa erat Casauboni emendatio, ὑπὸ δεταῖς, *praelucentibus facibus*: nisi quod metri caussa ὑπαὶ δεταῖς

ſcriptum oportuiſſet, quoniam ex eiusdem interpretis ratione γάμαν non in ἔγαμαν deberet mutari, ſed diviſis vocibus γὰ μὰν ſcribi; quod & alioqui veriſimillimum erat. Tum vero etiam verſu ſequenti, pro καὶ λωτῷ, quod eidem Caſaubono placuit, metri ratio poſtulatura erat, ut λωτῷ τε corrigeretur. De voce λωτὸς, *tibiam* ſignificante, vide Noſtrum IV. 175. c. & 182. b. & utrobique notata. Iam ſi *verſ.* 3. in vetere cod. *A.* (quemadmodum nos quidem accepimus) βαλλιζόντεσσι in dativo caſu ſcribitur, haud inepte inter ſe convenient iſta verba, τοῖς γὰ μὰν ὑπαὶ δεταῖς λωτῷ τε βαλλιζόντεσσι: ſed metri cauſſâ βαλιζόντεσσι ſimplici litera λ ſcribi debuiſſe videtur. Verum, ut iam profeſſus ſum, in his omnibus nihil ſatis certi liquidive cernere mihi datum eſt.

c καὶ Σώφρων δ' ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Νυμφοπόνῳ φησίν· &c. »Νυμφοπόνος eſt *ancilla ornatrix* vel alia *mulier cui cura* »*ornandae ſponſae.* Pollux lib. X. [ſect. 107.] Ἐν Νυμφο»πόνῳ Σώφρονος εἴρηται πατάνη αὐτοποίητος. Non ſolum »autem eo loco, quem Athenaeus affert, βαλλισμοῦ me»minit Sophron: ſed & aliis. Demetrius Phalereus, vel »quicunque eſt auctor libelli De Interpretatione, lo»quens de venuſtate quae orationi conciliatur ex ſimilium »comparatione: [ſect. 147.] Σώφρων, ait, καὶ αὐτὸς ἐπὶ »τοῦ ὁμοίου εἴδους φησί· Θᾶσαι, ὅσα φύλλα καὶ κάρφεα »τοὶ παῖδες τοὺς ἄνδρας βαλλίζοντι. οἷόν περ φασὶ φίλα »τοὺς Τρῶας τὸν Αἴαντα τῷ πάλῳ. « Casaubonus. — De iſtis Sophronis verbis a Demetrio citatis, vide quae poſt Suidam & Porſonum Fiorillo notavit l. c. pag. 13. In his, quae a Deipnoſophiſta adferuntur, pro editâ ſcripturâ προεῖχε, percommode προῄχε dedit ms. *A.* a verbo προάγω.

d καὶ ἀναπεμπασάμενος ἐξοίσω. »In Excerptis, ἀναπεμ»πασμένος: cui ſimilia alibi notavimus. Casaubonus. — In noſtro ms. *Epit.* haud ſecus atque in ms. *A.* & in edd. recte ἀναπεμπασάμενος ſcribitur. Vide ad VI. 263. b. Animadv. T. III. pag. 553.

AD CAP. LXIV.

In fine *verſus Homerici ſecundi* revocandam putavi veteris noſtri codicis ſcripturam, cuius clara veſtigia etiam ſu-

periori loco (lit. a. huius pag.) ſupereſſe vidimus: pro qua d ſcriptura editores eam poſuerant, quae apud Homerum vulgo exhibetur. In *Epit.* utroque loco omiſſi ſunt illi verſus.

κατὰ τὸν Συρακόσιον ποιητήν. Sic commode hoc loco, ut plerumque aliâs, ms. *A.* non Συρακούσιον. Poëtam autem illum, *Epicharmum* eſſe declaraverat ipſe noſter Athenaeus lib. VII. pag. 308. c. ubi eumdem adpoſuit verſum: quare h. l. CASAUBONUS adnotavit: »Epicharmea, »quae ſequuntur, τὰ πρὸ τοῦ δύο ἄνδρες ἔλεγον, εἷς ἐγὼν »ἀπόχρεῳ, expoſuimus libro VII. cap. 16.« — Pro δύο ἄνδρες, quod exſerte ſcriptum hîc edebatur, recte δύ' ἄνδρες exhibet codex mstus uterque: & pro ἀπόχρεῳ, quod erat editum, aut pro ἀπόχρεῳ, quod ſcribitur in Caſauboni Animadverſionibus, recte ἀποχρέω penacute ſcriptum in ms. *Ep.* Conf. notata ad locum modo citatum.

ἔρανοι δέ εἰσιν αἱ ἀπὸ τῶν &c. Tenui veterem iſtam e ſcripturam δέ εἰσιν (pro δ' εἰσὶν) quam non modo editi, ſed & ambo mssti ſic exſertam dabant. Eſt autem ad hunc locum CASAUBONI Animadverſio haec: »Quod genus »convivii *eranus* fuerit, his verbis declaratur: Ἔρανοί εἰ»σιν αἱ ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων εἰσαγωγαί. Putabam »συναγωγαὶ ſcribendum eſſe: ab ea videlicet verbi »συνάγω ſignificatione, qua ſumitur pro *unà eſſe & epulari*, »vel auctore Athenaeo, extremo hoc libro. [p. 365. c.] »Et ita συνάγειν ἀπὸ συμβολῶν libro ſuperiore exponeba»mus. [VII. 292. c.] συναγώγιμα δεῖπνα leges aliquanto »poſt. [VIII. 365. b.] Sed aliter omnes mssti & Euſta»thius; qui deſcriptis verbis hisce [ad Od. λ'. p. 459. l. 40.] »obſervat: Ὅρα καὶ τὸ, αἱ ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων εἰσα»γωγαὶ, ὅπερ ἐστὶ περίφρασις τοῦ, αἱ συμβολαὶ, αἱ συμ»ποσιακαὶ δηλαδή. Ex hac interpretatione nihil aut pa»rum erit discriminis inter eranum & convivium e ſym»bolis. *Eranum* vero dictum ſcribit ἀπὸ τοῦ συνερᾶν »καὶ συμφέρειν ἕκαστον: *ab eo quod mutuo ament, & confe»rant ſinguli.* Ita exponimus τὸ συνερᾶν: cuius loco eſt »apud Euſtathium συνεράσθαι. Sed τὸ συνερᾶν poſſumus »aliter interpretari; ita ut poſterior vox ſit prioris inter»pretatio. Nam, ut ἐξερᾶν, frequens apud oratores ver»bum, ſignificat *eiicere*: ſic συνερᾶν poteſt verti *coniicere*, »*conferre.* Verum hoc fortaſſe ſubtilius.« — Videtur utique Euſtathius συνεράσθαι in ſuo cod. Epit. hîc legiſſe: at

e noſter codex cum ms. *A.* & edd. in συνερᾶν conſentit. Quod verbum quanam potiſſimum notione hîc ſit accipiendum dubitari poteſt. Poſteriori Caſauboni interpretationi favere ipſe Athenaeus videtur, cum coniunxit ἀπὸ τοῦ συνερᾶν καὶ συμφέρειν: tamquam verbo συμφέρειν interpretaturus alterum συνερᾶν. In eamdemque interpretationem Euſtathius (quamquam συνερᾶσθαι legens) inclinavit. Ait enim: Ὅρα δὲ τὸ συνερᾶσθαι, καινὸν ὄν. καὶ ἴσως ἀπ' αὐτοῦ γίνεται κατ' ἔννοιαν ἐναντίαν τὸ ἐξερᾶν, οὗ πλείων χρῆσις. Sed Etymologici auctor, pag. 369. vocabulum ἔρανος ſimiliter ἀπὸ τοῦ συνερᾶν καὶ συνεισφέρειν dictum ſtatuens, duobus his verbis medium inſerit καὶ ἐπιθυμεῖν, ſubiungitque, ἀπὸ τοῦ ἐρῶ, ἐπιθυμῶ, ὁ μέλλων, ἐράσω· ἐξ αὐτοῦ ἔρανος. Vocab. εἰσαγωγαὶ tenent etiam noſtri mssti, niſi quod mendoſe ἰσαγωγαὶ ſcribitur in ms. *Ep.* Id Euſtathius accepit quaſi eſſet συνεισφοραί: qua voce & Heſychius & Etymologus & ex parte etiam Suidas utuntur in vocabuli ἔρανος vel ἔρανον interpretatione. Nam revera ἔρανος primum ſignificat *collationem*, ſive *collatam ſymbolam:* & deinde demum, per metonymiam, *convivium ex ſymbolis celebratum.* Sed, quod probe intellexerat Euſtathius, mira quaedam ταυτολογία fuerit, *collatio ex collatis:* nam ſi εἰσαγωγὴ idem valet ac συνεισφορὰ, idem etiam fuerit ac συμβολή: adeoque dicere, αἱ ἐκ τῶν συμβαλλομένων συνεισφοραὶ idem foret ac ſi diceres, αἱ ἐκ τῶν συμβαλλομένων συμβολαί: quod non video quo pacto ſine abſurditate dici poſſit. Quare non videtur dubitandum quin συναγωγαὶ ſcripſerit Athenaeus, eâ notione quam Caſaubonus declaravit. De verbo συνάγειν, in eamdem ſententiam uſurpato, diximus in Animadv. ad IV. 142. c. ubi ad VIII. 365. c. provocare debueramus, qui locus nos tunc, cum iſta ſcriberemus, praeterierat.

καὶ οἱ συνιόντες. Articulum, in editis (neſcio an & in ms. *A.*) omiſſum, recte adiectum dedit nobis ms. *Ep.*

» Vocis Σίασος veriloquium ita explicatur: Τοὺς μὲν οὖν » Σιάσους ἀπὸ τοῦ Σεοῦ προσηγόρευον. καὶ γὰρ αὐτοὺς » τοὺς Σεοὺς οἱ Λάκωνες σιούς φασι. Quorſum pertineat » illud γὰρ, nemo intelligat; niſi *poſt verbum* προσηγόρευον » aut addas aut ἔξωθεν ſuppleas, οἷον σιάσους. Nam » mens ea eſt: Σιάσους *quaſi* σιάσους *eſſe dictos: quia*, in- » quit, *Deos vocant Lacones* σιούς. Ideo ſcribunt antiqui, » [Euſtathius ad Od. λ'. pag. 459. l. 34.] σίασος, καὶ τρο-

» πῃ Διάσος. καθὰ καὶ ὁ βρυχησμὸς, ὡς μυκησμὸς, καὶ τροπῇ e
» ὁμοία βρυχηθμός. Quod autem σιὸς dicerent Spartani pro
» Θεὸς, multi veterum teſtantur. Inde etiam σεῖος apud eos-
» dem pro θεῖος, *divinus*. Plato in Menone: [T. II. p. 99. ed.
» H. Steph.] καὶ οἱ Λάκωνες, ὅταν τινὰ ἐγκωμιάζωσιν ἀγαθὸν
» ἄνδρα, Σεῖος ἀνὴρ, φασὶν, οὗτος. Minus recte edunt vulgo
» apud Platonem θεῖος. Praeter Grammaticorum teſtimonia
» ſcribit philoſophus in Nicomacheis lib. VII. [c. 1.] οἱ Λά-
» κωνες, ὅταν ἀγασθῶσι σφόδρα του, Σεῖος ἀνὴρ, φασίν. At
» vetuſtior Spartanorum lingua dicebat σιὸρ & σεῖορ. He-
» ſychius: Σιόρ· Θεὸς, Λάκωνες.« CASAUBONUS. — Vocabuli Διάσος longe alias etymologias tradidere alii Grammatici. Vide Etymol. M. hac voce. Plura qui deſiderat, adeat auctores ab Heſychii Editore ad idem vocab. laudatos.

EURIPIDIS verſus proxime ante adlatus, quo Διάσος de *choro bacchico* dicitur, e fabula *Bacchis* eſt, num. 979. Similiter in eiusdem fabulae vers. 56. dicebat idem poëta, Διάσος ἐμὸς, γυναῖκες, &c. quibus e verbis corrupta videri illa deberent, quae apud Etymol. pag. 453 extr. eidem Euripidi tribuuntur, Διάσμος ἐσμὸς γυναικῶν: niſi cum his ex parte ſaltem conveniret id quod apud Heſychium in Θίασος legitur, Διάσον nonnumquam quoque dici τὸ πλῆθος Βακχικὸν, ἢ ἑσμὸν γυναικῶν. Sed vel ſic videndum, ne illa apud Etymologum verba ex eodem, quem dixi, Euripidis verſu detorta ſint.

τὰς δὲ τοιαύτας εὐωχίας Αἰσχύλος καὶ Εὐριπίδης εἰλα- f
πίνας, ἀπὸ τοῦ λελαπάχθαι. »Et hîc aliquid ἔξωθεν ſup-
» plendum reliquit. Nam εἰλαπίνη non fit a λελαπάχθαι:
» eſſet enim λελαπίνη: ſed ab Attica formatione eius vo-
» cis. Nam, ut dicunt Attici εἴληφα pro λέληφα, εἴλεγμαι
» pro λέλεγμαι, εἴμαρμαι pro μέμαρμαι: ſic εἰλαπάχθαι,
» pro λελαπάχθαι. Inde eſt εἰλαπίνη, ut quidem explica-
» tur etymon iſtud hoc loco: nam poëtae interpretes lon-
» ge aliter.« CASAUBONUS. — Vide Euſtath. ad Od. α'. pag. 50. l. 12 ſqq.

λάπτειν δὲ, τὸ τὴν τροφὴν ἐκπέττειν. Sic percom- a
mode codex mſtus uterque. »Λάπτειν [ut hîc ait auctor
» noſter] eſt, *cibum facile concoquere*: at libro XI. [pag.
» 485. a.] explicatur ἀθρόως πιεῖν, *ingurgitare ſe poculis*.
» Utrumque verum eſt; ſed ex conſequenti utrumque:
» nam proprie λάπτειν ficta vox eſt exprimendo ſono
» quem tuburcinatores edendo edunt.« CASAUBONUS. —

a Vide Euſtath. l. c. & ad Iliad. α'. p. 49. l. 23. & ad Iliad. π'. p. 1066. l. 19 ſqq.

λαγαρὸν γίγνεσθαι. ὅθεν ἀπὸ μὲν τοῦ λαγαροῦ ἡ λαγὼν, ὥσπερ καὶ λάγανον. »Vocem λαγαρὸς expoſuimus libro »III. [ad pag. 79. b.] & VII. [ad pag. 307. b.] Inde eſt »λαγὼν, inquit Noſter. *Locus infra coſtas* ita dicitur; quaſi »*laxus & vacuus*, quia caret coſtis: quam ob cauſſam κε»νεὼν quoque Homero dicitur, & λαπάρα. Ab eadem ori»gine & λάγανον, *placentae* aut *libi* genus quoddam; a fi»gurae proprietate, quod cava fingerentur lagana.« CASAUBONUS.

ἀπὸ δὲ τοῦ λαπάττειν, λαπάρα. Conſentit cum editis ms. *A*. In ms. *Ep*. hîc quidem λάπτειν, ut ante, ſcribitur: ſed mox idem cum ms. *A*. & edd. iſta agnoſcit, λαφύττειν δέ ἐστι τὸ δαψιλῶς λαπάττειν καὶ ἐκκενοῦν. Euſtathius autem, ubi hunc locum ob oculos habuit, (ad Od. α'. p. 50. l. 12 ſqq.) verbum λαπάττειν prorſus ignorat.

Homericus verſus, Odyſſ. γ'. 259. ſic recte editur apud poëtam: Ἀλλ' ἄρα τόν γε κύνες τε &c. Ut hîc editus eſt, bene habet ad ſententiam, male ad metrum. In cod. *A*. fortaſſe ſic ſcribi debuerat, Ἀλλ' ἄρα τόν δε κύνες τε. In *Epit*. omiſſus totus verſus.

b Τὰς δ' εὐωχίας ἐκάλουν οὐκ ἀπὸ τῆς ὀχῆς &c. »Εὐωχίαν »negat auctor dici ἀπὸ τῆς ὀχῆς: quae tamen ſententia »eſt multorum ex antiquis Grammaticis; qui ὀχὴν, *ali»mentum*, Argivis propriam dictionem fuiſſe volunt. Ipſe »vult dici ἀπὸ τοῦ εὖ ἔχειν. Sic, pro *convivari* & *epulari* »*lautius*, dicebant εὖ διατίθεσθαι ἑαυτόν.« CASAUBONUS. — Conf. Euſtath. ad Iliad. β'. pag. 212. l. 37. Etymol. p. 401. med. & Xenoph. Memorab. Socr. III. 14, 7. Quo referantur verba κατὰ ταῦτα, cum ait ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κατὰ ταῦτα εὖ ἔχειν, haud ſatis adparet; & ipſa illa duo verba omiſit Euſtathius l. c. quae tamen noſter codex *Ep*. cum ms. *A*. & editis agnoſcit. Ex vetere aliquo Grammatico haec deſumta ſunt, apud quem ex praecedentibus (puto) intelligebatur, ad *cibum potumque* referri illa verba. Perperam dein εἰς ἃ δὴ συνιέντες ſcribitur in ms. *Ep*. Recte vero συνιόντες Euſtath. cum edd. & ms. *A*. *Paulo poſt*, recte ἰὴ, ἰή, acutâ voce dedit ms. *Ep*.

c »Verum eſt quod ſtatim obſervatur, ὅτι τὸν αὐτὸν ἵλεων »καὶ ἵλαρὸν ἔλεγον. Proprie ἵλεως is dicitur, qui Ro»manis *propitius*: qua notione uſurpatur in Superûm ſup-

»pliciis. Sed interdum idem eſt atque *hilaris*. Plutarchus, c
»in Aemilio Paulo: Τότε δὲ πρὸς τοὺς μαχομένους ἐπι-
»δεικνύμενος ἵλεων καὶ φαιδρὸν ἑαυτόν. Et ſaepius idem ali-
»bi. Plato autem, libro ſeptimo De Legibus, ἵλεων oppo-
»nit τῷ δυσκόλῳ, quem ille ait eſſe ἀηνώδη; e contrario
»eum qui dicatur ἵλεως, & voluptatibus frui decenter, &
»labores, ſi opus ſit, non refugere. Atque hanc διάθεσιν
»voce ἵλεως ſignificatam, Diis (ait Plato) tribuunt omnes
»homines κατά τινα μαντείας φήμην. Aelianus lib. XIV.
»cap. 6. Πάνυ σφόδρα ἐῤῥωμένως ἐώκει λέγειν Ἀρίστιππος,
»παρεγγυῶν, μήτε τοῖς παρελθοῦσιν ἐπικάμνειν, μήτε τῶν
»ἐπιόντων προκάμνειν. εὐθυμίας γὰρ δεῖγμα τὸ τοιοῦτο, καὶ
»ἵλεω διανοίας ἀπόδειξις.« Casaubonus. — Pari ratione Socrates, poculum veneno mixtum manu capiens, ἵλεως dicitur fuiſſe, οὐδὲν τρέσας, apud Platon. in Phaed. c. 66. Conf. Potterum ad Clement. T. I. p. 361.

Ἔφιππος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι Ἐμπολῇ. »Em-
»pola *Ephippi* unde habuerit nomen, dicebamus ad Sue-
»tonium.« Idem. — Qua potiſſimum parte ſui in Suetonium commentarii mentionem fecerit Caſaubonus huius fabulae, non habeo in promptu indicare. Ἐμπολὴ & *negotiationem* ſignificat & *lucrum ex negotiatione captum*. De quo vocab. conſuli poſſunt auctores ab Heſychii interpretibus laudati. *Capturam* interpretatus eſt Grotius in Excerpt. p. 674. cuius latinam verſionem Graecis poëtae verſibus ſubiecimus. Iidem Graeci verſus repetuntur apud Noſtrum, ſed corruptiores, libro XIII. 571. e. f. ubi perperam ad *Euſchemum* auctorem (inauditum aliâs nomen) referuntur.

Verſ. 3 *ſq.* ἐφίλησεν, οὐχὶ συμπιέσασα τὸ στόμα,
ὥσπερ πολέμιος.

ὥσπερ πολέμιον ſcribitur pag. 571. e. Neutrum commode: veriſſimeque ſuſpicatus mihi viſus eſt Iacobs, Animadv. Vol. II. Part. III. pag. 73. aliud quid ſub iſto vocabulo latere. Et coniectare licuerit, ὥσπερ πελειὰς ſcripſiſſe poëtam, caſta *columbarum oſcula* libidinoſioribus *paſſerum* opponentem.

Verſ. 5. ἧσε. In ὁμοίως finem huius eclogae fecit Epitomator. In ms. *A.* ἥσε ſcribitur: ex quo ἧσε (i. e. *cantat*) fecere Editores. Sed pag. 571. ἧς ἐπαρεμυθήσατο ſcribitur in edd. & in Msto: qua ſcripturâ planiſſime continebatur id quod ibi Casaubonus a Turnebo propoſitum probavit ἥσε, id eſt, *delectat, oblectat*: quod & hîc repo-

c nere non dubitavi. Conf. not. ad IV. 155. c. *Verſ.* 6. εὐθέως τ' ἀφεῖλε. Sic ſcribi iuſſit CASAUB. ad p. 571. Aberat coniunctiva particula cum hîc, tum illic: ſed ibi recte eam adiectam dedit ms. *A*. Ex quo ſimul adparebat, vocem εὐθέως non, ut vulgo factum, ad praecedentia trahi debuiſſe, ſed ad ſequentia. κἀφεῖλε corrigi iuſſerat IACOBS l. c.

AD CAP. LXV.

e *Homerica* quae citantur teſtimonia, leguntur, primum Od. γ'. 435 ſq. alterum Od. α'. 22 & 25. tertium Iliad. α'. 424. *Mox*, vulgatam ſcripturam, κἢν ἄνθρωπος δέ που, cum ms. *A*. agnoſcit ms. *Ep*.

f In *EPICHARMI* verſu, prout vulgo ubique ſcribebatur,

Ἀλλὰ σιγῆν ἀγαθὸν ὄκκα παρέοντι κάρρονες:

quum metro non conſtaret ratio, GROTIUS Excerpt. pag. 841. ſic correxit:

Ἀλλὰ σιγῆν ἀγαθὸν ὄκκα καὶ παρέοντι κάρρονες.

Nec ita male fortaſſe. Quia tamen ſunt graves auctores, qui in impari ſede verſus trochaici ferendum pedem dactylum negent, praetuli TOUPII emendationem, in Append. ad Notas in Theocr. pag. 19. propoſitam. Nempe idem valent ὅππορα & ὄκκα, facileque permutari iſta potuerunt a librariis. Poterat autem σιγῆν ſcribi, cum iota ſubſcripto, ut fecit Grotius: ſed rectius ab aliis omittitur iota, quemadmodum hîc cum in editis, tum in msstis; quoniam doricâ infinitivi formâ ante contractionem non tam σιγάειν erat, quam σιγάεν. Apud Corinthum de Dial. p. 104 ſq. utramque ſcripturam habes. Conf. Brunck ad Comici Acharn. 778. Ex eodem Epicharmi verſu Maittairius de Dial. pag. 156. c. ὠγαθὸν citavit, ut exemplum vocalis α ex Dorica dialecto in ω mutatae: at iſta ſcriptura nonniſi per operarum errorem in editionem Caſ. 2. irrepſerat, ex eaque in ed. Caſ. 3. propagata eſt.

Proxima *Homerica* verba habes Od. γ'. 471. & 395 ſq. ſimillima vero etiam alibi, velut Od. σ'. 426 ſq. Apud Noſtrum h. l. ἔσπεισαν ἔπιόν θ' edebatur: ſed particulam τ' ad ἔσπεισαν adiectam dedit ms. *A*. In ms. *Ep*. permutatis verborum ſedibus ſcribitur, ἔπιόν τ' ἔσπεισάν θ'.

AD CAP. LXVI.

καλαβρίζουσι τοὺς οἰκέτας. »Non memini legere a »alibi, ac ne extare quidem usquam cenſeo, verbum κα»λαμυρίζειν, niſi in ſequentibus iſtis, καταρῶνται μὲν τοῖς »τέκνοις, λοιδοροῦνται δὲ ταῖς γυναιξὶ, καλαμυρίζουσι τοὺς »οἰκέτας, ἀπειλοῦσι τοῖς πολλοῖς. Confert reverentiam »quam ſacris faciendis adhibebant veteres, cum irreveren»tia tunc hominum. Nihil autem religioſius cavendum »monebant ſacrorum antiſtites, quam ne verbis male omi»natis inter ſacrificandum uterentur. Qua de re conve»nientiſſimum huic loco Platonis teſtimonium profereba»mus ad Theophraſti caput Περὶ Δυσχερείας: ubi hunc »ritum pluribus expoſuimus. In Excerptis & multis msstis »offendimus πλήττουσι τοὺς οἰκέτας. Sed vulgatam »γραφὴν a quo principio dicemus ortam? Noli dubitare »ſcripſiſſe Athenaeum, κλαυθμυρίζουσι τοὺς οἰκέτας. Ver»bum κλαυθμυρίζειν utroque modo accipiunt Graeci: & »pro *eiulare* aut *flere*, & pro *in fletum aliquem adducere*.« CASAUBONUS. — »An κονδυλίζουσι?« quaerit CORAY in Notis msstis. »Infra certe (inquit) p. 420. e. locus occurrit »huic ſimillimus, ubi inter alia: βοῶσι, κεκράγασι, βλασ»φημοῦσι τὸν οἰνοχόον, τὸν διάκονον, τὸν μάγειρον. κλαίουσι »δὲ οἱ παῖδες τυπτόμενοι κονδύλοις ἄλλος ἄλλοθεν.« — Quae peropportune quidem ab eruditiſſimo Viro adlata & cum hoc loco collata ſunt: ſed, quod ad ſcripturam adtinet huius loci, certiſſima nobis viſa erat TOUPII ratio, καλαβρίζουσι corrigentis, in Curis noviſſ. in Suidam p. 233. Vide Suidam in Κολαβρισθεῖν, ibique Küſterum: Heſychium eiusque Interpp. in voce Καλαβρισθείησαν & κωλαβρισθείησαν: & Bielium in Theſ. Philolog. voce Κολαβρίζω. Vulgata lectio e noſtro cod. *A.* derivata erat, in quo quidem illud inſuper peccatum, quod duabus diſtinctis vocibus καλὰ μυρίζουσι ſcribitur. Caeterum qui veteris formae recordatus fuerit, qua in msstis medii aevi pingebatur litera β, is facile intelliget, ſcripturam iſtam ex duabus ſcripturis imperite in unam confuſis natam eſſe; quarum quidem utraque etiam per ſe vitioſa erat, altera β cum μ permutans, altera cum υ. Pro rariore verbo καλαβρίζουσι, Epitomator notum omnibus πλήττουσι poſuit. Quod vero idem verbum πλήττουσι, praeter Epitomam, etiam in multis Msstis offendiſſe ſe Caſaubonus ait, id eamdem ra-

tionem habet quam iam saepius declaravimus: scilicet, illam scripturam inter varias lectiones e msstis Italicis excerptas adnotatam repererat Casaubonus; nec vero noverat, non e codice plenioris operis fuisse hanc enotatam, sed ex sola Epitoma.

Qui sequitur, *HOMERI versus*, est ex Iliad. β'. num. 381. Tres sequentes, ex *Chirone* incerti poëtae ductos, Excerptis suis inseruit GROTIUS pag. 513. hâc adiectâ interpretatione Latinâ:

Ad molles epulas notum si forte vocaris,
ne veniente dole, qui pravis mentibus est mos:
sed gaude prius ipse, simul fac gaudeat ille.

b *Vers.* 2. perperam ἄχθ' ὁρῶν scribitur in ed. Cas. 2. & 3. pro ἄχθου ὁρῶν, quod recte habet ed. Cas. 1. Mendose ἄχθον ed. Ven. & Bas. Versus istos, & quidquid praeterea hoc cap. 66 & seq. continetur, praetermisit Breviator. Ἅπερ πάντα ἐκ τῶν εἰς Ἡσίοδον ἀναφερομένων μεγάλων Ἠοίων καὶ [μεγάλων] Ἔργων παρῴδηται. Ἅπερ πάντας habet ed. Ven. & ms. *A.* quod in Ἅπερ πάντως mutatum in ed. Bas. Pro quo Ἅπερ πάντα tacite posuit Casaub. quem secutus sum. De *HESIODI Eois* vide Pausaniam IX. 31. pag. 771 extr. Guil. Canterum, Novar. Lect. IV. 3. Casaubonum ad Strabon. I. pag. 42. & Meursium in Atticis Lection. lib. II. c. 20. Quod dein καὶ μεγάλων Ἔργων vulgo scribitur, recte utique a RUHNKENIO monitum videtur, (Epist. Crit. I. pag. 115.) expungendam esse vocem μεγάλων, ut temere e superioribus repetitam. Equidem, prorsus abiicere non ausus, uncis eam inclusi. Simul vero *THEOGNIDEM* nominare hîc debuerat Athenaeus, e quo pars istorum versuum expressa.

c *Vers.* 4. γνούς πως. Sic scribendum monuit CORAY; non γνοὺς πῶς, ut erat editum. *Ibid.* Verbum ὑποδεῖται Dalecampius *reformidat* interpretatus est: quem miror eo nomine non reprehensum a Casaubono. Dalecampium secutus Villebrunius, sic vertit: *l'ami invité s'en apperçoit, & n'ose toucher de rien.* Immo vero, ut perspectissime monuit in *Notis msstis* CORAYUS: »Sensus est: *invitatus ad coenam* »*cum casu aliquo animadvertat se convivatori minime gratum* »*esse, se calceat*, scilicet *abeundi gratia.*«

Post ista, sic legebatur in Casauboni editione:

κἀτά τις εἶπε
Τῶν ξυμπινόντων. ἤδη σὺ τί οὐχ ὑποπίνεις;

Οὐχ ὑπολύσει c
Αὐτόν; ὁ δ' ἄχθεται αὐθὸς (αὐτὸς ed. Caſ. 3.) ὁ ϑύων &c.

Ad quae CASAUBONUS haec adnotavit: »In illis hexa»metris qui afferuntur ex *HESIODI Eoeis*, defectus nota »etiam in antiquis appoſita eſt ſexto verſui. Fruſtra, ut »videtur: nam integraveris unum verſum in duos perpe»ram diviſum, ſi ita ſcripſeris,

»Οὐχ ὑπολύσεις αὐτόν; ὁ δ' ἄχθεται αὐτὸς ὁ ϑύων
»τῷ κατακωλύοντι.« —

At in ſuperioribus editionibus defecta quidem & mendoſa erat ſcriptura; ſed nulla aderat *defectus nota*, cum ſic ibi legeretur:

— κἤτά τις εἶπε
τῶν ξυμπινόντων· ἤδη σὺ τί οὐχ ὑπολύσει,
αὐτὸν ὁ δ' ἄχθεται αὐτὸς ὁ ϑύων
τῷ κατακωλύοντι &c.

Ubi pro οὐχ ὑπολύσει legendum eſſe οὐχ ὑποπίνεις; & dein initio ſequentis verſus ponenda verba οὐχ ὑπολύσεις σαυτόν; ante Caſaubonum ex Italicis msstis iam docuerat MURETUS Variar. Lect. lib. XIX. cap. 3. Eamdem ſcripturam aliis codicibus praeiverat noſter vetuſtiſſimus ms. *A.* in quo tamen non σαυτόν; ſed ὑπολύσεις αὐτόν; quod quidem perinde eſt: αὐτὸν pro σὲ αὐτὸν vel σαυτόν. Pro ὑπολύσει iam Dalecampius ὑπολύσεις legendum viderat: ſed id verbum ſic interpretatus erat, *hunc iam cur a metu non liberas?* quam interpretationem rurſus ſilentio praetermiſit Caſaubonus. At perſpecte idem MURETUS monuit, longe a ſententia aberraſſe interpretem: quandoquidem ὑπολύειν ἑαυτὸν, *excalceare ſe* dicant Graeci. Qua notione perapte hîc verbum hoc ſuperiori ὑποδεῖται opponitur. Quam in eamdem ſententiam, de Mureto nil cogitans, pro ſua & doctrina & ſagacitate etiam CORAY in *Notis msstis* verbum illud interpretatus eſt, commodiore etiam verborum diſtinctione utens, interrogandi ſigno poſt ἤδη σύ; interpoſito. »*At e convivis ali»quis* [ſic pergit ille poſt verba paulo ante adpoſita] ipſum »impediens *ait: Iam tu* (abire paras?) *Quin bibis? quin »discalceas te? Quod aegre fert iterum* [nempe αὖθις, pro »αὐτὸς, percommode corrigit idem vir doctus] *convi»vator, & impedienti ſuccenſet.*« —

»Adiicit auctor horum verſuum,

» — καὶ εὐθὺς ἔλεξ' ἐλεγεῖα,

c » Μηδένα μήτ' ἀέκοντα μένειν κατέρυκε παρ' ἡμῖν,
» μήθ' εὕδοντ' ἐπέγειρε, Σιμωνίδη. οὐ γὰρ ἐπ' οἴνοις
» τοιαυτὶ λέγομεν δειπνίζοντες φίλον ἄνδρα.
» Describit poëta mores sordidi & μικρολόγου : qui, si casu
» aliquo amicos ad coenam vocaverit, tamen neque ipse
» eos ad bibendum invitabit, neque feret si e convivis ali-
» quis id fecerit: hoc dixit poëta praecedentibus verbis.
» Nunc addit, loco illius amicae invitationis, quae in com-
» potationibus locum habere solet, durum istum hominem
» vetus dictum usurpare, quo admonemur ne abiturien-
» tem hospitem retineamus; neve ad bibendum stimulemus
» eum qui biberit quod sit satis. Ita accipimus ista, μήθ'
» εὕδοντ' ἐπέγειρε. Atque haec praecepta, quae suis con-
» vivis soliti cantare praeparci convivatores, vocat ἐλε-
» γεῖα: quia antiquissimus poëta *Theognis* elegiaco car-
» mine & ista & alia his similia est complexus. Integer
» poëtae paraenetici locus ita habet: [vers. 459 sqq. ed.
» Brunckii:]

» Μηδένα μήδ' ἀέκοντα μένειν κατέρυκε παρ' ἡμῖν,
» μηδὲ θύραζε κέλευ' οὐκ ἐθέλοντ' ἰέναι.
» μηδ' εὕδοντ' ἐπέγειρε, Σιμωνίδη, ὅν τινα ἡμῶν
» θωρηχθέντ' οἴνῳ μαλθακὸς ὕπνος ἕλοι.

» Postrema verba [illa, οὐ γὰρ ἐπ' οἴνοις &c.] cum inter-
» rogatione legi debent. *Nonne verum est*, inquit, *solere nos*
» *inter pocula haec dicere, cum amicos invitavimus?* Quasi
» dicat: Hi sunt sermones, quibus hodie utuntur avari
» homines, si quando convivia agitent. ἐπ' οἴνοις: ut apud
» Aristophanem, & alios saepe, ἐν οἴνῳ. Latini etiam, *in vino*.
» Quod additur, Ἔτι δὲ καὶ ταῦτα προστίθεμεν, connecti
» debet cum praecedentibus in hanc sententiam: *Nos hodie*
» *& illa facimus ac dicimus, quae iste poëta in suis hominibus*
» *reprehendebat: & insuper alia addimus parilis incivilitatis &*
» *similium sordium.* Subiecti versus Hesiodi sunt.« Casaubonus. — Vide *Hesiodi* Ἔργα vers. 667 sq. edit. Brunck.
d ubi in secundo versu non πλείστη τε, ut hîc apud Athenaeum, sed πλείστη δὲ legitur. Videntur autem hi versus cum superioribus Hesiodi & Theognidis in eodem carmine, cuius titulus Χείρων erat, fuisse citati; quod & ipse Athenaeus paulo ante dixerat, *partim ex Hesiodi* Ἔργοις *sua transtulisse illum poëtam.*

AD CAP. LXVII.

Εἶτ' οὐχ ἅπαντα &c. »De vilitate rerum quae Diis vel- d
»uti dicis cauſſa offerebantur, alio loco diximus. *Menan-*
»*dri* ſuper hoc praeclaram ῥῆσιν deſcribit hoc loco Athe-
»naeus. *Primus verſus* ita habet:

»Εἶτ' οὐχ ἅπαντα πράττομεν καὶ θύομεν.

»Nos haec non intelligimus. Scribimus,

»Εἶτ' οὐκ ἀτοπώτατα πράττομεν καὶ θύομεν;

»*Quis neget*, ait, *aliena rationi eſſe quae in ſacrificiis vulgo*
»*facimus? qui quidem in illa omnia quae Diis offerimus vix*
»*drachmarum decem ſumtum faciamus, cum interea coenarum*
»*noſtrarum apparatus, dum tibicinas & ſaltatrices conducimus,*
»*unguentum emimus, id genus alia,*

»μικροῦ τάλαντον γίνεται τὸ κατὰ λόγον:

»*prope talenti ſummam conficiunt iſtae expenſae.* τὸ κατὰ λό-
»γον (ſic enim ſcribendum) *appellat omnia aera in unam*
»*ſummam collecta.*« Casaubonus. — Tota *Menandri* ecloga deeſt Epitomae. Sex priores verſus iam libro IV. pag. 146. d. e. cum nonnullâ tamen lectionis varietate citatos ab auctore noſtro vidimus. Ibi *verſ.* 1. Εἶτ' οὐχ ὅμοια ſcribebatur: hîc Εἶτ' οὐχ ἅπαντα, quod fortaſſe verum, ita ut ſubintelligi debeat ὁμοίως aut ὅμοια, quod ibi ex ſcholio in contextum transiſſe videtur. Pro ἀγαπητῶν, quod h. l. *verſ.* 3. in ms. *A.* legitur, recte ex pag. 146. ἀγαπητὸν editum: id eſt, *contentos eſſe debere Deos exiſtimamus*, ſi in oviculam decem drachmas impendimus; ſive, ut breviter Bentleius (in Emend. in Menandr. p. 40.) interpretatur, ἀγαπητὸν δέκα δραχμῶν, *vix decem drachmarum; drachmarum, ut multum, decem.*

Verſ. 4 *ſq.* Accuſativi αὐλητρίδας, καὶ μύρον &c. pendent, ni fallor, a verbo e ſuperioribus ſupplendo ἄγωμεν, & partim etiam ἀγοράζομεν. Initio *verſ.* 5. tenui id quod h. l. conſentiente msto *A.* editum inveni, Μενδαῖον, Θάσιον: bene licet gnarus, id incommodi habere hanc ſcripturam, ut pedem dactylum invehat in ſecundam ſenarii iambici ſedem. Quum pro voce Μενδαῖον p. 146. ταύτας vulgo legatur, nunc primum video Pauwium (qui ſub Philargyrii nomine olim latere voluerat) in Emend. in Menandr. pag. 47. ſic corrigendum hunc verſum cenſuiſſe, τούτοις, τὸ Θάσιον &c. pronomine τούτοις ad *convivas & paraſitos* relato, qui τοῖς θεοῖς verſ. 2.

nominatis opponantur. Quae satis speciose excogitata ratio foret, nisi articulo τὸ rursus idem ipsum obstaret, de quo ad p. 146. monuimus, ubi eumdem articulum a Casaubono & Grotio ad nomen Θάσιον adiectum vidimus.

e *Vers.* 6. Perperam τε κατὰ λόγον h. l. legebatur in edd. & ms. *A.* pro τὸ κ. λ. quod recte dabant pag. 146. libri omnes. τὸ κατὰ λόγον ἐστὶ ταλάντου: *impensa, si summam omnium rerum subducas, est talenti.* μικροῦ, *parum abest, propemodum.* ταλάντου autem, non τάλαντον, perspicue h. l. dedit ms. *A.* Quod vero in Animadv. ad IV. 146. e. dixi, eamdem scripturam ibi in eodem codice exhiberi, id imprudenti mihi exciderat: nihil enim discrepantiae ab edita olim scriptura ibi ex cod. *A.* in Excerptis meis adnotatum video: at ibidem ταλάντου (compendiose quidem scriptum, sed haud obscurâ ratione) dabat ms. *Ep.*

Versus septimus cum seq. sic concepti erant in editis:

Δραχμῶν μὲν ἀγαθῶν ἄξιον λαβεῖν δέκα
ἡμᾶς, ἐὰν καλλιερηθῇ τοῖς θεοῖς.

Ibi CASAUBONUS: »Scribe, inquit:

»Δραχμῶν μὲν ἀγαθὸν ἄξιον λαβεῖν δέκα
»ὑμᾶς, ἐάν γε καλλιερηθῇ τοῖς θεοῖς.

»*Par est, ut qui Deûm cultui decem drachmas impendatis, paris* »*aestimationis bonum aliquod ab iis recipiatis, si quando litare* »*contingat vobis.* Omnino ἀγαθὸν legendum, non ἀγαθῶν: »& ὑμᾶς, non ἡμᾶς. Deus enim erat, qui ista loquebatur, ut dicitur versu undecimo. *Sequenti versu* scribo:

»Τούτων δὲ δεῖ πρὸς ταῦτ' ἀνελεῖν τὴν ζημίαν.

»Sed non videtur satis perfecta sententia.« — Equidem *vers.* 7. ἀγαθὸν adoptavi cum GROTIO, cuius vide Excerpt. p. 733. BENTLEIUS vero sic scribendum hunc versum contendebat:

Δραχμῶν μὲν, Ἀγάθων, ἄξιον λαβεῖν δέκα.

Vers. 8. ἡμᾶς cum eodem Grotio & Bentleio tenendum putavi: tum vero ibidem pro ἐάν γε, quod fulciendo versui a Casaub. propositum est, percommode ἐὰν κα] dedit nobis ms. *A.* quod ipsum Bentleius ex coniectura posuerat. *Nonus versus*, cum sic conceptus esset in editis & in codice msto:

τούτων δὲ πρὸς ταῦτ' ἀνελεῖν τὴν ζημίαν:

nullâ mihi, quod ad sensum, emendatione opus habere visus erat, quae infelicior etiam GROTIO, quam Casaubono, cecidit; nam ille sic scribens:

τούτων δ' εἰ πρὸς ταῦτ' ἀνελεῖν δεῖ τὴν ζημίαν, e

cum in ſecunda tum in quarta ſede ſenarii ſpondeum poſuit, quem numquam profecto ibi Menander admiſerit. Leviorem medicinam BENTLEIUS adhibuit:

τούτων δὲ πρὸς ταῦτ' ἐπανελεῖν τὴν ζημίαν.

Mihi in verbo ἀνελεῖν nil mutandum viſum erat: quare καὶ particulam commodo loco inſerere tentavi. Iam vero, quod ad *ſententiam* ſpectat, a doctiſſimorum virorum interpretatione longe mihi discedendum putavi: in quo ſatis-ne recte fecerim, eruditi iudicent. Dalecampii omitto verſionem. Caſaubonum paulo ante audivimus. GROTIUS, cuius verſionem in aliis verſibus adoptavi, ſextum cum tribus ſequentibus in hunc modum interpretatus eſt:

Quare nos aequum eſt, ſacra ſi cedant bene,
a Dis accipere drachmas quod valeat decem:
cum quo ſi ſumtus reliquos comparaveris,
ſacra duplum nobis prae bono dabunt mali.

BENTLEIUS ſic convertit:

Drachmarum vero, o Agatho, decem pretium
nos ferre, etiam cum opima ſacra Diis facimus!
Harum autem rerum praeterea damnum in nos ſuscipere!
Nonne hoc pacto rei divinae damnum duplicatur?

Nos, quam ſententiam & verbis ineſſe & cum praecedenti ſequentique oratione unice convenire putavimus, eam, utcumque potuimus, latinis ſenariis, qui Grotianis praecedentibus ſequentibusque medii interſeri poſſent, expreſſimus. Iſta verba, *verſ.* 7. λαβεῖν ἄξιον δέκα δραχμῶν, non intelleximus, *accipere id quod decem drachmas valeat*; ſed, *ſumere* (ſive *emere*, coll. III. 118. a. & IV. 170. a. ibique not.) *ad ſacra facienda victimam* ſeu *ovem* (ἱερεῖον vel προβάτιον) *quae decem drachmis conſtet.* Tum καλλιερεῖν non modo ſignificare putavi *felicibus auſpiciis ſacrificare, perlitare*; ſed & *rite* (& *prout ius & fas eſt*) *ſacra peragere*, καλῶς τὰ ἱερὰ ποιεῖν, ut ait Heſychius: atque eâ ſententiâ accipiendum id verbum *verſu* 8. viſum nobis erat.

In *verss.* 11 & 12. quales editi legebantur conſentiente msto, poſtquam parum feliciter a Grotio eſſent curati, perſpecte BENTLEI monuit, nihil fuiſſe mutandum, niſi quod vocula τὴν, quae in fronte *vs.* 12. poſita erat, ad calcem *verſus* 11. fuerit reiicienda. Ad ſententiam, recte contra Caſaubonum GROTIUS monuit: »Noli credere,

e »Deum hic introduci loquentem. Nam ὤν γε θεὸς, eſt, *ſi* »*Deus ſim.*«

Undecimum tertium, ſic olim editum,

εἰ μὴ καθήγιζέ τις ἅμα καὶ τὴν ἔγχελυν,

nimis patienter tulerant Caſaub. & Grotius. Quem in hunc modum refinxit BENTLEI:

εἰ μὴ καθήγιζέν τις ἅμα τὴν ἔγχελυν.

Malueram equidem, ſervatâ καὶ particulâ, nude ἔγχελυν ſcribi deleto articulo, qui minus commode hîc adiectus videtur. Sed eodem prorſus modo, quo cum Bentleio a nobis editus eſt, ſcriptum verſum nobis dedit noſter codex *A*.

Verſ. 14. εἷς τῶν συγγενῶν in εἷς τῶν γηγενῶν mutans GROTIUS, latine ſic reddidit:

ut terrigenûm unus Callimedon mortem oppetat.

Et in nota ait: »Senſus eſt: ſi Deus ſim, velim anguillam »mihi ſacrificari, ut hoc videns Callimedon moriatur, »tamquam unus gigantum, id eſt inimicus Deis. Erat is »*Callimedon* magnus helluo.« — Erat ſane inſignis lurco Callimedon, & delicatorum praeſertim piſcium & in his *anguillarum* avidiſſimus. Conf. VIII. 340. c. Ille igitur, *ad coenam cognati ſacrificantis vocatus, taedio & invidiâ rumpi debebat*, ſi anguillam, oculis & animo iam a ſe devoratam, non inferri menſae, ſed integram Deo offerri cremarique vidiſſet: quod quidem cum gigantum fato nihil commune habet. Quare minime ſolicitari debuiſſe vulgatam ſcripturam συγγενῶν, rectiſſime a Bentleio monitum eſt.

AD CAP. LXVIII.

f »Ἐπιδόσιμα δεῖπνα, de quibus poſtea tractatur, con»fiebant ex ea pecunia quam conferebant ſodaleis ultra id »quod tenebantur ex pacto vel ex infelici iactu aleae. »Notum quid ſit ἐπιδιδόναι & ἐπίδοσις.« CASAUBONUS. *Adiectitias coenas* paulo poſt interpretatur idem vir doctus.

ALEXIDIS verſiculos, una cum plerisque qui ſequuntur, praetermiſit Epitomator. In his nihil mutat ms. *A*. niſi quod *verſ.* 3. mendoſe κομιοῦντες κεῖθεν habet; pro quo κομιοῦτι κεῖθεν legitur in ed. Ven. & Baſ. nihilo melius: recte vero, ut videtur, κομιοῦντ' ἐκεῖθεν ſua in editione tacite correxit Caſaubonus. Quaenam vero

ſententia toti eclogae inſit, fateor me minime perſpicere, niſi & pro μοι corrigatur με, ad κομιοῦντα referendum; & *verſ.* 2. pro ὁ δεσπότης legatur ἡ δέσποτις, quae ſit eadem quam deinde αἰσθητικὴν γραῦν nominat alter. Locum hunc ſpectavit H. STEPHANUS, cum in Theſ. Graec. Ling. T. I. pag. 231. ſcriberet: »Αἰσθητικὴ γραῦς videtur »appellari apud Athenaeum non ſimpliciter *quae eſt facul-*»*tate ſentiendi praedita*, ſed *quae vi & acrimonia pollet in* »*ſentiendo.*« — Haud incommode Dalec. *providam* vertit, quaſi προαισθητικήν.

»De his *adiectitiis coenis* recitantur verſiculi quatuor a »CROBYLI, veteris comici: in quibus interpretandis ſin»gularis vel negligentia vel infelicitas [Dalecampii] viri »docti. Primum igitur ita eos ſcribe:

»Λάχης, ἐγὼ δὲ πρός σε. πρόαγε. ποῖ;
»ὅπου μ' ἐρωτᾷς; ὡς Φιλουμένην. παρ' ἣ
»τἀπιδόσιμ' ἡμῖν ἐστιν. ἣ γ' ἐχθὲς πιεῖν
»κυάθους ἕκαστον ἐβιάσω σὺ δώδεκα.

»Mens quidem ex ſuperioribus pendens, ſubobſcura: cae»terum verba hoc ſonant. A. *Laches, ego vero ad te* ve»nio: *praecede.* B. *Quo?* A. *Quo me rogas? ad Philumenam:* »(vel, *amicam:*) *apud quam coena adiectitia nobis eſt conſti-*»*tuta: cui heri praebibere unumquemque cyathos duodecim coë-*»*giſti tu.*« CASAUBONUS. — Praeterquam quod parum commode diſtincta vulgo oratio fuit, verba ipſa recte ſcripta erant; niſi quod poſtremo verſu perperam ἑκατὸν pro ἕκαστον legebatur. In verſu penultimo, tenendum iudicavi id quod editi cum codice msto dabant, ἣ ς ἐχθὲς, quod nil opus erat ut in ἣ γ' ἐχθὲς mutaretur. Immo, Graece ſic dici, πίνειν τινὶ, *praebibere alicui*, etiam atque etiam dubito: προπίνειν τινὶ dici, ſatis ſcio. Sed πίνειν κύαθον τινὸς dixere Graeci, *bibere cyathum alicui dicatum, bibere cyathum in alicuius honorem.* Vide VI. 254. a. & 255. a.

τὰ νῦν καλούμενα ἀπὸ σπυρίδος δεῖπνα. »Τὸ ἀπὸ σπυ»ρίδος δεῖπνον, coena eſt *quam aliquis in ſportula fert a ſe* »*ad amicum, ut coenet quidem cum ipſo, ſed ſuomet cibo.* »Huius quoque generis convivia agitaſſe veteres Grae»cos, probat docte eruditiſſimus Athenaeus teſtimonio »PHERECRATIS:

»Συσκευασάμενος δεῖπνον ἐν τῇ σπυρίδι
»ἐβάδιζεν ὡς πρὸς Ὠφέλην.

a » Multa poëtae interpretes de hoc Graecorum more, ad illa »'Οδυσσ. θ'. [vs. 69.] παρ' δὲ τίθει κάνεον καλήν τε τρά»πεζαν. « [Euſtathium dicit: at perparum eſt quod ad eum locum ille adnotavit, pag. 294. l. 10 ſq. idque nonniſi ex Athenaei Epitoma ductum.] » Cave cum huiusmodi *coenis* »*Graecanicis e ſportulâ* confundas Romanas *ſportulas*, qua»rum mentio in hiſtoriis Imperatorum & apud Martialem. »[Epigr. 7. lib. III. & VIII. 50.] Nam etſi rerum Roma»narum ſcriptores Graeci iſta quoque nominant ἀπὸ σπυρί»δος δεῖπνα: res tamen plane alia eſt, & diverſa. Heſy»chius docte & breviter: ἀπὸ σπυρίδος δειπνεῖν ἢ δειπνίζειν, »τὸ ἀντὶ δείπνου ἀργύριον καὶ μέρη ἐν σπυρίδι λαβεῖν ἢ δοῦ»ναι. Haec interpretatio Romanae conſuetudini potius, »quam Graeco mori, convenit. Sed de Romanis ſpor»tulis plura, cum Deo, alibi. Superius *PHERECRATIS* »teſtimonium ex ea fabula ſumtum dicebatur, cui titulus »'Επιλήσμων ἢ Θάλασσα. Non ſemel miratus ſum diverſa »adeo fabulae eiusdem nomina. Libro VII. [pag. 308. f. »itemque III. 111. b.] laudatur hic comicus ἐν 'Επιλήσ»μονι. In Graecis vero commentariis Veſparum Ariſto»phanis, ἐν 'Επιλήσμοσι duobus locis [ad vs. 542. & 1029.] »ſcribi ſcimus. « CASAUBONUS. — Videtur doctiſſimus Animadverſor cum Dalecampio ἐν Θαλάσσῃ intellexiſſe *in Mari*. At *Thalaſſa* eſt ſcorti nomen, ſive hetaerae, ut noſtris diebus elegantiores homines dicere amant, profeſſionis turpitudini honeſtatem nominis praetexentes. conf. XIII. 365. *Verſ.* 1. Monſtroſe prorſus ἔντει σπυρίδιον legebatur; quod tacite Caſaubonus ex coniecturâ in ἐν τῇ σπυρίδι mutavit. At id non ferebat metri ratio, ob primam in σπυρίδι brevem. ἓν τὸ σπυρίδιον ſcribitur in ms. *A*. quod fortaſſe ex ἐς τὸ σπυρ. corruptum, ſed & ipſum ferri poteſt. *Verſ.* 2. πρὸς 'Ωφέλην. Conf. VI. 243. d. & ibi not.

b » Ait, Σύνδειπνον εἴρηκεν ἐπὶ συμποσίου Λυσίας ἐν τῷ »κατὰ Μικίνου φόνῳ. Siciliſſat haec oratio, non atticiſ»ſat. Lego, ἐν τῷ κατὰ Μικίνου λόγῳ, aut κατὰ Μικί»νου φόνου λόγῳ. Ita ſoliti orationum tituli concipi: »ut apud Demoſthenem, κατὰ 'Ονήτορος ἐξούλης λόγος: & »κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν λόγος. « CASAUBONUS. — Utique φόνου ſcriptum oportuit, & ſic habet ms. *A*. ſed nil opus erat adiecto vocabulo λόγῳ, quod recte ignorat idem optimus codex. Vide MEURSII Lect. Attic. lib.

III. c. 21. & Taylori Fragmenta Lyſiae, num. 92. p. 24 b ſq. ed. Reisk. Adde quae ex Photii Lexico msto adponuntur ibid. pag. 37.

In verſu ex *ARISTOPHANIS Gerytade*, pro vulgato ἐν τοῖς συνδείπνοις, ἐν τοῖσι tacite correxit BRUNCK in Comici Fragm. pag. 230. quem mihi ſequendum putavi.

Sed BRUNCKIUM, toties mihi laudatum, totiesque deinceps laudandum, BRUNCKIUM, olim ac modo etiam adhuc noſtrum, nunc maxime nominare quî poſſim, quin, *Fuiſſe* in his terris, *fuiſſe* nobiscum, *fuisse eheu! BRUNCKIUM*, imo de pectore ingemiſcam! — Poſthac nonniſi Muſarum in monumentis a ſe conditis, & in memoriâ hominum, Muſis amicorum, vivet perennabitque praeſtantiſſimi Viri ingenium: mortales exuvias hoc ipſo quo haec ſcribimus die alma tellus recepit.

τὸ Σοφοκλέους δρᾶμα. De *SOPHOCLIS* fabula Συνδείπνῳ vide I. 17. d. ibique notata, & Animadv. Vol. IV. p. 31.

καὶ συναγώγιμον συμπόσιον ἐπικληροῦσιν. »Scri- c »bo ἐπιπληροῦσιν. Sequitur [paulo poſt] ex *MENAN»DRO*, ἐπλήρωσέν τε τὸ συναγώγιον. Quibus verbis de»ſcribi quod vocabant τὸ ἀπὸ συμβολῶν δεῖπνον, neque »ait Athenaeus, neque negat. Et ſane patet latius τὸ »συνάγειν aut πληροῦν τὸ συναγώγιον, quam ἀπὸ συμβολῶν »δειπνεῖν vel ἀπὸ συμβολῶν συνάγειν, quod libro ſepti»mo [ad p. 292. c.] exponebamus. CASAUBONUS.

MENANDRI fabula, cuius titulus hîc Πιμπραμένη perhibetur, alibi Ἐμπιμπραμένη inſcripta proditur: ſic apud Noſtrum, XIII. 559. e. & ter apud Stobaeum, cuius loca Clericus collegit in Menandri Fragm. p. 60 ſq.

Τίνες δ' αἱ συμβολαί. Sic ms. *A.* ignorans verbum εἰ- d σὶν, quod adiectum in edd. *Mox*, pro αὐτὸς Ἄλεξις, malles fortaſſe ὁ αὐτὸς Ἀλ. id eſt, *idem Alexis quem paulo ante nominavi:* aut certe αὐτὸς ὁ Ἄλεξις, *ipſe Alexis.* Sed iam ſaepius alibi ita nude αὐτὸς absque articulo uſurpatum Noſtro vidimus.

Ἥξω φέρουσα &c. »Ut doceret nos quid Graeci συμ»βολὰς appellarent, locum *ALEXIDIS* recitat; ex quo »intelligimus, *Chalcidenſibus dictas fuiſſe συμβολὰς, taenias, »corollas, unguenta*, aliaque parvo parabilia, *quae invitati »ad regem convivii convivae deferebant.* Videtur qui iſta lo»quebatur, hoc cauſſatus ſeu vere ſeu falſo, ut pro veris

d »ſymbolis, quae maioris ſumtus erant, minus penderet. »Sane Athenis & in reliqua, ut exiſtimo, Graecia con»viviorum e ſymbolis contraria fuit ratio conſuetudini »Chalcidenſium: nam corollas & unguenta dare munus »erat convivatoris, ſive illius in cuius aedibus coena»batur: caetera afferebantur a ſingulis convivantium in »commune. Scholiaſtes Ariſtophanis: Οἱ καλοῦντες ἐπὶ »δεῖπνον, στεφάνους καὶ μύρα καὶ τραγήματα καὶ ἄλλα »τινὰ τοιαῦτα παρετίθεσαν. οἱ δὲ καλούμενοι ἔφερον ἐμφή»ματα, καὶ κίστην (ita ſcribendum: haec eſt ciſta ὀφο»φόρος ſive δειπνοφόρος vulgo e re nuncupari ſolita) καὶ »χοᾶ.« CASAUBONUS.

»Sequitur: Ἀργεῖοι δὲ, ὡς ἐν τοῖς Ὑπομνήμασί φησιν »Ἡγήσανδρος, γράφει δ' οὕτως. Manca oratio eſt. Scri»bendum, Ἀργεῖοι δ' ὡς ἐν τοῖς Ὑπομνήμασί φησιν Ἡγή»σανδρος, χῶν ἐκάλουν. γράφει δ' οὕτως.« CASAUBONUS. — Iurares utique intercidiſſe per librariorum culpam verba nonnulla: ſed ſimillimâ vel brevitate orationis vel ἀνακολουθίᾳ & alibi paſſim uſum eſſe ipſum Athenaeum obſervavimus, & haud ita multo ante, eodem hoc libro pag. 343. c. Paulo levius viſum iri incommodum putavi, ſi *parentheſeos ſignis* verba γράφει δ' οὕτως fuiſſent circumdata.

AD CAP. LXIX.

e Οὐκ ἀνάρμοστον δὲ καὶ τούτου τοῦ συγγράμματος τέλος εἰλικφότος, ἑταῖρε Τιμόκρατες, αὐτοῦ καταπαῦσαι τὸν λόγον, μὴ καὶ ἡμᾶς τις οἰηθῇ - - ἰχθῦς ποτε γεγονέναι. Si haec ita ſcripſit Athenaeus, uti hodie leguntur, & minus commode ſcripſiſſe, & frigidiusculo ioco concluſiſſe hunc librum mihi viſus erat. Nam, ut ab hoc incipiam, *finem ſe*, ait, *huic disputationi hîc impoſiturum, ne quis exiſtimet, piſcem ipſum olim fuisse.* Ubi, licet iam aliquamdiu piſcium non fecerit mentionem, meminiſſe tamen debemus, per duos fere continuos libros *de Piſcibus* fuiſſe disputatum: nunc igitur hoc dicit, *ſi illam disputationem longius etiam extrahat, vereri ſe, ne eâ cauſſâ tam late perſequi hanc disputationem videatur, quoniam ipſe olim, quemadmodum Empedocles, piſcis fuiſſet.* Scilicet quum in animo habuiſſet facetus noſter polyhiſtor, librum hunc & totam adeo de Piſcibus disputationem duobus illis *Em-*

pedoclis verſiculis claudere, quorum poſterior in ipſam vo- e
cem ἰχθὺς deſinit; iſta ratione viam ſibi parare voluit, qua commode opportuneque prolati iſti verſus viderentur. Quod vero initio huius Epilogi ſcribit, Οὐκ ἀνάρμοστον δὲ καὶ τούτου τοῦ συγγράμματος τέλος εἰληφότος: commodius alibi, veluti in fine libri ſexti, Ἐπεὶ δὲ εἰς ἱκανὸν μῆκος προῦβη: aut in fine libri quarti, Ἐπὶ τούτοις τέλος ἐχέτω καὶ ἥδε ἡ βίβλος, ἱκανὸν εἰληφυῖα μῆκος. Tum vero quod ait, αὐτοῦ καταπαῦσαι τὸν λόγον, exſpectaſſes καταπαύσωμεν, ut in ſexti libri exitu. Si vera ſcriptura καταπαῦσαι, intelligendum fuerit χρὴ, ἁρμόζει, aut aliquod ſimile verbum: niſi malimus, cum DALECAMPIO, conſtructionem orationis ita concipere, ut ἀνάρμοστον non ad τέλος referatur, ſed ad καταπαῦσαι, hoc modo: Οὐκ ἀνάρμοστον, ſcil. εἴη, (τούτου τοῦ συγγράμματος τέλος εἰληφότος) αὐτοῦ καταπαῦσαι τὸν λόγον: id eſt, ut vertit hic interpres: *Quoniam vero ad finem perductus eſt hic liber, noſtram hîc orationem deſinere haud intempeſtivum eſt.* Quam ſi rationem conſtructionis revera in animo habuerat auctor, haud abſurde coniectaverit Gallicus Interpres, perperam permutatas inter ſe ſedes eſſe vocabulorum σύγγραμμα & λόγον, legendumque potius, τούτου τοῦ λόγου τέλος εἰληφότος, & deinde αὐτοῦ καταπαῦσαι τὸ σύγγραμμα, ut haec prodeat ſententia: *Cum igitur disputatio haec* (de Piſcibus) *ad finem perducta ſit, non incongruum fuerit hîc quoque librum finire.*

» In *EMPEDOCLIS* verſibus, quibus ſe quondam piſcem » fuiſſe profitetur,

» Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κούρη τε κόρος τε,
» Θάμνος τ' οἰωνός τε, καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπνοος ἰχθύς.

» ſecuti ſumus veteres codices. Ante ſcriptum erat ἔμπυ- » ρος: apud alios ἔλλοβος. Quorum hoc nullo modo con- » venit: illud non iniuria tueamur fortaſſe etiam adverſus » librorum auctoritatem. Nam apud Laërtium in Empedo- » cle ita legitur; & *empyri piſcis* etiam beatus pater & fa- » cundiſſimus ſcriptor Gregorius Nazianzenus mentionem » facit iſtis verſibus:

» Ἰχθὺς δ' ἔμπυρός ἐστι, καὶ οὐ πυρὶ δάμνατ' ἀπίστῳ
» ἔμπυρος· αἰθόμενος δὲ μέσης διαλάμπεται ἅλμης. «

CASAUBONUS. — His in ed. Caſ. 2. & 3. haec adiecta ſunt

e eiusdem CASAUBONI: »Sed multa secula sunt, ex quo »diverse legi coepit superior *EMPEDOCLIS* locus: scriben»tibus aliis, καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπυρος ἰχθύς: aliis ἔμ»πνοος: aliis εἰν ἁλὶ νήχυτος ἰχθ. Inveni & ἄμφο»ρος ἰχθ. sed ut existimo mendose, pro ἔμπυρος. Sic au»tem scriptum offendimus in manu exaratis Olympiodori »commentariis in Phaedonem.« — Quosnam *veteres codices* secutus vir doctissimus ἔμπνοος edidisset, operae pretium fuerat indicare: est autem ex solâ *Epitomâ* ducta illa scriptura, ac fortasse unius Breviatoris ingenio debetur. ἔμπυρος scribitur apud Diogenem Laërt. IX. 77. & in Anthologia Planudea lib. I. cap. 86. pag. 117. ed. H. Steph. pag. 162. ed. Brod. Cui scripturae an patrocinentur versus illi Gregorii Nazianz. (ex Carm. III. vs. 581 sq. T. II. Opp. edit. Colon. p. 66.) a Casaubono prolati, haud satis quidem liquet: sed eidem scripturae insignem veri speciem *Petr.* PETITUS in Miscellaneis Observ. & MENAGIUS ad Laërt. l. c. conciliarunt ex ipsius Empedoclis de natura piscium sententia, ab Aristotele relatâ in libello DE Respirat. cap. 14. pag. 727. ed. Duval: ubi *Empedoclem* ait *statuisse*, τὰ θερμότατα (sive θερμότητα) καὶ πῦρ ἔχοντα μάλιστα πλεῖστον τῶν ζώων, ἔνυδρα εἶναι: id est, *animalia calidissima, & copiosissimum prae caeteris ignem in se habentia, aquatilia esse.* Quare quum eamdem scripturam ἔμπυρος apud Athenaeum quoque veteres editiones Ven. & Bas. praeferant, non dubitaturus eram quin eam reponerem, nisi aliud ex vetustissimo nostro cod. *A.* enotatum vidissem, nempe ἐξ ἁλὸς ἔμπορος: quod significare potest, *qui e mari adfertur*, vel *qui e mari venit.* Quod si pro ἐξ ἁλὸς, esset εἰν ἁλὶ, ut apud Clementem Alexandrinum, intelligi posset εἰν ἁλὶ ἔμπορος, *qui in mari graditur*, (id est, *in mari vivit;*) quemadmodum verbum ἐμπορεύεσθαι accipitur III. 91. c. Neque vero eam inficias, posse eamdem scripturam ἔμπορος, quam noster codex praefert, ex ἔμπυρος corruptam esse, sive temere atque casu, sive consilio hominis, qui cur ἔμπυρον piscem dixisset Empedocles, parum perspectum habuisset. Scripturam νήχυτος ubi aut apud quemnam repererit Casaubonus, nescio. ἔλλοβος, quod ab eodem ut diversa nonnullorum scriptura commemoratur, video in ora etiam libri, qui olim Casauboni fuerat, eodem modo adnotatum: est autem id vocabulum ex ἔλλοπος corruptum, quod Clemens Alexandrinus habet,

Stromat. lib. VI. apud quem posterior versus (pag. 750. ed. e Potteri) sic scribitur:

Θάμνος τ', οἰωνός τε, καὶ εἰν ἁλὶ ἔλλοπος ἰχθύς.

Ubi vox ἔλλοπος eâdem notione accipienda videtur atque ἐλλὸς & ἔλλοψ: de quibus vide Nostrum VII. 277. c. & Animadv. Vol. IV. pag. 20 sq. & pag. 308 sq. ἄμφορος, quod alibi se reperisse testatur Casaubonus, potuit esse ex ἔμπυρος corruptum: sed potest etiam valere ἀνάφορος, *piscis e mari emergens.* Lectionem ab istis omnibus diversam ex Cyrillo contra Iulianum protulit Menagius ad Laërtium, φαίδιμος ἰχθύς.

21459

LGr
A866S

Athenaeus Naucratita
Deipnosophistarum libri XV; with Latin version of Casaubon; ed. by Schweighäuser.
[Vol.2].

University of Toronto Library

DO NOT REMOVE THE CARD FROM THIS POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED